

Del collegio de la comp<sup>a</sup> de Jhs de granada — P. 7741

# MATHIAE BREDEMBACHII KERSPENSIS, APVD

EMBRICAM DVM VIXIT, GYMNASIARCHAE,  
In LXIX. Psalmos seu Hymnos Prophetæ Davidis  
prios, & in Sanctum IESV CHRISTI Euan-  
gelium secundum Matthæu, erudita,  
catholica & pia Comentaria.

SECUNDVM HEBRAICAM VERITATEM ET VETERVM OR-  
thodoxorum patrum monumenta summo studio elucubrata, Et  
nunc primùm in gratiâ Reipublicæ Christianæ in lucem edita.

CVM DVPLICI INDICE COPIOSISSIMO.



Por comission de la S<sup>ta</sup>  
Inquisidion corrigi este  
libro conforme a la expun-  
cion de la orden de 1707  
y tambien conforme al Ca-  
pitulo de purgatorio de 1708.


Manuel Padial

Ephes. 5. & Coloss. 3.  
Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipso in Psalmis, Hymnis & canticis spiritualibus &c.  
Docentes & commouentes vosmetipso Psalmis, hymnis & canticis spiritualibus.

Coloniæ apud Heredes Iohannis Quentel & Geruuinum Calenium;  
M. D. LX.

Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiest.  
ad decennium.

Card. de Albano  
Alcazar de Segovia del P. M. de Granada



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30

Del collegio de la comp<sup>nia</sup> de S<sup>ta</sup> Ines de granada — R-7741

# MATHIAE BREDEMBACHII KERSPENSIS, APVD

EMBRICAM DVM VIXIT, GYMNASIARCHAE,  
In LXIX. Psalmos seu Hymnos Prophetae Daudidis  
prios, & in Sanctum IESV CHRISTI Euan-  
gelium secundum Matthaeu, erudita,  
catholica & pia Comentarioria.

SECUNDVM HEBRAICAM VERITATEM ET VETERVM OR-  
thodoxorum patrum monumenta summo studio elucubrata, Et  
nunc primum in gratia Reipublicae Christianae in lucem edita.

CVM DVPLICI INDICE COPIOSISSIMO.



Por comision de la S<sup>ta</sup>  
Inquisidion corrigido este  
libro conforme a la expun-  
cion de la Real Cedula  
y tambien conforme al Ex-  
purgatorio de 1708.

Manuel Padial

Ephes. 5. & Coloff. 3.  
Implemini Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, Hymnis & canticis spiritualibus etc.  
Docentes & commomentes vosmetipsos Psalmis, hymnis & canticis spiritualibus.

Coloniae apud Heredes Iohannis Quentel & Geruinum Calenium  
M. D. LX.

Cum gratia & Priuilegio Caesareae Maest.  
ad decennium.


Caro de 22. 76  
Fel. Alcazar, de Raposo del P<sup>ro</sup>mo de venencia

752

2. a. 6. 14.

3  
32-27

Universidad	
Facultad	
Curso	
Tabla	
Numero	105



EPIGRAMMA  
HEBRAICVM  
IN LAVDEM LIBRI  
ET AVTHORIS.

זוהי הספר המפואר והדיוקב שכתב יצחק  
במקורו משון וישועה יצחק רשעו גם השון  
בחייו הטוב לנו שהילת אל הוא המה מן  
הדברים לנג ולכתיבה כב הטוב הרגום

REVERENDISSIMO  
IN CHRISTO PATRI ET  
ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DO-  
MINO, D. IOANNI GEBHARDO ARCHIEPISCOPO  
Colonienfi, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicâ-  
cellario, Principi Electori, Westphalię & Angarię  
Duci, &c. Principi suo clementissimo.



QVANTVM referat lubricâ iuventutem rectè fide-  
literque institui, Amplissime Præful & Princeps  
Illustrissime, sacris & prophanis libris memoriæ  
proditum est, quotidianaq; experientia edoce-  
mur. Sunt enim ingenijs nostris paruuli igni-  
culi, & feminâ quædam virtutum innata, quæ si  
adolescere liceret, remotis pædagogis, ipsa nos  
natura ad beatam vitam perduceret. Nunc verò  
ea est mortalium conditio, vt plerunq; exiles hæ  
virtutum scintillæ, sordidissima corruptissima-  
rum opinionum scoria adobrutæ, sic extinguantur, vt vix vllis doctrinæ  
& pietatis fomentis queant refocillari, & vt significantiùs dicâ, ἀνακαταστήσεται.  
Hoc sedulò expendens parens noster Mathias Bredembachius, scholæ  
Embricensis, dum vixit, moderator, omnes suos conatus, omnia vitæ stu-  
dia semper eò destinavit, vt iuventus suæ fidei concredita, rudibus sta-  
tîm annis, simul & Christum, & optimas imbiberet literas. Quod hac po-  
tissimùm ratione futurum speravit, si ex profanis authoribus optimos,  
ex hagiographis accomodatissimos, cum ipse, tum selectissimi præce-  
ptores & collegæ suis discipulis prælegerent. Quales sunt illi libri, qui ob  
evidentem aliquam vtilitatem & singularem iucunditatem non mino-  
ri cum scenore docent, quàm voluptate mouent & efficiunt. Tales vt ple-  
rique sunt vtriusq; instrumenti libri, tum multo maximè vnicum illud  
Psalmorum opus, in quo non solum canuntur Prophetiæ, præscribuntur  
leges, narrantur historiæ, docentur morales sententiæ, sed & omnium do-  
ctrinarum genera, vno quasi fasciculo colligata compræhenduntur. Si iu-  
cunditatem spectes, nihil vno Psalmorum libro vel dulcius, vel iucundi-  
us, quòd omnia elegantissimis inclusa numeris, veluti suavissimæ cui-  
usdam citharæ modulatissimum concentum absoluant, quo legētis vel  
audientis animus summa quadam dulcedine alliciat, flagrantissimo ar-  
dore detineatur, & incredibili ipsius harmoniæ energia, extra seipsum ra-  
piatur. Habet hoc humana musica, vt affectus hominum aut concitet, aut  
moderetur, si quis artifex certa carmina aptè moduletur. Vndè Lacedæ-  
monijs maior fuit cura de generibus musices, de modulis & cantionibus,  
quàm de victu, cultu & cæteris omnibus: non quidem deliciarum vel la-  
sciuiæ

sciuiæ causa, vt vulgus Musicorum facit hodiè, sed vt animi vis ac spiritus excitarentur, & entheo quodam impetu ad res fortiter gerendas impelleretur: quum reliquis Græciæ ciuitatibus magis placeret Musica demulcens, & ad voluptatem mollitiemq; animos effœminans. Quamobrem legimus Euripidem eos coarguisse qui lyra in poculis vtuntur: ad iram enim, inquit, potius luctumq; adhibenda Musica est, non insuper cantu decet soluere, qui iam voluptatibus diffliuit. Sic rectè fertur Empedocles adolescentem ira percitum atq; in cædem ruentem, certis modulis Musicis coercuisse, & ad pristinam mansuetudinem reuocasse. Pythagoras spondeos ad Phrygium modum occinens, lymphatum amore iuuenem ad grauitatem immutauit. Noster etiam psalter David sua cithara succurrebat Sauli, quotiès spiritu Domini malo corripiebatur. Quod si tantam virtutem habet humana Musica ad tollendas afflictiones corporum & animorum, ad refrenandas insanas æstuantium affectuum cupiditates, quãtò credèda est efficacior cœlestis hæc ac diuina Musica ad purgandos animos nostros à morbis spiritualibus, ac spiritibus huius seculi malis? Varijs morbis obnoxium est corpus, pluribus & longè grauioribus anima. Ingens est morbus ambitio, pessimi sunt spiritus auaritia, liuor & odium, eoq; pestilentiores, quòd bona Christianorum pars his detinetur. Verum nullus est tam periculosus animæ morbus, qui, admota hac cœlesti Musica, nõ mitigetur & curetur, modò nè velut aspidæ surdæ obturemus aures nostras, nè penetret in animos nostros virtus harmoniæ diuinæ. Prophanis olim erant & verba & voces, quibus animi dolorè lenire possent: habentur adhuc passim ab omnibus organa quædam, quæ malè affectos recreant, commotos moderantur, magnamq; solent morbi deponere partem: & Christi Musica non habet verba & voces, quibus exantemus animis nostris amorem rerum fluxarum, & incantemus amorem rerum cœlestium? Empedocles habuit modos, quibus iuuenè ira furentem ad sobrietatè reuocaret: & Christianus psalter non habet modos, quibus ira, odio, liuore, auaritia tumultuantes affectus queat comprimere? Davidis cithara humano artificio fabrefacta, tortu à malo spiritu Saullem recreauit, & sacra illa cantica, calamo scribæ velociter scribètis, id est, Psal. 44. Spiritu sancti conscripta, non possent vel omnium cacodæmonum furores cõpescere? Hæc sunt illa salutaria vincula, hæc sunt illæ mysticæ catenæ, quibus versipellis ille Proteus, ille sus horridus, atraq; tigris, hoc est, effrenis illa humani animi cupiditas, Cyclopica immanitas, furiosique & infani affectus constringuntur, & beatissima quadam metamorphosi, in mansuetissimas Christi ouiculas transformantur. Hæc est vera philosophia, veram, non falsam, sapiètiã docens. Quinimò nunc nobiscum exclamet Marcus Tullius suum illud epiphonema: O vitæ philosophia, dux, ò virtutis indagatrix, expultrix que vitiorum: quid nõ modò nos, sed omninò vita hominum sinè te esse potuisset? Tu inuentrix legum, tu ma-

Tuscul.  
Quæst.  
lib. 3.

gistra

gistra morum ac disciplinæ fuisti. Hæc enim est illa philosophia, quæ nos ad vniuersi veri Dei cultum, tum ad modestiã magnitudinemq; animi erudit, eademq; ab animo tanquam ab oculis caliginem dispellit, vt omnia supera, infera, prima, vltima, media videamus. Et quanq; ne minima quidè sit sacræ scripturæ pars, q; non habeat efficaces modos ad extirpandos animi morbos, nulla tamen habet efficaciores, quam Psalmorù liber, in quo diuini illius spiritus secretissimas delicias & arcana mysteria ita degustare & veluti per transfennam contemplari possumus, vt in quorum aures & animos descenderint, quibusdam quasi ambrosijs succis & odorifera panacea exhilarentur, reficiantur, atq; ab omnibus animi languoribus liberentur. Si in afflictionibus constituti, anxij sumus & curiosi, audiamus suauem illam consolationis chordam: Psal. 42. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc cõfitebor illi. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse enutriet te. Psal. 54. Quam suauis putamus musica tactum, qui flagrantissimo impulsu desiderio, erupit & exclamauit: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum? concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Psal. 83. Sunt & modi, quibus flebiti, sed DEO gratissimo, cantu deploremus peccata. Sunt qui nobis animos ac robur addat ad fortiter resistendù diabolo. Sunt alacres & læti, quibus gratias agamus Deo pro suis in nos beneficijs. Sunt qui dissuadent auaritiæ studium, qui docent intelligere super egenum & pauperem. Deniquè nihil malorum habet hæc vita, quod his Psalmis instructi non facillè feramus: nullus est tã periculosus animi morbus, qui non probè curetur, si vt Corinthijs scribit 1. Cor. 14. Paulus, spiritu & mente Deo psallamus. Porro quemadmodum Musicæ genus ob hoc ipsum minùs delectat suū imperitos & auersos, quòd artificiosum harmoniæ concentum non intelligant: ita nemo potest huius modulationis sentire dulcedinem, nisi sensum mysticum perceperit. Quãobrem cum animaduerneret parens noster bonam discipulorum suorum partem vel ob rei familiaris inopiam, vel ob maturam satè ætatem, medicremq; in literis profectum, è schola sua rectà contèdere ad ordines Ecclesiasticos, cœpit superioribus annis post absoluta in Matthæum commentaria, Psalmos Dauidicos (quos vniuersos breuioribus scholijs & leui brachio cõscriptis, diu antè explicuerat) in manus resumere, atq; ad incudem reuocatos, plenioribus commentarijs illustrare, vt haberet studiosa iuuentus quædam πρωγουμένη μαθητα, quibus ad sacrum illud Christi ministerium peragendum, atq; hæc arcana mysteria intelligenda & contèplanda instructior aptiorq; redderetur. Porro tametsi ob afflictam diutinis morbis valetudinem, grauiissimosque & assiduos labores, ac deniquè ipsam mortem hoc suum institutum non perfecit: nihilominùs præcipui Theologicæ facultatis viri apud Coloniam Agrippinam hos Psalmos (quibus summam quodammodò manum imposuit) omninò dignos iudicabant, qui typis excusi publicarentur. Has itaq; lucubrationes Tuæ Reuer-



IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

antiochus quis qualis 222 a  
 antiochus quis cur quos merito ter-  
 reat 269 a  
 antichristus hæreticis quis 312 c  
 antichristi qui quales 285 a 306 c  
 anthropopathia quæ qualis 13 a  
 Aperire propositionem in psalterio  
 quid 254 d  
 apostasia quæ qualis 317 b  
 apostoli quales, è quibus euaserint  
 165 d 392 d  
 apostoli qui quibus de tribus fue-  
 rint 407 b c  
 apologetorum principatus quis quan-  
 tus 238 b  
 apparere in iustitia, quid 79 c  
 appellatio à Concilio quæ qualis 327 a  
 appellatio concilij Luteranica, quid  
 326 a b  
 apprehenderedisciplinã, quid 15 a b  
 appropriare quid verbi sit 134 b  
 appropinquare quid quod dicant 296 b  
 approximatio quæ qualis 160 a  
 Aqua & ignis 375 d  
 aqua refectionis quæ qualis 118 a  
 aquæ 89 b 218 a 241 c 415 d 416 a b  
 aquarum mirabilia quæ qualia 143 b  
 aquarum nomine quid 143 d 160 c  
 aquas velut in vitæ Deo conclusas  
 166 a  
 aquilo quid 249 d  
 arca quæ qualis aut quid 245 b 251 d  
 arca abreptio aut reductio quæ qualis  
 146 c  
 arca translatio quid 144 a  
 archangeli qui 171 a  
 arcus quis qualis aut quid 90 d  
 arcum contritio quæ qualis 244 c  
 ardor peccandi quis, quantum sit pec-  
 cati supplicium 317 b  
 ardor veneris hodiè quantus 237 a  
 arefcere tanquam testam 113 a  
 argeus quid 240 c 394 c  
 argentum qui examinetur 375 b  
 arictes qui quales aut quid 143 a 370 d  
 arictum filij quid 142 c d 143 a  
 arictum oblatio 377 b  
 arma quæ qualia aut quæ 229 c 243 ab  
 385 c  
 armatura quæ qualis aut quid 243 c  
 armiger Saulis quis 282 b  
 arrij confutatio quæ qualis 383 d  
 arundo quæ qualis aut quid 410 c  
 arundinis bestia quid 411 a  
 arundinis & vmbre comparatio quæ  
 qualis 408 d  
 arundinis fera quid 408 c  
 arundines quæ quales aut quid 409 a  
 Asaph quid aut quis 259 a  
 asbes seu impij quid aut qui 9 d  
 ascendere in iubilo 246 d  
 ascendere super Cherubim 85 d  
 ascendens quis quibus obtingat 111 a  
 assimilari descendentibus in lacum,  
 quid 138 d  
 aspidis & hæretici indurati collatio  
 315 b  
 aspidis sententia aut astutia quæ qua-  
 lis 314 d  
 aspidibus qui quando similes 315 b  
 assumptio quæ qualis aut quid 365 a  
 astutia quæ quibus imitanda 314 d  
 Ath Hebraicè quid 51 c  
 Ath qui 161 d  
 atrium quid 143 b  
 Auaritia quæ qualis 398 a  
 auaro tam deesse quod habet, quam  
 quod non habet 172 b  
 audacia & presumpcio quæ quanta  
 317 d  
 auditui dare gaudium & lætitiã,  
 quid 276 b  
 auertere faciem, quid 62 b 149 a  
 aures quæ in quorum preces 175 b  
 auribus audire quid 222 c  
 aurum quod quale 98 d 233 d  
 author hic noster quod suum istud  
 opus cepit 7 d  
 author consiliorum omnium malo-  
 rum quis 9 d  
 authoritas quæ quanta 322 a 320 c d  
 Azabthani quid 109 c  
 Aal aut Baalil quid 60 d  
 Babilon quæ qualis aut quid 370 b  
 375 c  
 babilonica transmigratione mysticè  
 quid 66 c  
 baculus 118 d  
 barach 15 a b  
 392 b  
 barach quid 232 d 250 a  
 barrus 332 c  
 basan quid 112 c 398 d 399 a  
 basilica quæ quales 232 d  
 batavia quid non ita pridem mōstrari  
 viderit 366 b  
 beatitudo quæ qualis, aut quibus cō-  
 ueniat 10 c 157 b 166 d 207 b  
 beati qui quales 190 a  
 bellum carnis & spiritus quantum  
 279 c  
 bellum quod etiam aduersus paren-  
 tes suscipiendum 173 b  
 bellum quod quale cum quo 395 c  
 belli inter Carolum V. & Saxonè oc-  
 casio 319 b c  
 bellum esse malorum omnium velut  
 oceanum 173 a  
 bella quæ qualia 243 b c  
 bella quæ nobis cum quibus 290 c  
 bellorum oblatio quæ qualis 244 c  
 Ben quid signet 35 b  
 benè psallere in vociferatione quid  
 164 c  
 benedictio quæ qualis aut quid 20 c  
 105 a 106 b 121 c 229 b 380 c  
 benedictio quæ vndè sumenda, su-  
 mive solita 171 d  
 benedictio vera quæ 380 d 381 a  
 benedicti iniquum, quid 51 a  
 benedicentes qui quales 190 d  
 beneuolentia locus quis qualis 27 a  
 berfabec quid 271 b  
 bestie agri quid 408 d  
 bestijs quibus qui similes 114 b  
 bethlehem vndè tam clara 2 a b  
 bethsabea seu bathsaba quid 271 d  
 Biantis de cōscientia apophthegma  
 37 c  
 bilingues qui quales 29 a  
 Blanditiæ quæ cui temporari affimi-  
 lentur 368 d  
 Blasphe-  
 57 b  
 Bona ostendere 24 c  
 bonis nostris deū nō indigere 70 b c  
 bono qui insidendum 172 d  
 bonus qui Dominus sit 126 a  
 boues quid 142 c  
 bouum oblatio 377 b  
 Brabea quæ quibus victoribus para-  
 ta 21 d  
 brachia seu brachium 190 b 223 a  
 brachium quod qui coneratur 54 a  
 bredembachius vxoratus cur adeo  
 virginitatem suadeat 237 b c  
 brutus quis cur ita dictus 169 a  
 Butyro lenius esse, quid 296 c  
 C Adens quis qui non ledatur  
 191 a  
 cadere quos cur deus sinat 314 b  
 cades Hebraicè quid 141 b  
 cæcilij Gonzagæ nuptæ Duci Vrbis  
 nati, encomium 236 d  
 cæcitas summa quæ 126 c  
 cædem nullam impunem esse 47 b  
 cælibes qui quales 236 d  
 cælum & terra quid 261 b c  
 cæli cælorum quid 412 b  
 cæli cuius sint opus 41 b  
 cæli, è quibus nos Deus exaudit, qui  
 quales 19 a b  
 cæli gloriam Dei qui enarrant 94 b  
 cæli mysticè quid aut qui 165 d  
 cæli qui quales aut quid 116 d  
 cæli quid 263 a  
 cain quorum typus 18 a  
 calamus quis qualis aut quid 409 c  
 calamitates quæ cui acceptum referri  
 debeant 322 a  
 calcaneum quid 255 a  
 calcaneū obseruare quid 302 d 303 a  
 caligo sub pedibus quid 85 c d  
 calix quis qualis aut quid 119 b c  
 146 a  
 calumnia quid 352 b  
 calumniæ quæ quales 268 b c 315 c  
 calumniæ quæ quibus & illatæ, & in-  
 ferendæ 302 d  
 calumniatores qui quales 68 a  
 camus quid 161 c  
 cani & freni discrimen 161 c  
 candaces ille eunuchus quis 412 a  
 canes qui quales aut quid 113 a b  
 114 a 405 a  
 canina fames quid aut qualis 334 c  
 canna quæ qualis aut quid 410 c  
 canum virtutes quæ 405 a  
 cantare Domino canticum nouum,  
 quid sit 164 b  
 cantare seu canere, quid 387 c  
 canticum Psalmi quid 248 b 371 b  
 canticum, hymni, & Psalmi differen-  
 tia 4 b  
 canticum Psalmus quid 384 d  
 cantica quæ quibus conueniant  
 371 b  
 cantilenæ quæ quales 420 b

SVPER PSALTERIVM, INDEX.

canio quæ qualis 24 b  
 cantores qui quales 405 d 406 a  
 capitis vnus prælatio quam vbi sit  
 necessaria 311 d  
 captiui qui quales aut quid 220 d  
 captiuitas quæ qualis aut quid 319 c  
 402 c d  
 carbones qui quales quid sibi velint  
 86 a  
 carcerem animæ, carnem nostrã esse  
 375 c  
 caro quid vbi signet 364 c  
 caro qui restorere dicatur 140 d  
 carnis & spiritus bellum quale 33 d  
 carnes quæ quales 264 b  
 carnifices qui quales 298 d  
 caroli V. victoria quæ qualis 319 c  
 carthago quid nominis Hebraicè ha-  
 beat 251 a  
 caseus quis qualis 400 a  
 casta quid 231 d  
 castitatis quantus apud quos aliqua-  
 do ardor fuerit 237 a  
 cataractæ quid 218 b  
 cathedra summo honore digna quæ  
 323 a b  
 cathedræ quæ quales 10 a  
 catuli Leonū qui aut quid 78 d 307 d  
 cauendi qui quod aut quibus 53 b  
 Cedri quid 144 b  
 ceilani & pharisæi cur inter se con-  
 ferantur 297 c  
 ceilani qui quales 289 a b 290 a  
 293 a 298 c  
 cere instar mobiles ac fluxiles qui  
 318 c  
 cere liquefcentis instar fieri, quid  
 112 d  
 cerua mysticè quid 108 d 109 a  
 ceruus quam aut qui aqua desideret  
 216 a b  
 certissimus viuendi modus quis 36 a  
 cerui quid 145 c  
 ceruorū aut ceruarum pauor qualis  
 108 b  
 Cherub quid 85 d  
 chok Hebraicè quid 13 d  
 choros templorum, esse hodiè alicu-  
 bi equorum stabula 332 c  
 christus an pro amicis orans exaudi-  
 tus 110 b c  
 christus quanta pro nobis cur passus  
 117 c 178 a b  
 christus quid quantavæ qui perfece-  
 rit 21 c  
 christus quid quomodo precatu 22 b  
 christus quid sonet 12 d  
 christus qui adhuc in corpore suo pa-  
 tiatur 82 d  
 christus qui & quando Melchisede-  
 cis instar sacrificavit 270 b c  
 christi, dormientibus custodibus, sur-  
 gentis typus quis 288 a c  
 christi dormitio aut soporatio quæ  
 qualis 19 b  
 christi erga nos beneuolentia quan-  
 ta 72 b c  
 christi exemplum quod quale 130 b  
 christi in mundo paupertas quanta  
 170 c  
 christi iudicio quo qui Luterus con-  
 demnatus 316 a b  
 christi ouis qui sis 118 a  
 christi passio quibus tantum pñt 18 b  
 christi pauorem qui David præsi-  
 gnarit 151 a  
 christi paupertas 210 c  
 christo quanta fuerit lingue gratia  
 229 b  
 christum esse finem, quod cuius re-  
 spiciendum 331 b  
 christum, et si duabus constet natu-  
 ris, tamen esse vnum 231 a  
 christum, quæcunque tulit, nostrum  
 causa tulisse 59 b  
 christum suis manibus aliquando vi-  
 ctum quæsiisse 311 a  
 christianorū nomen qua velut Pro-  
 pheta prædictum 25 a  
 chusai quis aut qualis 33 b  
 chus quid sonet 33 c  
 chytropodes quid 397 b 398 a  
 Cibus dulcissimus quis 98 d  
 cicatrices quæ quales aut quid 195 d  
 ciceronis de conscientia testimoniū  
 quod quale 37 c  
 cilicium quid 180 d-181 a 419 c  
 circe quæ qui Germaniam dementa-  
 rit 321 b  
 circuire ciuitatem 334 d  
 circuitu quid 26 d  
 circuncelliones qui quales 298 d  
 cithara quid sua Christus præstiterit  
 aut cur detur 336 d  
 citharæ cuius vis quæ 3 d  
 citharæ & psalterij discrimen & my-  
 sterium quod quale 164 b  
 cithararum pulsatio quæ quibus vtē-  
 da 21 d  
 citharæcedus quis quantus 21 d  
 ciuitas quæ qualis aut quid 155 d  
 241 d 250 a 292 d 334 d  
 ciuitati cui quid debeat 249 b  
 ciuitates duæ quæ quales 350 d  
 ciuitates iudæ quid 425 b  
 Clamandum quibus ad quem 307 a  
 clamandum quibus qui sit 47 d  
 clamandi necessitas quæ qualis 332 c  
 clamor quis qualis aut quid 47 c d  
 claus quæ quales aut quid 7 a 325 a  
 clauium spiritualium vsus debitus  
 quis 325 a  
 clerus quid sonet 396 b c  
 clypeus quis qualis aut quid 178 c  
 Coagulans aut coagulatus mōs 398 d  
 399 a  
 coetus aut collectæ festum quod qua-  
 le 379 d 380 a  
 cogitare consilia quæ non potuerint  
 stabilire, quid 107 b c  
 cogitationes quæ quales 75 d 76 b  
 207 c d  
 cognitio quæ qualis aut quibus futu-  
 ra 50 b 65 b  
 collaudatio quæ quos deceat 163 b  
 colles quid 370 c  
 collum accinctio quæ qualis 370 b c  
 columba quæ qualis aut quid 300 d  
 columna veritatis quid 325 c  
 collectæ quæ quales aut quid 380 b  
 combinatio quæ qualis 481 c  
 comminere vt puluerem 91 d  
 cōmotio terræ quæ qualis aut quid 339 d  
 commutandi qui quales 415 a  
 comprehendendus manuum fuerit  
 operibus quis 49 a  
 comprehendendi superbia 336 d  
 compunctionis vino potari quid  
 340 a  
 compungi in cubilibus, quid sibi ve-  
 lit 25 d  
 concinnatio quæ qualis 313 d  
 conceptus quis qualis 38 d  
 concilium quale (si dijs placet) schi-  
 smatic velint 321 a  
 concilia quæ quibus in rebus à Pon-  
 tifice conuocanda 325 d  
 concipi in peccato qui inter coniu-  
 ges baptizatos contingat 274 d  
 conculcari quale quid 301 b  
 concupiscentiæ quæ quales aut quid,  
 & quos quam exceperit 31 a  
 274 c 319 a  
 condensa quid 145 c  
 confessio quæ qualis, quid aut quoru  
 plex 44 c 159 b c d 198 d 273 a  
 382 a b  
 confessio quæ qui & quam diu futura,  
 aut quæ sit necessaria 238 d 272 d  
 confidentia quæ qualis 255 b c  
 confidetiã quæ quid mereatur 306 c  
 confirmationis sacramentum quod  
 aut cur detur 392 d  
 confitendum Deo qui sit 383 d  
 confitentes qui quales 325 b  
 confiteri Domino, quid 164 a  
 confortari 49 d  
 confractio quæ qualis 244 c 403 d  
 confringere 14 c  
 confugiendum quibus quod sit 84 c  
 confusio quæ cui vitanda 425 c  
 confusio quæ qualis aut quid 124 c d  
 179 a 210 b 417 d 418 a  
 confutatio hæresis quæ qualis 328 b  
 congregare conuenticula de sangui-  
 nibus 71 c  
 congregatio omnis quid 35 c  
 conjugatus quis cur ita calibati ex-  
 tollat 237 c  
 coniuges seu matrimonio iunctos,  
 virgines esse posse 237 c  
 coniugibus quæ modò castitati itu-  
 dendum 237 c  
 cōscientia quæ qualis aut quid 37 c 274 c  
 conscientie vis quæ 44 d  
 conscindere faccum 189 c  
 conseruatio quæ qualis aut qui in-  
 telligenda 69 d  
 consideratio quæ qualis 53 d  
 consilium inopis confundi 66 a  
 consilium Luteri contra Muncerū  
 quod quale 315 d  
 consilia quæ qualia 166 b c  
 consilia quæ quam cauenda 9 b d  
 consistere castra & exurgere præliū  
 &c. 354 c  
 consolatio quæ qualis 242 a 422 b  
 constantia qua quibus sit opus 241 a  
 constellationibus an quid tribuen-  
 dum 184 b  
 consti-

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

constitui super opera manuum tuarum, &c. quid 42 a
consulor quis quam vitandus 9 b d
consummatio que qualis 337 b
conterere brachium quid 54 a
continentia que qualis 237 a
contradictio que vbi quam diu ferenda 292 d
contradictiones quid 91 d
contumacia que quanta 312 b
contumelia que cur perseveret 419 d
conturbatio que qualis aut quid 242 d 367 c
coventus quis qualis aut quid 358 d
conversatio que quam vim habeat 88 d
conversus ex ethnicis qui, quales euaserint 395 b
conuersio maris in aridam, que qualis 373 b
conuersio que qualis aut quid 335 a 427 a
conuerti ad vesperam, quid 334 b
conuerti in erumna, quid 159 b
conuiuator quis qualis 119 c
coquus quis vnde que differat 400 a
cor quarum rerum qualis sit officina 313 d
cordis inopia quid 267 b
cordis munditia quantopere necessaria 276 d
cor probare, cuius tantum sit 75 d
cor tanquam ceram fieri 112 d
corde mundo qui sint 121 b
corde que quomodò exeant 276 d
core quid 216 a 226 d 227 a
core seu Coreh quis, qui dicitur circa eum & filios eius miri corripit 215 b d
coritæ cuius aut quoru typus 222 b
coritæ que qualis aut quid 215 d 216 a
cornu salutis quid 84 a
cornua vnicornium 113 d 114 a
corona que qualis aut quid 105 b c 370 a
coronari tanquam scuto, quid 29 d
coronatio que qualis 419 d
corpore, quale cuius sit tabernaculi 142 a
corpus humanum, ergastulū seu carceris instar esse 375 c
corpora nostra qui, quamuis putrescant, non pereant 73 d
correptio que qualis 195 a
corripere quid 204 a b
corrupte quid 293 a
corrupti qui quales 284 a
Cruciatu Christi quos qui dauid perdidit 107 b & deinde
crux quam facta sit gloriosa 308 d
Culpa remissa, non mox & poenam remitti 273 d
cura que super quem iactanda 297 b
curæ que quales 191 c
curandum quid cui 419 d
curatis quibus quid curandum 196 b
currere cum furibus 266 b
currere in siti 350 d
currere sine iniquitate, quid 333 a
currus qui quales aut quid 245 c 400 b c 401 a c
custodire vias 88 a 200 b
custoditio viarū que qualis aut quid 76 c 88 a
Cyrus erga quos captiuos beneuolentia quanta 66 b
Dæmonia qui de templis fugere coacti 396 a
dæmonū subiectio que qualis 135 a
dare gloriam Deo, quid 413 a
dari in benedictionem, quid aut quanta 106 b
dari secundum opera & adiuuentiones cuiusque 139 c
dauid cuius quorūque typus aut figura 17 a 26 b 33 d 82 d 133 b 288 a c 311 b 350 c
dauid mysticè quis 59 b
dauid quale cuius rei sit exemplum 130 b
dauid que cur passus 17 a
dauid quantus aut qualis poeta 1 d
dauid quantum musica valuerit 3 c d
dauid quātus è quantillo euaserit 2 c
dauid quoties vnctus 133 b
dauid vnde qui rex factus 279 c
dauidis cognati quales 137 b
dauidis fraus que qualis 17 a
dauidis fuga seu mutatio que qualis 348 d 399 a
dauidis patria que 2 a
dauidis scelera que quanta 17 a
dauidi que poena, et si remissa peccatorum, ferenda 273 d
dauidi quid quomodò in Christi persona obtigerit 22 d
Deborah quid 392 b
decachordum quid 164 a
decimus Psalmum vbi aut vnde inchoent Hebræi 50 b
declinare 64 c
declinare in te mala, quid aut quale 107 b
declinare in quem iniquitates, quid 290 a b
declinatio que qualis 284 a
decor domus Dei, quid aut vbi sit 132 b
dedicatio que qualis 146 d
deduci in ciuitatem munitam 343 d
deduci in iustitia tua &c. quid 28 c
deduci in pulcre mortis, quid 113 a
defectio que cur ferè hæresum omnium sit scopus 323 c
defectionis cuius occasiones que quales 154 a
defectiones que qui fiant 56 a
defectus quis qualis aut quid 360 a
dei laus aut magnitudo quanta 249 a
dei negatores qui quales 162 a
dei nomen quod quale 259 b 388 b 398 a
dei nomina que qualia 70 b 259 d
deivani que qualis 10 d
delectari in lætitia, quid 387 a
delectatio que quid hostis sit 319 a
deleta qui nomina deorum 45 c
delectio que quid prefiguratur 45 d
delictum oris quod quale aut quid 336 c d
delicta que qualia aut quid 110 a 125 c
delicta que intellectu difficilia 99 a b
delictorum meorum verba quid 109 d 110 a

delirus quis theologus quibus cur agnominatus 324 a
demersio que qualis 420 d
dentes qui quales aut quid 308 b
dentium nomine quid vbi intelligendum 315 c
dentes quos qui Deus contriuerit 315 c
deo grati qui 48 d
deco patere omnia 37 b
deco plus sapere qui quomodò voluerint 2 d
deorum nomina qui delera 45 c
deos scriptura quos vocet 259 b
derelictum qui se Christus sit falsus 109 c d
deridendi Domino qui 335 c
derisio que qualis 111 d
descensus ad inferos, mysticè quis qualis 294 b c
desertores Dei qui quales 173 c
desertum 145 a 370 b
desiderium quod quale aut quid 196 d 197 a
desiderium pauperum exaudire Dominum 54 c
desperationi qua spe aut ex spe obuiandum 17 d
despicere in oportunitatibus 50 c
deum curare humana 36 d
deum non esse, qui quomodò creditur aut præ se ferant 51 d
deum non destitueret suos 191 b
deum omnia intueri desuper 55 b
decurare sicut escam panis 65 c
decuratio que qualis 134 b
deus auxiliis quibus sit 243 c
deus quando suis proximè ad sit 50 c
deus qui vel respondere vel silere dicatur 138 d
deus quibus quando potissimum ad sit 87 c
dextera quid 91 a
Diabolus quo Psalmo quam retundatur 388 d
diabolo quam faciliè à quibus refutatur 90 c
diadema quod quale, & mysticè quid 109 b c
diaphragma quid 174 c
diapsalma quid 18 d
dicacitas Luteri quanta 317 c d
dicere in abundantia, quid 148 c
dicere in cordibus, quid 23 d
dies 218 c
dies diei qui verbum eructet 95 a
dies mala seu malus quis 255 a
dies nō esse quid 190 b
dies super dies adijci 347 a
dies suos dimidiare, quid 299 a
diuina quæ 98 a
dilatare gressus 91 b
dilatari in tribulatione, quid 22 a
dilatatio oris que qualis aut quid 182 d
dilectio que qualis esse debeat 83 b
diligendi mali cur sint 174 b
diligere misericordiam qui Deus dicatur 165 a
diligere vanitatem qui quomodò dicantur

SVPER PSALTERIVM, INDEX.

cantus 22 d
dilutium quod quale aut quid 145 d
160 c 146 a
dimidiare quid verbi sit 299 a
diminuat qui vnde veritates 59 d
diminutio osium que qualis 113 c
dionysij Carthusiani commendatio 360 d
dirigendi in iudicio qui quomodò 126 a
dirigere quid sit 125 a
dirigi in conspectu tuo viam, &c. quid 28 c
dirumpere vincula 12 d
discendum quid quomodò 6 c d
disciplina que qualis aut quid 266 a
discipulis quibus qui quomodò imitandi 6 c
discordie in Ecclesia hodiernæ scandæ ratio vnica que 326 a
dispensationes que quales 324 d
dispensa esse omnia, quid 112 d
disperio Iudæorum que qualis 336 c
dissidiorum hodiernorum componendorum ratio vnica que 329 d
dispandos bella volentes 411 c
distillatio que qualis 391 d
distinctio que qualis aut quid 376 d
distingere labijs 376 a
distribuire domus 252 d
distributio que qualis 253 a
diuidere spolia 395 a
diuidi à paucis de terra &c. 79 b
diuisio que qualis aut quid 296 a b
diuites 59 a 172 a b 190 d 235 b
diuitum conditio que qualis 257 d
diuitum pericula que qualia 409 a
diuitia 172 b
Docti qui quid faciliè intelligant aut discernant 287 a
doctor quis qui docere aut discere debeat 7 a
doctor quis quomodò viliter doceat 265 d
doctrina que in quibus duobus sita 10 a
doctrina Luteranicæ cur vulgus ita deducit 318 b
docti quantum in quos scelus commiserit 280 c
docti quis qualis, & quorum figura 280 a b
doctis & Iudæ collatio 407 a
dolor Christi quis quantus 110 a b
dolores qui quales 84 a b
dolosè in conspectu alicuius agere, quid 184 d
dulus quis qualis aut quid 157 b d 159 a
dominatio que qualis 238 b 374 b
dominatorum inimicorum suorum quis 52 a
dominatur quorum iusti 257 a
dominatio pars hereditatis &c. quid sit 72 a
dominum virtutum quis 123 a
domus Dei quid 186 b
domus que cui quomodò intranda 17 c 96 d
da 28 a
domus que quales aut quid 232 c d 250 a
dormienti Sauli hastam & scyphum rapit, quid 288 a c
dormire in pace & requiescere, quid sibi velit 25 c d
dormire inter medios clericos, quid 396 b d
dormire qui Deus dicatur 20 a
dormitio & soporatio que qualis aut quid 19 b 408 d
dorsum aliquos poni, quid 107 c
dorsum quid 15 b
dorsum quid 15 c
duarum in Christo naturarū vnitio qualis aut quanta 109 c d
dulcedo que qualis 393 c
dulcedinis benedictiones quid 105 a
duodecim lapidum in aluco Iordanis mysterium 373 c d
duplicatio que quid sibi velit 394 d
duplices viri qui 60 a
duvauis quid 240 c 394 c 308 c
Ebur seu ebor quid 232 b c
Eburnæ domus 232 c
Ecclesia cuius sit corpus 82 d
ecclesia que quale sit sanctuarium 242 b
ecclesia que qualis aut quotuplex 131 a c 376 b
ecclesia que quid qua in re priuilegijs habeat 376 b
ecclesia quomodò & vna sit, & multæ 250 b
ecclesia quos gradus ætatis habeat 191 b
ecclesiæ & matris collatio 269 c
ecclesiæ inimici qui quales 153 d 302 a
ecclesiæ laus & excellentiæ 325 c
ecclesiæ primarius pastor quis, qualis aut quantus 323 a b
ecclesiam cur multi deserant 154 a
ecclesiam extra, non prodesse bona opera 364 b
ecclesiarum prædatores hodie qui quales 268 d
ecclesiasticæ concordie vnica ratio que 326 a
ecclesiæ que qualis aut quid 150 b d 407 a
Educatio que quas habeat molestias 41 a
educi ab inferno, quid 147 d
educi in latitudinem 87 d
educi quasi lumen iustitiam, quid 189 a
educitio è Babylone in Palestinam, quid 370 b
eductio que qualis 391 a
effundere 217 a
effundi sicut aquam 112 d
Ego hodie genui te, quid 14 a
egredi foras 213 d
egressa ex Sion que qualia 260 b
egressio que qualis aut cuius figura 17 c 96 d
egressus quis qualis 391 a
Ebraicè quid 112 d
Eli Hebraicè quid 13 c 37 d
clam 313 b c
eli quid sonet 83 d
elationes que quales aut quid 367 d
electio que qualis aut quid 365 a
electus quis 89 a
electos quanti suos Deus faciat 85 a
elemento quo qui vnde cur puniti 85 b
Elisabeth vidua laus 233 a
eloquia Domini qualia 89 d
Emigrare de tabernaculo 282 a
Engaddi quid 309 c
enos 49 d
Ephraim 341 c
epicureis qua in re cum Sadducis conueniat 204 d
epicuri impietas quanta 162 a
epinicia que qualia 426 b
episcopus Rōmæ quàm acriter aduersus Luterum scripserit 318 c
epistomion quid 200 c
epistolam 227 a
epulari quid itum ferat 387 a
Equus ac mulus quomodò regendè 161 c
equus an ad salutem faciat 167 c
Erasmi Roterodami de Lutero & Zuinglio censura 321 b 322 a
ergastulum mysticum quod quale 375 c
ergastulū seu ergodiotæ, quid 21 a 375 c
errare quid sit 314 a
error in Psalmo manifestus quis qualis 135 b
errores qui quales 18 a
erubescencia, que qualis 124 c d
128 c 417 d 418 a
eructare diem dici verbum, quid 95 a
eructatio que qualis 227 b c
eruditio que qui obtingat 266 a
eruditio que quibus iusta 14 d
eruditio que qualis 157 a
Esau & Jacob discrimen quantum 343 b
esca hereticorū que qualis 273 a
esse alicuius Deum, quid 112 b
esse in Deum protectorem, quid 151 c
Euaginare gladium 189 d
euangelici doctoris quid sit 312 d
euangelium quibus nominibus vnde de nominetur 209 a b
euangelizantes que quales aut quid 393 d
euangelizantibus quibus quid dandum 393 c
euelli de tabernaculo 282 a b
euentus quis quos maneat 23 a
euentus qui maximè vitantur, quid subin spōntè obueniunt 280 d
euentuum humanorum diuersitatis ratio 319 a
eugè eugè quid 182 d 183 b c 417 a
eunuchi qui quales 236 c d eunu-

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

eunuchus quis quid nos doceat 6 c  
 eurydice qui vnde crepta ac perdita 21 c  
**Exaltare** qui manum suam dicatur Deus 53 c  
 exaltare sub lingua, quid 378 b  
 exaltari de portis mortis 48 a b  
 exaltari in petra 135 c  
 exaltatio quæ qualis 378 b c  
 examinari igne 375 b  
 examinatio quæ qui fiat 76 a  
 examine quali Muncerum Luterus examinari iusserit 315 d  
 exardere in breui iram, quid 16 c  
 exasperatores qui quales 390 b  
 exauditio qua cui speranda 22 a  
 exauditione digni qui 27 c  
 exauditus qui sit aut non sit Christus 110 c d  
 excæcatio quæ vnde fiat 209 d  
 excessus quis qualis aut quid 355 d  
 excubiæ quæ quales aut quid 48 a  
 exemplum quod quibus vnde sumendum 35 d 36 a  
 exempla fidutiæ in Deum quæ qualia 192 b  
 exempla quæ quibus imitantur 397 d  
 exercitus qui quanti 394 a b  
 exitus quis qualis aut quid 142 a 321 c 368 b  
 exitus Saulis & Doegis quis qualis 232 b  
 exitum hoim diuersitas vnde 319 a  
 exitus quid 368 c  
 expectatio quæ qualis 192 c 260 b  
 expolitio quæ qualis aut quid 32 c 272 b 417 a  
 exquisitio 136 b  
 extendere manum & c. quid 295 d  
 exterminari 189 b  
 extra Ecclesiam nil boni ad salutem prodesse 376 b  
 extrahere de ventre, quid 112 a  
 extraneus quis qualis 418 c  
 extranei Ecclesie quibus periculis obnoxij 376 b  
 exules qui quales 204 c d  
 exultandum quibus in quo 163 b  
 exultare 44 c 277 b 387 a  
 exultare cum tremore, quid aut qui intelligendum 15 a  
 exurrectio Dei quæ qualis aut quid 333 b  
 exurgere 49 c 60 b 78 d  
 exurgere Dominum, quid 36 a  
 exurgere qui Deus dicatur aut videatur 386 a  
 exxai quæ quales 265 a  
**F**Abulæ quæ quales, quidve sibi velint 1 b c 21 c  
 facies Dei quid 122 a  
 facta quæ qui intellecta 361 d  
 falsa hæreticos loqui, cur mirum non sit 314 a  
 fames quæ qualis aut quid 334 d  
 famem pati vt canes 334 b c  
 faui dulcedo quanta 98 d  
 felicitas quæ qualis aut quos maneat 223 d  
 femur quid 229 d 230 a  
 fenestra 332 a  
 fera arundinis quæ qualis aut quid 408 c 409 b  
 feræ quæ quales 114 b  
 ferenda quæ cuius exemplo 293 d  
 festa Septembris quæ qualia 379 d 380 b  
 festinatio quæ qualis 427 d  
 Flammæ intercisio quæ qualis 145 a  
 flatus quis quid sibi velit 87 b  
 flerum demorari ad vesperam, quid 148 b  
 fluctuatio quæ cui non timēda 298 a  
 flumen quod quale aut quid 241 c d  
 flumen Dei 369 a  
 fluminis imperus 241 c  
 fictio aut simulatio quæ qualis 169 a  
 fide sola neminem iustificari 82 b c  
 fiduciosus qui 406 a  
 fiducia quæ qualis 21 b 117 d  
 fiducia quæ quid promereatur 306 c  
 fiducia quæ quibus vbi quàm necessaria 17 d  
 fiducialiter agere, quid 60 b  
 fieri sicut equus ac mulus 161 b  
 figmenta quæ quorum conducant 17 d  
 filia Sion quid 48 c  
 filia cui quid quomodo audiendum & videndum 234 a  
 filia Iudæ quid 252 c  
 filie regum 233 a  
 filius meus es tu & c. quid 14 a  
 filius quis qualis 238 a  
 filij alieni quid aut qui 92 b  
 filij Dei qui 142 d  
 filij hominis aut hominum, quid aut qui 22 c d 352 a  
 filij qui quales 128 a  
 filiorum multiplicatio quid sit aut præster 380 d  
 filiolii qui quibus patribus sapientiores 238 a  
 filiolii qui quales 381 a  
 fimbriæ quæ quales aut quid 235 d  
 finale in dictionis alicuius initio esse, quid sibi velit 42 d  
 fingere sibi Deum, quid 54 b  
 finis in quem cuius respiciendum, quæ 331 b  
 finis mysticè quis 371 b  
 finis quis qualis aut quid 379 b 426 a  
 fines terræ qui quales aut quid 346 a  
 firmamentum nostrum quid aut quis 128 a  
 firmamentum quod quale aut quid 94 c 96 c  
 firmamentum veritatis Ecclesiam esse 325 c  
 firmare sermonem nequam quid sit 359 d  
 firmare super quem oculos, quid 161 b  
 fiscella 200 c  
 fischerij Episcopi Rossensis eruditio & martyrium 318 c  
 fistula quæ qualis aut quid 231 d  
 Fœdera quæ qualia 262 b  
 fœneratores 268 d  
 fœtor 28 d  
 fœtus quisque quàm suæ matri dilectus 83 c  
 fons misericordie quis 272 c  
 fons vitæ 186 c  
 fontes aquarum quid 86 d  
 fons vitæ 406 c  
 fontes qui quales 406 c  
 formidandum quibus non sit 176 b  
 formido quæ qualis 284 d  
 fortitudo 390 a  
 fortitudinis custodia quæ qualis aut quid 335 d  
 fossio manuum & pedum quæ qualis 113 b  
 Framea 46 b 79 a 113 d 178 c  
 framearum defectio quæ qualis 45 d  
 frater tuus, & filius matris tuæ, an & qui differant 269 c  
 fratre non redimente, hominem redimere? 255 b c  
 fratres Christi qui quales 114 d  
 fremicus 12 a  
 frenum quid 161 c  
 fructus qui quales aut quid 107 b  
 frumenti, vini & olei fructus & dei 291 a  
 Fuga 291 a  
 fugere quos quid vnde cogat 154 a  
 fugiendi qui 131 a d  
 fulminum vis quæ 86 b  
 fumus quis qualis aut quid 386 b c  
 fumus vnde qui cur ascendit 85 a  
 fumo quo quæ quæ excæcentur 319 b  
 fundamentum quod quale aut quid 325 d  
 fundamenta orbis quid 86 d  
 fundamenta terre quid 85 a  
 funes cadere in præclaris, quid 72 b  
 furesne fuerint. Israelitæ spoliando Aegyptum 267 a  
 furor qui Deo ascribitur 30 c  
 furtum quid sit 267 a  
 furti pena quæ qualis 267 b  
 furto peccatum omne intelligi 267 a  
 furorum diuersitas quæ qualis 267 a b  
 furum nomine cur serui intelligantur 268 a  
**G**Ad quid 145 b  
 Galaad 341 b  
 galilæa vnde potissimum nobilitata 407 c  
 gallis quam artem debeamus 236 a  
 gamal quid sit 63 a  
 gath Hebraicè quid 40 a  
 gath seu gath quid signet aut figuret 169 b  
 gaudendum vnde sit aut non sit 335 a  
 Gedeonis victoria quæ qualis 167 b  
 gemitus qui quales 153 a  
 genera hoim quæ qualia 50 a b 283 c d  
 generatio quæ qualis aut quid 116 c 121 c  
 genimina quid 369 d  
 gentes quæ quales aut quid 48 c 246 a  
 gentes fremuisse, quid 12 a b  
 germina quæ qui multiplicari oranda 369 d  
 geth seu gath quid sonet 390 b  
 Gigantes qui quales 410 d  
 Gladius in labijs quid 335 b c 21 a

SVPER PSALTERIVM, INDEX.

gladius quem deceat 229 c  
 gladius spiritus quid 392 b  
 gladium vibrare 38 a  
 gloria filie regis ab intus, quid 235 c  
 gloria quanta Christo obtigerit 106 a  
 gloriosi de peccatis, quale 51 a  
 gloriationes quæ quibus quod tandem euaserint 212 c  
 glorificare 114 d  
 Goliath quid 350 c  
 goliath qui suo ipsius gladio iugulerur 171 d 327 c  
 Gradatio iniuriæ seu contumeliæ quæ qualis 301 b  
 gradus ad malum qui quales aut quid 9 d  
 gradus ætatis qui quales 191 b  
 gratia quæ qualis 229 a  
 gratitudo quàm Deo sit grata 170 a  
 gressus qui quomodo perficiendis, dirigendi, non supplicandi 76 d 191 a 192 a  
 Guttur quid 231 c  
 guttur quod quale 64 d  
**H**abitare in sancto, quid 111 a  
 habitare in sepulchris 390 b  
 habitatio quæ qualis aut quid 400 b  
 hagah quid 26 d  
 hail 51 d  
 halal 51 d  
 haman qui suo in patibulo suspensus 48 d  
 hereditas 346 d 392 c  
 hereditas CHRISTI quæ qualis aut quid 72 b c  
 hereditarij terram qui 191 d  
 heresarcha quis qui seipsum refundendum prodiderit 315 d  
 heresarchæ qui quem heresarcha quomodo secuti 315 c  
 heresarcharum typus quis 294 b  
 hereses qui Ecclesie vitales fuerint 393 a  
 heresum ferè omnium scopus aut intentio quæ 323 c  
 hereses cur Deus oriri sinat 336 b  
 heretica scripturæ allegatio quæ qualis 171 d  
 heretica dogmata quæ qualia 296 d  
 hereticas technas nouisse quale quid 336 b  
 heretici Iudæis qui 104 a  
 heretici quem cenfeant antichristum 312 c  
 heretici quales latrones 125 a b  
 heretici quæ quales sint carnifices 298 d  
 heretici quæ quibus quocumque impingant 355 a  
 hereticorum ac tyrannorum comparatio 52 d 53 a  
 hereticos ipsi etiam paleis esse locutores 129 d  
 hereticos quid ab Ecclesia eiciantur 317 b  
 hereticos quos quid merito terreat 361 c  
 hereticorum calumniæ quæ quales 315 c  
 halitus quis quid sibi velit 87 b  
 harmoniæ genus quod quale 254 d  
 hastam & scyphum Sauli dormienti abripit, quid 288 a c  
 Hebræa linguæ vsus quod conducat 361 b  
 hebraica hominis nomina quot, quæ & qualia 301 c  
 hebraismi qui quales 57 a  
 helenæ & Elisabeth collatio & conium 233 a  
 heliodorus quis quibus quali eximio plo sit 269 a  
 hermenia quid 26 d 35 b 204 c  
 hermonijm 217 d  
 hesperia 368 c  
 Hierosolyma quid vnde passa 423 a  
 hierosolymitani templi situs quis 19 a  
 hierusalem cuius typus 47 a  
 hierusalè quæ qualis aut quid 278 a  
 hierusalem quid sonet 47 a  
 hierusalem quàm aliquando laudabilis 249 b c  
 hircorum sanguis qualis 264 b  
 Hodiè genui te, quid 144 a b  
 hodiernæ libidinis exempla seu specimina quæ qualia 237 a  
 holocaustum quid 376 a b  
 holocaustum quod quale 208 c  
 holocaustum qui mysticè offeratur 376 a  
 holocaustum qui tantum grati fieri possit 564 a  
 holocausta gratissima quæ 376 b  
 homicidæ cuius sint filij 47 c  
 homicidæ qui quales 359 b  
 homicidia cuius instinctu fiunt 47 c  
 homo 49 d  
 homo honorem qui suum perdidit 256 c  
 homo pacis quid 214 c  
 homo quot & quæ habeat nomina Hebraica 301 c  
 hominis dignitas quæ 42 a  
 homini cuius Angelum custodem dari 171 a  
 homines & iumenta quid 185 d  
 homines marini qui quales 366 b  
 homines serpentibus similes qui 314 c  
 hominum stultitia quanta 258 c  
 honor quæ cui pastoris debitus 323 a b  
 Horæ Græcè quid 370 c  
 horariorum precum initium commune quod 426 c  
 hostia vociferationis quid 156 a  
 hostiles dolos nosse, quàm quod conducat 332 d  
 hostis quis quantus 332 d  
 hostis quis qui facillè vincatur 319 a  
 hostes Ecclesie qui quales 302 a  
 hostibus qui aut quid fauēdū 22 a b  
 hostes qui quorum figura 26 b  
 Humana iustitia quæ qualis 36 d  
 humana omnia quàm sint incerta 52 b  
 humiliatio seu humilitas quæ qualis 53 b 152 c  
 Hymnus quid 4 b 345 a  
 hymnus quis vbi dicendus 363 b c  
 hyperbaton quod quale 230 c  
 hyperbole quæ qualis 424 d  
 hypocrisis quæ qualis 287 b  
 hypocrite qui quales 68 a  
 hypostasis quid 202 a 203 a  
 hypopus mysticè quid 276 a  
 hypopi vis & vsus quis 275 d  
 hypopo adspergi quid 257 d  
**I**acob quid 223 a  
 Iacobi epistola cui heresarchæ sit straminea 317 d  
 iacere qui Deus dicatur 20 a  
 iam Hebræis quid 251 a 368 c  
 Idithun cuius figura, quidve sonet 199 d 200 203 a 348 b  
 idumæa quid 343 a  
 Ieiunium mysticè quid 181 a  
 ieiunium quod quale 419 a  
 ieiunia quæ qualia 171 c  
 ierusalem mysticè quid 220 d  
 igneæ sagittæ quid 86 b  
 igneus currus quis qualis aut quid 400 d  
 ignis & aqua 375 d  
 ignis quis qualis, & quos quomodo absumpsit 318 c  
 ignis quis quod necessarius 364 a  
 igne examinari, quid 76 a  
 igne qui quomodo puniti 85 a b  
 ignorata interrogari, quid sibi velit 180 c  
 Illuminatio quæ qualis aut quid 134 a 181 b  
 illustrare faciem quid 154 c  
 imago quid 34 d 78 c 112 d 202 d  
 imagines hominū quæ quales 281 b  
 imber quis qualis 145 d  
 immaculata via quid 90 b  
 immissiones quæ quales 170 d  
 impietariis quibus qui propitiadum 364 c  
 impij qui 77 d 131 a 161 d  
 impingatio quæ qualis aut quid 119 b  
 imponere homines super capita uostræ, quid 375 c  
 imprecationes quæ quales 29 a 35 b  
 imperiū quod quale aut quid 421 d  
 impudentior Lutero an quisquam futurus 326 c  
 Inania verè quæ 12 c  
 incantantes qui quales 315 a  
 incendium à Lutero adornatum quale 318 d  
 incensum quod quale aut quid 377 a b  
 inclinare calos, & descendere, quid aut quale 85 c  
 incontinentia hodiè quanta 237 a  
 incrementum quod quale 380 d  
 increpatio quæ qualis 45 c  
 indefinita, ferè vniuersalium naturam sapere 29 d 172 a  
 inebriatio quæ qualis 368 d  
 infantium ex ore laudem perficere 40 d 41 a  
 infernus quid 31 c  
 inferno sepulchrum notari 154 d 111



IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

infigi in interitu, quid 48 c  
 infirmari à facie Dei, quid aut quo-  
 modo intelligendum 45 b  
 ingredi sine macula 67 d  
 ingredi vt videret, quid 213 c  
 inimicus & vltor quis 41 b  
 induci in laqueum 375 c  
 inimici cuius qui quales 153 d  
 iniquitas quæ qualis, & quid merea-  
 tur 27 c d 209 d 333 d 334 a  
 iniquitati omni suum restare suppli-  
 cium 18 a  
 initium peccati quod 38 d  
 iniuria quæ qui gradatim ascendat  
 30 r b  
 iniuriam potius ferendam esse, quàm  
 litigandum 268 b c  
 iniustus quid 184 b c  
 innocens manibus quis 121 b  
 inobediencia hereticis quæ quanta  
 313 a  
 inopia quæ qualis aut quid 267 b  
 inscitia q̄ quid vbi pariat mali 6 a b  
 insidiaz q̄ quos exitus sortitæ 48 c d  
 insidiator quis qualis 53 a  
 insipientia quæ qualis aut quid 417 d  
 insipiens in corde suo qd̄ dicat 64 a  
 insipiens quis qualis aut quid 67 a  
 283 d  
 instrumenta quæ quorum sint 243 a  
 intellectus quantus quibus cur da-  
 tus 161 b  
 intellectus quis Christo qui tribu-  
 tur 72 d  
 intellectus super egenum & paupe-  
 rem quis qualis 211 d 212 a  
 intellectus quis qualis 157 d  
 intelligere qui quibus iustum 14 d  
 intelligere quæ quos iubeat Psal-  
 mista 14 d 269 d  
 interitio quæ qualis 145 a  
 interitus quis qualis aut quid 255 d  
 interitus quis quos maneat, aut me-  
 rito terreat 48 c 361 c  
 interpretandi difficultas quæ qua-  
 lis 5 d 6 a  
 interpretatio qd̄ schematis sit 75 b  
 interpretibus quibus quid maximè  
 cauendum 8 a  
 interrogatio quæ qui aut fiat, aut in-  
 telligitur 57 b c  
 introire in domum Dei, quid 376 a  
 inuenti iniquitatem ad odiu, quid  
 184 d  
 inuenturi Dominum qui 46 d  
 invidia quantum sui ipsius tormē-  
 tum 39 a  
 Iohannis Fischerij laus, eruditio,  
 martyrium 318 c  
 iordanis quid 369 a 398 c  
 iordanis quale sit flumen 369 a  
 iordanis ortus, tractus & occasus  
 369 a b  
 Ira quæ qualis aut quid 148 a 153 a  
 ira qui Deo ascribitur 30 c  
 irascendum qui sine peccato 23 c d  
 irenæ testimonium quod quale &  
 quantum 270 b c  
 irrisio Lucianica quæ quibus ho-

istius qui nō derelinquendus 191 b  
 iusti qui quales 175 b  
 iusti quibus obnoxij 175 d  
 iusti quorum qui dominatur 257 a  
 iustorum aut videntium liber quis  
 qualis aut quid 423 c  
 iuuentus quid 227 a  
**K**alaf quid 229 d  
 kadofch quid 23 c  
 kimhi seu Kimchi Iudeus quis qua-  
 lis 7 d 8 a  
 klaf quid 396 c  
 kum Hebraicè quid 11 a  
**L**abia quæ qualia 59 d 60 a  
 75 c 155 a  
 labia qui compescenda 172 c  
 labiorum distinctio quæ qualis aut  
 quid 376 a  
 labiorum voluntate non fraudari,  
 quid 104 d  
 labia aperire, quid 277 b  
 labore manuum suarum Christum  
 videri 211 a  
 laborare in gemitu, quid 31 d  
 laboris ac doloris consideratio quæ  
 qualis 53 c  
 labyrinthus quis qualis 554 d  
 lachrymæ (seu potius lacrymæ) quæ  
 quales 75 c  
 lacrymæ qui sint aut fiat panes 216 c  
 lacrymarum vis quæ 273 a  
 lachrymis seu lacrymis visum ladi  
 32 a  
 lacrymas in conspectu aut vtre po-  
 nere, quid 303 d  
 lactentium ex ore laudem perficere  
 40 d 41 a  
 lacus quis qualis aut quid 139 a 206 c  
 letari ex vindicta qui quomodo di-  
 cantur 330 c  
 letari, quid 44 c  
 letificatio quæ qualis aut quid 241 d  
 242 a  
 letitia quæ qualis 44 c d  
 letitiae oleum quid 231 b  
 lamech litera, quid quibus articuli  
 sit 16 b  
 lancea quæ qualis aut quid 178 c  
 lanceæ turba quid 410 b  
 lanceæ quæ quales 410 c  
 laqueus quis qualis aut quid 179 c  
 375 c  
 laqueum parare pedibus, quid 308 c  
 laqueo quo qui comprehendendi  
 48 c  
 laquei mysticè quid 58 a b  
 laquei qui quibus tensi 128 b  
 latera aquilonis 249 b c  
 latrones qui quales 125 a b 273 a  
 lauare manus inter innocentes  
 131 d  
 lauare per singulas noctes lectum,  
 quid 31 d  
 laudandus quomodo Deus 375 a  
 383 b  
 laudare Deum qui quomodo que-  
 ant aut nequeant 31 c  
 laudare sermones in Deo, quid sit  
 lau-

SVPER PSALTERIVM, INDEX.

laudari peccatorem in desiderijs ani-  
 ma, &c. 51 a  
 laudatione dominare, quid 48 b  
 laudatori Dominum qui quales 115 c  
 laudem ex ore infantium perficere,  
 quid 40 d 41 a  
 Lectio q̄ quid negocij faciat, & quàm  
 facile deprauetur 22 c  
 Iedauid Hebraicè quid 16 b  
 legati ex Aegypto, quid 411 c  
 legialiter & alia hodie in Biblijs, q̄  
 olim sint lecta 394 c  
 legis ac mandati discrimen 88 a b  
 legiflator 49 d  
 leo quid ferè sit 112 d  
 leones mysticè quid 78 d  
 leones qui quales 307 d  
 leontib⁹ qui heretici similes 315 c  
 leuatio manuum quæ qualis 356 a  
 leuitas quæ qualis aut quid 408 d  
 lex diligendi quæ qualis 382 d  
 lex Domini qualis 97 b c  
 lex peculiariter quid 88 a  
 Libani vitulus 444 b  
 liberant libri quid 208 d  
 liber quis qualis aut quid 423 c  
 liberari de sanguinibus 277 b  
 liberari in die malis, quid 212 a  
 liberum hereticis concilium quod  
 321 a 326 b  
 libidinis carnalis hodie typi q̄ qua-  
 les 236 d 237 a  
 libri facti à Lutero explosi qui 317 d  
 318 a  
 libro viuientium inscribi, quid 423 d  
 ligationes aut solutiones Papales q̄  
 quales 324 c  
 lignum quod quale aut quid 10 b c  
 lilia 226 d 415 b 227 a  
 limax liquefactionis quid 330 a  
 limus profundus quid 416 b  
 lingua quæ qualis 228 a  
 lingua qui coherenda aut custodi-  
 enda 172 c 200 b  
 linguam concinnare dolos 269 b  
 lingue qui per quos diuisæ aut con-  
 gregatæ 292 c  
 linguarum & gladiatorum compara-  
 tio quæ qualis 308 b  
 linguarum vsus & comendatio 379 b  
 lites quæ quales aut qui suscipiendæ  
 268 c  
 Locus tabernaculi admirabilis quid  
 217 a  
 locutio quæ quàm diuersè ab vno  
 eodemq̄, fiat 68 a  
 longa vita cur quibus adeo grata 31 b  
 longitudo vitæ cur quibus petenda  
 31 b  
 loqui Deum, quid 138 d  
 loqui in corde & corde, quid 59 d  
 loqui in ore suo, quid 335 b c  
 loqui labijs 111 d  
 loqui veritatē in corde, & non age-  
 re dolum in lingua, quid 68 a  
 lotharij regis laus 236 d  
 Lucam & Marcum Lutero (si dijs pla-  
 cet) humi serpere 317 d  
 lucerna 89 b  
 luciani impietas quæ 162 a

luciferum quid celo exturbat 317 b  
 luctus quis qualis 397 b c  
 luctus quis quos deceat 419 b  
 ludibria quæ cui perferenda 419 c d  
 lumbi quid aut quales 196 c  
 luna mysticè quid 56 b  
 lup⁹ quis qualis fact⁹ sit ouis 406 c d  
 luteranus quid artis debeatur 236 a  
 luterismus an & cur non ita diu du-  
 raturus 386 d  
 luterus in quibus iam olim damna-  
 tus 82 c  
 luterus lepidè suis coloribus depict⁹  
 317 c d  
 luterus qualia in vulgum sparferit  
 322 b  
 luterus qui suo ipsius iudicio repu-  
 diandus 316 a  
 luterus quō Muncerum (si dijs pla-  
 cet) examinari iusserit 315 d  
 luterus vnde missas 315 d  
 luteri doctrina qui facilè heretica  
 depræhendatur 318 b  
 luteri & Circes collatio 321 b  
 luteri & Coreh comparatio 321 a  
 luteri perfidia quæ qualis 376 c  
 luteri pudor quis 326 c  
 luteri secta in q̄t alias dissecta 386 d  
 Lutero, si vir probus fuisset, agenda  
 quæ 322 a b c  
 luterum heresiarum qui alij dere-  
 linquendo secuti 315 c  
 luterum se suo ipsius gladio iugulaf-  
 se 315 d  
 luterane doctrinæ venti qui quem  
 igne suscitârunt 318 c d  
 luteranice doctrinæ themata quæ  
 qualia 296 d  
 luteranis liberum concilium, quid  
 326 b  
 lutum quid 420 c  
 lux 89 b 220 b 332 a  
 Lyranus cur vnde notatus 8 a  
 Lyranus cur Lutero summus the-  
 logus 324 b  
 Lyranus quo quibus contempri aut  
 honore habitus 324 a b  
**M**achabæorum libros cur hæ-  
 resiarum Teutonum reij-  
 ciat 317 d 318 a  
 magica aspidis educio quæ qualis  
 314 d  
 magistratus potestas quæ qualis aut  
 quanta 328 c  
 magnificare, quid sit 170 b  
 magnificatio DEI à nobis qui fiat  
 427 c  
 magnificentia quæ q̄ sit eleuata 40 c  
 magnitudo Dei quæ 249 a  
 mahelath quid sit 283 b  
 maiores nunquam posteris plus satis  
 relinquere 15 d  
 mala quæ quibus cesserint 393 a  
 mala qui omnia superanda 19 c  
 maledicentes qui quales 190 d  
 maledictio quæ qualis 380 c  
 maledictione os plenum esse 52 b  
 mali an & qui diligendi 174 b  
 malignantium conuentus quid 358 d  
 malignari quid 188 b 199 b

malitia quæ quorum præscira 314 b  
 malo cui quomodo occurrédū 196 b  
 malorum quorum causæ quæ 209 d  
 mali quæque sibi prius nocere 179 d  
 manasses quid 341 c  
 manasse præferri Ephraim, mysticè  
 quid 241 d  
 mandare salutes Iacob 223 a  
 mandare quid comprehendatur 88 b  
 manè diluculo, quid 242 b c  
 manè quod q̄ cui desiderabile 27 b  
 manè quod quale aut quid 109 a 337 d  
 manere in oriente, quid 292 c  
 manipulus quis qualis aut quid 313 b  
 mansio in solitudine quæ qualis aut  
 quid 291 c  
 mansueti qui quales 170 a  
 manus canis quid 113 d 114 a  
 manus quæ qualis aut quid 195 b  
 manum qui suam Deus exaltet 53 c  
 manuum lotio quæ qualis 131 d  
 manus extollere, quorum aut quid  
 gestus sit 139 b  
 Marcum Lutero (si dijs placet) humi  
 repere 317 d  
 mare mortuum quale 369 b  
 mare mysticè quid 367 e  
 maris ac luminis differentia quanta  
 241 c  
 marini homines quales 366 b  
 martyrium (si dijs placet) quod qua-  
 le 312 c  
 martyrio quis nō ita pridem in An-  
 glia clarificatus 318 e  
 maternus affectus qualis 269 c  
 mathematicos consulere 185 c  
 matres, quibus serio triumphandū,  
 quæ 238 a  
 matrimonio quantunvis laudabili,  
 virginitatem præstare 237 b  
 matthæum Euangelistam Lutero (si  
 dijs placet) humi repere 317 d  
 matutina cerua quid 109 a  
 matutinum quod quale 242 c  
 matutinum tempus quod sit maximè  
 aptum 27 b  
 matutini exitus quid 368 b  
 matutino cur Christus resurrexerit  
 148 b c  
 mauritij Saxonis casum quæ porten-  
 ta præcæserint 321 c d  
 Meditatio quæ qualis, & quibus quàm  
 necessaria 10 b 356 c  
 meditationes quæ quales 12 b c  
 medullata quæ qualia 376 d 377 a d  
 finale quid vbi mysterij habeat  
 42 d  
 melanchthon qui fuerit ipso Lutero  
 perniciosior 321 b  
 melanchthonis commendatio quæ  
 qualis 321 b  
 melanchthonis dexteritate quod Lute-  
 rus abusus 321 c  
 melchisedecis more qui Christi ob-  
 lationem fecerit 270 c  
 mendaces qui quales 351 d  
 mendacium merces quæ 27 d  
 mendacia quæ qualia 372 b c  
 mensam alicui parare, quid 119 a  
 mensæ bndictio vnde auspiciada 171 d

IN COMMENTARIA BREDEMBACHII

mensis quis quibus festis celebris 379 d 380 b  
 mensurabilis dies quid 201 d  
 mentiatu sibi iniquitas 137 c d  
 mentiri 92 b  
 mentitio quæ qualis aut quid 372 b  
 mercatores qui quales 267 d 313 d  
 mercenarij qui aut soluendum, aut laborandum 268 a  
 merob cuius figura 350 c  
 messias quid 12 d  
 metamorphosum hodiernarum auctor aut origo qualis 312 d  
 metaphora quæ qualis 313 b  
 meteoza quæ qualia 218 c  
 metus quis qualis 284 d  
 Michol cuius figura 331 d 332 a  
 micholem qui David adeptus 350 b  
 millia quæ qualia aut quid 401 d  
 minæ quæ cui tempori assimilantur 368 d  
 minorem maiori præferri, mysticè quid 341 d  
 minus paulò minus ab angelis, quid 41 d  
 mirabilia Dei quæ qualia & quanta 143 b c  
 mirabilia Iordanis quæ qualia 369 b  
 mirabilia narrare, quid 44 c  
 mirabilis qui Deus in sanctis 413 c  
 miri quiddam ex Athanasio 385 d  
 mirificare 155 d  
 mirificasse quos qui deus dicatur 23 b  
 mirificasse voluntates suas &c. quid sibi velit 70 c d  
 miseratio quid 125 c  
 miseria 60 b  
 miseria summa quæ 126 c  
 miserie lacus quis 206 b c  
 miseria quæ qui incurrerimus 380 d  
 misericordes qui quales 190 d  
 misericordia quid 125 c 352 d  
 misericordia qui diligenda 165 b  
 misericordia quos circūdata 162 a  
 misericordie & iudicij coniunctio quæ qualis 165 a b  
 misericordie & veritatis consensus quis 307 d  
 misericordie fons quis 272 c  
 misericordiam & veritatem suam qui Deus mittat 307 c  
 misericordia digni aut indigni qui 30 d 334 b  
 miserus qui nostri sit Dominus 83 b  
 missæ sacrificium quale 270 b  
 mizmor quid 4 a  
 Moab quid sonet 342 b  
 moab quis & vnde 341 d  
 moabitæ qui 342 a  
 modus componendi diffidia fidei hodie vnicus quis 329 d  
 moechandi vetatione quid vetitum 269 a  
 molliti sermones qui quales 296 d  
 μολωπις quid 195 d  
 momentanea quæ qualia 281 b  
 montio quæ quàm sit pia 267 a  
 monoceros 114 b  
 μονότροποι qui quales aut quid 389 b  
 mons Domini qui ascendatur 121 a

mons mysticè quid 67 b d 148 d  
 mons quis cuius figura 19 a  
 monstrum in Barauia visum quod quando 366 b  
 montes Dei quid 185 c  
 montes mysticè quid 392 b  
 montes qui quales aut quid 241 a  
 367 a b 398 c d 399 c  
 montium mysteria aut ministeria quæ qualia 120 d  
 montium præparatio quæ qualis 366 d  
 montium translatio quæ qualis 240 d  
 monumenta quæ qualia 256 c  
 moria quid montis sit 220 b  
 mors quæ cur pessima aut optabilis 176 c  
 mors quæ qualis, aut quos de partura 357 a  
 mors quibus quæ qualis 176 b c  
 mortis aut mortium differentia quæ qualis 256 a  
 mortis portæ quid 48 a  
 mortis vasa 38 b  
 mortis vmbra 224 d  
 Moses quid sonet 5 a  
 Moses qui Pharaonis appellatus sit Deus 259 b  
 mouere caput 111 d  
 Mulhufiani quomodo à Lutero contra Muncerum submoniti 315 d  
 mulier aliena quid 421 a  
 mulieres quæ quales aut quid 395 b  
 mulierum apud Hebræos consuetudo quæ qualis 393 d  
 multiplicari secundum altitudinem &c. quid 61 b  
 multiplicatio quæ qualis 210 a  
 380 d 417 b  
 multiplicatis infirmitatibus postea acceleratum esse 71 b  
 mulus qui ferat fessorem 161 c  
 muncerus quomodo per Lutero contra Mulhufianis commédatus 315 d  
 munditia qua quibus quantoperè sit opus 276 d  
 mundum cor quibus 121 b  
 mundus quid Babylonis sit 375 c  
 mundus quid Labyrinthi sit 354 d  
 munera quæ qualia aut quid 132 d  
 munera quæ vnde qui offerenda 408 a b  
 munera super innocentes accipere se ferat 68 d  
 munimine quo quos Ecclesia muniat 89 d  
 murmuratio quæ qualis aut quid 337 c  
 musica quæ qualis & quibus audienda 164 a b  
 muta iustitia quæ 313 c  
 muti instar non loqui 198 a  
 mutuantur qui quales 190 d  
 muz Hebraicè quid 10 a  
 μουρῆ 20 a 401 c  
 μουρῆλας quid 401 b  
 myrra 231 c  
 myrrhæ primum esse inter aromata locum 232 b  
 Nabal quid 301 d

narrare vt absconderet laqueos, quid 359 d  
 naschak quid 15 b  
 nasci pro patribus filios 237 d 238 a  
 narium flatus seu halitus quis quid sibi velit 87 b  
 nature duæ in Christo quàm fuerint vnitæ 209 c d  
 naues Tharsis quid 251 a  
 Neapolis quæ qualis 341 a  
 negatores qui quales, & cur misericordia indigni 334 a  
 neginah aut neginoth quid 21 a b  
 345 a 379 b c  
 negligentia quæ quantæ sit impietatis 267 a  
 negligentia quæ qualis 391 c  
 nemini se purum ab omni peccato asserere licere 269 c  
 nequitia quorum seu qua quò Deus vtatur 314 b  
 nes Hebraicè quid 24 d  
 Nicolaus Lyranus quomodo Lutero ratiō habitus 324 a b  
 nicolai Lyrani laus 113 b  
 nilboni extra Ecclesiam ad salutem prodesse 376 b  
 nizach quid 20 d  
 Nomen Dei quid 282 d 283 a  
 nominum mutatio quæ quibus facta 71 d  
 νομισμο 49 d  
 non esse hominem, quid 111 c  
 non esse qui faciat bonum, non esse vsque ad vnum 64 c  
 non esse qui non peccet 160 a  
 nōsse volatilia omnia, quid 263 d  
 nota seu regula qua qui quomodo dinoscantur 287 a  
 notas facere vias vitæ, quid 73 d  
 notitia quæ qualis 50 b  
 nouacula quæ qualis aut quid 281 c  
 nouandi nominis ratio quæ qualis 72 a  
 nox 89 b 218 c  
 nox qui nocti indicet scientiam 95 b  
 Nubem de terra ascendere, quid 143 c  
 nubes quæ quales aut quid 89 b  
 143 c 185 c 383 c 413 b  
 nubium disruptio quæ qualis 86 a  
 nudari sine saltare ante arcam quod quale 142 c  
 numeratio quæ qualis aut quid præ se ferat 201 c  
 numerus anni quo captus est Saxo, ex quo Psalmi versiculo colligatur 319 c d  
 numeri qui quid mysterij secum ferant 281 a

Obedientia quæ cui præstanda aut debita 320 b 323 a b  
 obedientia quæ quantoperè sit necessaria 311 d 312 a  
 obedientia quæ qualis 42 a b  
 obedientie vis & vsus 3 a  
 obedientia sublata, potestatem tolli 328 c  
 obedire in auditu auris 92 a  
 oblationes quæ quales 208 d 377 b  
 oblatum & oratum pro defunctis, etiam ante Christi aduentum 318 a  
 obli-

SVPER PSALTERIVM, INDEX.

obligari 102 d  
 obliuio quæ quorum iustura 71 c d  
 obliuio quæ quibus iustura 234 b  
 obliuioni dari, quid 154 a  
 obliuisci in finem 62 b  
 obmutescencia quæ qualis 200 c  
 obrizum aurum quale 98 d  
 obturamentum seu obturamentum Orphani & viduæ qui quid 200 c  
 obscurum quod quale aut quid 56 a  
 obstinati qui quales 315 b  
 Occasus mysticè quid 387 d  
 occisionis oues quid 215 a  
 occurfus cuius quis qualis 96 d  
 oculi quæ mysteria quanta 30 a  
 oculi qui in quid respiciant 57 a  
 oculi qui quales 53 a  
 oculi qui super quos 175 b  
 oculorum defectus quis qualis 417 b  
 Odiendi meriti qui 152 a  
 odor quis qualis aut quid 232 b  
 377 b  
 Oecolampadius Erasmo qui habitus 321 b  
 oecumenicæ synodi quibus de rebus conuocanda 325 d  
 Officina peccati omnis quæ 313 d  
 Ogdoads quæ qualis aut quid 380 a  
 Oleum quod quale aut quid 119 c  
 231 b  
 oleum quæ habeant virgines 237 d  
 oliua quæ qualis aut quid 282 d  
 oliueti mons qui respectu Ierusalem situs 412 b  
 olla spei quid 342 d  
 ὀλοκαύτωμα 278 c  
 omnem hominem peccato obnoxium esse 376 c  
 omnem in terram exisse sonum &c. 96 a  
 omnes declinasse, quid 64 c  
 Opera bona aut insignia qui aut vbi tantum profunt 364 b  
 opera Dei quæ qualia 244 a b  
 opera Domini non intelligere 139 c d  
 opera quæ qualia 140 a b  
 operari æquitatem, quid 334 a  
 operari iustitiam 67 d  
 operarij iniquitatis qui quales 332 c  
 Operatores boni quàm sint pauci 284 b  
 ophir quid 233 d  
 oportunitas quid 46 d  
 opprobrium quod quale aut quid 421 d  
 opprobrij sustinentia quæ qualis 418 b c  
 opprobrium aduersus proximum non accipere 68 a  
 opprobrium fieri 153 c  
 ὀφθαλμὸς quid 370 c  
 ὀφθαλμὸς 229 d  
 orandum contra persecutores quid 34 c  
 orandum qui pro quibus 22 b  
 orandum cur & quantoperè sit Deus 369 d  
 orare quis qui nos doceat 22 c  
 oratio quæ cuius sit sentum 420 b  
 oratio quæ pro quibus quid potuerit 110 d

oratio quæ qui amplificetur 289 c  
 ordinare testamentum n super sacrificia, quid 261 d  
 organa audire quibus cur vnde veniunt 164 b  
 ὄργη quid 148 a  
 originale peccatum quid 274 a b  
 Orphani & viduæ qui 388 c  
 orpheus quis qualis 1 a b  
 Os abundare malitia, quid 269 b  
 os iusti quid meditetur 192 a  
 os leonis quid 113 d  
 Ofcines qui 406 a  
 ofculari pedes, quid rei sit, & vnde 329 a b  
 profectum 329 a b  
 ofculatio quæ qualis 15 b  
 ofculatio quid 59 d  
 olla quæ qualia, quid, aut qui custodiuntur 153 b  
 159 b 176 a 180 a  
 ofsum confractio quæ qualis aut quid 219 b  
 ofsa conturbari, quid 30 d  
 ofsentio bonorum quæ qualis 24 c  
 Ouem Christi esse, quid 118 a  
 oues beate quæ 393 c  
 oues quæ quales 225 a  
 PAbulum quod quale 393 c  
 pacis Ecclesiasticæ ratio vnica quæ 326 a  
 παρὰ τὴν & παρὰ τὴν qui differant 15 c  
 παρὰ τὴν quid 15 c  
 palestina mysticè quid 370 b  
 palestine situs quis 368 c  
 palce quæ quales 129 d  
 palliatio vitiorum heretica quæ qualis 328 a  
 palpebre quid 57 b  
 papales dispensationes quæ quarum sint virium 324 c  
 papam cur adeo hereses omnes abominentur 333 c  
 papilio quid 67 b  
 parabola 254 c  
 parabola fieri, quid 419 c  
 paradoxa Lutero contra penitentiam quæ qualia 318 a  
 παρὰ τὴν quid 242 a  
 parare thronum in iudicio 46 b  
 parari in flagella, quid 198 c  
 parceri cur nobis Deus veluti debeatur 31 b  
 parentes qui quales 137 a b  
 parentibus dulcissimum quid 238 a  
 παρὰ τὴν quæ cuiusmodi 60 c  
 paritudo quæ qualia 280 c  
 pars calicis 58 a  
 particularia vniuersis non ascribenda 313 b  
 paruitio quæ qualis 38 d  
 partus 38 d  
 pascere 117 b d  
 pasca 118 a  
 passio quæ quæ nos doceat 180 c  
 passiones nostræ quales 17 b  
 pastor, passus, aut pasca quæ qualia 393 a b  
 pastor quis quanto honore dignus erit 323 a b

pastoris cuius quid sit 117 d  
 pastoris nomen quale 117 b  
 pastores serè quales 3 c  
 pater noster quis qualis 234 b  
 pathetica oratio quæ 111 b c  
 patibulum crucis quàm factum sit gloriosum 308 d  
 patiendæ quæ quibus 293 d  
 patientia Deo grata, quæ 152 b  
 patientie laus ac necessitas 291 b  
 patres qui quales aut quid 222 d  
 238 a  
 patrum auctoritatem heretici quomodo acceptent 323 d  
 pauli encomium 40 b d  
 pauor quis cuius figura 151 a  
 pauor quis qui maxime indicetur 8 b  
 pauor quis qualis 290 c  
 pauper, egenus, inops, quis qualis aut quid 210 a  
 pauperes 115 c  
 pauperibus qui quomodo maxime noceant 167 b  
 pax quæ qualis aut quid 89 b  
 173 244 d  
 pax qui aut quàm inquirenda 172 d  
 peccator, seu peccatorum via, quid 9 b  
 peccatoribus vn qui cōfitebentur 30 b  
 peccatum qui aut vitandum, aut expiandum 18 b c  
 peccatum qui nullum abeat impunitum 17 c d  
 peccatum quod qui translatum 17 d  
 peccati horror quantus 17 c  
 peccati initium quod 38 d  
 peccati natura quæ 209 d  
 peccata cuiusmodi ascribenda 184 b  
 peccata parentum quæ qui in filiis vindicentur 388 d  
 peccata quæ qualia 195 b c  
 peccata qui consentenda 159 d  
 peccata quæ, quorum peccatorum pena 317 b  
 peccatorum confessio quàm sit necessaria 272 d  
 peccatis omnes homines obnoxios 376 c  
 peccata dimissa, impunita non relinquitur 275 b c  
 peccata nostra quod domus sint 376 a  
 pedum ofculatio quæ qualis 329 a b  
 pelagij error 82 c  
 penarum 397 a  
 pennas optare, quid 291 a  
 pensiones ex beneficijs Ecclesiasticis quæ cuiusmodi 324 d  
 perditio (seu peritio) quæ qualis 45 c  
 peregrini 204 c d  
 pereuntes qui cur iusto iudicio perierint 165 b  
 perficere laudem ex ore infantium 40 d 41 a b  
 periantri de conscientia apophthegma 37 c  
 perire de via iusta, quid 16 a  
 persecutio quæ qualis 35 d  
 persecutio quæ quousque duratura 332 d  
 persecutiones quæ quibus & passio, & patiendæ 301 d 302 d  
 pfeuerantia quæ quibus necessaria 241 a

IN COMMENTARIA BREDEMACHII

peruersus quis quem quomodo peruerat 89 a  
 pesscha 29 b  
 pestilentie cathedra quid 10 a  
 petenda aduersum persequentes que 34 c  
 petra que qualis aut quid 206 d  
 325 d  
 petra que qualem det aquam 391 b  
 petri authoritas quanta 323 a  
 Phaniel quid 122 a  
 pharao quid 268 d  
 phaz. Hebraice quid 105 d  
 phylax quid 173 b  
 philippus quis qualem in bestiam vnde versu 321 b  
 philistin quid sonet 226 c  
 philistinorum regum peculiare nomen quod 168 d  
 philosophia Christiana pars que qualis aut quid 336 b  
 phrygibus quam artem debeamus 236 a  
 phrygiones quid aut qui 236 a  
 phylax quid 12 a  
 pinguescentia que qualis 370 b c  
 placatio que qualis aut quid 255 c  
 placentia Deo que qualis 3 b  
 plantum in gaudium conuertere 149 c  
 plausiro nouo imponi 142 c  
 plausus quis qualis aut quid 246 a  
 pleonasmus quis qualis 222 c  
 pleonasmus 19 a  
 plui super peccatores laqueos, quid sibi velit 57 d  
 pluuia que qualis aut quid 392 c  
 pluuie quid ferè sequantur 145 d  
 pœna que non remittatur 58 d  
 pœnam sceleribus omnibus suam re- stare 18 a  
 pœna quorum que qualis 312 b  
 pœnitentia que qui aut vnde vim habeat 276 a  
 pœnitentia quid rei sit 273 a  
 pœnitentes qui quales 315 b  
 poetas quorum conducat 1 d  
 poetæ qui quanta sibi vendicant & poetas nasci, non fieri 1 c d  
 ποιηται quid 14 c  
 πολυθημία quid 346 b  
 ponere animam ad vitam 375 a  
 ponere in salutari, quid 60 c  
 ponere consilia in anima, quid 62 b  
 ponere scandalum 269 c  
 ponere tenebras latibulū suum 86 a  
 poni ut clibanum, quid aut quale 106 d 107 a  
 πόντος 39 c  
 pontifex quis quanta reuerentia dignus 323 a b  
 pontificis ab ore quando & qui pendere debeamus 329 c  
 populus beatus quis 166 c d  
 populos meditari inania, quid 12 b  
 porca quid terræ sit 370 a  
 porte mortis quid 48 a c  
 porte que qui attollendæ 122 b c  
 portarum vfus quis qualis 420 a  
 portenta que cuius principis captiuitatem nupèr indicant 320 a  
 portio que cū quibus non ponenda 269 a  
 portionem cum adulteris ponere 266 b  
 positiones aliquot dogmatum hereticorum 296 d 297 a  
 possessiones que q̄ sint incerte 52 a  
 possessiones que quibus qui tantum profuturæ 191 c  
 posteriora dorsi quid 396 c  
 posteris maiores nunquam satisfaccere posse 15 d  
 posteritas que qualis 389 c  
 postula à me, & c. quid 14 b  
 potestarius quis qualis aut quid 374 a  
 potestas quanta quibus à Christo data 77 b  
 potestas summa in terris que cui à Christo data 328 d  
 potestatem & obedientiam, reuelata esse 328 c  
 potestatis quibus se Christus subderit 329 b  
 Præcingi virtute, quid 90 b  
 præcipitatio q̄ qualis aut quid 292 b  
 præcipitationis verba quid 282 a  
 prædones hodie possessiones Ecclesiasticas (si dijs placet) euangelicè possidere 312 c  
 prædonum merces que 268 a b  
 prælati qui quales 192 d  
 prælatio que quam sit necessaria 311 d  
 præmia que quibus futura 257 c  
 præparare vultum eorum in reliquijs, quid 107 d  
 præparatum quid sit 167 a  
 præses concilij cuius quis vnde futurus 326 c  
 præstigiæ meræ que 172 b  
 præmia que quibus parata 58 c d  
 præuenire 78 d  
 præuenire faciem Domini in confessione 335 d  
 peccati qui quod, & quibus quod precandum 26 b d  
 preces quæ quales 178 a 112 b  
 preces que qui inchoandæ seu faciendæ 27 c  
 preces que vnde ferè incipiāt 426 c  
 precium quod quale aut quid 255 c d  
 principes à Lutero decepti qui quos exitus fortiti 320 b  
 principes populorū congregati & c. 247 c  
 principes qui quales aut quid 238 b 407 b  
 principes conuenire in vnum, quid 12 c  
 priuata que sunt, vniuersis non imputanda 315 b  
 probatio Dei que qualis 375 b  
 probatio que qualis aut qui futura 130 a  
 problema quid 254 d  
 processus de thalamo quis qualis 97 a  
 prodigia que qualia 319 c 321 c d  
 profundū conturbatio q̄ qualis aut quid 367 c  
 πρωία quid 368 c  
 proijci in aliquem ex vtero, quid sit 112 a  
 promissa que qui soluenda 264 c  
 promissiones que quales 265 a  
 propensio ad peccandum que qualis 274 c  
 prosperantia que qualis 391 c  
 prophete an suas Prophetias semp intelligant 227 d  
 prophetie que qui proferant 227 d  
 profopopœia que qualis 13 a 309 a  
 profopopœia quid 261 c  
 prospicere de celo Dominum 64 b  
 πρὸς ἡμᾶς quid 265 c  
 πρὸς ἡμᾶς quid 13 c  
 protector qui noster Dominus 18 d  
 protegi à contradictione linguarū, quid 155 c  
 protegi in abscondito tabernaculi 155 b c  
 protestantes quomodo vel appellent (si dijs placet) concilium, vel abijciant 321 a  
 protoplasti qui perierint 416  
 prouidere Dominum in conspectu suo, quid 73 b  
 proximus cuique quis sit 174 b  
 Psallendi peritia quis quantum præstiterit 3 c  
 psallere 247 a 387 c  
 psallere nomini altissimi 45 a  
 psalmus à Christo in cruce recitatus, quis 109 c  
 psalmus cantici quid 248 b 379 c  
 384 d  
 psalmus quid 4 a  
 psalmus quis qualis, & cur titulum non habeat 8 b c  
 psalmus quis qui contra quid quam valeat 385 d  
 psalmi cur tam frigide à quibusdam canantur 6 a b  
 psalmi ordine alphabetico scripti quid 124 a b  
 psalmi qui quod derorquant 420 b  
 psalmi qui quorum sint 4 d  
 psalmorum liber quanta comprehendat 4 d  
 psalmorum numerus qualis, & quid negocij facessat 5 c d  
 psalmorum tituli quid sibi velit 5 a  
 psalterium quid aut vnde dictū 4 a  
 psalterij & citharæ mysteriū ac didicrimen quod quale 164 b  
 psalterio decem chordarum psallere, quid 164 b  
 pseudoeuangelista quis qualis 316 a  
 pseudoprophete qui aut quid 35 c  
 πῦρ quid 153 b  
 Puer quis qualis aut quid 421 b  
 pullatio que qualis 191 d  
 punitio que quem necessaria 18 b  
 purgatorij asertio 195 a 318 a  
 purulentia que qui extrahenda vel excindenda 196 a  
 puteus quis qualis aut quid 295 b  
 Quæ quibus potissimum conueniant 65 d 66 a  
 querere animam, quid 179 a 357 a 426 d

SVPER PSALTERIVM, INDEX

querere mendacium 22 d  
 quæstiones qui quales 46 d  
 quæstio de cœceptu in peccatis etiā matrimoniali, qui expeditur 274 d  
 quæstus è peccatis quis qualis 267 a  
 quæstus quis quantus 172 b  
 quoto Christo anno ætatis sue ostēdere se cœperit 131 b  
 Rabi quidam Salomon, quantus fidei Christianæ hostis 104 a  
 rabinus quibus quid vel tribuendum, vel tributum 7 d 8 a  
 radegundis reginæ laus à continetia 236 d  
 rapina que quales 268 b  
 ralscha quid 9 d  
 ratio componendorum diffidiorū fidei vniua que 329 d  
 ratio que qualis aut quid 169 a  
 rationalis cur homo dicatur 169 a  
 Reatu quo qui abluamur 274 b  
 rebellibus quibus que quorum exemptione timenda 323 a  
 recessio q̄ quos errores pariat 314 a  
 rectus qui Dominus sit 126 a  
 recti Angulino qui 163 d  
 reddito que qualis aut quid 255 c d  
 redemptio cuius precium quantum 255 c d  
 redimere in pace, quid 295 a  
 refluere que qui caro dicatur 140 d  
 refrigerium quod quale 205 a c  
 refutatio quid loci aut coloris theoretici sit 272 a  
 reges eos in virga ferrea & c. quid 14 c  
 reges terræ congregati, quid 250 b c  
 regum filia quid 233 a  
 regum qui vicillit, honor quis qualis 393 d  
 regibus quid intelligendum aut iussum 14 d  
 regina que qualis aut quid 233 b  
 regnare super gentes Dominum, quid 247 a b  
 regna q̄ qui per pios fouēda 66 c d  
 reliquiæ que quales 193 b c  
 remissio peccatorū cur nemini non petenda 160 a  
 remissio que qualis 158 a  
 remittendis peccatis quid necessarium 272 d  
 renes quid 130 a  
 repleti in bonis domus tue quid 365 b  
 requirere sanguinem, quid aut quis 47 b  
 res preciosissimæ que 98 d  
 res quibus reus maxime innoscatur, que 94 a  
 respondere qui Deus aut quando dicatur 158 d  
 resilla quid 27 c  
 resurrectio que qualis 79 d  
 resurrectio que quid quibus spectri bus 362 c  
 resurrecturi qui quales 11 a  
 retributio que qualis 156 a  
 reuerentia que cui prælato debita 323 a b  
 reuerentia que qualis aut quid 179 a 183 c  
 rex gloriæ quis qualis 122 d 123 a  
 rex virtutum quid 394 d  
 Rhannus quid 330 a  
 rhinoceros 114 b  
 rhompha 46 b 178 c  
 Rigandus qui suus cuique lectus 31 d 32 a  
 risu quis cur in eritò habēdus 282 c  
 risu qui quomodo inebriandi 369 d  
 riuali fluminis quid 242 b  
 Rosenlis Episcopi nostro hoc seculo martyrium 318 c  
 romanæ Cathedræ authoritas ac honor quantus 323 a b  
 romanorum Imperatorum peculiare nomen quod 169 a  
 rotæ que quales aut quid 410 a  
 roterodami contra Lutero sententia 316 a  
 S Abbatum quid 248 d  
 Sabbati prima aut secunda quid 248 d  
 sabbarum vna seu prima quid 120 a  
 saccus 149 c 180 d  
 sacci vocabulum vnde & quid 419 c  
 sacrum conficere 149 c  
 sacramentum quod cur aut quod conficitur 392 d  
 sacrificare sacrificium iustitiæ 24 a  
 sacrificium Deo gratum, quod quale 277 d  
 sacrificium laudis quid aut quale 270 a b  
 sacrificium laudis qui Deo immolamus 264 b  
 sacrificium quod qui quotidie offerendum 24 b  
 sacrificij iugis asertio & commendatio 270 b  
 sacrificia que qualia 24 a b 203 a 263 c d  
 sacrificijs qualibus Deus vnicè delectatur 277 d  
 sacrilegi qui quales 268 d 269 a  
 seuitia que qua ex humilitate proueniat 53 b  
 sagitte vis qui vel vltro euascat 316 c  
 sagitte que quales aut quid 86 b  
 salomon qui vultus 232 a  
 salomoni quot fuerint vxores & concubinae 233 b  
 saluari à descendentibus in lacum, quid 147 d  
 salus in quo sacrificio potissimum ostendatur 270 b  
 salus vnde aut cuius sit 20 c  
 saltem vbi qui suam statuerint 193 c  
 salutare num aliquid extra Ecclesiam 376 b  
 samuel & Saul quid 279 d  
 samuel quos qui reges creauit 203 a  
 sancti nobis qui 59 d  
 sancti qui quales 172 a  
 sanctum propriè quid 111 b  
 sanctum tunc non videre corruptionem & c. quid 73 c  
 sandal aut sandalum, quid aromatis sit 231 d 232 a  
 sanguis mysticè quid 27 d  
 sanguis quis qualis aut quid 264 b 404 c  
 sanguinis requisitio quid 47 b  
 sanguines (liceat per Grammaticos ita loqui) quid 277 b  
 sanguinum viri qui 299 a  
 sanguinarij qui quales 298 d  
 sanies que qualis 196 a  
 sanniones qui quales, & quibus ferendi 182 a 419 d  
 sapientes mundo qui 169 d  
 sapientia que qualis, quod quibus cesserit 2 d  
 sarcasmus quid 111 d  
 satanas qui deceptos à se ludibria exponat 280 d  
 satiri cum apparuerit gloria 79 d  
 satisfactio Christi que, quibus tantum utilis seu applicabilis 18 b  
 satisfactio que quam sit necessaria 275 b  
 saul cuius aut quorum typus 33 d  
 285 d 311 b 350 c  
 saul cur à Deo reiectus 279 b  
 saul mysticè quis 59 b  
 saul qualis aut quantæ stature 2 c  
 saul quid sit aut sonet 171 c 279 b  
 saul qui à Dauide deplactus 34 c  
 saul qui Deum offenderit 2 d  
 saulis de manu liberari, quid sibi velit 280 b  
 saulis & diaboli collario 280 b  
 saulis in Achimelech truculentia quanta 17 a  
 saulem qui David luxerit 181 b  
 saulem quousque David tulerit 312 a  
 saulus qualis è quali euaserit 406 c d  
 saxonici ducis captiuitatem que portenta præcellerint 319 c  
 Scandalū quod quale aut quid 256 d  
 scandalum ponere 269 c  
 schadai quid 398 a  
 schebachtani quid 109 c  
 schehem Hebraicè quid 107 c  
 schema quod quale 109 c 112 d  
 schismatici quale exoptent aut expectent concilium 326 b  
 schismaticorum dogmatum themata que qualia 296 d  
 scriba quis, qualis 228 a  
 scribi cum iustis, quid 423 c d  
 scripta que qualia 8 a b  
 scriptores qui quales 104 b  
 scriptores qui quibus ebnoxij 8 a  
 scripturæ allegatio seu vfus que qualis 327 b  
 scripturæ locus quis qui & quam à ludæis corruptus 113 b  
 scripturam heretici quomodo solent audiant 317 b

IN COMMENTARIA BREDEMACHII

scrutari iniquitates quid 360 a  
scrutinium quod quale aut quid 360 b  
scurra inter Germanos summus quis 37 c  
scurrilitas Luteri quæ quanta 326 d  
scutulata vestis quid 236 a  
scutum quod quale aut quid 178 c  
scuto coronari aut cingi, quid 29 d  
scutorum combustio quæ qualis 244 c  
secta quæ in quot sectas paucos intra annos dissecta 386 d  
seculum quid 374 a  
federe cum concilio vanitatis, quid 130 d  
federe Deum super selem sanctam suam, quid 247 a b  
federe in insidijs &c. quid 52 c  
federe in portis, quid 420 a  
fedes quæ qualis aut quid 230 c  
feditiosos qui quales, & quibus calumnijs nantantur 24 c d  
segregatio pluuiæ quæ qualis aut quid 392 c  
sela seu selah quid 18 c d 49 a  
selmon 398 b  
semen Christi quid 116 c  
semen hereditarium terræ mysticè quid 127 d  
semen Iacob seu Israel quid 114 d  
semen panem non querēs, quid 191 b  
semen quod quale aut quid 334 b  
semen quod quid periturum 191 c  
semitæ quæ quales aut quid 125 a  
sephar thehelim quid 4 a 5 a  
september quibus festis nobilitatus 379 d 380 b  
septimana qualis sit nostra hæc vita 30 a  
septuaginta captiuitatis anni, mysticè quid 66 d  
septuplum purgatum 61 a  
sepulcrum quod quale 64 d  
sepulcra quales quorum sint domus 256 b  
sermonis gratia quæ qualis 229 a  
sermones qui quales 296 d  
serpens quis qualis 314 c  
serpentes qui capiatur ceruus 216 b  
seruulis confessio aut penitentiæ quæ qualis 272 d  
feruorum quid sit 268 a  
seffio quæ quid præ se ferat 269 b  
Sichima quid 340 d  
signatum qui super nos lumen vultus Dominici 24 d  
silere à bonis 200 d  
silere qui aut qñ dicatur Deus 158 d  
simoniacos, sacrilegio obnoxios esse 266 d  
simplices Deo acceptos esse 48 d  
simulatio quæ qualis 287 b  
simulatores sub Evangelij prætextu qui quales 68 a  
sina quid 402 b  
singulariter in spe constitui, quid si- bi velit 25 d  
sion cuius figura 19 a 425 b  
sion quid 13 c 47 a 252 c d 278 a

SVPER PSALTERIVM, INDEX.

templorum spoliatores hodiè qui quales 268 d  
tempus beneplaciti quid 420 c  
tempus quod quod maximè sit aptum 27 b 353 d  
tenebræ 89 b  
tentatio quæ qualis & qui petenda 130 a  
tentationum discrimen quod quale 31 a  
termini quid 398 a  
terra cur cuius sit 120 c  
terra deserta, iniua & iniquosa, quid 354 c  
terra quæ qualis aut quid 85 a  
terra fundamentum 120 d  
terrigenæ 254 b  
testamentum Dei an cuius per os sumendum 265 d  
testamentum quod quale 262 a  
testes qui quales 180 b  
testimonium propriè quid 28 b  
Tharsus quid, vnde dicte sit 251 a  
themata doctrine hæreticæ quæ qua- lia 296 d  
thesauro quid intelligendum 203 a  
Tiberij apophthegma 117 d  
tibi soli peccaui, qui intelligendum 273 b  
timendus potissimum quis 375 a  
timentium Deum raritas 127 b c  
timor Dei quotplex, & quis qualis 48 b c  
timor quis qualis 207 a  
timor quis quale quod sit compen- dium 171 d  
timoris Dei laus 114 d  
titiiana qualis aut quàm casta fuerit vxor 236 d  
tito cui quid debeant Iudei 423 a  
titulus cur cui Psalmo desit 8 b c  
titulus non corruptendus quis 332 a  
Tob Hebraicè quid 105 b  
tolerantia quæ quibus vndè discen- da 18 a  
tolerantia qua quibus sit opus 291 a  
tonitru quod quis imber sequatur 145 d  
tormenta quæ qualia 39 a  
torrens voluptatis quid 186 b  
torrentes iniquitatis 84 b  
torrentes qui quales 377 c  
Tradi in manus gladij, quid 357 ab  
tradi in passiones quas, qualis sit pe- na 317 b  
tragediæ à Luterò cõcitæ quales 322 d  
transgredi in Deo meo murum, quid 89 d  
transgressio quid figurè sit 230 c  
transire per ignem & aquam 375 d  
transitus quis qualis 375 d  
translationes quæ quales, quæ ha- bendæ 15 c  
tremor quis qualis 250 d  
trepidare vbi non sit timor 65 d  
trepidatio quæ qualis 284 d

triadis seu Trinitatis mysterium vn- de qui eruatur 272 b c 277 a  
tribulatio 112 b  
tribulationes in dorso 375 c  
tribulationes quæ quales 265 c  
tribulationibus obnoxij qui 175 d  
tribulati quibus addit Dominus, qui 175 c  
tribulatis quò confugiendum 84 c  
tribulatio corde qui sint 175 d  
tribus Iuda prerogatiua quæ qualis 341 d  
tridui cuius mysterium quod 148 c  
trisitia quæ qualis 422 b  
trophæa quæ quibus erecta 21 d  
Tumuli qui quales 399 b  
tumultuatio aduersus Ecclesiam quæ qualis 304 c  
tunc loqui ad eos &c. quid 13 a  
turrus fortitudinis quid 346 c  
Tympana qui sicut 405 d  
tympanistræ qui quales 406 a  
tympanistræ 405 d  
tyranni qui quatiillum dominati aut dominaturi 238 b  
tyranni quibus technis in quos vsi 52 d  
tyrannis quid apud quos sit 312 c  
tyrannis quid ferè obueniat 192 d  
tyrannis quorum (si dijs placet) Eua- gelicorum quanta 312 c  
tyrus quid aut qualis 234 d  
Vaccæ quæ quales aut quid 112 d  
vales abundare frumeto, quid 370 d  
vana quæ sint 59 d  
vanitas quæ qualis aut quid 35 d  
vanitas summa quæ 282 c  
vanum seu vanitas quid 202 c  
vani homines qui 130 d  
variantes quæ quales aut quid 235 d  
varlenius qualis Psalmorum inter- pres 416 b  
vasa mortis parare quid 38 a  
vates qui quales 1  
Veritas quæ qualis aut quid 186 b  
Vectigalia ex beneficijs seu Præben- dis quæ qualia 324 d  
vehemens spiritus quid 292 a  
velamentum alarum 356 d  
velle Dominum viam alicuius, quid 191 a  
venationes quæ qui sicut 179 c  
vendere sine precio, quid 224 a  
venti qui quales 386 c  
ventilare cornu, quid 223 b  
venus quàm hodiè etiam sub Euan- gelij (si dijs placet) titulo domine- tur 237 a  
verberones qui 181 c  
verbum Dei quibus aut vita aut mors sit 392 c  
verbum Dei, quorum qualis futurus sit iudex 327 a  
verbum quid 164 d  
verbi boni eructatio quid 227 c  
verbi Dei virtus quanta 144 a  
verba quæ qui super quem præuale- ant 364 c  
verborum quorum quæ ratio reddè- da 172 d  
veritas quæ qualis, aut qui inquiren- da 220 b 225 c d  
veritatis dilectio quæ qualis aut quid 275 a b  
veritatis firmiter aut columna quid 325 c  
vermem esse, quid 111 c  
versiculus Psalmi quos quos numerosè graphicè reddat 319 c  
versipastanus ac Titus qui Iudeos tra- ctant 423 a  
vespera quæ qualis aut quid 535 a b  
vespera quid aut qui fiat 148 b  
vespe, mane, & meridie narrare &c. quid 294 d  
vespertini exitus quid 368 b  
vestimentorum diuisio quæ qualis 113 c d  
vestis Christi quid 232 b  
vestis scutulata quid 236 a  
vestitus quis qualis 419 c  
veterascere quid 257 b  
Via ad opes certissima brevissima, quæ 171 d  
via Domino reuelanda, quid 189 a  
via iustorum 51 c  
via peccatorum 9 d  
via quæ quibus inuentu difficili- lis 65 a  
via quid 16 c 256 d  
via Domini 126 b c  
via quæ quales aut quid 76 c 125 a  
via quæ quibus docendæ 277 b  
viarum diuersitas quæ qualis 127 c  
vicarius Christi quis quantus 323 a  
victor quis qualis aut quid 289 a 416 b  
victoria quæ qualis aut cuius figura 385 c  
victoria quæ quomodo & quibus obti- nenda 21 d 167 b  
victoria quæ quibus per quos obti- gerit 394 a  
victorie quæ quales 243 b  
victorij quibus qui letandum 243 c  
vidua & orphanus qui 388 c  
vidua quæ quales 376 c  
vigiles beati qui 239 c  
vincendi ratio optima & certissima quæ 279 b 336 a  
vinci qui quales 424 c  
vincola quæ qualia 424 c d  
vindemia 40 a  
vindicta quæ quibus parata 38 b  
vineæ Domini quid 40 a  
vir sanguinum 127 d  
vires quæ qui spontè euanescent 316 c  
virga 118 d  
virga regni quid 230 d  
virga quæ qualis aut quid 14 c  
virgines quæ quales 236 b c 237 d 240 a  
virgines quas quid præmij aut ho- noris maneat 238 d  
virginitatis donum quibus & qui à Deo petendum 237 b  
virginitatis quanta fuerit aliquan- do affectio 237 a  
vir-

IN COMMENTARIA BREDEBACHII SUPER PSALTERIUM, INDEX.

virginitati studentibus quid potissimum vitandum	237 b	Vmbra alarum quæ qualis aut quid	265 a 304 c d 377 a d
vir sanguinum qui aut quid	132 c	Vnctio Christi quæ qualis	224 d
vir vocabulo quid comprehendatur	9 a b	Vnctio quæ cuius figura	12 d
viridis sylua quid	386 b	Vnctio qua qui quomodo muniantur	89 d
virtus Domini quanta	166 b	Vngendi mos vbi quis qualis	119 b
virtus quæ qualis aut quid	197 a	Vnguentum in caput effusum, quid	232 b
virtutes quid	224 a	Vnguentum quod quale	232 a
virtutum Dñs quis 123 a 243 d	245 c	Vnicornii filius quis aut quid	144 c
visio quæ qualis	41 c	Vniuersalia concilia cur vnde conuocanda	325 d
visitare quid sit	75 d	Vniuersi homines quàm sint peccatis obnoxij	269 c
visitationes quæ quales	98 a 369 a	Vnius moris qui sint	389 b
vita hec nostra qualis	196 c	Vocantè qui quomodo secuti	390 d
vite cuius cur qui adeo cupidi	31 b	Vociferatio quæ qualis	164 c
vite quid	355 c d	Vocis cuius virtus quæ	412 c
vitulari quid sit	112 c	Volumen aut volumina quid	208 d
vitulus	424 a	Voluntaria oblatio aut sacrificatio quæ qualis	287 c d
vitulus Libani quid	144 b	Voluntaria pluua quid	392 c
vituli qui quales aut quid	112 c 278 d	Voluntas Dei quæ qualis	65 b 369 d
viuere quid sit	198 b	Voluntas quæ qualis	10 b 148 a
viuentium liber quis aut quid	423 c	Voluntatis bonæ scutum quid	29 d
viuentium terra quid aut quæ	137 d 138 a	Voluptas summa quæ	44 d
viuificare	212 b	Voluptates quæ quales	44 d
viuit Dominus, quid	92 d	Voluptatum & cœni quanta similitudo	416 c
viuos ad inferos descendere, quid	294 b	Votum quid sit aut signet	264 b c
Vt ionum Dominus quis	284 c	Votum quod quomodo vbi reddendum	363 c d
vtor quis qualis aut quid	41 b	Vota quæ qualia aut quid	115 b 264 b
vlulatio quæ qualis	372 a		
vlyssis astutia quæ qualis	315 a		

ERRATORVM CATALOGVS.

Vt huc & intelligas facilius, & citius, quæ velis, offendas: memineris priori numero indicari paginam, posteriori lineam, inde sequi aut breuissimè innui lectionem puram. Vbi verò inter numeros duos a literam offenderis, insinuari nõris priorem dissectæ paginæ columellam: vbi autem b, posteriori initia- libus lineis ab hac numerandi ratione exclusis.

23 a 5 (v) 13 b 18 noui 14 b 21 : & 15 a 44 (p) 19 b 55 (m) 20 b 31 inimi- 25 a 30 Heb 29 b 33 tur: q 31 a 13 monet 33 b 26 voluisse 37 a 36 iniquorum 40 a 13 vind 55 b 8 sulfur 62 b 42 lè 83 b 55 Solent 88 b 44 onem, 102 a 1 hec m. 22 a 36 posthac 127 a 21 sim, & 137 a 43 accide- 145 b 36 mun 149 a 5 procliuus 180 b 43 afo 181 a 33 illius h 248 15 reges terre 249 a 55 orn. 259 b 28 odq; 262 b 20 na 262 b 38 te, 273 b 3 super 277 a 47 Erexult 307 a 9 versui 319 a 7 tur, c 332 a 13 conf 336 a 24 rpres 361 a 35 id 365 a 41 rum 401 a 55 (m) 410 b 56 disse 414 b nus fi 415 b 4 bens 415 b 11 (m) 416 b 19 ferp

ΑΑΜΠΟΤΕΤΟΥ ΑΝΑΡΙΣ ΜΑΤΘΕΙΣ

επιγραφὴ τῆς σχολῆς ἐμβρυκίως ἐπιστάτης, ἐπιτάφιος διὰ τῆς εὐφ. οὐρ Ρ. 10.

Μαθῆς κίεται βρεδεβακχίος ἐνθάδε ταφίμ: τὸ φθίμενον κρείττω σῶμα ὑπὸ τῶν ἐλεῖθ. Οὐρανὸς ἐστὶν ἡ ψυχὴ λαμπρὸς τε μέγαστι, Σὺν τοῖς ἀθανάτοις πνεύμασι τῆς ἡμετέρας. Τὴν γὰρ ἄλω (ἴτις) ἀρετῆν τῶν σὴθι μόνην. Πᾶν κακὸν ἐργον αὐτῷ κόν' ἐξέφυγεν. Μνήστρα τῆς σοφίης παιδείαν, τῆς δὲ γλώσσας ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων καρπαλίμως ἔμαθε. ἡμετέροι γε πάλαι τῶν δῖος ἀνδρῶν δίδωκεν, Σάφρονος παιδείαν, καὶ σοφὸν ἄγαθον. Ἐὶ γὰρ ἡμετέρας Σπάρτην κοσμήσατο καλῶς, καὶ παρὰ τοῖς δούμοσι γάρμον ἔνθε κλέει. Ἐνία πρώτα δὲ δάξην ἐπιπέσειμ ἔτα ἄρχων γυμνασίᾳ λαμπρότατα ἔγινετο. Πάντ' ἐνόησε γραφῆς τελείως μουσικῶν δῖος πηδῶν ἢ κατὰ τῶν ἀσθεδίων ἐπιπέσει. Πῆσι δ' ἀρχαῖος ἐβόησε ἔμπροσθεν, ἔξισ ἀρωγῆος. αὐτὸν εὖ φανεροὺς μάρτυρας ἐστὶ δῖος. ἄλλα παλαιὰ παθόντες ἀδύνατον ἔβρατα τοῦτον μακροῦς δίδαντες ἡμετέροι βίαι ἡμῶν. Ἄλο τριάκοντ' ἔσπευθον ἡμετέρας ἐναντίας, ἔξισ ἄρ' ἡμετέρας ἐπὶ τοῖς μακροτέραις. Τῶν δὲ τῶν φέρισμα τῶν δὲ ἐπιπέσει ἄνευ τῶν κενῶν τε πόνων κᾶται ἡμετέρας. ἔξισ δὲ ἐλθόντες μισῶν ἡμετέρας. ἔξισ δὲ πάλαι τῶν δὲ σίβηθι τῶν. Πολλὰ δὲ ἡμετέρας τῶν δὲ λισσεῖσι σιωπῆ. ἀπὸ τῶν αὐτῶν μνημοσύνην ἔχουσι.

GRAECI EPITAPHII INTERPRETATIO

Clarissimi viri Matthiae Bredebacchij, Scholae Embry- cenis moderatoris hic sepulti, Epitaphiū per H. V. R.

Matthiæ iacet hic Bredebacchi corpus humatum, Marmore sub gelido clauditur (eccè) cinis. Letitia fruitur superis mens iuncta perenni. Ignea sub pedibus conspicit astra suis. Vixit summus enim semper virtutis amator, Fugit & omne scelus non secus atquè canem. Vnguibus à teneris artes coniungere linguis Ingenuas studuit, non sine laude, tribus. Nos moderatorum ludi doctum quæ piūm quæ Hunc Deus eximium fecit habere virum. Hic quam nactus erat Spartam exornare satagit, Clarius hinc factum est nomen vbi què citò. Ter tribus hic annis docuit feliciter, inde Sex & viginti Gymnasia fuit. Fontibus è liquidis biberat mysteria sacre Scripturæ, ingenij dexteritate sui. Defensor veteris fidei, stabilisq; columna, Quod duo testantur, quos dedit ipse, libri. Intrepidè multos passum sequosq; dolores, Hunc rapuit manibus mors truculenta feris. Triginta moriens bis nondum expleuerat annos, Aetas debuerat longior esse quidem. Non Deus hoc voluit, curis magno quæ labore Nunc tandem erepto contigit alta quies. Hunc igitur tumulum docilis decorato iuuentus, Huc quam Musarum candidus egit amor. Sepè tuas hic funde preces sine murmure: nunquam Istius immemorem te decet esse viri.

ALIVD

ALIUD PER EVNDEM.  
Cuius forte viri cineres sub marmore, queris,  
Hoc duro iaceant, ossaq; tecta solo:  
Integer hic stus est Bredebacchius ille τριγλωτῆς,  
Cuius fama volat cuncta per ora virum.

ALIUD.  
Si nescis, iacet hic Bredebacchius ille sepultus,  
Qui fuit hic prudens Gymnasiarcha diu.  
Terra sinu placido terrestria membra recepit,  
Spiritus aetherei scandit ad astra poli.  
PHALECII HENDECASYLLABI.  
Matthiae Bredebacchij sepulcrum  
Hic, pubes studijs dicata, cernis,  
Tres linguas docuit, bonas quoque artes  
Hic qui principio nouem per annos,  
Multa laude scholam deinde rexit  
Lustris quatuor, & tribus his annis,  
Mors tandem abripuit manu feroci.  
Hunc inuisum locum frequenter ergo,  
Tam clari cineres viri sub ista  
Claustra mole iacent vbi, sed alto  
Mens caelo fruitur, soluta curis,  
Gaudens angelicis choris adeste.

JAMBICI TRIMETRI οκτάωντος.  
Bredebacchius qui se hic iacens dura  
Sub caute, qua nigram vides premi terram.  
Cuius celebre nomen est apud cunctos  
Doctos probosq; nec peribit hoc vnquam.  
Virtute, doctria, modestia namque  
Præclarus ante ceteros fuit semper.

ASCLEPIADEI.  
Sub saxo cubat hoc en Bredebacchius,  
Artes qui ingenuas hic docuit, tribus  
Cum linguis pariter, rexit & optime  
Nostrum hoc Gymnasium tempore plurimo.  
Latè est sparsa igitur gloria nominis,  
Quam longis meruit iure laboribus.

ALIUD ELEGIA CVM.  
Huc quicumque venis calte pietatis amator,  
Hos oculis elegos perlege (quæso) breues.  
Conditus hoc tumulo Bredebacchius ille quiescit,  
Cuius habent omnes nomen in ore, sophi.  
Cuius & ingenium, doctrinam, animumque sagacem  
Mirantur, celebrant, laudibus atque vehunt.  
Phœbus & Aonides prædulci labra rigarant  
Nescire, mellifluus prodijt vnde liquor.  
Summa in classe nouem docuit feliciter annis.  
Quinque pari lustris rexit honore scholam.  
Improba mors rapuit, cum sexagesimus annus  
Finiêrat nondum tempora cuncta modò.  
Dignus erat Pylis tria secula Nestoris, omni  
Qui sine tristitia viuere incolumis.  
Omnibus ingentem luctum mors illius atra  
Attulit, hic expers nemo doloris erat.  
Terrenum iacet hoc duro sub marmore corpus:  
At mens iuncta Deo est, spiritibusque bonis.  
Ingredieris quoties templum studiofa iuuentus,  
Hunc pete conspicua religione locum.  
Flecte Deum precibus calido de pectore fufis,  
Vt bene succedant vota, laborque tibi:  
Nè strepitum facias, procul absint murmura rauca,  
Quodque probos iuuenes dedecet, ipsa fuge.  
Auribus arrectis, agitur dum concio sacra,  
Ausculat, ac animo cuncta repone tuo.  
Manè sacram placido gressu te confer in ædem,  
Vt tua fortunæ cœpta, precare Deum.  
Nam Deus auxilium nisi suppeditauerit, omnis  
Conatus studij prorsus inanis erit.  
Immodico te exple caue potuque ciboque;  
Plenus enim studijs venter obesse solet.  
Adstet vbiq; pudor, mendacia nulla loquaris,  
Linguaq; perpetuò verba Latina sonet.  
Quas tibi præscripsit leges Bredebacchius iste,  
Nè violes vnquam, viuere valeq; diu.

MA.

# MATTHIAE BREDEMBACHII KERSPENSIS, APVD EMBRI- CAM SCHOLAE MODERATORIS, IN PSALMOS DAVIDICOS P R A E F A T I O.



Libros.  
de arte.

ETERES illi  
Græcorū La-  
tinorūq; poë-  
tæ, suæ artis  
virtutē pro-  
digiosis qui-  
busdā figmē-  
tis hominib;  
cōmendârūt.  
nam & numi-  
nis afflatu se  
scribere, & ea  
quæ superent  
ipsius naturæ vires, carminibus suis efficere,  
profitebantur. Vnde sunt illa Nasonis:

Numen inest illis, Pieridesq; fauent.  
Est Deus in nobis, sunt & commercia cali.  
Sedibus aetherijs spiritus ille venit.  
Et illa eiusdem de Orpheo in eodem libro:  
Saxa ferasq; lyra mouit Rhodopius Orpheus,  
Tartareosq; lacus, tergeminumq; canem.  
De hoc etiam Claudianus cecinit hoc modo:

In præfa-  
tione in li-  
a. de raptu  
Proserpi-  
næ.

Vix auditis erat, venti sternuntur & vnda.  
Rigior adstrictus torpuit Hebrus aquas.  
Porrexit Rhodope sistentes carmina montes.  
Excussit gelidas pronior Ossa niues.  
Ardua nudato descendit populus Aemo,  
Et comitem quercum pinus amica trahit.  
Cyrreæaq; dei quannis despexerit artes,  
Orpheus laurus vocibus apta venit.  
Securum blandi leporem fouere molossi:  
Vicinumq; lupo præbuit agna latus.  
Concordes varia ludunt cum tigris dame.  
Mæsylum ceruus non timuere iuham.  
Hæc cum nemo credat esse vera, causam tamē  
habuere poete, cur ea fingerent. Hanc breui-  
ter indicat Horatius his versibus:  
Syluestres homines sacer interpretis, deorum  
Cedibus & victu fado deterruit Orpheus.  
Dicitur ob id lenire tigres, rapidosq; leones.  
Similia de Amphione canunt: de quo hæc sunt  
Quidij:

li. 3. de ar-  
to amadi.

Saxa tuo cantu vindex iustissime matris  
Fecerunt muros officiosa nonos.  
Et illa Horatij de eodem in eadem sententiâ:

Dicitur & Amphion Thebææ conditor arcus  
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda  
Ducere quod vellet.

Quid autem istiusmodi fabulis sibi velint  
poëtæ, idem Horatius explicat versibus conti-  
nuò sequentibus, dicens:

Fuit hæc sapientia quondam,  
Publica priuatis secernere, sacra profanus:  
Concubitu prohibere vago: dare iura maritis:  
Oppida moliri: leges incidere ligno.  
Sic honor, & nomen diuinis varibus, atq;  
Carminibus venit. &c.

Eadem ratione Cicero in oratione pro Ar-  
chia poëta hæc dicit: atqui sic à summis homi-  
nibus, eruditissimisq; accepimus, ceterarū re-  
rū studia & doctrinam, præceptis & arte con-  
stare: poëtam, natura ipsa valere, & mentis vi-  
ribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu  
afflari: quare suo iure noster ille Ennius san-  
ctos appellat poëtæ, quod quasi deorum ali-  
quo dono atque munere commendati nobis  
esse videantur. Ecce, talia sunt, de quibus il-  
lorum poëtæ in semetipsis gloriari solent, &  
quæ illi in suis poëtis admirari. Neque fortas-  
sis inutile est, puerorum & adolescentium in-  
genia in istiusmodi ludicris exerceri. Colligūt  
enim hinc robur aliquod & agilitatē, ad gran-  
dia illa atq; seria studia valde conducibilem.  
Verum ita, vt vnâ cum progrediente increscē-  
teq; ætate, & ipsi ad maiora sanctioraque pro-  
grediantur, atq; caelestia meditari discant: ad  
quæ nos omnes per omnem ætatem nostram  
aspirare properateq; debemus. Quò verò cō-  
modior hic, faciliorq; nostræ iuuentuti transi-  
tus sit: optimum visum est, ab illis poëtis eā  
ad id genus doctrinæ sacre atq; diuinæ tradu-  
cere, quod cum illo poëtico quàm plurimum  
similitudinis habere videtur. Ad hoc itaq; no-  
bis delegimus omnium dulcissimum vatē Da-  
uidem. Is nequaquam illo furioso Apollinis  
spiritu, sed placidissimo veri dei munere affla-  
tus atq; repletus, mirificos nobis dulcissimosq;  
hymnos concinuit: quorum elegantissimis, &  
per omnia mysticis atq; diuinis numeris in-  
cluse vniversum illud doctrinæ ac sapientiæ  
genus,

A

## MATHIAE BREDEMBACHII PRAEFATIO

genus, quo re vera docetur via, quae ad vitam verè beatam & immortalem perducit: & quibus incredibilis quaedam inest virtus depellendi ab hominibus, quicquid eos laedere aut contristare potest: & conciliandi eisdem, quicquid ad iuandum, consolandum, & exhilarandum conducit. Sed priusquam de huius carminibus dicere pergam, placet pauca quaedam de ipso vate horum authore commemorare: ex quàm humili atque despecto, quantus, & quàm coram Deo atque hominibus excelsus euaserit, idq; quibus rationibus ac difficultatibus: vt nò solùm doctrinam eius habeamus regulam, verùm etiam ipsam eiusdem vitam exemplum & formam, quam imitando sequentes, eodè quò ille nos praecessit, peruenire possimus. Videamus itaque ea, quae nobis de natalibus totaq; vita eius, sacra Regum historia narrat: sed omnia, quàm fieri potest breuissimè, perstringentes.

## NONNULLA DE VITA DAVID Regis &amp; Prophetae.

**1. Reg. 16.** Patria nostri prophetae fuit Bethlehem, ciuitas Palaestinae, in tribu Iuda: parua quidem, si murorum ambitu spectes: si verò magnitudinè & claritate eorum qui hinc prodierunt, omnium amplissima celeberrimaq; nam etià si nemo ex ea magnus & illustris prodijisset, praeter hunc regè & prophetam nostrum, abundè hoc ipso vno magna potuit illustrisq; censerit. Iam verò ille Rex regum, ac Dominus dominatium, dominus noster Iesus Christus, rex, inquam, ac dominus caeli terraeq; & omniù quae his continentur, in hac ciuitate natus est. Vnde apud Micheam prophetam tanquam per admirationem loqui videtur dominus, dicens: Et tu Bethlehè Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël, & egressus eius ab initio à diebus aeternitatis. Quamobrè si cuius nomen vnq; patriae claritas illustrare potuit, hac ratione maximè claret hic noster propheta: quippe qui cum caeli terraeq; rege patriam habet communem. Verùm nos huius nostri regis gloriam hinc nò venabimur: cum alia nobis tam multa suppetant, quae gloriam eius longè etiam supra ipsa si sidera tollant: de quibus mox dicemus, si prius de patre eius, ac fratribus pauca dixerimus, & quo loco Dauid noster ab his habitus fuerit, quò magis illa stupenda inscrutabiliū consiliorum dei miracula elucefcant. Pater dauidis nostri dictus fuit Isai, in diebus regis Saul gradauus: & habebat filios octo, è quibus nò solùm aetate, verùm etià statura minimus omnium fuit Dauid. Quapropter ceteris partim domestica ciuiliq; negotia, partim militiam sectantibus, solus Dauid

reiectus est ad ouium gregem, vt hunc pasceret. Iam tu mihi hic obserua o Christiane lector, quàm verè dixerit Apostolus Paulus: **1. Cor. 1.** Infirmamundi elegit neus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contèptibilia elegit Deus, & ea quae non sunt, vt ea quae sunt destrueret: vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Adspice enim, obsecro, & vide, ex quàm pusillo, humili atq; despecto, quantum fecerit hunc nostrum Dauidem. Habebat illo tempore populus Israeliticus regem suum primum (nà ante hunc sub iudicibus vixerat) nomine Saulem, filium Cis, de tribu Benjamin, virum ingentis staturae, ad eò vt in medio populi stans, humeris suis supra vniuersum populum emineret. Cuius statura ac specie despectus populus, cum ex Samuele didicisset hunc sibi datum esse regem, statim vniuersus acclamauit: Viuat rex. Postulauerat autè iam antè per seditionem à Samuele regem sibi dari populus, recusans filios ipsius Samuelis ferre iudices, quòd horum iniustitiam cerneret. Nihilominus tamen illa seditiosa postulatione Deum offenderat. Quare ad Samuelem ait Dominus: Non abiecerunt te, sed me, nè regnem super eos. Ceterum Saul ille quò magis sua illa regia facie atque statura placuit populo, eo minus placuit Deo. Cum enim iussus esset à Deo interficere regem Amalech, ac demoliri vniuersa quae eius erant, interfectis omnibus, viris, mulieribus, paruulis, lactentibus, bobus, ouibus, camelis & asinis, ipse consilium suum praeposuit consilio & mandato Dei: ac vulgo quidem interfecto, ipsum regè Agag feruauit viuum: praeterèa optima quaeque & pinguisima in ouibus, armentis, arietibus, vestibus, & omnibus quae ipsi pulchra videbantur, arbitratus praestare, haec in vsum sacrificiorum, atque alia commoda sua ac populi reseruare, quàm ita perdere. Sed sapientia hominum stultitia est coram Deo: Saul sibi hinc visus est sapientior ipso Deo. Sed quid audiuit à Samuele? Post longam & grauem increpationem, hanc tristem conclusionem & sententiam: Pro eo ergò quòd abiecasti sermonem Domini, abiecit te Dominus, nè sis rex. Viden' o tu infelix, quid lucratus sis tuo isto tam sapienti (vt tibi stultissimè placens putabas) consilio, cui cedere voluisti non solùm consilium, verùm etiam mādatum ipsius Dei: quasi is delirans mādēt aliquid quod sit inutile? Sic & primi illi nostri parentes sapuerunt: quae sapientia semetipsos, & nos posterōs suos vniuersos tā inextricabilib' difficultatib', malis, calamitatibus, & miseris inuoluerūt. Non est creaturè, inquirere in mādātā creatoris, quare ille sic velit ac mādēt, etià si nobis in speciem

stulta

stulta & absurda videantur quae mandat: sed simplici obedientia obtemperandū. Sauli consultius videbatur, nitida illa, pinguis, & opima spolia conseruare in vsum victimarum, quàm vna strage interficere ac perdere vniuersa. Deo autem gratior est obedientia quae victimae: & is habet rationes mādatorum suorum, quas nemo intelligit, nisi is qui per simplicem obedientiam meretur vt intelligat. Sed reuertamur ad id quod instituiimus.

Audiuius qualem regem reprobauerit ac reiecerit deus: nunc aduersò audiamus, qualem probauerit, assumpserit, & in regno confirmauerit. Samuel quidem pro sua in lapsum regem pietate, infelicem eius casum lugebat: sed interèa audiuit à Domino: Vique quòd tu lyges Saul, cum ego proiecerim eum, nè regnet super Israël? Imple cornu tuum oleo, & veni vt mittam te ad Isai Bethlehemiten. Prouidi enim in filiis eius mihi regem. Cum itaque Samuel venisset Bethlehèm, & sanctificasset Isai cum filiis suis, iussissetq; omnes adesse sacrificio: intuitus maximum elegantissimūq; omnium nomine Heliab, cōsultuit Dñm, num hunc vellet in regem vngi? At is respōdit: Nè respicias vultū eius, neq; altitudinem staturae eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea quae apparent, Deus autem intuetur cor. Cumque reliquos per ordinem adduxisset Isai ad Samuelem, (erant autem septem quos domi habebat) non est inter hos inuentus quem elegerat Deus in regem. Interrogauit itaque Samuel patrem Isai, num plures haberet filios quàm hos septem. Respondit Isai: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum. Nec enim discumbemus, priusquam huc ille veniat. Misit ergò, & adduxit eum. Erat autem ruffus, & pulcher ad spectu, decoraq; facie. Et ait dominus: Surge, & unge eum: Ipse est enim. Tulit ergò Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum eius. Et directus est spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps. Ecce, ita reprobatō atque reiectō superbo illo Saule, imò preteritis omnibus, qui videbantur aliquid esse in oculis hominum, humilis ille atq; pusillus Dauid electus est in regem. Contemptibilia elegit Deus, inquit Apostolus, & ea quae non sunt, vt ea quae sunt destrueret: vt nò gloriatur omnis caro in conspectu eius. Obseruandum & illud est, quòd per vnctionem spiritus sanctus ingressus est in Dauid, què admodum & in Saulem iam antè fuerat ingressus: nè quis dubitet, per sacramenta nouae legis (quae longè praestant illis quae erant veteris) dari spiritum sanctū. Iam statim post vn-

ctionem hanc incipiunt in eo virtutum illa insignia miracula emicare: in primis autem illa, de qua nobis toto hoc opere agendum est, gratia sapientiaq; psallendi. Saul enim iam derelictus à spiritu dei bono, correptus est à spiritu malo, à quo miserè torquebatur. Admonitus autem à seruis, musicam posse huic malo remedium praestare, iussit insignem aliquem in arte psallendi sibi inuestigari, & ad se perducī. Hic vnus ex illis: Ecce, inquit, vidi filium Isai Bethlehemitem, scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus est cum eo. En quaenam est haec tam subita rerum mutatio? Quenam huius tanti elogij ratio? Paulò antè paruulus fuit, reiectus ad oues, & indignus filiorum coetu iudicatus: nunc dicitur non modò psallendi peritus, (nam hoc fortè non fuerit tantum miraculum in ouium pastore, quòd hi soleant musica fallere tempus) sed vir fortissimus robore, vir bellicosus, vir prudens in verbis, siue (vt alius transfert) in rebus gerendis, vir pulcher: vnde haec illi repente tam multa & magna? Vnde, nisi ab illo què secum habuit? Sic enim sermo è finijt ille: & Dominus est cum eo. Omnia habet, omnia potest, qui Dominum secum habet. Omnia possum in eo qui me cō-

Philip. 4.

fortat, inquit Apostolus. Sed videamus quid potuerit sua illa musica dauid. Saul auditis his de illo, nuncios ad patrem eius misit, qui peterent, vt huic filio suo Dauid, quem in pastore haberet, potestatem faceret veniendi ad se. Isai verò quò abundantius regis voluntati satisficeret, etiam muneribus instructum misit petitum à se filium, addēs illi asinum onustum panibus, vino, & hōdo caprino. Saul autem viso Dauid, delectatus est, & missis denud nuncijs petijt ab Isai patre, vt permitteret filium apud se remanere: id quod facile (nimirum rex) ab illo obtinuit. Quandoquē igitur spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutebat manu sua: & resocillabatur Saul, & letitius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus. Ecce, haec est gloria citharae Dauidicae: haec virtus illius verè diuini carminis. Eant nunc qui volent, & excogitatis mendaciorum portentis, Amphionis Orphei; musicam efferant. Quòd si maximè vera essent, quae illi tam incredibiliter effinxerunt, (alius fortè diceret, tam impudēt sunt ementiti) nihil tamen haberent ad huius nostri musici citharam. Lapidēs enim & ligna, quae isti se musica sua commouisse gloriabundi finxerunt, non solùm artibus viribusque humanis, verùm etiam brutarum pecudum & iumentorum immani illo robore tollun-

A s tur,

4 tur, & quod visum est auferuntur, & multae sunt artes hominum, ad ferarum immanitatem (de qua tanquam domita à se, isti eadem vanitate gloriantur) domandum. Cacodemonum verò illam inuisibilem & incomprehensibilem rabiem vincere hos è suis sedibus expellere, hoc iam nullius nec artis nec virtutis humanae, neque illius beluini roboris, sed solius Diuinæ potentiae est opus. Fecisse autem hoc sua musica nostrum hunc psalterium Dauid, nò méritum poetarum figmentis stulte multitudini persuasum est: sed verissimis verbis sacre, atque ab ipso spiritu sancto dictatae historię, omnibus sapientibus viris comproba-

## DE TITULO LIBRI PSALMORVM.

**I**berhic apud Hebręos inscribitur **סֵפֶר תְּהִלֹּת דָּוִד**, id est, volumen hymnorum, interprete Hieronymo: apud Gręcos **ᾠδὴν δαυὶδ**, id est, à canendo. Quae voce à Gręcis mutuo sumpta, nos quoque psalterium dicimus: improprie tamen, vt monet Euthymius: quod psalterium proprie sit instrumenti musici nomen, Hebraicè **קְנִיָּן**. De cuius figura lege Euthymium in praefatione in Psalmos, & August. in Psal. 42. Porro **תְּהִלֹּת** Gręcè, Hebraicè **תְּהִלֹּת**, Latine canticum dicitur. Diuus Hieronymus tamen libro 3. commentariorum in Epistolam ad Ephesios, discrimē ponit inter psalmos, hymnos, & cática: Hymnos esse affirmans, quibus fortitudo & maiestas dei praedicatur, vel beneficia factae eius cum admiratione recensentur. Quod omnes psalmi continent, quibus halleluia vel praepositum, vel in fine subiectum est: Psalmi autē proprie ad Ethicū locū pertinent, vt per organum corporis, quid faciendum & quid vitandum sit, noverimus. Qui verò de superioribus disputat, & concentum mundi, omniumq; creaturarum ordinem atq; concordiam subtilis disputator edisserit, iste spirituale canticū canit. Hęc Hieronymus, eandem habent sententiam, quę de his in praefatione scribit Euthymius. quin etiam diuus Hilarius post argutam de his disputationem, (in qua hanc distinctionem ponit, quod psalmus proprie sit, cum canimus instrumento solo, tacente choro: caticum verò, cum solus chorus canit, tacente instrumento: canticum Psalms, cum praecinente organo, sequitur vox chori: psalmus autem caticus, cum praecinente choro, subsequitur organum) ita concludit: Hęc igitur musicę artis quadrifaria diuersitas, psalmorum est diuersitati coaptata: vt psalmus per organi corporei motū in cōme-

tum: & per totū terrarum orbē ab eo tempore quo factū est, iā ante bis mille & sexcentos annos creditum celebratur. Vnde inuitis ac reclamantibus etiam ipsis cacodemonibus, (si fuerint ausi) tamen conuincitur hunc verē diuinum vatem ac musicum, nò alio quā summi ac omnipotentis Dei numine afflatum, sua carmina cecinisse. Quicquid in his audimus, quicquid legimus, id totum diuinum est, atq; ita diuinum, vt à quibus receptum fuerit, in quorum aures & animos descenderit, eos repente per omnia, beatissima quadā metamorphosi transformet, ex mortalibus immortales, ex hominibus deos efficiens.

moratione gestorum sit. Caticum verò per sapientię cognitionē, habeat in se doctrinā scientiam. Canticum verò psalmi est, cum praecunte gestorum merito, cognitio praestatur. Psalmus deinde canticus, cum per adeptę scientię cognitionem, fidelium gestorum opus inchoatur & geritur. Itā Hilarius, Diuus Augustinus huius distinctionis meminit quidem in Psal. 67. sed non ita multum ei tribuere videtur. Non tamen reprehendit: sed alij, quibus ocium sit, expendendam relinquit. Porro quod ad hęc librum attinet, nihil horum est quod is non contineat, adeoq; his longē plura. Nam quum ex veteris instrumenti libris hęc prophetias canant, illi leges praescribant, narrent historias alij, nonnulli morales doceant sententias: vnus psalmorum liber hac omnia facile comprehendit. Id tātū interest, quod quę illic seuerius dicta, delicatulum lectorem facile aut fatigant, aut etiam absterret: eadem hic elegantissimis inclusa numeris, ita in legētis, audientisq; illabuntur animum, vt summa quadam incredibiliq; afficiant voluptate, extra se ipsum rapiant, detineant, atq; in quemlibet habitum facile mutant. Hęc de libri huius Titulo pariter & argumento.

## DE AVTHORE LIBRI, SIVE PSALMORUM AVTHORIBUS.

**I**N Hebręorum commentarijs varię leguntur opiniones de authoribus & compositione psalmorum: quas non est operę precium hic omnes recensere. D. Hieronymus in epistola quadā ad Sophronium scribens, psalmos eorum esse authorum censet, qui ponuntur in titulis, nempe Dauid, Asaph, & Idithum, filiorum Chorę, Eman Ezraite, Mosis, & Solomonis, & reliquorū, quos Esdras primo volumine comprehendit. Idem cęset Diuus Hilarius in prologo, absurdū esse putans, psalmos Dauid cognominare, cum tot authores eorū ipsis inscri-

inscriptionum titulis edantur: existimat autē nullum commodiorē esse, & veriorē huius operis titulū, quā vt inscribatur liber Psalms, nullo expresso nomine authoris: quo titulo citatur à Luca Act. 1. vbi sic ait: Scriptū est in libro Psalms: Fiat commemoratio &c. Hac inscriptione etiam nūm vtuntur Iudęi, vt iam dixi, **סֵפֶר תְּהִלֹּת דָּוִד**. In hac sententia pleriq; etiam Gręcos fuisse, indicat Euthymius, qui tamen magis probat sententiam aliorum, qui aiunt omnes psalmos à Dauid esse compositos: atq; eum qui inscribitur, Oratio ipsi Mosis, homini Dei, non idē hunc habere titulum, quod à Mose sit compositus: sed quod ijs congruat, qui per diuinam aquā, hoc est, per salutare lauacrum baptismatis, homines Dei effecti sunt. Moses quippe interpretatur assumptus ex aqua: ex aqua verò assumuntur omnes qui baptizantur. Vnde etiam Dei homines merito cognominantur. Eos verò qui Salomonis dicuntur, in Christū fuisse compositos: enim verē est ille pacificus rex, per Salomonem praefiguratus, quippe qui natura ipsa pacem habet. Ceterum inscriptiones Idithū, filiorū Coreh, Asaph, Eman, & Ethan, hoc significare, quod beatus Dauid his viris, ex tribu Leui delectis, vt essent duces ac principes chororum, quosq; instituerat, vt varijs organis (quorum organorum genera, postremus omnium Psalms aperte cōmemorat) Deū laudarent: illos psalmos, quos ipsorum nominibus inscripsit, priuatim ad psallendum tradiderit, cum ceteros ab vniuersis cantoribus in commune cantari voluerit. Illos igitur psalmos, qui priuatim ab aliquo eorum decantati sunt, cantatoris sui inscriptionem retulisse. Quod etiam manifestius fit ex his, quę in libro Paralipomenon legimus. Cecinit, inquit, canticum hoc in manu Asaph. Quinetiam ex inscriptione Psal. 38. quę huiusmodi est, In finem Idithum, Canticum ipsi Dauid. Compositum quippe fuit hoc canticum à beato Dauid, & ab eo traditum ipsi Idithum, vt illud caneret. Psalmus etiam 43. sic inscribitur: In finem filijs Coreh, Psalmus ipsi Dauid. Sunt praeterea Psalmi, qui nullam habent inscriptionem. De his ait Hilarius antiquorum virorum traditionem esse, quod sint eorundem authorum, quorum illi, qui proximē cum authorū inscriptione praecedunt. Verum hoc neq; in primo, neq; in eo qui iuxta distinctionem qua nunc vtimur, est secundus, locum habere potest, qd horum neuter inscriptionem habeat, neq; vllum alium ante se cum inscriptione. Atamen constat Dauid eorum esse authorem, testibus ipsis Apostolis, Acto. 4. his verbis: Qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui di-

xisti, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Adstiterunt reges &c. Quā obrem mihi probabilior illorum sententia videtur, qui Dauidem omnium Psalms authorē esse existimant. Monet praeterea Euthymius, multa Hebręorum exemplaria coniunctum habere secūdum Psalms cum primo, cum apud eos nò sit numerus in Psalms. Id tñ nunc secus habet. Numerant enim Hebręi nostra aetate tot Psalmos, quot Latini & Gręci. Atamen sententiam Euthymij cōfirmat Hilarius, asserens indiscretum apud Hebręos esse numerum psalmorum, & sine ordinis annotatione esse cōscriptos. Esdras enim, inquit, vt antiquę traditiones ferunt, incōpositos eos, & pro authorum ac temporū diuersitate dispersos, in volumen vnum collegit & retulit. Sed septuaginta seniores, secundum Mosis traditionem, ad custodiendam legis doctrinam in synagoga manentes, posteaq; illis à rege Ptolemæo transferēda ex Hebręo in Gręcum sermonem totius legis cura mandata est, spirituali & caelesti scientia virtutem Psalms intelligenētes, in numerum eos atq; ordinem redegerūt, singulis quibusq; numeris pro efficiētia sua in absolute perfectione, perfectorum & efficiētium Psalms ordinem deputantes. Cetera quę de horum numerorū mysterijs argutissimē differit sanctus Hilarius, studiosis ipsis apud illum legenda relinquo. Quāq; verò Hebręi nunc totidem numerant Psalmos, quot Gręci atque Latini, nondum tamen illis in distinguendis Psalms nobiscum cōuenit. Nam qui nobis est nonus, Hebręis in duos est dissectus. Similiter q nobis est 113. Rursum qui nobis 114. & 115. apud Hebręos vnus est, quē admodū q nobis 146. & 147. vt in 148. cū illis redeamus in vnū numerū. Vnde fit, vt in exemplaribus Hebraicis totidem numeremus Psalmos, quot in Gręcis & Latinis, nempe 150. Sed reuertamur ad Euthymium. Is ex eo qd in Actis Apostolorū Psalmus qui nobis ordine secūdus est, primus dicitur, & expresse ascribitur Dauid authori, cū in libro Psalms nullā habeat inscriptionē, colligit eum Psalmum vnum esse cum primo, consentientibus multis (vt scribit) exemplaribus Hebręis: & ceteros omnes, qui careat inscriptione, esse eiusdē authoris, nēpe dauid: idq; cōfirmat aliquot aliorū Psalms exemplis. Sed nos omiā hac disputatione ad expositionem Psalms nos conferemus, si prius de difficultate quę in his est, pauca monuerimus.

## DE DIFFICVLTA TE INTERPRETANDI PSALMOS.

**Q**UANTAE sit difficultatis interpretari Psalmos, id vel hinc aestimare licet, quod



quod nihil in his sit humanum aut terrenum humano sensu, & ex huius mundi sapientia scriptum: sed omnia caelestia atq; diuina, spiritu prophetico, per allegoriam aliud significantibus verbis, quam ex prima institutione, & usitata loquendi consuetudine solent. Quam obrem hominibus carnalibus, & nihil aliud quam humana sapientibus, haec omnia sunt clausa & obsignata, quemadmodum & caeterae prophetiae, iuxta verbum Esaię quo dicit: Misit vobis dominus spiritum sapientiae: claudet oculos vestros: prophetas & principes vestros, qui vident visibiles, operiet. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quem cum dederint scienti literas, dicent, Lege istum: & respondebit, Non possum: signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, diciturque ei, Lege: & respondebit, nescio literas. Ecce, talis est omnis scriptura prophetica hominibus nihil aliud quam carnem & mundum sapientibus: quapropter etiam a lectione eius abhorrent. Neque alia est causa, quod vulgus sacerdotum (quorum officium est, assidue in harum lectione & interpretatione versari) nec apud sacrarum scripturarum studia, nec in choro, ubi scripturae haec leguntur atque canuntur, retineri sustinet, quam quod huius carnis mole depressi in terram, non possunt se spiritu ad illa caelestia diuinaque erigere. Quod si maxime quaeritis sui gratia, dum distribuuntur illae, quas ita vocant, praesentiae, ad sint corporibus, animis tamen alibi sunt. His animorum cecitatem, ut nihil in his mysterijs videant, minatur dominus apud eundem prophetam statim in eodem illo capite: Eo quod appropinquat populus iste (inquit) ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est a me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: Peribit enim sapientia a sapientibus eius, & intellectus prudentium eius absconderetur. Talibus itaque nullus potest prouenire fructus bonus ex horum Psalmorum lectione, neque ullius scripturae mysticae. Atque haec est causa omnis difficultatis in omni scriptura prophetica, quod scriptura est spiritualis, nos autem carnales: ideoque non sumus illorum spiritualium capaces. Animalis homo (inquit Apostolus) non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinantur.

Esa. 29.

1. Cor. 2.

QVA RATIONE DIFFICULTAS HAEC SIT SUPERANDA.

Quibus autem rationibus haec difficultas sit superanda, ut ad horum mysteriorum

intelligentiam perueniamus, & hos dulcissimos Psalmos non solum sine taedio, verum etiam cum incredibili quadam animorum nostrorum delectatione decantare possimus, ex duorum virorum exemplis discere poterimus. Horum prior est Eunuchus ille Candaces reginae Aethiopum, de quo scribit Lucas Acto. 8. Alter sanctus Iohannes in sua Apocalypsi cap. 5. Si hos duos imitari voluerimus, facile inuenimus sententiam omnis scripturae diuinae. Audiamus igitur quid hi fecerint. Eunuchus ille, ut ait Lucas, venerat Hierosolymam, ut illic adoraret. Inde reuertens, sumpsit in manus prophetam, & legit. Cum autem non intelligeret quod legebat, rogabat Philippum, ut is conscenso curru, sibi allideret, & scripturam interpretaretur. Si quis prophetiam, & apostolicam scripturam intelligere volet, & hinc peruenire in cognitionem Dei, atque illarum rerum quae ad nostram salutem pertinent, is proficiscatur Hierosolymam, hoc est, veniat in ecclesiam, & in hac oret. Nam extra hanc nemo exauditur. Hinc non pigeat eum lectionis: sed interpretationem eorum quae legit, (si ipse sit homo rerum civilium curis occupatus, qualis erat ille Eunuchus, qui fuerat constitutus super omnes gazas illius reginae) sumat ab illis, qui diuinitus ad hoc missi sunt, ut scripturas interpretentur, qualis erat Philippus, ex illorum nimirum numero, de quibus scriptum est Luc. 24. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas: & quos ipse filius Dei ad euangelizandum miserat: quales etiam sunt pastores, & sacrae theologiae doctores: quos (teste apostolo ad Ephesios 4.) deus dedit ad consummationem sanctorum, in opus ministrum, in aedificationem corporis Christi. A talibus nos laici, exemplo illius Eunuchi, sensum scripturae discere debemus, cum inuocatione interim spiritus Dei, idque in ecclesia. Quid autem illi, quibus ipsis incumbit officium interpretandi scripturas? Quem illi potissimum imitabuntur, quando incidunt in locos difficiles, quos neque a maioribus satis explicatos inueniunt, neque ipsi explicare possunt? quem, inquam, tunc potissimum imitabuntur? Nescio quem potius, quam sanctum illum, atque tantoperum a suo magistro dilectum discipulum Iohannem. Quid autem is fecit? Audiamus ipsum in Apocalypsi. Et vidi, inquit, in dextera sedentis super thronum, librum scriptum intus & foris, & signatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem, & praedicantem voce magna, Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius. Et nemo poterat, neque in caelo, neque in terra, neque sub terra aperire librum, neque respicere illum. Et ego flebam multum, quoniam

Apoc. 5.

niam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum. Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. Ecce, hoc est officium doctoris Euangelici, in huiusmodi difficultatibus cum lachrymis ad DEVM confugere: & per fidem accommodare allegorijis illis & figuris, quibus omnia plena sunt in lege & prophetis, ea quae de filio DEI in Euangelio, & Apostolorum epistolis legimus iam esse completa: atque hac ratione sibi comparare tum horum scientiam omnium certissimam, tum illorum genuinam verissimamque intelligentiam. Haec est enim illa clavis Dauid: quam qui habet, is aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Dominus noster IESVS CHRISTVS, est ille Sanctus & Verus, qui hanc clauem habet. Quomodo vero nobis hac clauem librum scripturae Propheticae aperit? Quomodo, nisi quod sua incarnatione, passione, morte, resurrectione, gloria, regno, & iudicio complet omnia illa, quae spiritus sanctus per prophetas praedixit illum completurum esse? Haec demum sunt illa omnium certissima nostrae fidei argumenta, quod haec omnia sic legis figuris, & prophetarum allegorijis prius sunt adumbrata, deinde per ipsum filium DEI gesta, atque perfecta. Hinc est quod assumens illos duodecim suos, ait: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quae scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, et caetera. Quorum illi tunc quidem nihil intellexerunt. Clausus enim adhuc erat liber. Hunc primum aperuit duobus illis, quibus post resurrectionem sese in via adiunxit: & incipiens a Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant. Deinde vniuersis in vnum collectis, cum diceret: Haec sunt verba quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit (inquit Euangelista) illis sensum, ut intelligerent scripturas. Ecce, hoc erat aperire librum illum clausum, ac tam diligenter obsignatum. Hoc igitur clauigero cum sua illa clauem adhibito, nihil erit tam abstrusum in his Psalmis, quod non simus, illius beneficio reseratum & expositum, clarissime inspecturi. Ipse solus est qui reserat, qui aperit, qui tanquam humanissimus aliquis *μυσταγωγός* *ἢ* *ἱεροφάντης*, illas figurarum ac mysteriorum hierothecas

Apoc. 3.

Luc. 17.

Luc. 24.

Ibidem.

patefaciens, hospitem spectandi auidum ad omnia introducit: & apertis illis Silenis, facrisque intus latentibus in apertum productis, non sine gratissima beatissimaque admiratione laetissimum dimitit. Imò ne dimittit quidem: sed in voluptate quadam incredibili & insatiabili apud se detinet, donec detractis atque remotis velaminibus omnibus, in ipsa adyta, in sancta sanctorum introductis: ubique secum in aeternum habitare faciat. Sed amat hospitem spectandi auidum, & quem non pigeat de singulis diligenter inquirere. Ignavos autem, & oscitabundos in hac sacra non admittit. His nihil illorum sacrorum reuelare dignatur. Nos itaque quod magis studium nostrum, & spectandi contemplandique auiditatem illi commendaremus, quicquid nostra industria, ipsius interim gratia nos adiuuante, nobis ad hoc tam dulce beatumque spectaculum conducibile comparare potuimus, id nobiscum allatum ipsi obtulimus, obsecrantes, ut ipse huius nostri voti ac desiderij feruore agnito, clauem expromat, ac referato libro, nos in mysteriorum cognitionem introducat. Sunt autem ea, quae nos adiuti illius gratia nobis comparauimus, ferè haec:

Principio nobis singulos Psalmos quadruplici forma proposuimus. Primo loco in ea translatione, qua nostra aetate vitur ecclesia Romana. Secundo, in translatione Graeca, illi Latinae ex aduerso respondente. Tertio, in lingua Hebraea. Quarto, in ea translatione, qua nos ipsi singulos Psalmos, quoad licuit, ad verbum ex Hebraeo transtulimus. Cui translationi nostrae in marginibus apposuimus breuissima quaedam scholia, quibus properanti occupatoque lectori, cui longiores commentarios perlustrare fortè non vacauerit, consulere studuimus.

\* Post singulos autem Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in paucissimis quibus fuerint ijdem ea praelo committere, quod ostentationis notam effugerent. Nòrit pius lector, authorem haec tantum post singulos Psalmos commentaria absoluissse, quae liberi eius impium sine perire, a multis praesentarijs explicentur desiderata, duxerunt: Praecuius, principio quid probandum futura, tantum in pauc

videatur. Conatur enim is nonnunquam aut historiam aliquam indicare, ad quam referendus sit Psalmus, aut alioqui locum aliquē intricatorem explicare: tametsi nihil ferē horū fatis feliciter. Quid enim in his tam retrusis mysterijs videat excēptus Iudęus? Vndē mihi parūm consultē videtur fecisse Nicolaus Lyranus, quod in suis commentarijs ferē vbiq̄ nemiūm tribuit illi deuotissimo Christianæ religionis hosti, quem Iudæi vocant Rabi Salomonē. Si quid tales interīm adferant, quod nobis vsui esse queat, id ab illis tanquā in iustis possessoribus sumamus: nusquam tamē illorum expositiōi fidamus. Quemadmodū nec illorum qui nostra ætate scripserunt, sed ab Ecclesia deficientes abiērūt in fectas: quorum nonnulli magna etiam volumina in hos Psalmos ediderunt. Nos scimus diuinæ scripturæ interpreti supra omnia cauendum esse, ne scripturam detorqueat aliō, quā patiatur Ecclesiæ Dei catholice fides. Sape quidem etiam sanctis accidit, vt locum aliquem in aliā sententiam accipiant, q̄ ab authore sit scriptus aut dictus. Verūm hoc illis facile condonat Christiana charitas & modestia: dummodō non excedant limites fidei: sed in sententia pia consistant. Quis enim ignorat vix vllum inueniri scriptorem, in quocūq; etiam scripti genere, cui non aliquandō exciderint aliqua dicta obscurius, & quæ à diuersis lectoribus in diuersas sententias accipi possint? adeō vt etiam singuli interpretes, dum fidem suam & industriam declarare student, indicare soleant, in quot & quas sententias locus quisque sustineat exponi. Nos si quid in his omnibus videmur consecuti & præstitisse, quod celestis huius doctrinæ studiosis queat esse vsui, id totum volumus, vt iustum est, nequaquam ingenio aut studio nostro, sed gratiæ ac benignitati domini ac Dei nostri acceptum ferri: atque hunc de donis suis omnibus perpetuō laudari. Hæc præfati, ad explicationem psalmorum, assistente nobis spiritu Christi, alacriter feliciterq; accingamur.

IN PSALMVM I.  
DE TITVLO, ORDINE, ET  
PERSONA IN PSALMI  
loquente.

Psalmus hic, quem in hoc Psalmodū libro habemus primo loco positum, *אישׁ ישרׁ* est, neq; titulum habens, neque numerum. Id quod D. Augustinus putat non sine arcano Dei consilio factum esse. Sentit enim ipius Dei personam hic loqui: cuius sermonem nefas sit in numerum ordinemq; (quod dicitur)

redigere. Ab Augustino diuersum sentit Hilarius, argumentis docere contendens, neque Deo patri, neq; vnigenito eius filio posse conuenire sermonem huius Psalmi. Non patri: quia si is loqueretur, non diceret, Sed in lege domini voluntas eius: sed potius, Sed in lege mea voluntas eius. Neq; enim Deus pater habet vllum dominum, de quo dicat, beatum esse illum virum, cuius voluntas sit in lege eius nomini. Nec filio: quod quandō hunc facit loqui propheta, ita sermonem ei accomodat, vt quiuis intelligere possit, sermonem nō alij quā huic conuenire: quemadmodū in Psal. 17. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. Quod manifestum est prophético spiritu in persona filij dici de populo gentili, ad fidem Christi conuertendo, ac regno eius subiiciendo. Tale verō hic nihil apparet. Quamobrem Hilario placet, prophetam hic sub sua ipsius persona loqui: ac beatum pronunciare virum illum, quem hoc Psalmo describit.

DE QVO LOQVATVR.

Sed iam alia exoritur quæstio, de quo viro loquatur? vtrum *אישׁ ישרׁ* de quouis, quicūq; his virtutibus præditus sit, vt impiorum consilia fugiat, à peccatis abstineat, neq; alijs fiat author peccandi, sed assiduē meditetur in lege domini: An *אישׁ ישרׁ* de solo Christo, quod is re vera solus nunquam secutus impij illius serpentis consilium, (qui principio Euam, deinde per hanc ipsam Adam, nefario suo consilio ad peccandum induxit) innocens ac purus ab omni peccato inuentus sit. Posterius hoc Diuo Augustino placet: neq; huic soli, verūm etiam alijs multis: quorum sententiam Diuus Hilarius scribit, se partim ex ipsorum ore, partim ex scriptis cognouisse.

Certē Paulus Apostolus Acto. 13. palam illum qui sequitur hunc, cuius initium est, quare fremuerunt gentes, primum Psalmum appellat. Non defuerunt qui putarent hos duos vnum esse Psalmum, moti ratione illa, quam paulō antē ex Euthymio retulimus. Verūm de eiusmodi rebus finamus vnumquēq; suo sensu abundare. Quod verō ad rem pertinet, cum omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sint, teste Apostolo Roma. 15. scopus autem omnis doctrinæ, sit beatitudo nostra: mirabili compendio Psalmus hic comprehendit, tanquā definiens, summam eorum, quæ vitare, quæ facere oporteat illū, qui volet euadere beatus: & qualis, qui obserauerit illa, sit futurus. Deinde ex cōtrario qualis impius, qui illa neglexerit, in quantas casurus miserias. Vndē nō videtur absurdū, quod nonnulli putarunt hunc Psalmum esse præfationem quandam in totum librum Psalmodū.

LIBER

LIBER HYMNORVM  
SIVE PSALMORVM  
DAVID.

PSALMVS PRIMVS.



Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorū non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquā lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius nō defluet, & omnia quęcunq; faciet, prosperabuntur. Non sic impij, nō sic, sed tanquā puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Ided nō resurgunt impij in iudicio, neq; peccatores in cōcilio iustorum. Quoniā nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorū nō stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit. Quod ait, Beatus vir, Hebraicē significantius dictum est, cū articulo *אישׁ ישרׁ* q. d. Beatus est ille vir, seu potius homo ille. Neq; enim est hic vocabulum sexūs, vt excludantur fœminæ. Quinetiam pro alijs rebus in scripturis diuinis accipit *אישׁ ישרׁ*, vt Genesis 15. vbi nostra translatio habet, Et vtraque partes cōtra se altrinsecus posuit, Hebraicē legimus *אישׁ ישרׁ* hoc est, & posuit vnamquaque partem eius contra alteram eius toti partem. Quāq; mihi quidem videtur, Augustinus hæc optimē de homine Dominico, hoc est, Domino nostro Iesu Christo, interpretatus esse: Beatus est vir ille, nempe Christus, homo videlicet celestis, qui non abiit in consilio impiorum, sicut homo terrenus, qui vxori consensit, decepta à serpente, vt Dei præceptum præteriret. Solus enim Christus hac ratione beatus dicitur, quod nullum fecit peccatum. De nobis autem, qui per Christum liberati sumus à peccato, dicitur Psal. 31. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, &c.

Qui non abiit *אישׁ ישרׁ לא יגזל* quod verti potest, qui nō ambulauit, siue ingressus est: hoc est, qui in actionibus vitæ suæ, non est sequutus impiorum consilium. Initium enim actionum nostrarum est consilium. Ante omnia itaque cauendum est à malis consultiōibus.

Heuā impij serpentis cōsiliū secuta, se ac virum suum, atque nos omnes in extremas adduxit miserias. Primus author omnium malorum consiliorum, fuit diabolus. Is nunq̄ definit suis dolis nobis insidiari, in cogitationes nostras irrepens, vbiq; rimam aliquā inuenit. Et quod per semetipsum non potest, agit per homines impios, tanquā ministros suos. Sed plurimūm adiuuatur cupiditatibus carnis nostræ. His omnibus resistendum est sobrietate, vigilantia & fortitudine fidei, vt monet princeps Apostolorum Petrus Epistola 1. cap. 5. Porro quod nostra translatio habet, *impiorum*, & Græca *ἐσθλῶν*, Hebraicē est *אישׁ ישרׁ*: quo commentator Hebræus Dauid kimhi putat eos potissimūm significari, quos amor & concupiscentia diuitiarum, commotos perturbatosq; agit per rapinas, furta, latrocinia, & quicquid tandē est flagitiorum. *אישׁ ישרׁ* enim propriē inquietum esse significat, & per consequens, impiē agere. Vera pax & requies in Deo est. A quo quicunque recedunt, incidunt in perturbationes infinitas.

Et in via peccatorum non stetit. Peccatorem hīc intelligimus non eum, qui per infirmitatem fortē lapsus est in peccatum aliquod: sed eum, qui iam perfrecta fronte & animo iudurato pergit peccare. Vndē via peccatorum, est consuetudo peccandi. Primus igitur gradus ad malum, est consentire malo consilio, & patrare peccatum. Secundus, in peccato perseverare: atque hoc quidem grauius illo. Grauius-

B

uissimum autem omnium, & maximè diabolicum siue sathanicū, alios etiam ad peccandū inducere: id quod cū exemplo malo, suggestionibus, instigationibus, multisq; alijs modis fieri potest, tum nulla est ad id ratio efficacior, quā peruersa doctrina. Quandoquidē igitur cathedræ propriè docentium sunt, aptè per cathedrā pestilentia, feditio sanā, blasphemā, & impiam doctrinā intelligimus. Illud verò sciendū est, id quod Latina translatio habet pestilentia, Græca verò LXX. *λοιμωδες*, id est, pestiū, in Hebræo esse *אֲרִיזוֹן*, id est, irrisorum. Sunt enim homines malitiosa astutia præditi, tum scurrilibus subfannationibus atq; detractionibus, tum acerbis detractionibus & infamationibus ea, quæ à Deo sunt ordinata, insectando, pacem publicam & concordiam lacerantes. Quibus hominibus, quia nihil est pestilentius rebus pub. ac toti generi humano, placuit septuaginta interpretibus, dissimulata proprii nominis significatione, genuinam scripturæ sententiam apta metaphora reddere.

**Verfus. 2.** *Sed in lege Domini voluntas eius.* Vniuersa doctrina morum in his duobus est sita, vt abstinemus à malo, & faciamus bonum: Horum prius iam primo versu explicatū vidimus. De secundo nunc agit his verbis: *Sed in lege Domini voluntas eius.* Hoc est, legē Domini nō pœnæ metu, sed amore iustitiæ seruat, ac tāquā generosus filius, assiduus in hoc est, vt ex lege, patris sui cælestis volūtatem cognoscat, & cognitam faciat: neque admittat quicquam, quod Domini, Dei, ac Patris sui animum contristet: certus quod quæcunq; nobis ille præcipit, nō sui emolumentū, sed nostræ salutis causā præcipit. Impij legem Dei oderunt, conuerentes ea se tanquā tyrannide premi. Hi non possunt placere Deo, etiam si fortè metu gehennæ à plerisque in lege vetitis videantur abstinere. Verissimè enim dixit Augustinus in Psalm. 32. Ille placet Deo, cui placet Deus. De diurna hac & nocturna, id est, assidua meditatione in lege Domini, pluribus verbis præcipitur Deuteron. 6. & Iosue 1. Porro qui hoc fecerit non timore seruili, sed generoso amore, qualis est ingenuorum filiorum erga parentem suum: huic omnia, quæcunq; in vita gesserit, cedent ad salutem. Hoc est quod parabola sequenti docet, his verbis:

**Verf. 3.** *Et erit tanquā lignum, quod plantatum est fecus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.* Quod interpretes non hoc tantum loco, sed passim in Biblijs sacris vertunt lignum pro arbore, in Hebræo est *אֲרִזוֹן*. Quidam hunc locum sic interpretantur, quia

si parabola iuncta sit allegoria, per lignum CHRISTVM intelligentes, per aquas peccata. Nos verò adhærebimus proprietati sermonis, scientes prophetam parabola, hoc est, simili quodam voluisse exprimere, qualis sit beatitudo viri illius, qui, quemadmodum iam dictum est, vitauerit malum, & fecerit bonum. Hunc itaque virum confert arbori: riuus autem aquarum, dona gratiæ spiritūs sancti, quibus vir iustus perpetuò irrigatur, vt legimus in Euangelio Iohannis capite septimo: Fructibus, opera charitatis: Folijs, vigorem illum, gaudium ac voluptatem, quam habent sancti in agendo gratias Deo, canendo hymnos, fundendo precēs, prædicando beneficicia & mirabilia opera eius: breuiter, quicquid viuendum ac speciosum est in omni vita eorum.

*Et folium eius non defluet.* Sic omninò sonat verbum Græcum *ἀποβήσεται*. In Hebræo est *אֲרִזוֹן*, quod non est defluere, vt aqua defluit, neque simpliciter cadere, siue decidere, vt verterunt alij: sed præ senio ariditateque flaccescere atque decidere. Vndè & stulti seu fatui dicuntur *אֲרִזוֹן*, quod naturali vigore animi destituti, iudicio flaccescant, & concidant in deliriū. Thema verbi est *אֲרִזוֹן*, hoc est, decidit.

*Et omnia quæcunq; faciet, prospera abuntur.* Nā diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, inquit Apostolus Roman. cap. 8.

*Non sic impij, non sic.* Illa epanalepsis, non sic, in Hebræo non est, sed tantum, *Non sic impij*. Quod non idèd moneo, quod interpretem reprehendam, qui fortè sic in suo exemplari legit, sed vt ostendam, quid nostra ætate habeant codices Hebræorum: id quod nobis sapissimè in hoc opere faciendum est. Habet certè repetitio illa *אֲרִזוֹן*, siue in Hebræo illam legit interpretis, siue de suo adiecit.

*Sed tanquā puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.* *A facie terræ*, non est in Hebræo: ex septuaginta. sed apparet ab interprete adiectum, illustrandæ sententiæ causa. Quod vertit puluis, Græcè est *χρῆς*, Hebraicè *אֲרִזוֹן*, quod significat illum tenuissimum puluisculum, siue lanuginem illam, quæ vnà cum paleis è frumentis ventilatur.

*Idèd non resurgunt impij in iudicio.* Apparet, resurgent legendū esse: Nā Hebraicè est *אֲרִזוֹן*, futurū, & LXX. verterunt per futurum *אֲרִזוֹן*. Pleriq; putant, hanc esse sententiam, impios

pios & infideles, non resurrecturos in iudicio, hoc est, vt iudicentur: quia qui non credit, iam condemnatus est, quia non credidit in nomen vnigeniti filij Dei, Iohan. 3. Peccatores verò, id est, professione quidem Christianos, sed factis præcepta Christi non sequutos, non negat resurrecturos in iudicio: iudicabuntur enim illi fortassis, vt Augustinus sentit: sed non dabitur illis cum iustis sedere in duodecim thronis, vt iudicent 12. tribus Israel, Matth. 19. Potest & hic esse sensus: Impij (id est, infideles) non resurgent in iudicio, nō quod non sint recepturi corpora sua: sed quia resurgent in cruciatu aternæ mortis, resurrectio illorum non meretur nomen resurrectionis. Peccatores, qui crediderunt quidem, & verbis professi sunt Christum, sed præcepta eius neglexerunt, resurgent quidem illi, sed non in congregatione iustorum. Statuet enim Dominus oues à dextris, hædos autem à sinistris, Matth. 25. Augustinus admonet etiam sic accipi posse, vt idem bis dicat, sed alijs verbis, & peccatores & impios, eosdem esse. At verò quū verbum Hebræum *אֲרִזוֹן* nō solum surgere significet, verum etiam consistere: puto cōmodissimè sic potuisse verti, Idèd non consistent impij in iudicio &c. vt sit, consistere in iudicio, contrarium ei, quod elegan-

ter dicit, causa cadere, hoc sensu: Idèd impij, id est, homines reprobi, non poterunt consistere in iudicio Dei: sed causa cadentes, adiudicabuntur aeterno supplicio. Neque peccatores (quos eosdem illos reprobos intelligere possumus, vt dixi) in concilio iustorum, id est, magno illo celeberrimoq; confessu, in quo iusti vnà cum filio Dei sedebunt in thronis, iudicaturi omnes tribus terræ. De quo confessu luculenter sumus loquuti in cap. 19. Euangelij secundum Matthæum.

*Quoniam nouit Dominus viam iustorum.* Viam intelligimus mores & vitæ actiones, quæ Dominus nouit, id est, agnoscit & approbat. Contra verò reprobis dicturus est: Amèn dico vo bis, nescio vos.

*Et iter impiorum peribit.* Quod in priore membro huius versūs interpretis vertit viam, in posteriore verò iter, in Hebræo vnū est nōmē *דֶרֶךְ*. Similiter in Græca translatione *ὁδὸς*. Est autē antithesis. Quemadmodum in aternū permanebunt opera iustorum, itā quicquid hic moliantur impij, destruet atque disperdet Deus. Apostoli verbum est: Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superedificauit, mercedē accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.

PSALMVS II.

**Q**uarè fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Qui habitat in cælis, iri debet eos, & Dominus subfannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodiè genui te. Postula à me, & dabo tibi gētes hereditatē tuam, & possessionē tuā terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquā vas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite, erudimini quid iudicatis terrā. Seruite Domino in timore, & exultate ei cū tremore. Apprehendite disciplinam, nē quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Cū exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

**IN PSAL. II. QVOTVS SIT PSALMVS.**  
**H**Vnc, vt iam diximus, Paulus in Actis primum Psalmum vocat. Quare nonnulli cum qui præcessit, è numero & ordine Psalmorum exemerunt. Cuius rationem iam ostendimus.  
**DE TITVLO ET AVTHORE.**  
**T**itulus huic nullus præfixus est. Certum tamen est, David esse eius auctorem. Sic enim Act. 4. legimus: Quiper os David pueri

tui dixisti, Quare fremuerunt gentes &c. DE ARGVMENTO VERBIS ERASMI. Totus hic Psalmus de nostro David Christo Iesu scriptus est: nec vnā quampiam Euāgelicæ historiarum partem complectitur, sed vniuersum redempti mortalium generis argumentū: quomodo filius Dei corpus humanū assumpserit, & cælesti gratia plenissimè delibutus, Euāgelicæ doctrinæ fulgore simul

& Moſaicæ legis vmbraſ diſcuſſerit, & ſeruitutem cæremoniãrum ſuſtulerit, & gentium impiã religioſes ſubuerit, & arrogans philoſophorum ſupercilium deiecerit, atq; hæc omnia peregerit, non vllis huius mundi præſidijs, ſed noua quadam & inaudita ratione diuini conſilij, cui fruſtrã rebellant hominum ingenia.

DE PERSONA LOQUENTIS.

Pleriq; doctiſſimis viris videtur loqui propheta, ſub ſua pſona, vſq; ad illud, *Dirumpamus vincula eorũ*. Mihi videtur poſſe ſub prophetæ pſona accipi, vſq; ad illud, *Ego autẽ conſtitutus ſum rex*. Verũ de hoc in expoſitione latius. Illud hinc admonendum videtur, abruptum initium congruere aſſato numine. Et tropus ipſe facit ad emphãſim indignitatis.

Verſ. 1.

*Quare fremuerunt gentes.* Quasi dicat, cum nihil aduersũs potentiam eius poſſint. Porro quod Latina tranſlatio habet, *fremuerunt*: in Hebræo eſt *אֲרָאָהוּ*: quod ſignificat, per tumultũ aduersũs aliquem concitari, & cum fremitu inſurgere. Græca tranſlatio habet, *ἀφρονεσαν*. Vnde *ἀφρονεσαν*, quod (authore Suida) ſignificat agreſſum illam vocem, quam ferocientes equi & muli per nares edunt: quod eſt quod Germanicè dicimus, *ſchnorcken*.

*Gentes.* Quidam, per gentes, intelligunt cohortem Pilati præſidis: per populos, Iudæos. Item, per reges, Herodem & Pilatum: per principes, pontifices, ſcribas, phariſæos & ſenioreſ. Eraſmus Roterdamus mâauit, vt, *quare fremuerunt gentes*, ad populum Iſraeliticum pertineat: & hinc accinatur clauſula, veluti echo, referens & inculcans quod dictum eſt, *Et populi meditati ſunt inania*. Rurſus, *Adſiterunt reges terra*, pertineat ad Herodem & Pilatum: & huic ſimiliter accinatur, *Et principes conuenerunt in vnum*. Id probat eo, quod Actorum cap. 4. legimus ab Apoſtoliſ, cœtuque credentium dictum, leuata voce ad D E V M: Domine, tu es, qui feciſti cælum ac terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, qui ſpiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?* Adſiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersũs Dominum, & aduersũs Chriſtum eius. Conuenerunt enim verè in ciuitate iſta, aduersũs ſanctum pnerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Iſrael, facere quæ manus tua & conſilium tuũ decreuerunt fieri. Illud tamẽ nolim diſſimulare, in eo ipſo loco Actorum, vbi dicit, cum gentibus & populis Iſrael, non incommodè, per gentes, cohortes tam Herodis quàm Pilati poſſe intelligi: per populos

autem Iſrael, Iudæos, quomodo locum illum docti plerique ſunt interpretati. Iudæorum commentatores, nominatim Dauid Kimhi, referunt hæc ad hiftoriam, quã legimus 2. Regum 5. quod cum Dauid iam vnctus eſſet rex ſuper populum Iſraeliticum, & urbem Hieroſolymam occupãſſet, idq; auditum eſſet Philiftæis, congregati vniuerſi aſcenderunt vt quærerent Dauid, ac interficerent. Deus autem dedit victoriam Dauid. Neque diſſimile veri eſt, prophetam ex illius rei occasione ceciniffe Pſalmum hunc. Verũ quemadmodum id quod accidit Dauid, typus erat eorum quæ futura erant in Chriſto, ita Pſalmus aperte habet prophetiam eorundem.

*Meditati ſunt inania.* Nam re vera ſunt inania, omnia conſilia & meditationes machinationeſq; quæcunq; inſtituunt homines aduersũs Deum & electos eius.

*Adſiterunt reges terra.* *אֲדִיתוּ מְלָכֵי אֶרֶץ* Conſtituerunt ſe. Quancumq; verbum Hebræum eſt futuri temporis, conſtituent ſe. Germanicè dicim⁹, *ſie ſtellen ſich/oder ſetzen ſich*.

*Et principes conuenerunt in vnum.* *וְיָסַד בְּרוּחָם* vt placet Dauid Kimhi, quod fundare ſignificat. Quapropter conſultationes illorum & conſpirationes ſignificari putat, quas habuerunt aduersũs Dauid: ſed quas typum habuiſſe eorum, quæ ſcribæ, phariſæi, pontifices &c. machinati ſunt contra Dominum Ieſum, iam admonuimus.

*Et aduersũs Chriſtum eius.* *וְעַד מְלָכֵי אֶרֶץ* Porro Chriſtus ſeu *xp̄iſtus*, Hebræicè *מְלִיכֵי אֶרֶץ* Latine vnctus dicitur. Significat autẽ regem. Nã Hebræi ſuos reges ritu ſolenni vngebãt. Quod vnquentum erat veluti ſacramentũ gratiæ diuinæ, quæ tam copioſè poſteã effuſa eſt in capus regis noſtri Chriſti Ieſu, vt per totũ corpus, quo nos omnes continemur, dimanãrit, Vnde ait Iohannes: Et de plenitudine eius accepimus omnes. Iohan. 1.

*Dirumpamus vincula eorum.* Hebræus commentator hæc dici putat à Philiftæis, mutuo ſe exhortantibus, vt reſiſtant Dauid & populo eius, nec patiantur ſibi illorum iugum imponi. Huic interpretationi typicæ, pulchrè reſpondet illa myſtica, quam habet Auguſtinus, qui putat verba hæc accipiẽda eſſe, ſub illorũ perſona, qui fremuerunt, & oppoſuerũt ſe Deo patri & filio eius Ieſu Chriſto: quẽ pater vnxit in regẽ omnium. A nobis verò, & huic ſequutus Eraſm⁹, ita accipiunt, quaſi dicat ſub illorum perſona, qui adhærent Chriſto Dño per fidem, vt hi, mutuo ſe exhortentur aduersũs tyrannos illos, hoſtes Chriſti. Et

*Et proiciamus a nobis iugum iſorum.* Septuaginta tropum qui eſt in Hebræo, in alium tropum verterunt. Nam quod illic, *עֲבֹרֵי יוּגֻם* id eſt, funes eorũ, pro imperio ſcriptum eſt, hi pro funes verterunt *יוּגֻם*, i. iugum, ea forſan de cauſa, quod iuga funibus bouum ceruicibus alligantur. Alioqui iugum Hebræicè dicitur *עֲבֹרֵי*.

Verſ. 4.

*Qui habitat in celis, iridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* Hilarius & Euthymius priorẽ huius verſũs partem tribuunt patri, poſteriorẽ filio. Auguſtinus & hunc ſequuti alij quidam docti, arbitrantur non eſſe hinc notatam diſcretionẽ perſonarum: ſed ſententiam prioris hemiſtichij, in poſteriore repeti, quod creberrimum eſſe in Pſalmis iam antè monui. Eſt autem in huiusmodi loquutionibus proſopopeia, ſive (vt quidam appellãrũt) anthropopathia, qua deo aſſingimus affectus humanos & ſermonem humanum, cuiusmodi figurarum loquendi plena eſt ſcriptura diuina, nimirum inſirmitati noſtri intellectũs ſeſe attemperans. Alioqui nequaquã tales affectus cadunt in Deum.

Verſ. 5.

*Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.* Illud tunc, nõ eſt neceſſe referre ad id quod præceſſit: ſed ad tẽpus quod Deus eterno ſuo conſilio decreuit impiorũ vindictã, quã videlicet dicitur eſſe hiſ, qui à ſiniſtris erũt: *Diſcedite a me maledicti in ignẽ eternũ, quia parati eſtis diabolo & angelis eius &c. mat. 25.* Non damno tũ, quod nonnulli hæc accipiũt etiã de temporalibus pœnis, quas Deus immittit ſcleratis hominibus, etiã in hac vita: qualis fuit vaſtatio Hieroſolymæ facta à Veſpaſiano ac Tito: & alia multa. Addam & aliam coniecturã, ſed meã ipſius. Si reſpiciamus ad textũ Hebrẽũ, poſſe id quod loquitur eſſe, intelligi, quod in verſũ proximo ſequitur: *Ego autẽ conſtitui regẽ &c. vt amborũ verſũ hic ſit ſenſus:*

Verſ. 6.

*Tunc loquetur ad eos in ira ſua, &c.* quid autẽ loquetur nimirũ id quod ſequitur, *Ego autẽ conſtitui regẽ meũ &c. q. d. Quæ vos agit inſania, vt oppoſiti vos illi, quẽ ego vnxi & conſtitui regem ſuper Sion montẽ ſanctũ meũ? An ſperare audetis vos poſſe regnũ eius euertere? illũ de regno deiijcere, quẽ ego volo regnare? Nã quod lxx. verterũt paſſiuẽ, *Ego autẽ conſtitutus ſum rex: exemplaria Hebræa, noſtra quẽ ætate, habent actiuẽ, *Ego autẽ conſtitui regẽ meũ. Quamobrẽ quod nunc Hebræorum exemplaria habent, נָאֲנִי בִּבְרַחֲמֵי מַלְכֵי עַל יְצִוּוֹת הַר קְדֻשָּׁה***

Id Septuaginta videntur legiſſe, *נָאֲנִי בִּבְרַחֲמֵי מַלְכֵי עַל יְצִוּוֹת הַר קְדֻשָּׁה* quod ad verbum ſonat, *Ego autem conſtitutus ſum Rex eius (quod valdè commodè*

illi verterunt, ab eo) ſuper Sion montem ſanctũ eius. Sive autẽ actiuẽ legim⁹, conſtitui regẽ meũ, vt loquat de⁹ pater: ſive paſſiuẽ, vt in figura loquat Dauid: in figurato verò, hoc eſt, ſignificato p figurã, Chriſtus: ſive ſententia eadẽ manet, & ſecundũ hiftoriã veterẽ de Dauid in figura intelligi poſſe, quũ oppugnãretur à Philiftæis: ſecundũ nouã verò Euãgelij, de Chriſto omnĩo intelligendũ eſt, oppugnato à gentiũ Iudæorumq; tyrannis, vt iam antè dixim⁹. Et quod dicit de mōte Sion, per ſynecochẽ de tota Iudæa eſt intelligendũ: myſticè autem de Eccleſia.

*Prædicãſ præceptum eius.* In hoc enim Chriſtus Dominus venit in mundum, vt teſtimonium perhiberet veritati: & quicunq; ex veritate eſt, audit vocẽ eius. Ioh. 18. Apud Hebræos hoc eſt noni verſũs initium: nec eſt participium, prædicans, ſed verbum futuri tẽporis, *אֲדַבְּרָה* i. prædicabo vel enarrabo, ſeu potius annunciaro. *Præceptũ eius.* In Hebræo eſt *אֲדַבְּרָה* vbi *אֲדַבְּרָה* authore d. k. in libro radicũ, poſitum eſt, p articulo *אֲדַבְּרָה* vt ſit ſenſus: Annunciaro *אֲדַבְּרָה* illud præceptũ. Quodnam præceptũ? Nimirum quod ſequitur: *Dñs dixit ad me. Sed in Hebræorũ codicibus notata eſt varia lectio: alijs pro *אֲדַבְּרָה* legentibus *אֲדַבְּרָה*, quod ſignificat Deũ: vt ſit ſenſus, Narrabo Dei præceptũ. Sic D. Hiero. legit. Nã vertit, Annunciaro Dei præceptum. LXX. quoq; ſic legiſſe vident, quũ verterent, *ὁ θεὸς εἶπεν πρὸς τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς* i. prædicans præceptum Domini: Dominus dixit ad me. Quin etiam paraphraſtes Chaldeus ſic legit. Nam vertit in hanc ſententiam, Recitabo Dei pactum. Quancũ hoc nolim tanquã certum aſſeuerare: quod exemplaria Chaldaica, hoc loco etiã variant: & vſitatoriã habent nomẽ *אֲדַבְּרָה* i. Dei, non in contextu, ſed in margine additũ, cum *אֲדַבְּרָה* i. *אֲדַבְּרָה* i. codex alius. Cuius ſententia eſt, aliũ codicẽ habere adiectum *אֲדַבְּרָה* Quamobrẽ vulgatã lectio apud Chaldeos eſt *אֲדַבְּרָה אֲדַבְּרָה* i. Recitabo pactũ. Inuenitur autẽ in quõſdam Hebræorum verò cõmentatores, R. Salomõ, Aben Ezra, Dauid kimhi, legunt, vt vulgõ nũc habet exemplaria, *אֲדַבְּרָה*: cui lectioi fauere videtur phraſis Hebraica, quã nõ ſolet inter verbũ trãſitiũ & accuſatiũ caſum, interijcere aliũ caſũ, vt hoc loco genitiũ. ſed quũ ad ſenſum attinet, parui refert, vtrum legas *אֲדַבְּרָה* pro *אֲדַבְּרָה* vt ſubaudias Dei patris: ſive *אֲדַבְּרָה*, vt expreſſè ſignificet Deum. Illud opere præcipuum eſt admonere, *אֲדַבְּרָה* id eſt, præceptum hoc loco, He-*

brorum quidem commentaria intuentibus, videri non esse legem aliquam ad vitam seu mores pertinentem, sed solenne decretum Dei secundum literę quidem historiam, de Dauid aded in regno confirmato, vt etiam in filium receptus sit à Deo: secundum spiritum verò, de Domino nostro Iesu Christo vnigenito filio Dei. Vnde rectè (iuxta hęc quidem sententiam) vertit & exposuit Flaminius, his verbis: Narrabo decretũ. Christum facit narratẽ, quid de se decreuerit pater. Euthymius verò cum alijs multis, interpretatur de præceptis Euangelicę doctrine: in quibus Christus Dominus ostendit vnam sibi cum Deo patre esse voluntatẽ, cum diceret Ioh. 14. A me ipso nihil loquutus sum, & quacunq; audiui à patre meo, nota feci vobis, Iohan. 15.

*Dominus dixit ad me. &c.* Secundum literę historiam, vt iam dicere cepi, hęc poterit esse sensus: Quid vos homines me oppugnatis, modicantes me regno exuere, in quo me Dñs Deus ita confirmauit, vt cum p Samuelem meingeret, hęc mihi dixerit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* per hanc vnctiõem in filium te adoptaui, vt hereditate regnum hoc possideas. Sed hęc in litera & umbra: In spiritu verò & veritatis luce, Dñs noster Iesus Christus recitat hęc, à Deo patre sibi dicta: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Vbi illud monendum est, quod alij illud hodie, ad æternitatem referunt: vt sit sensus, *Ego hodie*, id est, ab æterno genui te, mihi immortalitate ac potentia p omnia similem & æqualem, vt nulla quicquam aduersum te possit potentia. Atq; hoc quidẽ sensu secundam diuinam suam naturam hęc loquitur Christus. Alij verò ad diẽ, quo Christus resurrexit à mortuis: quibus suffragatur, quod Act. 13. legimus ab Apostolo Paulo dictum: Et nos vobis annunciamus, q̄ eam repromissionem, quę ad patres facta est, Deus adimpleuerit filijs eorum, nimirum nobis, resuscitato Iesu, sicut & in primo Psalmo scriptum est: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, id est, hodie feci te primogenitum ex mortuis, & immortalitati consecraui. Ceterum hoc sensu non de diuina eius, sed humana, natura est intelligendum, per resurrectionem glorificata. Diuina enim natura talis in eternũ permanet, qualis ab æterno est.

*Postula à me, & dabo tibi gentes &c.* Hoc dicto & amplitudinem suę potentię innuit Deus pater, & charitatem inenarrabilem, qua completitur filium. Neque enim iuberet postulare, si dare non posset: neque diceret, *& dabo*, si dare nollet. Hęc autem proprie de Dauid intelligi non posse, manifestum est. Is enim nunq̄ accepit possessionem gentium sibi hęc

reditariam, neque regnauit vnq̄ vsq; ad fines orbis terrarum. Per tropos autem ad eum deflecti possent, quales sunt hyperbole, synecdoche, metonymia: vt de victorijs eius & regni amplitudine accipiantur, de quibus legimus 2. Reg. 8. 10. 12. & 1. Paralip. cap. 18. & 19. Ceterum illa nihil aliud fuerunt, quàm figurę quędam, quibus veluti præcludendo, permisit Deus pater vero huic nostro Dauid Christo Iesu amplitudinem & eternitatem regni cęli ac terrę.

*Reges eos in virga ferrea, &c.* Quod Latinus interpres vertit, *reges, LXX. verterunt, & c.* quod significat pacēs, siue pastorũ more reges. Cui non malè consonat, q̄ quidam interpretantur virgam ferream, non instrumentũ supplicij, sed sceptrum firmum, stabileq; regnum. Verum commentator Hebręus Dauid kimhi illud *וְיִשְׁבְּרוּ* quod noster vertit, *reges eos*, interpretatur *וְיִשְׁבְּרוּ* id est, conteres siue confringes eos & quod mox sequitur, *tangam vas siguli confringes eos*: Hebraicè est *וְיִשְׁבְּרוּ* quod ait idem significare, nisi quod hoc sit cum dispersione confringere, hoc est, ita vt partes contracti dissiliant. Secundum hanc interpretationem, virga videtur hęc esse instrumentum supplicij. Id quod probè consonat illi, *tangam vas siguli confringes eos*. Item ei quod supra dixit, *Tunc loquetur ad eos in ira sua*, &c. Euthymius putat Prophetam in spiritu loqui de Romanorum imperio, quod Iudæi, quum Christi regno repudiati, sibi elegerint, meritò senserunt ferreum, hoc est, durissimum asperissimq; Idem significasse Daniele per tibias ferreas statuar. Vnde sic ait ipse Propheta Daniel, *Quomodo ferrũ comminuit & domat omnia, sic comminuet & conteret omnia hęc.* Ieremias quoq; iussus est lagunculam fictilem in conspectu virorũ secũ euntium conterere, ac dicere: *Hęc dicit Dñs exercituum: Sic conteram populum istum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas siguli, quod non potest vltra instaurari.*

*Et nunc reges intelligite, erudimini &c.* Hęc iterum Propheta sub sua persona loquitur, admonens & exhortans reges, & omnes qui iurisdictionem habent in terra, vt respiciat, neque tam vesano furore se opponant illi, cuius potentię nemo potest resistere: sed potius humilient sese sub potenti manu Dei. *Et nunc*, inquit, quasi dicat, cum audiatis tam horribiles daturos esse pœnas eos, qui se Deo & Christo ei opponunt. *Intelligite*, inq̄, hoc est, sapienter expẽdit quid faciatis. *Erudimini*, hoc est, sententias vestras & mores in melius cõmutate. *Seruite Domino in timore.* Subaudi, quia immensa

Verf. 8.

Daniel. 1.

Verf. 9.

immense potentię est Dominus.

*Et exultate ei cum tremore.* Exultate, quia tam liberalis est ac benignus in eos, qui sibi fideliter seruiunt, vt ex seruis faciat liberos: nec tantum liberos, verum etiam filios, ac regni sui confortes ac cohęredes.

*Cum tremore*, nimirum expedentes, quàm sit non modò calamitosum, verum etiam fœdum & ignominiosum (quippe extremę vel ignauię vel malitię argumentum) committere, vt talem offendas dominum, adeoq; patrẽ. Nam etiam si nunq̄ ille hoc esset puniturus, tamen propter ipsius rei fœdam indignitatem cauendum esset, nẽ quid admitteremus, quod illius oculos offenderet: cum pudeat nos in viri alicuius honesti, aut etiam fœminę conspectu, turpe aliquid designare.

*Apprehendite disciplinam.* In Hebręo est, *וְיִשְׁבְּרוּ* Quem sermonẽ Dñus Hieronymus

(aut quisquis est author commentariorum in Psalms D. Hieronymo ascriptorum) admodum esse ancipitem, quum verti possit, adorare, dete, vel osculamini filium, siue vt ipse Hieronymus vertit in sua translatione, iuxta veritatẽ Hebraicam, adorare purè. Sciendum autem, veteres osculo adorare fuisse solitos. *וְיִשְׁבְּרוּ* verò Syrorum lingua filium significat, quo significato Salomon etiam Proverb. 31. vocabulo hoc vsus est Hebraicè scribens:

*וְיִשְׁבְּרוּ בְרִי וְיִשְׁבְּרוּ בְרִי וְיִשְׁבְּרוּ בְרִי*

Quid fili mi, & quid fili ventris mei, & qd fili vtorũ meorũ: cum aliis in Hebręorũ sermone purũ significet & electũ. Vnde mihi placet, q̄ R. Abrahã admonet, pcedentẽ versum, *Seruite Dño in timore, &c.* de deo patre esse intelligendũ: hęc verò, osculamini filiũ, de filio ei Messia, hoc est, Christo. Dauid etiã kimhi *וְיִשְׁבְּרוּ* i. filiũ. Idem tũ & alias expositiones adducit, vt, *Osculamini purum, subaudi me, qui sum mundo corde, in quo nõ est iniquitas, vt declaretis vos ignoscere, q̄ sim rex ordinatione diuina constitutus, vel osculamini i. electũ, nepe quem Deus elegit in regẽ.*

Quid sequuti sint LXX. quũ verterent *וְיִשְׁבְּרוּ* i. apprehendite disciplinã, doctis expendendum relinquo. An fortè pro *וְיִשְׁבְּרוּ* legerunt *וְיִשְׁבְּרוּ*. Nam hoc significat apprehendere. Quam si ppius vtriusq; verbi, Hebręi dico & gręci, genuinã significationẽ intueamur, opinor posse hoc qdẽ loco in vnũ sensũ illa cõuẽire. *וְיִשְׁבְּרוּ* enim osculari significat, & osculo venerari, seu adorare. Porro magnorũ principũ manus osculari, moris nõ solũ fuisse olim, verum etiam nũc apud plerosq; esse nemo ignorat. *וְיִשְׁבְּרוּ* verò non quouis modo apprehendere significat, sed manu siue pugno:

*וְיִשְׁבְּרוּ*, id est, pugnus: vt non videatur absurda interpretatio, apprehendite s manu ad osculandũ. Iam quod in Hebręo est *וְיִשְׁבְּרוּ*, ipsi verterunt *וְיִשְׁבְּרוּ*: quod disciplinam quidem significat, sed puerilẽ. Quid si LXX. verterunt *וְיִשְׁבְּרוּ*, id est, pueritiam? aut *וְיִשְׁבְּרוּ*, id est, puerum? Tametsi nihil est opus ad hanc coniecturam confugere, cum interpres Chaldæus in eandẽ cum nostra qua vtimur translatione, transtulerit sententiam, nempe hoc modo: *וְיִשְׁבְּרוּ וְיִשְׁבְּרוּ*. Hoc est, recipite doctrinam. Cuius translationi cum plurimum tribuatur ab omnibus, non leuiter hanc nostram, quam à LXX. accepimus, confirmat. Hęc studiosi, quibus placet, & per ocium vacat, diligentius scrutentur. Ego non in alium finem discutienda propono, quàm vt moneam studiosos, nẽ temerè damnent, quod vsitatè habent vel Gręcæ, vel Latine translationes, etiamsi prima frõte, aut etiam re ipsa discrepet ab his, quę nostra etate habent exemplaria Hebręa. Neque cõtra linguarum imperiti, illorum improbent studia, qui vel nouis translationibus, vel etiã commentarijs nouis lucem illis adferre conantur, quę multis in locis obscura sunt, & maximos etiam in Theologia viros valdè torserunt. Ab sit vt quicquam vel dicam vel scribam in contumeliam maiorum, quorũ studijs & pietati tantum debemus omnes. Sed quemadmodum illi nobis reliquerunt, (aut potius Deus pro sua diuina sapientia per illos reliquit) in quo pijs studijs ac laboribus defudemus: ita nos nõquã efficiemus tantũ, vt nõ simus relicturi posteris nostris in quo elaborent. Deus omni etati dat studiorum materiam. Nostris autem officij est, studia nostra nequaquã conuertere ad ambitionem, aut sordidum q̄stum nostrum: multò verò minũs in contumeliam sanctorum, qui ante nos fuerunt, sed ad gloriam patris nostri celestis, & ædificatiõem Ecclesię eius, atq; huius pacem publicam, in omni beneuolentia & charitate mutua. Aduersus eos qui secus faciunt, hęc ipsum Prophetę locum facere docet Augustinus: *Quomodo inquit, reges domino seruiũt in timore, nisi ea q̄ contra Dñi iussa sũt, religiosa seueritate pphibedo atq; plectedo? &c.*

*Nẽ quando irascatur Dominus.* Dominus, non est in Hebręo: sed, *osculamini filium, nõ quando irascatur.* Apparet ab interprete Gręco, aut certè ab alio aliquo, tanquã glossema adiectum esse, ambigui explicandi gratia. Nam sermo Hebręus anceps est, quũ *irascatur* tam ad filiũ, q̄ ad patrẽ referri queat. Et nihil erat piaculi ad filiũ referre, quũ huius ira nõ minũs sit formidanda, quàm ipsius patris, quod paulò antè satis indicauit, quum diceret:

Reges

*Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas signi confringes eos.* Quin series verborum Hebraicorum magis huc nos deducit, vt ad filium referamus: cui accedit, quod toto hoc Psalmo nihil aliud agitur, quam vt hinc diuinum genus, diuina maiestas, & potestas diuina asseratur. Vnde & epiphonema illud, quo clauditur Psalmus, *Beati omnes qui confidunt in eo,* equidem malim ad filium referre, quam ad patrem. Non quod non putem beatos qui confidunt in patre, sed quod potissimum de filij celsitudine hic loquat Propheta. Iudei ignorant filium illum vnigenitum, illud, *Dominus dixit ad me, filius meus es tu,* de solo Dauid intelligunt. Sed quia sciunt Dauid nihil aliud fuisse quam hominem, licet insigniter charum Deo, idcirco, ne homini tribuant ea quae solius Dei sunt, in suis commentarijs omnia ad Deum, hoc est, patrem, referunt.

*Et percutis de via iusta.* Iusta, non est in Hebreo, sed vel ab interprete, vel ab alio aliquo glossematis loco adiectum. In Hebreo duntaxat est, *וְיַחַדְתָּ בְּדֶרֶךְ יוֹשֵׁטִים*, id est, & percutis via: quod per hypallagen dictum videtur, pro eo

PSALMVS DAVID III.

**D**omine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt animae meae, non est salus ipsi in Deo eius. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltas ea put meum. Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me. Non timebo millia populi circumdantis me, exurge Domine, saluum me fac Deus meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisisti. Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.

IN PSAL. III. DE TITVLO PSALMI.

Psalmus Dauid cum fugeret a facie Absalom filij sui. Titulus hic Hebraice incipit, *בְּיָמֵינוּ לְדָוִד*. Vbi obseruandum est, quod quanquam ל littera, articulus datiuus casus esse consuevit, tamen authorum & possessorum nominibus praepone solet in genitiuo: vt *לְדָוִד סוֹרֵרָה לְשֵׁלֵמָה לְאַסָּח*. Sic & in hoc ipso Psalmo *לְיְהוָה הַיְשׁוּעָה*, id est, Dñi est salus. Et in Psalmo, qui nobis quidem 23. Hebraeis aut 24. *לְיְהוָה הַתְּרָפָה וּבְיָמֵינוּ*, id est, Domini est terra & plenitudo eius. Id non obseruatum, aut per ignorantiam linguę Hebraeae non intellectum, a viris aliquot doctissimis, eosdem in eum adduxit errorem, vt putaret illos Psalmos, in quorum titulis legitur *לְדָוִד*, non a Dauid auctore scriptos esse, sed ab alijs in honorem Dauid. Nam quod Graece verte-

quod est, & via vestra pereat, vt in primo Psalmo dixit, iter (seu via) impiorum peribit. hoc n. x. diferte admonet, aliquot similes locutiones ex diuinis scripturis adducens. Porro viam pro vita accipi, supra monuimus.

*Cum exarserit in breui ira eius.* Hoc hemistichium coheret cum precedente, hoc sensu: *Ne pereatis de via, cum exarserit in breui ira eius.* Porro quod ait, *in breui*: in Hebreo est *בְּרֵפֵי*, id est, quasi paululum, & vel ad breuitatem temporis, vel ad paruitatem irę referri potest. Sed melius ad breuitatem temporis, vt sit sensus: Quum exarserit subitō ira eius. LXX. verterunt, *et rēx*, quod citra controuersiam ad breuitatem temporis refertur, & videntur legisse *בְּרֵפֵי* pro *בְּרֵפֵי*.

*Beati omnes qui confidunt in eo.* Epiphonema est quo concluditur Psalmus, de quo iam diximus. Illud nonnulli obseruarunt, quod quemadmodum primus Psalmus incipit ab *וְיַחַדְתָּ*, ita hic definit in *וְיַחַדְתָּ*. Vnde suspicantur verē hunc & precedentem, esse Psalmum vnum.

Verf. 12.

curreret ad Dauid, qui diceret: Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. Quapropter ait Dauid seruis suis, quos habuit secum Hierosolymae: Surgite, fugiamus. &c. Legē historiam 2. Re. 15.

MYSTICĒ.

In Dauid, vides typum Christi: in Absalom, Pōtificum, scribarum & Phariseorum: in Achitophel, Iude proditoris.

MORALITER.

Quin tu ipsius typum vides in Dauid, si modo verē es Christianus: ad quem tete cōtemplare, si quando illi te psequuntur & affligunt, de quibus tu benē es meritus. Imō verō magis hęc in nos vident quadrare, q̄ in Christum: quod Christus similia quidem illorum est passus, quae Dauid, sed innocens ipse pro peccatis alienis, hoc est, nostris. Dauid eam seditionem & persecutionem passus est pro peccatis suis: sefellerat em Achimelech sacerdotē in Nobe, simulās a Saule se missum ad exequendum aliqua mandata, quā fugeret ipsum Saulem. Quā simulatiōe impetrauit, vt sibi daretur panes propositionis, & gladius Goliath. Saul autē ea re offensus, iratusq̄, Achimelech & 85. sacerdotes occidit. Historiā vide 1. Reg. 21. & 22. Verū hoc peccato grauius fuit, quod vxorem Vrię per adulterium stuprauit, deinde maritum ipsum interfici curauit, 2. Reg. 11. Propter hoc audiuit à Domino: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, &c. 2. Reg. 12. Sic nos nihil patimur, quod non abundē commeruerint peccata nostra, quantumuis etiam videamur innocentes & iusti. Absit igitur vt in afflictionibus nostris murmuremus contra Dominum, aut propter enormitatem peccatorum desperemus veniā: Sed potiūs exemplo Dauid nostri cōfugiamus ad eum, & cum summa fiducia imploremus misericordiam & auxiliū eius, dicētes: Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? &c. Vniuersa etiam Ecclesia in afflictionibus suis aptissime hunc Psalmum canit contra hostes suos. His itaque obseruatis, videamus verba Prophete.

Verf. 1. *Domine, quid multiplicati sunt &c.* Anaphora, seu repetitio nominis *multi*, facit ad exprimendum magnitudinem persecutionis & periculi, de quibus lege 2. Reg. 15. & aliquot sequentia capita.

Verf. 2. *Multi dicunt animae meae.* Anima mea, id est, mihi, per synecdochen, parte pro toto posita. Et hic tropus facit ad affectum. Eodem pertinet Enallage casus, *anima mea*, pro, de anima mea. *Non est salus ipsi in deo eius.* Quod ad litteram siue historiā attinet, illi qui cu Absalom erant, putabant Dauid ob enormitatem pecca-

torū reiectū esse à Deo, vt iam non posset regnare amplius. Audiērāt fortē, dictū illi fuisse à Dño p Prophetā Nathan: Non recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum, eō quod despexeris me, & tuleris vxorem Vrię hethę, vt esset vxor tua. Itaq; hęc dicit Dñs: Ecce ego suscitabo sup te malum de domo tua, & tollā vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxorib; tuis in oculis solis huius, &c. Semei quoq; illi cōiuciatu est, his verbis: Egredere, egredere vir sanguinum 2. Reg. 16 & vir Belial: reddidit tibi Dñs vniuersum sanguinē domūs Saul. Quod verō ad mysteriū, nos ter Dauid Christū Iesum, dānatus à Iudęis in multis contumelijs egressus est ad crucē, nō autem propter sua, sed propter nostra peccata. De quo Esaias: Nos putauimus eū quasi leprosum, & percussū à Deo, & humiliatū. Esa. 53.

Ipse autē vulneratus est, propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Huic in cruce pendenti, hostiliter illudentes acclamabant: Confidit in Deo, liberet nūc eū, si vult eum, &c. Mat. 27. Quod porro ad doctrinā & institutionem nostram, in vtroq; hoc est, Dauid & Christo, discimus, q̄ horreda res sit peccatum, quanto perē nobis ab eo cauedum, quippe quod Deus nunq̄ sinit abire impunē. Peccatum Dauid punitum est principiō in infante ex adulterio nato, deinde in ipso auctore Dauid. Christus ipse quidem innocentissim⁹, q̄ graue tñ supplicium pertulit propter peccata nostra. Quapropter summo studio pspiciendum & cauedū, nē, plabamur in peccata. Prolapsis autē maiori etiā studio cauedū, nē vel peccatorū enormitate territi, vel dolosis diaboli suggestiōibus decepti, veniā desperemus. Verū illic nostri Dauidis exemplo resurgēdum, & magna cum fiducia confugiēdum ad misericordiam Dei, quae parata est & exposita omnibus ex animo resipiscētib; . Nō quod nihil opus sit, p admissis facere aut pati, (quod nonnulli magno cum animarū exitio persuaudent imperitis) sed quod recuperata gratia Dei, apertum sit ostium, ostensa via, additum prętereā auxiliū ac vires cęlitūs ad superandū omnia, ac redeundum in pristinam dignitatē. Hęc omnia nobis in Dauid, tanquā in tabula depicta sunt, & ad contemplandum proposita. Prolapsus in peccata enormia, adulteriū dico & homicidium, cum grauissimis minis increpatur à Propheta. Sed quia demittit se ad confessionem peccati, dicens: Peccaui Domino, statim audit paratam esse veniam. Sic enim respondet Propheta: Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. Ecce ita transtulit peccatum, vt non moriatur Dauid: sequitur tamen mors pueri, & gra-

C. uia

uis illa persequutio Absalom, cum tanta domus clade & ignominia. Sed q̄ omnia patientissimo animo toleravit Dauid, & spiritu Dei confortatus superavit, ac tandem debellatis hostibus, in regnum & regiam suam cum ingenti applausu & gloria receptus est: de quo copiosè 2. Reg. 19. Valdè igit̄ & magno cum animarum exitio errant vtriq;: tum qui cum Cain dicunt, Maior est iniquitas mea, q̄ vt veniam merear: tum qui putant ad expiationem quantumvis etiam enormium flagitiorum, satis esse adire sacerdotem ac dicere, Confiteor me esse peccatorem, & peto absolutionem. Rectè verò docent Theologi, post remissionem culpæ, restare adhuc pœnam. De quo copiosius aliquandò diximus in cap. 3. Euangelij Matthæi. Equidem libenter credo eximio in omni doctrina viro & laudatissimo Episcopo Augustino, ita scribenti in Psalmo 38. Iniquitas omnis, parua magnave sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine pœnitente, aut à Deo vindicante. Nam & quem pœnitet, punit seipsum. Ergò fratres, puniamus nos ista peccata, si querimus misericordiam Dei. Non potest Deus misereri omnium operatum iniquitatem, quasi blandiens peccatis, aut non eradicans peccata. Profrus aut panis, aut punit. Vis non puniat? puni tu. Nam & illud fecisti, quod impunitum esse non possit. &c. Hec ibi Augustinus. Idè significat, quod scribit Apostolus Paulus 1. Cor. 11. Quòd si nos metipfos dijudicemus, non vtiq̄ iudicemur. Dum iudicamur autè, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Sed audio: Quarè igitur pro peccatis nostris satisfacit Christus, si nos quoq; pro illis oportet satisfacere? Respondeo: Si Christus non satisfecisset pro peccatis nostris, nos nūquam potuissemus satisfacere. Nam à gratia Dei excederamus. Nunc autem Christus innocens pro nobis passus, reparavit nobis gratiam, vt quæ facimus bona, & quæ toleramus mala, nobis cedant ad satisfactionem atq; salutē. Alioquin, si ita satisfecisset pro nobis, vt vnà cum culpa sustulisset vniuersam pœnam, iam nihil esset opus nos in hoc mundo ita affligi laboribus, fame, siti, estu, frigore, morbis, doloribus, ipsa deniq; morte. Nam hæc omnia patimur idè, quòd primi parentes nostri peccarunt: quum tamen Christus pro peccato illorum satisfecisset. Verum ita satisfecit, vt vitam nobis pararet, ostiumque aperuerit redeundi in vitam & in ipsum celū. Christus, inquit Petrus, passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Summa igitur huius doctrinæ hæc est, vt inuocato Dei auxilio, caueamus ne peccemus.

Gen. 4.

Sin peccare cōtingat, quantumvis etiam enormiter, vt illic per seriam pœnitentiam resurgamus, ipsi de nobismetipsis pœnam sumentes per humiliationem confessionis, coram Deo & ministro eius, vicario Iesu Christi sacerdote, per lachrymas, ieiunia, elemosynas, preces, vigiliis, per obsequia, ministeria, & officia erga maiores, pares, inferiores, quibuscunq; rationibus poterimus proximis nostris prodesse ad salutem: per patientiam eorum quæcunq; Deus, vel vt iustissimus iudex, ad conferendam iustitiam, vel vt sapientissimus medicus ad curandum ægroti morbum, vel vt optimus cordatissimisque pater ad emendandum filium immiserit. Quòd si vel enormitas multitudoque peccatorum, vel pœnarū psequutionumq; grauitas nobis desperationem suadere videatur, negareq; nobis esse salutem in Deo, tunc nos contra, ingenti concepta fiducia, clamemus ad ipsum Dominum Deum, id quod in Psalmo sequitur: *Tu autem Domine susceptor meus es, &c.* Sed antequam ad hunc versum pergam, dicendum est de diuina *שׁוּעָה*, quæ in Hebræo versui 2. accinitur. Hæc nusquam alibi legitur, quàm in Psalmis & oratione Habacuc Prophetæ. Porrò in inuestiganda significatione eius, torserunt se non modò Græci & Latini, verum etiam ipsi Hebræi, alijs Amæ, alijs semper, alijs in secula, alijs aliter interpretantibus. Dauid kimhi putat nihil tale significare: sed nihil aliud esse, q̄ signū mutadæ melodiz intendendæq; vocis, ad excitandum animū, quò attentius cogitet ea q̄ cantant. Hęc sententia mihi maximè placet. Græci vocant *ἀνάκλησις*. Si quis tñ plura de hac legere volet, legat epistolā D. Hieron. ad Marcellam, cuius initium est, *Quæ accepis, reddenda sunt cum scenore*, in 3. tomo opum eius. Porrò in hoc versu *שׁוּעָה* eorum q̄ canunt, non tantum per *שׁוּעָה* intenditur in Hebræo, verum etiam per paragoricā extensionē dictionis, *salus*: q̄ quā Hebræicè simpliciter dicit *שׁוּעָה*, hoc loco dicitur *שׁוּעָה וְשׁוּעָה*, quod D.K. putat idè significare, ac si p̄ *ἀνάκλησις* dicas, *salus salus*. Nunc Videam quod sequit̄: *Tu autē Dñe susceptor meus*. Hebræicè habet *שׁוּעָה וְשׁוּעָה מִפְּנֵי מַלְאָכָיו* Tu autē Dñe clype⁹ p̄ me: quo tropo creberrimè vti noster Psalmographus. Græcus interpres sensum simpliciter reddidit, *ὁ ἀπὸ ἀνίσταμαι* *μου* *εἶ*, quod cōmodi⁹ magisq; ad sensum, q̄ est in Hebræo, vertisset Latin⁹, *Tu autē Dñe p̄ceptor meus es, q̄ susceptor*. p̄ceptor autē noster est dñs deus contra omnes eos, qui interficere nos moliantur. *Gloria nostra*, contra illudentes & conuicantes nobis. *Exaltans caput nostrum*, tum

Verf. 4

Luce 13.

tum p̄ mœrore & luctu depressum in terram, tum supra omnes eos qui nos cupiunt superfluos & conculcatos. Hoc egregiè declaravit in Dauid, hoc in rege nostro Dño Iesu Christo. Hoc deniq; in omnibus illis declarat, quicunq; in vera fide inuocāt nomen eius. Quarè sequitur in Psalmo: *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo.* Quòd ait, *Voce mea*, pleonasmus est. Quis enim clamat, nisi voce sua? Tale est, his oculis vidi, voceq; his auribus hausi. Vitium in oratione, si sit ociosum. Verum hęc, quemadmodum sæpè aliàs, non apud Poetas tantum, verum etiam apud Oratores, asseuerationis acrioris gratia ponitur: idèq; non vitium, sed virtus orationis est. Vide Fabiū lib. 8. cap. 3. & lib. 9. cap. 3. *De monte sancto suo.* Templū Hierosolymitanum situm erat in monte Sion, in tanta religione habitum à Iudeis, vt non solum eò p̄ficiscerent oraturi, verum etiam facies suas eò conuerterent, si alibi orarent: vt de Daniele legim⁹, Dan. 6. Hinc illis consuetudo loquendi, vt dicerent se exaudiri de monte sancto Dei, quū è cælo Deus exaudiat precantes, cuius mons ille erat figura. Quamq; ne è cælo quidè nos exaudire, sinè tropo dicitur. Quum em̄ pater noster in celis esse dicit̄, & conuersatio nostra in cælo, nò debemus hoc de supremis huius mundi visibilibus partibus intelligere, q̄ volubiles sunt ac temporales, vt ait Augustinus, sed de spiritualibus firmamentis, vbi habitat sempiterna iustitia: de quo aliàs in Marth. plura. huc versui apud Hebræos quoq; accinitur *שׁוּעָה*, ad excitandum animos sanctorum, vt cogitent, quò in periculis & afflictionib⁹ sit cōfugiendū, vnde speranda salus. *Ego dormiui, & soporatus sum.* Sensus literalis siue historic⁹ est: Quū illi tam multi insurgerent aduersum me, palamq; negarent, esse mihi salutē sperandā à Deo, ego inuocato dei auxilio, tantā accepi consolationē, vt ne excubijs quidem iam deinceps habere opus: sed in lecto meo composuē, dormirem securus, somnoq; iam assatim resectus, resurgerē lætus. Atq; hæc omnia, fretus p̄sidio Dei, qui in omnibus sustentat me. Mysticè verò in spiritu intelligimus hæc de Christo dño: cui cum in cruce pendenti acerbissimis cōuicijs acclamarēt, *Vah q̄ destruis templū &c. mat. 27.* ipse cōuersus ad patrē, dixit: pater, in manus tuas cōmendo spiritū meū. Itaq; illis circūfremētib⁹ obdormiuit, & cū summo honore sepult⁹, iacuit in sepulcro in tertiu⁹ vsq; diem. Tunc verò diuina virtute excitatus, cū ingēti gloria resurrexit. Impossibile em̄ erat, sanctum Dñi videre corruptionē, aut mortis vinculis detineri: de quo

Verf. 4

Verf. 5

pōst, Psalmo decimo quinto. **MORALITER.** Huic principi regi⁹ nostro, dum nos vera fide, indubitata spe & vinculo c̄haritatis indifolubili adherem⁹, eiusdē virtute mala omnia, ipsamq; mortem superabimus: ac tandē intrepidè, tuti atq; securi à metu hostis nostri diaboli, omniūq; satellitū eius, obdormiem⁹ in pace, spiritu magna cum exultatione redeunte ad Dñm, qui dedit illū: corpore verò posito in sepulcro, & expectante magnū illū diē, quo canente tuba, mortui resurgent incorrupti, 1. Cor. 15. Sensum huius versūs bona fide ostendimus. Videamus nunc, vt eos qui sunt in verbis, scrupulos tollamus. Quod vulgata interpretatio habet, *Ego dormiui & soporatus sum*, in Hebræo est *שׁוּעָה וְשׁוּעָה*. Quod Felix Pratenfis vertit, *ego iacui & dormiui*, LXX. *ἐγὼ ἵκνησάμην καὶ ἐκοιμήσασα*. Id Latine verti potuit, *Ego verò sopitus sum, & dormiui*. Sed nihil horum aduersatur sensui, quem ostendimus. *Et exurrexi.* Minutū est admonere, conuictionē *שׁוּעָה*, in Hebræo nò esse: verbū autē hebræum est *שׁוּעָה*, quod est hiphil à *שׁוּעָה*, quod significat euigilauit, hoc verò quo hęc vtitur p̄pheta, significat, feci euigilare, seu excitauit: vt significet se semetipsum excitaturū esse, nò excitatum iri ab hoste, aut ab excubitore, qui moneat ad esse hostē: sed quieturū, quoad ipsi visum sit surgere. hoc verò pulchrè quadrat in Christū, sua ipsi virtute resurgentē, iuxta id quod Iohan. 10. dicit: *Ego pono animam meam, & iterum sumam eam &c.* *Quia Dñs suscepit me.* In Hebræo futurū est *שׁוּעָה וְשׁוּעָה*, quod alij vertūt, *sustentabit me*. Et LXX. p̄ futurū verterunt, *ἐπιθήσει ἡ σὺν*. Augusti, quoq; in futuro legit, *suscipiet me*: & reddit rationē subitò mutati tēporis: quod quamq; q̄ ventura p̄phetant, secundū tēpus quidē futura sunt, secundū scientiā verò p̄phetantiū, iā p̄ factis habent. Equidè vertere malle p̄ præiens, quia Dñs sustentat me. Solēt em̄ Hebræi huiusmodi sentētias, q̄ indefiniti tēporis sunt, p̄ futurū efferre: Latini verò, per p̄sens. Illud meminisse est opeprecii, q̄ sustentādi verbū crebrò in sacris literis, p̄sertim in Psalmis, tribuitur Deo: quippe quo nihil immobili⁹. Hoc igit̄ qui nitit̄, nò est q̄ ruinā meruat. Quapropter & rupes, & petra sæpè dicit̄. Quia metaphora legim⁹ apud Euangelistas etiā Dñm Iesum consueuisse vti. *Nō timebo millia populi.* Quod Latinus interpres vertit *millia*, in Hebræo est *מִלְיָוֹת*: id rectè vertit interpres Græcus, *ἀπὸ μυριάδων*, i. myriades: vel si verbū verbo reddas, à myriadibus, siue denis millibus. *שׁוּעָה* enim

Verf. 6.

enim numerus est decem milliū, Græcè *μυριάς*. Id hic & Græcè & Hebraicè ponitur in numero plurali, vt immensam hominum multitudinem significet: à qua tñ idcō nihil sibi timet, q̄ sciat se habere Deum protectorem. *Circūdantēs mē* s. obsidiōe hostili. *Exurge Domine.* Hoc apud Hebræos initium est penultimi versūs: & cōtinuatur vsque ad illum, *Domini est salus*. Diuus Augustinus monet, non dormienti aut iacenti Deo dici, Exurge: sed moris esse diuinarum scripturarum, Deo tribuere quod in nobis facit: vt sit sensus, Excita me & conforta, vt superem hostes meos. Dicitur etiam Deus quodammodō iacere siue dormire, dum videtur veluti cōnuere ad impiorum flagitia, & electorum suorum afflictiones. Exurgere verō, qñ per iustam vindictā illos punit, ac suos à persecutionum tentationibus liberat. Vndē sequitur in Psalmo:

Verf. 7. *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi* Quod vel ad Goliath, Philistæos, Saulem, cæterosq; hostes Dauid referri potest, vt significet, se precari, vt nunc quoq; sui similis, similitudine faciat: hoc est, quemadmodū antea superbum illum Goliath & cæteros hostes suos percusserat, itā nunc quoq; his, à quibus affigitur, faciat. vel more Prophetico tāquam factum dicit, quod non dubitat mox esse futurum, nempe vt Deus illos qui nunc Absalomum secuti, se regno pulsati interficere moliantur, malè perdat. *Sine causa.* Hic non possum diuinare, quare LXX. verterint *μαχίω*, i. frustra, vel sine causa, quod in hebræo est *חַלְבָּה* i. maxilla, pro *חַלְבָּה* i. in maxilla, vt monet D. X.

PSALMVS IIIII.

**C**VM inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatiōe dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationē meā. Filij hominū, vsquequod graui corde? vt quid diligitis vanitatē, & q̄ritis mēdaciū? Et scitote quoniā mirificauit Dñs sanctum suum, Dñs exaudiet me, cum clamauero ad eum. Irascimini, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificiū iustitiæ, & sperate in Domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatū est sup nos lumē vultus tui Domine, dedisti lætitiā in corde meo. A fructu frumētij, vini & olei sui, multiplicati sunt. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Quoniam tu Dñe singulariter in spe, cōstituisti me.

IN PSALMVM QVARTVM. DE TITVLO.

Vide que post sequuntur in titulo Psal. 66. Titulus huius Psalms in Hebræo sic habet, *חַלְבָּה לְפָנַי וְיִשְׁמַח לִּי אֱלֹהִים* In Græca translatione *Εἰς τὸ τίλος ἐν ψαλμοῖς ἁδμὶ τῷ δαβὶδ*. Græca nobis ita sonant ad verbum: In finem in hymnis Psalms ipsi Dauid. Græ-

Nam sensus est ex Hebræo: Quoniam tu fortitua dextera maxillam hostium meorum tam grauius percussisti, vt omnes dentes eorum, quibus me tanq̄ immanissimè ferē, bestiaque lacerare atq; discerpere conati sunt, confregis contriuerisq;. Sententia huius translationis manifesta est, nempe, percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, hoc est, eos qui mihi aduersabantur, quum nullā eius rei causam haberent. *Dñs est salus* Epiphonema est, quo monet & exhortat nos omes, nē aliunde sperem⁹ salutē, q̄ à Dño Deo. Nam *Dñs est salus*, idem est si dicas: Dñs est author omnis salutis. Cuius meminimus suprà in expositione tituli. *Et super populum tuum benedictio tua.* Subitō mutata p̄sona indicat ardentissimū erga Deū affectū amoris & gratiarū actiōis. Porro bñdictiōnis nosē significat oim bonorū affluentiam seu (quod dicitur) copiē cornu. Quē idē bñdictiō dicit videt, quia q̄ dixit, & facta sunt: qui mandauit, & creata sunt: huius bñdictiō, beneficētia est: cuiusq; hic benedicit, id est, cui mandat fieri benē, huic beneficii necessē est. Bñdixit, & multiplicati sunt nimis, inquit Psal. 106. Nihil em̄ omnipotentū verbo eius resistere potest. Quod quo altius cogitatio nostrā, nē ab hoc delectam⁹ fidutiā nostrā, infingat, accinit *חַלְבָּה* q. d. hoc expendamus quēso, hoc assidue nostris cogitatioibus obuersetur, demusq; operā, vt simus populus Dñi. Nā hac ratioe tuti erimus ab omnibus hostib⁹ & inimicis nostris, & omni oim bonorū copia ditabimur. Quod nobis p̄ vnigenitū filium suum in spiritu sancto largiat omnipotens pater. Cui sit laus, honor, & imperiū in omne eūū. Amē.

Verf. 8.

aded varient, nō modō Græcorū ac Latinorū, verum etiam ipsorum Hebræorū sentētis, vt planē temerarium sit, nos hic aliquid certi velle statuere, iudicium quidem doctioribus relinquimus: nos tamen interim amplectemur id, in quod doctissimorum virorum inclinant sententiæ, quodq; nobis videtur maxime conuenire ipsius vocis origini, seu etymologiæ. Porro *חַלְבָּה* certandi, cōtendēdi, vincendiq; (vt dixi) significationem habet, cuius piel est *חַלְבָּה*. Indē participium *חַלְבָּה*, id est, vincens, vel victor. Porro qui in rei alicuius siue artis certamine vincunt & excellunt, faciliē ad magisteria & præfecturas istiusmodi ream, artiumque emergunt: hinc fit, vt *חַלְבָּה* præfectum siue præpositum operarū significet, quos Græci vocant *ἐπιτάκτας*, vt 2. Paralip. 2. Vndē Dauid Kimhi suspicatur, hoc loco præfectū cantorum significari, quales constituit Dauid 1. Paralip. 15. *חַלְבָּה* autem differentiæ causa adiectum esse, eō quod multa essent instrumentorum mulicorum genera, quibus Psalms cantari solebant. Porro *חַלְבָּה* à verbo *חַלְבָּה* deriuatum est, quod significat tali organo seu instrumento canere. Hinc apparet tituli huius hūc esse sensum, quod Psalms hic à Dauid compositus sit, & datus alicui præfecto cantorum, qui curaret eū in instrumentis illis quæ *חַלְבָּה* dicuntur, cantari: aut qui instrumentis illis canendo vicerit, & gloriam victoriæ primatumque sit consequutus. Nam tale quiddam eadem hæ voces significant apud prophetam Habacuc, qui cum elatus victoriæ suæ & gloriæ venturæ spe dixisset, Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo salutari meo, siue (vt nostra translatio habet) Iesu meo: Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me: adiecit, *חַלְבָּה חַלְבָּה חַלְבָּה* q. d. hæc faciet mihi victori in organis meis, quæ *חַלְבָּה* dicuntur.

Hab.

DE ARGVMENTO PSAL. IIIII.

Am hæc quæ de titulo diximus, mirè quadrant ad argumentum Psalms: quippe in quo nos suo docet exemplo propheta, quod quicumque se totos magna cum fidutiā Deo commendat atque concredunt, in hunc se totos conijciunt, ab hoc omne auxiliū atque salutem suam supplices petunt, & constantè expectant, hi semper illius inuicta virtute omnia mala, quæcunque possunt homini obuenire, magna cum gloria vincunt. Contrā verō, rerum visibiliū seu huius mundi præsidia, vana esse & mendacia, vt necessē sit

corruiere eos, quicumque ab his pendent, & relicto Deo, fidutiā suam in his collocant.

DE PERSONA ET OCCASIONE LOQUENTIS.

Hebræorum Rabbini, necnon Græci pleriq; cēsent hunc quoq; à propheta Dauid esse cantatum, cum sūgeret à facie Absalom filij sui. Quamobrē, secundū historiam quidē & literæ sensum, loquitur Dauid in mysterio verō, Christus Dñs: qui tensis in cruce fidibus sacratissimi corporis sui, ea nobis cecinit carmina, ad quæ nihil sunt omnes omniū musicorū concentus. Fabulæ sunt & poetarum cōmentata de Orpheo, quod Iyre sono sylvas & saxa mouerit, flumiorū cursus phibuerit, feras domuerit, Eurydicen vxorem ab inferis reduxerit. Ceterum noster hic Orpheus longē maiora præstitit re vera, q̄ illi potuerit etiam falsō cōminisci de suo. Noster hic sua cithara petras rupit, mortuorū sepulcra aperuit, ipsosq; mortuos in vitā reuocauit, solis lucē prohibuit, effraeto tartaro, nō vnā aliquā reduxit Eurydicen, eandemq; in via deuō amissit, vt illorū fictitiū Orpheus, sed innumerabiles omniū sanctorū copias indē reduxit, nō in hui⁹ mundi ærumnas, sed in ipsum cælū, eadem illa sua cithara apertū, atq; placata iustissima Dei patris ira, effecit, vt recepti sint in vitā pariter ac regni cælestis cōsortiū. Quid quēso gloriosius, quid admirabilius huius citharædi victoriæ?

MORALITER.

Is & nobis citharas dedit, musicā suam nos docuit, & victoribus inæstimabilia proposuit præmia. Qui vicerit, inquit, possidebit hæc omnia, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Neque verō furdus cecinit sua carmina. Inuenit enim per totum terrarum orbem auditores attentos, discipulos dociles, aded vt vndiquaque effulgeant victorum brabea atque trophæa, erecta sint in victorum ac victoriarum celebritatē & memoriā templa, erectæ basilicæ, in quibus ecclesia victoribus epinicia cantat quotidie, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, qui citharas dedit, artem docuit, virtutem & alacritatem certandi addidit, victoriam, brabea, necnon triumphos gloriosissimos præstitit. Illorū itaq; nos excitent exempla, excitent præmia, adiuuent patrocinia: pulsemus iam nimis diū torpentes citharas nostras. Exhortatur nos Apostolus, dicens: Exhibete vos Deo tanquam ex mortuis uiuētes, & membra vestra arma iustitiæ Deo. Non est quod dubitemus de victoria, si modō cum hoc nostro psalte, ex animo & cum fidutiā illius opem & auxiliū implorauerimus. De quo nunc videamus ipsū Psalms.

*Cum inuocarem, exaudiuit me &c.*

Græc.



21. Græca translatio habet, *ἡ τῆς ἐπινοίας ἐστὶν ἡ ἐπινοία μου*, id est, Cum inuocarem, exaudisti me. Textus Hebræus, *עָנִיתָ לְקוֹלִי*. Quod rectè verteris: Cum inuocaueris, exaudi me. Qui vertit, exaudiuit: pro *עָנִיתָ*, videtur legisse *עָנִיתִי*. Apud Hebræos *עָנִיתִי* cōtinuus versus vsq; ad, *filij hominum*: sed pauca, quæ post membrum fieri solet, signū est ante *Miserere*. Quod attinet ad sententiam doctrinæ, nihil refert, siue legamus, exaudisti, siue exaudiuit, siue exaudi. Docemur enim, vt in omnibus periculis & afflictionibus nostris confugiamus ad Deum, auxilium eius implorantes, idq; certò nos esse impetraturos. *Deus iustitiæ meæ*, id est, qui es parens, author, custos, & vindex iustitiæ meæ. Videtur autem iustitiam suam opponere calumnijs & cōuicijs insectantium se: qualia erant illa Semei, de quibus diximus in Psal. 3. & iustitiam vocare, iustam, legitimam, & à Deo sibi datam regni possessionem. *In tribulatione dilatasti mihi*. Id est, cum tribulationibus & angustijs constringerer & coarctarer vndique, tu eripuisti me, & constituisti in loco spatiofo, vbi me nihil neque premeret, neque vrgeret: adeoque me liberum reddidisti ab omnibus angustijs pauoris, vt cum cæteri homines ob hoc vel præcipuè cupiant extinctos hostes suos, vt securi ac tuti viuant, ego contrà magno etiam animo pepercerim hostibus meis, & militibus meis ac ministris mandauerim, nè illos læderent. Hoc autem Dauid fecisse non tantum in filio suo Absalom, verum etiam in Saule, nemo ignorat, qui modò legit historiã Regum. Noster verò Dauid, Christus Dominus, quem ille præfigurauit, Petrum auriculã Malchi amputantem increpauit, auriculam hostili seruo restituit. Sed quod omnium erat maximum, in grauissimis illis & inenarrabilibus crucis tormentis, pro crucifigentibus se precatus est patrem, dicēs: Pater, ignosce illis, quia nesciūt quid faciunt. Horum exempla vtiã nos tam fortiter imitaremur, quàm libenter narramus. Quam fortitudinem, quia nemo nostrum à semetipso potest habere, proximum est vt ab illo petamus, dicentes quod sequitur:

*Miserere mei, & exaudi orationem meam.* Dauid quidem videri potest hæc verba in hunc sensum dixisse: Quemadmodum hucusq; me à magnis persequutionibus & tentationibus eripuisti, ita & nunc, atq; deinceps, quotiescunq; erit opus, eripito. Cæterum Christus Dñs hæc potissimum in psona mēbroꝝ, i. nostra, precat⁹ esse videt, & etiam nūm p spiritū suū in sanctis suis precari. Nos em̄, qd oremus sicut oportet, nescim⁹: sed ipse spirit⁹ postulat pro nobis

gemitibus inenarrabilib⁹, nimirum afflans peccata nostra, & suggerens vt salubria petam⁹, idq; gemitibus inenarrabilibus, quos in nobis excitat. *Filij hominū, vsquequod graui corde*. Verf. 3. Hic videt LXX. aut quisquis tandē est Græcæ trãslationis author, aliter legisse, quàm hodiè habent exemplaria Hebræorum. Nam pro eo quod hæc habet, *גְּבוּרַתִּי לְקַלְמָה*, id est, gloria mea ad ignominiam: illi verterūt, *ἡσυχία ἐστὶν ἡ καρδιά μου*, hoc est, graues corde, vt quid. Quod rectè fecissent, si Hebraicè scriptum esset *גְּבוּרַתִּי לְקַלְמָה*. Vides autē quàm pcliue fuerit, hanc scripturã p lbrarios deprauari. ppter similitudinem quæ est inter *ב* & *ב*. Equidē nihil dubito, quin illi legerint hoc modo *גְּבוּרַתִּי לְקַלְמָה*. Nam hoc nobis ad verbū sonat: filij viri, (vel hominū) vsquequod graues corde? (vel graui corde?) quare diligitis vanitatem? Vtra verò lectio sit genuina, iudicet docti. Certum est, diuum Hieron. ita legisse, vt hodiè legunt Iudæi: nisi fortē in vno mutatis punctis vocalibus, pro *גְּבוּרַתִּי* legit *גְּבוּרַתִּי*: sic enim vertit: Filij viri, vsquequod inclyti mei, ignominiosè diligitis vanitatē, querentes mēdaciū, semper. Dauid Kimhi ait hæc ita accipiendā esse, quasi dicta sint ad magnates Israel, qui relicto regno suo Dauid, adhæserant Absalom: & admonet *אִישׁ אִישׁ* id est, filij viri, apud Hebræos, ppr̄iè de magnatibus dici. *אִישׁ אִישׁ* verò, id est, filij hominū, de plebeijs. Quod autem ait, *גְּבוּרַתִּי לְקַלְמָה*, hoc est, quousquē gloria mea ad ignominiam: gloriã suã regnum suum dicit, quod illi verterunt ei ad ignominiam, quum ipsum eijcerent, Absalom autem introducerent. Quæ ppter arguit illos, quod diligant vanitatem, & querant mendacium, nempe quod vero suo & legitimo rege, à Deo ordinato & constituto, non modò relicto, verum etiam eiecto atq; sugato, sequerentur eū, qui per tyrannidem & mendacia sēs in regnum intērebat: vndē non potuit regnū eius esse firmum ac stabile, sed vanum ac mendax, decepturumq; spem omnium sibi adhærentium.

M Y S T I C È.

Atq; hæc quidē omnia Dauid acciderunt in figura. In Christo verò cōpleta ē veritas. Hui⁹ gloriosissimū beatissimūq; regnū Iudæi ad eum regi suo verterunt ad ignominiam, vt ipsum regem principē abnegarent, dicentes: Non habemus regem nisi Cæsarem. Deindē iniquissimo condemnatum iudicio, morte afficerent omnium ignominiosissima, nempe crucis. Sed statim maximis cum suis malis experti sunt,

et sunt, quàm stultè vana ac momentanea, pro solidis, firmis & æternis, mendacia pro veris elegerint. Mox enim ad resurrectionis Dominicæ gloriã & lucem clarissimam Euangelij, euauerunt omnes vmbra: regni ac sacerdotij illorum. Cæsar, in cuius regno & imperio confidebant, illos funditus inauditis miserijs & afflictionibus per diuturnam obfidionem & crudelissimam expugnationem diuexatos, euerit ac perdidit.

M O R A L I T E R.

Similis euentus manet omnes illos, qui demerenti vanitatibus huius mundi, voluptatib⁹, libidinibusq; carnis delibuti inebriat⁹, Deum & huius mandata cōtemnunt, terrestria tantum & carnalia curantes: quorum finis interitus est, inquit Apostolus, quorum deus venter, & gloria in cōfusione ipsorum. Atq; hæc quidem sic interpretati sumus, securi id quod in Hebræo & Hebræorum cōmentarijs inuenimus. Cæterum si legas, *vsquequod graui corde*? nō displicet Euthymij expositio, cuius hic est sensus, Filij hominū, id est, o vos homines, qui in huiusmodi afflictionum tentationibus cor vestrum nō attollitis ad Deū, sed in terrã degrauat⁹, & ad præsidia terrena cōfugitis, quæ vanitate sua ac mēdacijs blandimentis destituunt vel in momento eos qui fiduciam suã in ipsis collocant: quare tam stolidi estis, vt ista præferatis Deo viuo ac vero? Velim & illud admonitos esse studiosos, qd vetus ille interpres, qui vertit, *Filij hominū*, nomen Hebræum *אִישׁ אִישׁ*, non accepit hoc loco, p viro, vt Dauid Kimhi, Hieron. & secuti hos alij multi: sed pro eo quod nos dicimus, vnusquisq; q. d. Filij vniuscuiusq; id est, quorumlibet hominū. In fine huius versūs apud Hebræos accinitur *סֵלָה* ad excitandū (vt apparet) animos, vt expendant, quantus & q̄ perniciosus sit furor talia facere. *Et scitote quoniam mirificauit Dñs sanctū* Coniunctio &, hoc loco, vt sæpè aliàs apud Hebræos, propemodum vim habet aduerbij eligendi, aut certè aduersandi illi quod præcessit. Nam sensus est: Quin potius scitote, &c. *Quoniam mirificauit* *הַתְּלָה*, id est, mirabilē reddidit, mirabiliter sibi elegit, & à cæteris omnibus hominibus segregauit. Porro quàm mirabiliter De⁹ elegerit Dauid in regem, & in regno seruauit, videre est in historia Regum i. Reg. 16. & quæ indē sequuntur. De Christo, apud Euangelistas. *Sanctū suum*, *אִישׁ אִישׁ*, quod hic & multis locis Græcus interpres vertit *ἑαυτοῦ*, & ex Græco Latin⁹ sanctū, apud Hebræos ppr̄iè significat misericordē, benignū, & animo in omnes liberali ad iuuandū, & quacunq; ratione pote-

rit ad beneficiendū, ppenso. Talis asit animus maximè decet regē. Hunc nimirum in Dauid intuitus est Deus, quū Samuel suspicatus Hebrai, fratrem Dauid, ob insignē staturã ac formã, esse quem elegerit Dñs, audiret: Nè respicias vultum eius, neq; altitudinē staturæ eius, quoniã abiecti eū: nec iuxta intuitū hominis ego iudico. Homo enim videt ea quæ apparet, Dñs autē intuetur cor. Est aliud nomen apud Hebræos *שׁוֹרֵה*: id, ppr̄iè significat sanctum, contrarium profano.

*Dñs exaudiet me, cum clamauero ad eum.* J. q. d. Quantunuis nunc vobis videar afflictus, atq; desert⁹ à Deo, ego tamen quicquid ab illo petiēro, accipiam. Videtur enim respicere ad id, quod superiori Psalmo audiuius: Multi dicunt animæ meæ, nō est salus ipsi in Deo.

*Irascimini, & nolite peccare.* Quod LXX. verterūt *ἠσυχία*, id est, irascimini: in Hebræo est *אִישׁ אִישׁ*: id Dauid Kimhi exponit *אִישׁ אִישׁ*, id est, expauescite, siue timeate, aut contremiscite. vt sit sensus, Si nō vereimini me, saltē Deū timeate, cui⁹ iram in vos, puocatis, dum psequimini me, illius ordinatione regē. Quamquã *אִישׁ אִישׁ* etiam irasci significat, & Hieronymus hoc loco ex Hebræo vertit, irascimini. vt sit sensus, iuxta August. etiam si vobis moueatur bilis, tamen abstinete à peccatis. In hunc sensum & Paulus vsurpasse videt Eph. 4. cum ait: Irascimini, & nolite peccare: sol nō occidat sup iracundiã vestram. Cæterum de ira, & quatenus nobis cōcedat irasci, copiosius aliquandò disseruimus in illud Matth. 5. Ego autem dico vobis, quia omnis q̄ irascitur fratri suo, reus erit iudicio. *Quæ dicitis in cordibus vestris.* In Hebræo nō est relatiuum, quæ: & verbum, quod noster interpres reddidit, *dicunt*, apud illos est imperatiui modi *אִישׁ אִישׁ בְּלִבְבְּכֶם*, id est, loquimini vel dicite in cordib⁹ vestris. Hoc autem nihil aliud est, quàm cogitare.

*Et in cubilibus vestris.* Coniunctio &, nō est in Hebræo: sed continenter legitur, Loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra, & tacete, *קָלָה*. Quare mihi videtur hæc esse toti⁹ versūs sententia: Si quid vos in rege, quæ Deus elegit, vnxit, ad fastigium regni euexit, atq; in eo, quantunuis circunqua; frementibus insurgentibusq; in eum hostibus confervauit, offendit, vt in me, quod Achimelech sacerdotem decepi, Vriē vxorem vitiaui, ipsum occidi, quod populū numeravi: irascimini quidē talibus regis vestri peccatis, (neq; enim approbari debent peccata, à quocunq; etiam fiant) sed ita, nè vos, dum alienis irascimini, ipsi in similia impingatis, aut etiam grauiora illis. Neque enim grauius scelus esse videtur,

Math. 16.  
Iohan. 18.  
Luc. 23.  
Verf. 2.  
Rom. 8.

semper

Phil. 3.

1. Reg. 16.

detur.

detur, quam contumacem esse & rebellem magistratui, quem Deus ordinavit & constituit. Quamobrem tales non vulgariter punire solet Deus, ut videre est Num. 16. Quum itaq; regu ac principu peccata videritis, nolite sic iracōmoueri, ut seditiosis obreſtationibus, eos pſcindatis apud imperitam plebē: sed potiùs intra vosmetipſos expendite in cubilibus vestris, vbi nemo consilia vestra & cogitationes turbat, quanta sit humanę carnis infirmitas, & an possitis rationem inuenire, qua citra tumultum, citraq; offendicula principis seu regis vestri malis medeamini: in primis autē obsecrantes Deum, ut ille corrigat eos ad salutē, quos alijs regendis corrigendisq; præfecit. Hoc ut longē saluberrimum præceptum, quo altiùs illorum, imò nostrę omnium cogitationi imprimat, accinit **וְשָׂרְפוּ**, *Sacrificate sacrificium iustitię, & sperate in Domino.* In Hebręo, numero plurali scriptum est, sacrificia, q. d. Impiorū sacrificia respuit & abominatur Deus. Quare si volueritis illi vestra sacrificia esse grata, date operā, ut sint sacrificia iustitię: id est, iusta: est enim Hebraismus. Videtur autem mihi quidem propheta alludere ad sacrificium Absalom, quod ille obtulit in Hebron: vbi facta est coniuratio contra ipsum David 2. Reg. 15. Illud erat magis impię coniurationis symbolū, filio in patrē insurgente, quā iustū sacrificiū. Dicit igitur propheta: Vos nolite istis scelerib; cōtaminari: sed iusti ac legitimis sacrificijs Deū colite, pro vestra ac regis, quę vobis dedit De; incolumitate, in ipſo Dño Deo spē vestrā & fidutiam collocātes: quippe in cuius manu rex totus est vnā cū ipſo regno, ut si viderit vos dignos, faciliē datur; sit reges bonos. Alioqui tyrannū seu hypocritā regnare faciet **וְשָׂרְפוּ**. ppter peccata vestra. Atq; hæc quidē secundū litterę siue historię sensum. Nos verò mysticē offerimus quotidie Dño Deo in Eucharistia summū illud sacrificiū, quo nobis rex noster Christus Iesus in ara crucis restituit omnē iustitiā, expiatis in suo ipsius sanguine omnibus peccatis nostris. Quin etiam moraliter, iuxta Pauli Apostoli doctrinā Ro. 12. exhibem; corpora nostra hostiā viuētē, sanctam, Deo placētē, rationabile obsequiū nostrū, dum tanq; vnus corporis membra, facimus vnusquisq; officium suū in mutua charitate: dū nemo se superiori studet præponere, neq; plūs sapit q̄ oportet sapere: sed vnusquisq; agnosces vocationis suę donū, sapit ad sobrietatē, in omni māfuetudine & obedientia, dissimilimi impio illi ac seditioso Absolomo; atq; illis qui illum secuti sunt. *Multi dicūt, quis ostendit nobis bona?* Ecce hæc est imperitæ ac stultę multitudinis cantio: quæ non pſpicit vltra ea, quę sunt oca-

Iob 34.

lis carnalibus exposita. Absalom, quum animū adiecisset ad regnū, hæc ratioē populū illectabat. Quotidiē cōfurgēs manē, stabat iuxta introitū portę, & omnē virum qui habebat negocium, ut veniret ad regis iudiciū, vocabat ad se, interrogans de qua ciuitate esset, & quā haberet causam. Et cum illi respōdissent, p̄babat causas eorū: sed negabat esse constitutos à rege qui ius dicerent. Quod cum plurimis dolosē p̄suasisset, tandē animaduertens iam animos eorū à rege alienatos in se p̄pendere, dixit: Quis me cōstituat iudicē super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negocium, & iustē iudicē? Quinetiam cum accederet ad eū aliq; ut salutaret illū, extēdebat manū suā, & apphenſum osculabatur eum. Faciebatq; hoc omni Israel, venienti ad iudiciū, ut audiret à rege, & sollicitabat corda virorum Israel. Ecce, hic videbat illis ostendere bona: sed illi nō videbant mala, quę honorū fūco tegebant. Sic faciunt omnes authores seditiōnū. Sugillant, calūniant, & maledictis p̄scindunt magistrat; p̄ fraudē ille ctāt populū spē diuitiarū, libertatis, seu veriùs licentię viuendi, ut ipsi libet, rā piēdi aliena impunē, & retinēdi q̄ ipsi alijs debent. Seueritatē legū, tyrannidē interpretant; licentiā vitę, libertatē: adeo ut etiā Deū patrē, & filiū eius Iesum Christū nō dubitent, si nō palām, ppter hos, certē in animis suis occultē insimulare tyrannidis, dū cōquerunt dura esse, difficilia, adeoq; impossibilia p̄cepta, de abiiciēdis curis huius mundi, cōtēnendis opibus, de non fraudando, non decipiendo, non rapiendo, nō furando, nō scortando, de tolerantia iniuriarū, de nō vlciscendo, de beneficiendo omnib; etiā inimicis. Si hæc obserauerim; inquit, q̄ ostendet nobis bona? Quis dabit necessaria huius vitę? quis domum? quis opes? Imò quis non proculcabit nos ac proteget pedibus, dum non defendimus nos? Sed qd cōtra horum dementiā, propheta hic noster? *Signatū est* (inquit) *sup nos lumē vultūs tui Dñe.* Hoc est, Tu Dñe Deus noster itā confirmasti sup nos oculos benignitatis tuę, ut nihil bonarū rerū nobis deesse patiaris: vbiq; adis defēsor atq; p̄tēctor vitę nostrę, aduersus omnes qui oderunt & p̄sequuntur nos. In Hebręo, precandi modo scriptum est, **וְשָׂרְפוּ**, id est, leua super nos &c. Sed LXX. videntur legisse passiue **וְשָׂרְפוּ**, id est, leuatū est: Hoc est, tanq; signū nobis erectum est, sub quo quicumq; militat, neq; cōmeatu ad militiam necessario destituntur, neque opprimuntur ab hostibus. Est enim verbum castrensē, à **וְשָׂרְפוּ**, quod significat vexillum militare, si R. Salomon credimus. Gręca translatio habet, *וְשָׂרְפוּ*, id est, tan-

tanquā signum prætentum est. Quo verbo Gręcorum nonnulli putant prophetiam de nomine Christi, in Christum credentibus imponendo, ut Christiani dicamur, contineri: quod indicat Euthymius.

*Dedisti lætitiā in corde meo.* Id est, exhilarasti animum meum.

*A fructu frumenti, vini, & olei sui, multiplicati sunt.* Secundū hanc translationem hic videtur esse sensus: Quum illi seditiosis querelis obmurmurarent mihi, atq; detraherent, quasi me rege, nulla posset esse spes regni florentis & felicis, tu respexisti me & exhilarasti, multiplicans illis omne genus frumenti, vini, olei, & quicquid ad vsum vitę humanę pertinet: ut nulla sit illis relicta querimonię causa. Atque hæc quidem de Dauid, & eius regno, secundū literā historia: secundū spiritum verò, Christus in hoc mundo tanta in paupertate humilitateq; vixit, ut ne tantum quidem loci, quod suum diceret, haberet, vbi caput reclinaret. Quapropter à superbis illis atq; diuitibus huius mudi sperus est. Interea tamē nihil defuit eius discipulis. Quandō misit vos, inquit, sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Verba Hebraica valdē sunt ambigua, & in varias accipi possunt sentētiās. Nam litera **וְשָׂרְפוּ** in dictione **וְשָׂרְפוּ** potest esse præpositio, ut ad verbum ex Hebręo sonet, Dedisti lætitiā in corde meo à tempore, quo illorū frumentum ac vinum multiplicata sunt. Idq; vel eam ipsam sententiā habere potest, in quā nūc nostri interpretis verba sumus interpretati: vel hanc, Tam ingrati sum in me, ut dicat, Quis ostendit nobis bona? Id est, quis occidit nobis Dauid? bona intelligentes meam mortem, & ut Absalom pro me regnet. Ego verò cōtrā, bonis illorū haud secūs lætor, ac meis, ut quum tuo beneficio, o domine Deus, frumentū & vinum illis copiosē proueniunt, ego in corde meo illorum felicitate gaudeam. Aut litera **וְשָׂרְפוּ** signum est comparatiui gradūs: ut hæc sit totius loci sentētia: Vultus hominum (hoc est, multi) quum audit iustitię doctrinam atq; præcepta, responſat: Quis ostendit nobis bona? Ego verò, o domine, nihil aliud precor, q̄ ut exoriri super nos facias lumē benignissimi vultūs tui. Hoc enim itā cor meum exhilaras, ut longē mihi sit maius gaudium, quā illis eo tempore, quo copioso frumenti & vini prouentu inebriati, omnium curarū, laborum, & afflictionū obliuisci videntur. Est autem vſitatissimum, cum cæteris Hebræis, tum nostro huic prophetę, relatiuum **וְשָׂרְפוּ** quod significat, qui; q; vel quod, nō exprimere, sed

subintelligendum relinquere. Quamobrem iuxta hanc expositionem, versum hunc ex Hebręo rectē tranſtulerimus hoc modo: Dedisti lætitiā in corde meo, maiorem q̄ (s. illorum sit lætitiā) tempore quo frumentum illorū & multum multiplicatur. Potest & itā accipi: A tempore frumētī & vini sui multiplicati sunt, i. in varias curas ac sollicitudines distracti sunt. Ut id quod sequitur in Psalmo, huic ex opposito respondeat, hoc sensu: Ego verò illuminatus à vultu tuo, in pace in idipsum dormiā & requiescam. Sed priores illę duę expositiones magis cōsonare videntur historia. Porro quod sequitur, *In pace in idipsum dormiā & requiescam:* ex Hebręo verti potest, In pace simul cubabo ac dormiā. Huius D. K. putat hanc esse sententiā: Quantunū illi me graui & iniustissimo odio persequēbatur, ego tamen illis optavi semper pacem atq; delicias vitę suę. Et adhuc nihil aliud opto, quā vnā cum illis in pacē redire. Hoc vbi factū fuerit, tunc vnā cum illis quietus cubabo ac dormiā. Neq; tunc erit quicquā, quod somnū meū sit perturbaturum. Hęc expositio ad historiā de Dauid nō malē quadrat. Is enim in omnibus declarauit, quā ex animo vellet optimē etiā hostibus suis, & quanto perē desideraret cum illis redire in gratiā, & componere pacē, nec nō obtinuit, quod tant operē desiderauit, ut legimus 2. Reg. 19. Porro quod in figura præcellit in Dauid, multo etiā euidentius in veritate secutū est in rege nostro Dño Iesu Christo. Atq; is nobis multis doctrinę suę locis p̄cepit, ut similiter faciamus & nos. Nā hac vna lege nobis paratam esse remissionem peccatorum, & vitam æternam. Illi igitur sapiūt, qui morituri, conuocant quoscunq; possunt, cum quibus suspicantur sibi aliquid esse simularis aut dissidij, ut id ante mortem componāt. Sed magis etiam sapiunt, qui sic faciunt sani ac validi per omnem vitam, neque sustinent cum quoquā habere dissidium, quantum quidem in ipsis est.

*Quonia tu Dñe singulariter in spe cōstituiſti me.* Quod ait, *cōstituiſti*, tā ex Gręca translatione *κατασκευασ*, quā ex Hebręo sonat, habitare fecisti, nisi q̄ verbum Hebręum futuri tēporis est **וְשָׂרְפוּ**, i. habitare me facies: quāq; hi sepē futuro tum pro præterito, tum pro presentē vtūtur. *Singulariter*, Gręcē *κατὰ μίαν*, Hebræicē **וְשָׂרְפוּ**, Euthymius interpretatur, seorsum à malignis: Dauid Kimhi refert ad Deum, hoc sensu, quoniam tu Dñe deus singulariter, i. solus es, quem hoc facturum indubitata spē cōfido, ut mihi cum hostibus meis reddita pace, conquiescam ac dormiā quietus atq; securus.

D rus.

rus. Sunt qui hanc spem referunt ad futuram resurrectionem, atq; sermonem corpori tribuunt, in sepulcro seorsum ab anima constituto. de quo vide Euthymium.

PSALMVS V.

Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Intende voci orationis meae, rex meus & deus meus. Quonia ad te orabo dñe, manè exaudies vocem meam. Manè adstabo tibi & videbo, quoniam non deus volens iniquitate tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dñs, ego autem in multitudine misericordiae tuae. Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Dñe, deduc me in iustitia tua propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meam. Quonia non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, iudica illos deus. Decidat a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quonia iritauerunt te dñe. Et latentur omnes qui sperant in te: in aeternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto. Domine, vt scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos.

IN PSALMVM V. TITVLVS.

לְמַנְצֵחַ אֶת הַיְהוָה בַּבֹּקֶר

Hic variat interpretu sententia in dictioe הַבֹּקֶר, de quo vide annotatioes Felicis Pratenfis. D. Hieronymus vertit, Victori pro hereditatibus Psalmus David. Porro hereditates intelligit eas, de quibus Psal. 2. dixit, Dabo tibi gentes hereditatem tuam, &c.

QVA OCCASIONE CECINERIT.

Hebraeoru magistri putant, David cecinisse hunc Psalmum de persecutione a Doeg Idu-meo facta, 1. Regum 21. & 22. aut Achitofel 2. Reg. 15. Quorum vterq; nefarijs consilijs oppugnavit regem David, hic apud Absolonem, ille apud Saulem. Quare 2. Reg. contra Achitofel sic inuocat eum: Infatua quae dñe consilium Achitofel. Id probè consonat illi, quod in hoc Psalmo precatur, dicens: Decidat a cogitationibus suis.

MYSTICÈ.

David figura est Christi. Hostes regis David, significant hostes Christi & ecclesiae eius. DE ARGUMENTO, MYSTERIO, ET MORALI DOCTRINA TOTIUS PSALMI.

David in hoc Psalmo nō pro se solo, verum etiam pro omnibus orat, quicunq; spem suam in Deo collocat. Christus aditurus crucis supplicium, quanto ardore animi Deū patrem inuocat pro se atque discipulis suis, & omnibus per verbum eorum in se credituris, Iohan. 17. Hūc imitata sponsa eius, nostra mater, assiduis precibus pro se ac filiis suis inter-

pellat. Idem faciendum Episcopis & Pastoribus pro se atq; grege sibi commisso: praepceptoribus, pro se ac discipulis: parentibus, pro se ac liberis: patribus familiis, pro se ac familia. quicunq; hoc faciunt, hi consequuntur benedictionem a dño. Hos nō benevolentiae suae clypeo protegit, vt tuti sint ab omnibus, quae cunq; diabolus machinari potest, vel per semetipsum, vel per suos satellites. Nam hac sententia Psalmum hunc concludit Propheta.

EXPOSITIO PSALMI.

Verba mea auribus percipe Dñe, &c. Mirabili dicendi figura inenarrabilem animi affectum, & æstum quandam flagrantissimum exprimit, eandē sententiam subindē alijs alijsq; verbis repetens atq; ingeminans. Quod schema Graeci nunc *συναρμυγία*, nunc *ἰσχυρὰ* appellant: Latine dicitur interpretatio, lib. 4. Rhetor. ad Heren. Alias praeterea figuras admiscet: vt, Verba mea auribus percipe: pro, exaudi me, q̄ Circuitio dicit, ad Herenniu: *ἰσχυρὰ*. Item quod interpret vertit, intellige clamorem meum: Propheta dixit Hebraice, *בְּיָמֵי הַבֹּקֶר*, i. intellige meditationem meam, hoc est, animi clamorem. Cuius ardorem quō euidentius exprimeret, ipse sibi ad hoc finxit idoneū nomē, geminata litera originali. Nam thema verbi est *בָּקַר*, quod proprie significat animo aliqd meditari. Hieronymus conatus illum animi æstū exprimerē, vertit, intellige rugitū meū. Intende voci orationis meae. Verbum intēde, transi-

transituum est, Hebraice *בְּיָמֵי הַבֹּקֶר*, vt subaudias accusatiuum, aurem vel animū. Nec est simpliciter, orationis: sed *בְּיָמֵי*, i. clamoris mei, vel eiulatus mei.

Rex meus & Deus meus. Locus est benevolentiae, vt vocat Rhetores, a dicentis persona, significantis omnem se spem atq; fiduciam ponere in eo, quē inuocat. Quē admodum aut inter hostes inhumanissimos esse necessē est, qui tali fiducia non cōmouentur ad succurrendum, & quibus possunt rationibus benefaciendum ita fidentibus: ita mirabile dictū est, quātope delectetur ea Deus. Non potuit igitur hic noster vates efficacioribus ad flectendum illū verbis vt, q̄ his: Rex meus & Deus meus. Legimus in Euangelio apud Lucam de ciuibus quibusdam, qui oderat regē suum, ac missa legatione nunciauerat, nē rediret ad se, dicētes: Nolumus hunc regnare super nos. Hos itaq; peregrē reuersus rex, iussit adduci, & in conspectu suo trucidari. Nos igitur tū exēplo huius nostri prophetae, tū praecipis regis nostri dñi Iesu Christi edocti, quotidie oramus deū Patrem, dicētes: Aduentat regnum tuum. Quod quicunq; ex aō precantur, his tēpore constituto venit Rex suus cū tanta clemētia, gratia ac benignitate, vt etiam in confortiū regni assumptos, ciuitatibus suis sit praefecturus.

Quonia ad te orabo. Te *ἰσχυρὰ* enuncian-dum est, q. d. non alium. Neq; apud Hebraeos est initium tertij versūs, sed finis secundi. Tertius verò apud eos hinc incipit: Dñe, manè exaudies vocem meam. Ciuilliter secundum historiam literam, nouimus tempus matutinu aptissimum esse ad precandum, & sacris studijs cōtemplandum opera Dei, beneficiaq; eius in genus humanum. De quo elegantissimo carmine cecinit Aurelius Prudentius in hymno matutino. Ceterum David spiritualiter desiderabat illud manè, quo legis vmbra euanescentibus, exoriretur ille iustitiae sol Christus dñs. Et nostrae preces adeoq; oēs actiones nostrae tum demum probantur Deo, qm peccatoru tenebris discussis, vndiq; ex nobis relucet spiritus Christi. Ad hoc itaq; toto nos pectore ac studio omni preparare debem: id quod sequenti mēbro, q̄ est in hebreo posterior pars huius versūs, suo nos exemplo docet propheta. nam quod nostra translatio habet, manè adstabo tibi & videbo, Hebraice est *בֹּקֶר אֲשֶׁר לִי וְיָבִי אֶתְּךָ וְיִבֶן אֶתְּךָ*, i. manè paratus ero tibi, & suspiciam, vel cōtēplabor. Vbi cōmentatores hebreorū, Abraham Ezra & D. K. aiunt *בֹּקֶר* idem esse quod *בָּרַךְ*, i. ordinauit, preparauit, disposuit, cōposuit, seu constituit: vt sit hoc loco, manè ordi-

nabo seu componā, s. me. Nam sunt valde visitatae eclipses apud hebraeos. Nō decet aut, hominem tanq̄ illoris manibus pedibusq; (quod dicitur) ad sacras preces & sacrarum literarum studia irruere: sed prius examinare conscientiam, an alicubi deum offenderit, & facta exomologesi, si non sacerdoti, (ad quos forte nō erit opportunū toties accurrere) tñ deo, precari veniā, proponere meliora: atq; ita demum magna cum attentione, reuerentia, ac religioe accedere, inuocato ad hoc ipsum spiritu sancto. Qui ita accedunt, hi sunt idonei dignique quos exaudiat deus, qbus aperiat oculos mentis, vt videant & cōtemplentur mirabilia opera, & optimam illam volūtate dei. Hoc nō faciet impijs, & illis qui in peccatorū sordibus cōputrescunt. Quare iam sequitur in Psalmo:

Quonia non deus volens iniquitatem tu es: neq; habitabit iuxta te malignus. Itā est distinguūt hebrei, vt hic sit versus quartus. Quāq̄ quod ad sententiam attinet, magis mihi placet Graeca & Latina distinctio: q̄ in hac eleganter posteriori cuiusq; versūs membrum referat prioris sententiam: id quod valde nostro huic prophetae & filio eius Salomoni est familiare. Porro quod noster interpret vertit, iniquitate, in hebreo est *רָעָה*, in Graeca translatione *ἀνομία*. Nos non habemus vocabulum, quo id possimus exactē reddere. Complectitur omnia ea quae legi Dei aduersantur. Interpretes nostri transferunt impietas, sed minus proprie.

Neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Per-manebunt, Hebraice *בְּיָמֵי הַבֹּקֶר*, i. consistēt.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes oēs qui loquuntur mendacium. Hic nihil est remora, nisi q̄ in posteriori membro *רָעָה*, i. omnes, in hebreo non exprimitur, sed p eclipsin subintelligēdū relinquitur. Vtinām verò omnes hunc versum attentē legāt, & expendāt q̄ sit horrendum, iniquitatis operibus iram Dei in se prouocare, & verbis mendacibus certam perditionem accētere.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur dñs. Eadem ferē sententia, cūm praecedente. Virum sanguinu, Hebraismus est, pro sanguinariū, & qui pugnis & homicidijs gatidet. Per sanguinem tñ omnem iniquitate intelligimus, quippe quae a carne & sanguine oritur, auctore Augustin. in Psal. 50. Maximè verò execrabiles sunt, qui gladio venenatae linguae, ac doctrina haeretica, per eloquentiae humanae dolos imprudentes & imperitos seducunt, & secundum aiam interficiunt. Vide August. in Psal. 74. Interficiunt, quisquis ab Ecclesia Dei catholica abducitur in haesim. Angelus ille percussor nō sequebat in eos, qui in domo sanguine agni

signata edebant agnum paschalem: sed in eos, qui extra hanc in profanis illis Aegyptiorum domibus erant. Quare sequitur in Psalmo:

Ego autem in multitudine misericordie tua in-  
trabo in domum tuam: adorabo ad templum sanctu-  
m tuum in timore tuo. Nam ita in Hebræo distin-  
guitur, ut hic sit septimus versus. Quæ admo-  
dum aut hucusq; ostēdit, quibus de causis ad-  
uersarij nō possint peruenire ad hæreditatem  
regni, ut habitent in domo dñi omnibus die-  
bus vitæ: ita nunc ostensurus est, qua fidu-  
tia ipse in eam domū sit ingressurus, & regni  
hæreditatem possidurus: non per fiduciam  
adulatricis linguæ, quemadmodum Doeg ille  
Idumæus: aut potentie humanæ, quemadmo-  
dum Saul: aut mēdaciōrum, imposturarum, &  
per vim imperitæ multitudinis, ut Absalom:  
sed per multitudinem misericordie Dei. Por-  
rō domum, secundum literam historię, videt  
dicere templum, non illud Salomonis, quod  
nondum erat extructum: sed illud tabernacu-  
lum & sacrarium, in quo arcam habebant, an-  
teq; Salomon extrueret templū. Ab illo enim  
tabernaculo arcebat David, principio tyrā-  
nide Saulis, deinde impia persecutione Abso-  
lomi. Non tñ interea desperabat se rediturum  
ad illud, atq; in eo dñm Deum adoraturum.  
Quare in medio etiā illo suo exilio, more po-  
puli illius electi, oraturus, ad montem Sion, in  
quo tunc erat illud quaecunq; templū seu ta-  
bernaculum, se conuertebat: ut diximus in il-  
lud Psal. 3. Et exaudiuit me de monte sancto  
suo. Verum his oībus longē aliud significaba-  
tur. Pontifices, scribæ, pharisæi, vnā cum illa  
incondita multitudine, Christū è tēplo pari-  
ter & vrbe eiecit, crucifixērūt, negantes illi  
spem esse aut salutē in deo. Ipse verō summus  
ille, adeoq; vnicus futurorum bonorum pon-  
tiffex, per tabernaculum perfectius, nō manu-

Heb. 2. 9.

factū, introiuit in ipsa sancta: atq; æterna re-  
demptione inuenta effecit, ut nos, quantūuis  
inuidente, & arcere impedireque cupiente  
diabolo, quantūuis infirmitate huius cor-  
poris retardante, quantūuis infaniente ob-  
sistenteque mundo, nostris etiam reclaman-  
tibus peccatis, ipsa denique morte se inter-  
ponente: tamen magna concepta fiducia, in  
multitudine misericordie dñi, in eandem illā  
domum dei, in idem illud templum, in eadem  
illa sancta simus regem nostrum atq; pontifi-  
cem cōsecuturi. Cuius rei indubitata spe atq;  
fiducia concepta, etiam in hoc mundo adhuc  
exulantes, in ecclesia tñ militante, quæ & ipsa  
domus dei est, procumbētes in genua nostra,  
oculos animosq; ad cælū attollimus in timore  
sancto, nē iterum offendamus dominū ac de-  
um nostrum, ita nobis reconciliatum, adora-

musq; dicentes quod in Psalmo sequitur

Domine, deduc me in iustitia tua propter inimi-  
cos meos: dirige in conspectu tuo viam meam. Hic  
varie interpretantur iustitiā Dei. Nam alij in-  
telligunt eam, qua Deus iustus & bonus est.  
Alij filium dei: nam & is nonnunq̄ in scriptu-  
ris dicitur iustitia Dei. Sed mihi maxime pla-  
cet illorum sententia, qui iustitiam hic legem  
dei interpretantur. Nam per hanc nemo in of-  
fensē potest ambulare, nisi ipso Deo duce.  
Atq; huc tendit sequens hemistichium, quod  
nescio quo casu in editionis auctor ver-  
terit, dirige in conspectu tuo viam meam: quū, te-  
ste D. Hieronymo ad Suniam & Fretelam, id  
nec Septuaginta habeat, nec Aquila, nec Sym-  
machus, nec Theodocio, sed sola illa vulgō  
vsurpata editio: deniq; & in hebræo ita scriptū  
se reperisse affirmat, ut hodiē hebræorū ex-  
plaria habent, הַיְשׁוּר לְפָנַי דְרֹכֶיךָ. Quod oēs,  
inquit, voce simili trāstulerunt, Dirige in cō-  
spectu meo viam tuam: secundum id quod in  
oratione dñica dicitur: Pater noster, qui es in  
cælis, sanctificet nomē tuū: non q̄ nobis orā-  
tibus sanctificetur quod per se sanctū est: sed  
q̄ petamus, ut quod per naturā suā sanctū est,  
sanctificetur in nobis. Ergō & nunc prophe-  
ta postulat, ut via dñi, quæ per se recta est, etiā  
sibi recta fiat. Vnde non incommode, ut mihi  
quidē videtur, in paraphrastica sua interpre-  
tatione sic totum versum interpretatus est Io-  
hannes Campensis: Dñe, dirige me ad normā  
iustitiæ tue, non habeant vnde gloriētur, qui  
insidias parant mihi, fac plana sit ante oculos  
meos via qua itur ad te. Diabolus enim nulla  
ratione alia grauius nocet, q̄ q̄ sacre scriptu-  
ræ viam obsidet, ac per satellites suos, pseudo-  
pphetas ac hereticos, eas falsis interpretatio-  
nibus deprauat: de quibus in sequenti versu  
loquitur propheta, dicens:

Quoniam non est in ore eorū veritas: cor eorum  
vanum est. Pro veritas, in hebræo est, אֱמוּנָה  
i. rectitudo. pro, cor eorū vanū est, קִרְבָּם הַיָּוָה  
i. intimum eorum prauitates. Hæc non habet  
opūs expositione. Significat enim, hostes suos  
foris linguis mendacibus & virulentis omnia  
inficere, intus verō madere scelerum & impi-  
etatis spurcitie. Eodē tendit versus qui se-  
quit, qui tñ apud hebræos vnus est cū pcedēte:  
Sepulcrū patens est guttur eorū: lingua sua dolo-  
sē agebat. Pestilentissimus fetor est, qui ex  
sepulcris exhalat. Sed longē pestilentior fer-  
mo istiusmodi hominū. Quod ait, dolo-  
sē agebat, Hebræicè est אֲמַרְתִּי יֵשׁוּעַ: i. blandiunt, seu  
adulant. Sed idem est sensus. Radix seu thema  
verbi est אָמַר, quod significat diuidere: ut in-  
telliga-

telligamus prophetā de illis loqui, quos latinè  
bilingues dicimus: quia iuxta prouerbū, ex eodē  
ore calidū & frigidum efflant, eundē hominē  
modō laudātes, modō vituperantes. Hos etiā  
fenarius ille græcus damnat, ἄνθρωπος ἑνὸς ἔργου  
ἑνὸς ἔργου: i. interprete Eras. Rote. Laudare  
eundem carpereq; viri est mali.

Iudica illos Deus. Hoc in hebræo est initiū no-  
ui versūs. neq; est ppriè iudica, sed אֲשׁוּר אֲשׁוּר  
quod alij interpretātur, destrue, seu perde il-  
los. Est aut hiphil ab אָשׁוּר, quod significat de-  
linquere seu peccare: ut hoc loco ad verbum  
transferrī possit, fac eos peccare: hoc est, errare  
in consilijs suis, ut cōsonet cū illo quod sequi-  
tur: & dicitur à cogitationibus suis. Vel, ut qui-  
busdam placet, fac eos peccare, i. conuince vel  
condēna eos peccati. Quod propemodum eū-  
dem sensum habet cū nostra trāslatio, Iudica  
illos. Illud admonēdi sunt huius doctrinæ stu-  
diosi, q̄ in pphetis, maxime verō nostro hoc  
psalmographo, sepē occurrūt huiusmodi ora-  
tiōes, q̄ formā habent imprecationis malorū:  
quū pditiones sint potius q̄ imprecationes, ad  
terrendū impios, ut desinant impiè agere: bo-  
nos autē ac pios consolandum & confortan-  
dum, nē defatigentur aut desināt benè agere.  
Decidant, inquit, à cogitationibus suis. Hoc est,  
nefarijs suis consilijs.

Secundum multitudinē impietatum eorū expel-  
le eos. Hoc est, sicut maxima est eorū impietas,  
ita expelle eos lōgissimè à te. Quod ait, impie-  
tatū eorum, hebræicè est אֲשׁוּר אֲשׁוּר, Vbi sciē-  
dū, q̄ D. K. & pleriq; alij linguæ hebræicæ peri-  
ri, monēt אֲשׁוּר אֲשׁוּר significare peccatū, quod quis  
sciens ac volens, ac veluti rebellis, deo patrat.  
Nā q̄ vel errore, vel alioquī humana infirmita-  
te admittuntur, magis dicuntur אֲשׁוּר אֲשׁוּר.

Quoniam iritauerūt te Dñe. Hoc est, sceleribus  
suis ad irā prouocauerūt. Significat propheta,  
nō tā dolere sibi suas afflictiones, q̄ q̄ iustus  
est, quā cinxisti.

**D**omine, nē in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me.  
Miserere mei dñe, quoniā infirmus sum: sana me dñe, quā cōtur-  
bata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valdē, sed tu dñe  
vsq; quō? Cōuertere dñe & eripe animā meā, saluū me fac propter miseri-  
cordiā tuā. Quoniā non est in morte qui memor sit tuū, in inferno autē qs  
confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes le-  
ctū meū, lachrymis meis stratū meū rigabo. Turbatus est à furore oculus  
meus, inueteraui inter oēs inimicos meos. Discedite à me oēs q̄ operamini  
iniquitatē, quā exaudiuit dñs vocē fletūs mei. Exaudiuit dñs deprecatio-  
nē meā, dominus orationē meā suscepit. Erubescāt & conturbētur vehe-  
menter omnes inimici mei, conuertantur & erubescant valdē velociter.

honor nō habet dño deo. Nā q̄ vocatiū dñe,  
non est in Hebræo expressus, nihil obest sen-  
tentiæ: quū manifestū sit, oportere subintelligi.  
Quæ admodum autē innumerabilia supplicia  
manent impios illos, ita æterna gaudia pios.  
Quare sequitur in Psalmo:

Et latentur oēs qui sperant in te: in æternū exulta-  
būt, & habitabunt in eis. Qui sperāt in te, hebrai-  
cè est אֲשׁוּר אֲשׁוּר, Vbi monēt verbū אֲשׁוּר signifi-  
care ita sperare seu fidere, ut bon⁹ ac morige-  
rus populus sperat seu fidit in principe bono.  
Quæ admodum ille huius arbitrio pmittit oīa:  
quocūq; vocauerit, sequit quicquid impera-  
uerit, facit alacriter: pbat oīa hui⁹ instituta:  
& si qd pter opinionē euenerit, nō culpa prin-  
cipis, sed vel sua, hoc est, populi culpa, vel oc-  
cultā aliqua causa euēnisse putat: ita homini  
sapienti ac religioso in oībus placet deus, &  
ipse vicissim deo. Pro, & habitabunt in eis, in he-  
bræo est אֲשׁוּר אֲשׁוּר, quod ad verbū sonat,  
& operimentum pones super eos: optimè ver-  
tit D. Hieronymus, proteges eos.

Et gloriabuntur in te oēs qui diligunt nomen tuū. Gloriabuntur, Hebræicè אֲשׁוּר אֲשׁוּר, i. p̄ gaudio exul-  
tabunt. Oēs, interpres de suo adiecit, explicādī  
gratia. Nā pronuntiata illa indefinita, ut vocāt  
dialectici, ferē sunt significatione vniuersalia.  
Pertinet autem hæc pars ad præcedentem ver-  
sum, si credimus hebræorum distinctioni: ut  
hinc incipiat versus; postremus.

Quoniā tu benedicces iusto Dñe, ut scuto bonę volū-  
tatis tuæ coronāsti nos. Posterioris mēbrū in He-  
bræo sic legitur: אֲשׁוּר אֲשׁוּר אֲשׁוּר אֲשׁוּר, hoc est,  
tanquā scuto, beneuolentia cinges eum, id  
est, tua beneuolentia, tua benigna erga ipsum  
voluntas, erit ei clypei loco, cōtra omnia rela-  
hostilia. Septuaginta vident legisse אֲשׁוּר אֲשׁוּר.  
Nam hoc significat, cinges nos. Porrō quod  
noster interpres dixit, coronāsti, nihil aliud  
est, quā cinxisti.

IN PSAL. VI. DE TITVLO PSALMI.

Titulus huius Psalmi in Hebreo sic legitur: ... hoc est, interprete Hieronymo, Victori in canticis super octauas, Psalmus David. de prima & secunda tituli huius dictione, iam diximus in expositioe tituli psalmi quarti. de ... quod hieronymus vertit, octaua, variat interpretum opinioes, alijs opinatibus esse instrumentum musicu octo chordarum, alijs octauu diem, vel annum, vel seculu interpretantibus: alijs octaua illam generatione, qua attribuunt Messia. Illud extra controuersiam est, dictionem habere octonarij significatione. de cuius mysterio nonnulla attinguntur in comentarijs, que d. Hieronymo ascribuntur: sed pluribus disserit Augustinus. Ut summam dicam: Septimana irrequieta a laboriosa est vita hec, varijs insuper peccatoru sordibus contaminata. Dies vero octauus, liberatos a seruitute laborum, & a peccatorum sordibus expurgatos, recipit in requiem.

QVA OCCASIONE CECINERIT. Apparet quod David psalmu hunc cecinerit, quum propter numeratum populu affligeretur peste trium dierum, adeo vt septuaginta millia virorum amiserit, & iam vibratus esset gladius Dni in Ierusalem, vt scriptum est 2. Reg. 24. & 1. Para. 21. Sunt qui opinantur eum tunc cecinisse, quum propter adulteriu Bethsabee & eadem Vrię affligeretur. Commetator hebreus David Kimhi suspicatur hunc & plerosq; alios non habere occasione aliquam certam, nisi quod David voluerit eos principio sibi, deinde etiam alijs in peccata prolapsis, formas quasdam esse inuocandi Deum, & remissionem peccatorum petendi.

DE ARGUMENTO. TRIA p ordinę agit: petit sibi remitti peccatu: deinde ostendit se agere seruo penitentię: postremo gloriatur se exauditum esse.

MORALITER. Hęc est nobis peccatoribus prescripta forma, qua docemur, quibus gradibus e peccatoru pfundo conscendendu sit, atq; ex illo cœno redeundum in puritate innocentie, vt tandem transacta laboriosa hac septimana, die octauo possimus cu sanctis & electis dei introire in requie Dni: quemadmodum & apostolus nos docet & exhortatur heb. 4. que locum his verbis concludit: Adeamus ergo cum fiducia ad thronu gratie eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Tunc futurum est, quod in fine psalmi dicit, vt erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici nostri.

EXPOSITIO PSALMI.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Nō deprecatur, ppheta simpliciter oem correptionem: quum, teste diuo Iob, beatus sit homo qui corripitur a Dno, Iob 5. nimirum tanq filius a patre: sed in furore & ira corripitur deprecatur, tanq hostis. Quemadmodum Ieremias, Corripe me dñe, inquit, veruntamē in iudicio, & non in furore tuo: nē forte ad nihilū redigas me. diximus aliās furorem & irā, & quicquid est humanorum affectuū, non cadere in neum. Sed quia prophete homines hominibus loquentes, coguntur humano vii sermone, vt nos doceat intelligere, q̄ horrendū sit excidere a gratia dei, ac tanq hostem ad iudicari supplicio gehennę. In hebreo pcedit ... i. in ira tua, ... in furore tuo, sequitur. Et sic legit Augustinus: Dñe, nē in ira tua arguas me, nec in furore tuo corripas me. Testatur autē Latinos codices variare. Verum id quidem parui refert, quū ipsius Augustini sententiā, vtroq; mēbro seu hemistichio idem significetur. In qua sententiā etiā comentator Hebręus D. K. est, in hunc sensum exponens: Si propter peccata mea me vis punire, mitiga pœnam eousquē, vt ferre queam. Misere me dñe, quoniā infirmus sum. Quum nñm appellat, significat in ipsius esse potestate prestare quod petit, quum se conquerit infirmum esse, significat xquū esse quod petit. Habet autem anceps argumētum hęc infirmitas. Nam & qui per infirmitatem magis q̄ per malitiā lapsus est in peccatu, dignus est misericordia: & qui diris peccatoru vulneribus crudeliter sauciatus a latrone diabolo, medicantis implorat opem, vtique dignus est misericordia. Hinc est quod sequitur:

Sana me dñe, quoniā conturbata sunt ossa mea. Hoc est, non cutē tantum & carnem perstrinxit hostis, verum etiam his crudelissimē concussis atq; confossis, ipsa etiam ossa mihi qualifata conturbauit. Quin vsq; ad præcordia penetrauit, vbi iam ipsam arcem regiamq; vitę grauib; arietibus oppugnant. Nam hoc est quod sequitur:

Et anima mea turbata est valde. Vulnera carnis, que per peccatum inflixit diabolus, infinite sunt afflictiones, fames, sitis, frigus, æstus, lassitudo, morbi innumerabiles, atq; dolores. Quę q̄ diu per patientiā toleramus, obsecrantes dñm neum, vt per hæc ipsa participes efficiat nos afflictionu vnigeniti filij sui, quas ille innocentissimus pro nobis in hoc ipsum pertulit, vt nos per afflictionum consortiū, gaudiorum, glorię, ac regni sui participes efficieret, tam diu in carne duntaxat hærent, ac fa-

ac facile vel ipsius nature periodo finientur. Ceterum vbi illis comotus animus, incipit variarum concupiscentiarum febri ardere, & relicto vero medico, qui legitime siue (vt illi loquuntur) canonicē curat, respicit ad artes magicas, hoc est, iniquas, & legi dei contrarias rationes, quibus ab illis afflictioibus liberetur, iam ossa pariter ac anima conturbantur. Tunc tempus est, vt cum propheta clamet, Sana me Domine &c.

Sed tu Domine vsq; quōd? Hoc est, quousq; medicinam & curationem tuā differes? euthymius hoc loco nonnet, deū ijs qui propter propria peccata tentationes sustinēt, nō solere statim auxiliari: atq; hoc magna cum dispensatione eum agere: ijs verō qui ob demonis calumnias id patiuntur, statim adesse.

Conuertere dñe, & eripe animam meam. Qui haftenus propter scelera mea faciē tuam a me auertis, conuertere tandem aliquādō, vt ex intolerabilib; his afflictioibus eripias me.

Saluum me fac propter misericordiam tuam. Hoc est, Tameſi ego propter scelera mea planē sum indignus isto beneficio: tamē misericordiam tuam decet, vt ex tantis afflictioibus ad te clamantem exaudias, & saluum facias.

Quoniā non est in morte qui memor sit tui: in inferno autē quis cōfitebitur tibi? Argumentū est ab vtili. q. d. Vtile est, esse qui tui memores, nomē tuū apud mortales celebrent. Hoc autē nemo mortuorū facere potest. Tuę igitur, nō modō bonitatis ac misericordię est, verum etiā sapientię, parcere mihi, nec immatura morte spiritu hoc & luce spoliare, nimirum vt viuus inter viuos memoriam sacrosancti nominis tui celebrē. Scimus autē veteres illos patres in primis fuisse cupidos longę vitę, vel q̄ nondum didicerint de statu animorū e corporibus digressorū, ea que postea suis aperuit Chr̄s, vel q̄ optarent gloriā nōminis dñi latius inter homines propagare. Et nos rectē possumus longā vitā a deo petere, nō vt diū fruamur voluptatibus carnis, & huius mundi delicijs: sed vt saluari penitentiā correcti & emendati, deo seruiamus: queadmodum Ezechias precatur Esa. 38. Quia non infernus cōfitebitur tibi, neq; mors laudabit te: nō expectabūt, qui descendunt in lacū, veritatem tuam. Viuēs viuēs ipse cōfitebitur tibi. Sic & Psal. 113. Nō mortui laudabūt te dñe, neq; omnes qui descendūt in infernum. Egregia verō est illa diui Apostoli Pauli vox: Coarctor autē, inquit, e duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autē in carne, magis necessarium propter vos. Hic em̄ in tertiu cælū raptus didicerat iam, quāta esset beatitudo vitę illius, quam animę sanctorum viu-

uunt in cælo cum Christo. Cuius vitę cum ingenti teneretur desiderio, tamē tāto flagrabat incendio charitatis erga populū Dei, vt huius ratione labores & afflictiones vitę presētis, præferret illius futurę beatissimę quieti. Iā q̄ ait propheta noster, In inferno autē quis cōfitebitur tibi? sciendum q̄ nomen infernus, variē capitur in scripturis diuinis. Nunc em̄ significat sepulcrum, nūc locū in quē post iudiciū de-trudendi sunt impij, nunc ignē purgatorium: nunc aërem hunc, in quem peccātes angeli detrusi, carceribus inferi puniendi referuantur: vt scribit Augustin⁹ in quest. super Numeros, lib. 4. cap. 29. nunc animi cęcitate, vt idē August. in hūc Psal. Hoc loco pro sepulcro videtur accipi. Quāq; si quis in aliam significationē accipere mālūt, cū hoc equidē nolim contendere, q̄ partim ad rē pertineat. Nā quicūq; hac vita defuncti sunt, vbi cūquē sint, certē in terris desiēnt nomen & gloriā Dei annūciare. Beatorū quidē animę in cælis nunq̄ desinunt eum laudare. In terris autē nos qui viuimus, benedicimus Dño. Qui viuimus, in quā, tum corpore, tum animo. Nam alioquē, si quis animo sit per excepcionem, que sit a peccato, mortuus, quantumuis valido vegetoq; sit corpore, Deum tamen laudare non potest. Nō est enim speciosa laus in ore peccatoris. Quamobrem vt hic Deum laudare possimus, Orandum est vt sit mēs sana in corpore sano. Quod tameſi ab Ethnicō poēta dictum est, conuenit tamē cum hac nostri prophete oratione. Sed vtinām nos ex hac ignauissima nostra oscitantia excitati, vigilantia eius & mentis sanctissimę feruorem imitemur, Videamus enim quod sequitur:

Laboravi in gemitu meo. Hoc est, tā grauitē ingemui, ppter eā q̄ te meis peccatis offendi, vt non sinē ingenti peccatoris mei labore gemitus hi eruperint. Memineris tamē præteritum tempus hic pro presēnti capi, quemadmodum in sequenti futurum.

Lanabo per singulas noctes lectū meum. Hyperbole est, qua ingentem dolorē ac fletum significat. Verbum Hebręū plūs etiā q̄ latrare significat, nempe faciā natāre, ... Neq; id interdū, quādō alioqui laborandū est hominibus: verum noctū, quod tēpus quieti nō tantum hominū, sed oim penē animaliu datū est. Neq; id semel, aut vna dūtaxat nocte, sed assidue per singulas noctes. Lectum meum, s. quem adulterio nefario cōtaminaui. Quānam verō aqua sic perfusurum se lectum dicit, vt etiam innatet aquis? Nequaquam vulgari, e puteo seu fluuio hausta: sed lachrymis ex suis ipsius oculis profusis. Hoc enim est quod sequitur: Lachrymis meis stratum meum rigabo. Meis, inquit,

Philipp.

Eccly 17.

quit,

quit, lachrymis, non alienis. Vnde nō mirum, factum esse quod hinc sequitur: *Turbatus est a furore oculus meus.* ] Oculi meus, numero singulari pro duali dixit. Nam sensus est: Oculi mei turbati sunt, hoc est, turbulenti & caliginosi facti contabuerunt: vt quod longa ætas facit in senibus, id mihi in ætate florēte fecerint immodicę lachrymę. Nam hunc esse sensum, indicat quod sequitur: *Inueteraui.* Quod in Hebræo est tertię personę *אני*, i. vt referatur ad oculum, vt sit, oculus meus inueteraui.

*Inter oēs inimicos meos.* ] Hebraicę *אויביו*, quod non significat simpliciter inimicos, sed eos qui hominem affligūt. Atq; hætenus quidem dolorem suum amplificādo consuevit intendit, vt iam non possit fieri maior. Nūc verò subijcit consolationem, quod se exauditū intelligat: & magna cum exultatione epinicion canens, hostibus suis tāquā victor insultat. Atq; in hac exultatione psalmum abrum-

PSALMVS DAVID VII.

**D**omine deus meus in te speraui, saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. Ne quādō rapiat vt leo animā meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat. Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuētibus mihi mala, decidam meritō ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat & conculcet in terra vitā meam, & gloriam meam in puluere deducat. Exurge Domine in ira tuā, & exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge Domine deus meus in præcepto quod mandāsti, & synagoga populorum circundabit te. Et propter hanc in altum regredere, Dominus iudicat populos. Iudica me Domine secundū iustitiam meam, & secundū innocentiam meā super me. Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda & renes Deus. Iustum adiutorium meū a domino, qui saluos facit rectos corde: Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor domino secundū iustitiam eius, & psallam nomini domini altissimi.

IN PSAL. VII. DE TITULO PSALMI.

Titulus huius Psalms in Hebræo sic legitur: *שיר לדוד אשר ליהוה על דברי ביש בן ימיני*  
In Græca verò translatione vulgata, *Psalmus ipsi David, quem cecinit Domino super verbis Chusi, filij Iemeni.* Neq; dissonant Hebræa, nisi quod prima dictio *אשר* ab illius linguę peritis

pit, quem ab ingētis doloris affectu *præruptus* fuit exorsus.

*Discedite, inquit, a me oēs qui operamini iniquitatem.* ] Hoc est, qui quum in nullo à me stitisti læsi, tamē exitum mihi & mortem machinamini. Quare autem discedere eos iubet?

*Quoniam exaudivit, inquit, Dominus vocē flētis mei: exaudivit Dominus deprecationem meam.* ] Schema, quod expolitionem vocat author Rhetoricorū ad Herenn. Eandē em rē ter variatis verbis dicit.

*Conuertantur & erubescant valde velociter.* ] Nonnullis videtur his verbis precari, vt conuertantur ad respiciētiam. Sed quum seriem orationis attendimus, animaduertimus eum insultare hostibus, vt sit sensus, Conuertatur in fugam. Quemadmodū alibi dixit: Et fugiant a facie eius, qui oderunt eum.

*Valde velociter.* ] Hebraicę *אשר*, id est, subito, vel momento.

variè exponitur. Nam alij suspicantur esse nomen instrumenti musici, aut genus melodie, quo David hunc psalmum cani voluerit. Alij exercitationem, alij angorem, alij interpretationem, alij peccatum, alij erratum, alij ignorantiam seu ignorationem interpretantur. Postremum hoc mihi maximè placet, tum ipsius nominis ratione: nam *אשר*, ignorare significat: tum quod pulchrè consonet argumento psalmi, quo David negat se agnoscere peccatū ab aduersario obiectum.

DE ARGVMENTO.

**N**am summa eorū que toto psalmo aguntur, hæc est: Principiō implorat auxiliū Domini contra iniustam persecutionē aduersarij, cum tanta fiducia innocētia, vt etiā diris se deuoueat, si fecerit quod ille improbabat. Deindē prophetat, que pœna maneat tum illū ipsum hostem suum, tum eos qui tāquā frigidam suffundentes, tyrannum in innocētē virum instigauerunt. Postremò concludit psalmum cum gratiarum actione, qua significat se exauditū esse. Ceterū quis fuerit ille Chus, siue Chusi, cuius in titulo meminit, non minor inter doctos controuersia est, quā de Schigaion. Nam apud Græcos viri doctissimi, Iohannes Chrysostomus, Basilius Magnus, Theodoritus, Euthymius, & apud Latinos D. Augustinus cum pleriq; alijs, hunc putāt esse illum Chusai, qui 2. Reg. 17. simulans se defecisse à David ad Absalom, effecit vt repudiato consilio Achitophelis, expeditiōem, qua proxima non ēte inuasurus erat Dauidem, differret in tempus tam longum, vt Dauid non solum se persecutioni subduceret, verum etiam collecto exercitu, impium illum filium suum Absalomum cum omnibus copijs profligaret. Sed huic sententię multa aduersantur. Principiō, quod ille non fuit filius Iemeni, sed Arachi. Deindē, quod nihil gessit, ad quod vlla ex parte videatur pertinere psalmus. Postremò, quod apud Hebræos ille dictus est *אשר*, hic autem de quo psalmus, *אשר*. Quæ nomina in sua lingua manifestè diuersa sunt, quum in alienas translata, parūm dissonent. Hoc eò facilius imposuit viris alioqui doctissimis, sed, hebræorū linguam ignorantibus, quod scriptura diuina nūquam exprimit, quisnam fuerit iste *אשר*, & in græca translatione cōmuni vterq; dicitur *אשר*. Quis igitur aliud diuinare queat, q̄ vnum esse, eūdemq; illū amicum David, qui facinorose audaci & callido cōsilio, dissipauit consiliū Achitophel, vt dixi? vt David psalmū hūc pro illius verbis cecinerit domino, orans vt verba eius gratiā inuenirent apud Absalom, ad repudiandum consiliū Achitophel: quemadmodū

2. Reg. 15. expressè orat: Infatua quęso Domine consiliū Achitophel. Sed reclamant tum illę quas posui rationes, tum verò apertissimè scriptura hebræa. Porro ex hebræorū Rabbini nonnulli suspicantur illum Semei, filiū Gerar, significari: atque mutato nomine, vocari in hoc titulo *אשר*, i. Aethiopē, propter nigrorē, i. malitiā animi. Is em̄ & filius Iemeni dicitur 2. Reg. 16. nō quod patrem, sed quod auum illo nomine haberet, authore Hieronymo, & multis iniurijs & probris incescit sanctū dauidem, virū Belial appellās, & impingens, & violenter occupauerit regnum, Saule à Philisteis, ad quos David videbatur defecisse seu trāsfigisse, ad mortem adactō. Quāquā verò horum sententia valde videtur consonare argumento psalmi, tamē maxima hebræorum pars ipsum Saulem nomine *אשר* intelligit: tū propter pertinacissimā animi, planeq; incorrigibilem crudelitatem: quales qui student corrigere, etiā veterē Græcorū proverbio dicti sunt *ἀπίστατοι*, i. Aethiopem lauare: tū quod regio nomini, cuius semper fuit obseruantissimus, parcere studuerit. Adde q̄ vix credibile videtur, regem David propter vilis hominis cōiucia, qualis erat ille Semei, voluerit tā operosum condere psalmum, quē etiā à suis ipsius ministris & amicis noluit prohiberi aut cōpesci, quō minū pergeret cōiuciari. Quapropter quod de Saule adferunt, doctis magis probatur, nepe vt David hoc psalmo se purget à criminibus, quę Saul obijciebat, putā q̄ regnum affectaret, cōspiratiōes coniuratiōesq; faceret, vitę suę insidias strueret. de quibus copiosè regū hīstoria. Videtur itaq; hæc esse sententia tituli: Ignorātia David, hoc est, psalmus de ignorantia, i. innocentia David: quā ignorantia, siue quē psalmū cecinit super verbis Chusi filij Iemeni, i. super criminibus à Saule sibi improperatis, qui fuit filius Iemeni, de tribu Benjamin, quod ipse de se testatur ad Samuelem loquens 1. Reg. 9. In Saule agnoscimus typum veteris legis ac regni veteris, Hieronymo Augustinoq; interpretibus. In David, typū Christi, nouę legis ac regni noui cōditoris. Illa carnalia sunt, hæc spiritualia. Et quemadmodū Saul corpore alto cōspicuoq; ad eō vt ipse humeris suis super vniuersum populū emineret, stulto illi seditiōisq; populo regem expetēti, dat in regē persequitur, statura humilē & habitu inermē dauid: itā synagoga & populus ille Iudaicus, in lege carnali & cæremoniariū vmbri gloriās, persequitur Chm, in hoc mūdo pauperē, inopē & inermē, sed præsidio nei fortē, & gladio spiritūs pugnantē. Quid multis? Nunq̄ definit caro insidiari spiritui, eūdemq; quibuscunq; potest machinatiōibus & copijs

terrenis oppugnare: spiritus aut contra auxilio verboq; dei fortis, illius iniurias & violentam tyrannidem reprimat. Sed formidabilior diabolus, qui circuit tanq; leo rugiens, querens que deuoret: vt maximè nobis contra huius tyrannidè implorandū sit auxiliū dei, nè quādō rapiat vt leo animā nostram. Hęc sentētia, siue interpretatio tituli huius, doctissimis viris placet, illis p̄sertim, qui sunt hebraicarum literarū periti. Et mihi eō magis placet, q̄ multūm habet recōditę ac salutaris doctrinę. Alioquē suspicari possem hęc **וְיָשׁוּב** esse illū, qui 2.

Reg. 18. dicitur **וְיָשׁוּב**, qui nūcius venit ad regē Dauid, nunciāns Absalom filiū eius esse occisum. Quo nuncio cōstat regē ad eō fuisse cōtristatū, vt nō desineret crebrō ingeminare hęc lamentabilē vocē, fili mi Absalom, Absalom fili mi. quis mihi tribuat, vt ego moriar p̄ te? Absalom fili mi, fili mi Absalom. Suspiciari, in quā, possem, illū tandem ex ea animi perturbatione ad se reuersum, cecinisse hęc psalmū, orasseq; deum, vt quēadmodū se iam à persecutione filij sui liberāret, itā liberare pegeret ab omnibus persequentibus se. Sed quia videbatur graue, adeoq; atrox, filiū occisum ab exercitu patris, hoc est, quodāmodō ab ipso patre, purgāsse regem se translatione criminis, quōd nequaquā sua voluntate factū sit, vt occideretur filius. Præceperat em̄ ducibus exercitūs Ioab, Abisai & Ethai, egrediētibus ad præliū, dicens: Seruate mihi puērū Absalom. Huc igit̄ videri posset respexisse, quū caneret in psalmo: Dñe deus meus, si feci illud, &c. et paulō pōst, quū subderet: Et exurge Dñe deus meus in præcepto quod mandāsti, significāsse

Exod. 20. præceptum quo dicitur, Honora patrem tuū & matrem, vt sis longæuus super terrā. Quod quia per summam impietate transgressus fuit Absalom, nō erat mirum, q̄ iuuenis adhuc nouo, eoq; horrendo genere mortis interijt: vt vaticinetur propheta, similia euētura esse omnibus illis, qui simili impietate parētes suos tractārint. Hęc interpretatio non videretur absurda: & iuuare nō nihil nomine **וְיָשׁוּב** Cusi, quod parū differt à **וְיָשׁוּב** Cus. Sed quia caret authore, & impediri videtur, q̄ nō constat illum **וְיָשׁוּב** fuisse filiū Iemini, & Hieronymus putat esse non proprium, sed appellatiuū nomen, quod Aethiopē significat, & quod p̄ceptū in hebręo est **וְיָשׁוּב**, quod p̄priè significat iudicium, quæ significatio aptè cōsō nat illis q̄ sequūtur in psalmo, retineamus eam de Saule, q̄ probè congruat cum verbis psalmi, & viris doctissimis placeat. His itaq; de titulo & argumento disputatis, accingamur ad expositionem ipsius psalmi.

**D**omine Deus meus, in te speraui. Exorditur à loco beneuolentię, quę est ipsius prophetę in deum fiducia. Quā Deū magnoperè delectari, nusquam nō loquūtur scripturę diuinę. Porro coram iudicibus causam agentes Rhetores, nunq; hunc locum solent prætere: quōd vix quisquam tam sit inhumanus, vt nō studeat iuuare eum, quem intelligat ex animo sibi fidere.

Saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. Petitio est, in qua illud obseruat Chrysostomus, q̄ nō orat vindictam in persequentem se hostem: sed tantūm, vt ab illo feruetur ac liberetur. Et Regū historia palām loquitur, illū ad eō nō op̄tasse neq; Saulis, neq; Absalomi mortē, vt hęc etiā acerbissimè luxerit: illum verō nō tātūm luxerit, verūm etiā eū qui venit cædis nūcius, referens à se esse occisum, interfici in conspectu suo imperauerit, q̄ ferrum strinxerit in Ch̄sm Dñi. Deindè planctum super ipsum Saulē, & filium eius Ionathā cecinerit, in quo hęc verba legunt̄, Saul & Ionathas amabiles & decori valdè in vita sua, in morte quoquē non sunt diuisi. Aquilis velociore, leonibus fortiores. Filia Israel, super Saul flete, qui vestebat vos coccino in delicijs &c. 2. Reg. 1.

Nē quando rapiat vt leo animam meā. **וְיָשׁוּב** est, schema Rhetoricū, imago Latinè, quo exprimit immanem crudelitatem hostis sui. Eadem i. Pet. 3. figura Petrus apostolus dixit: aduersarius vester diabolus tanq; leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Et sunt qui suspiciātur hoc itidē loco leonē diabolū intelligi, instigatē istiusmodi homines ad crudelitatem.

Dum non est qui redimat, neq; qui saluum faciat. Hoc in hebręo sic legitur **וְיָשׁוּב**, Hoc est, lacerans, & non sit qui eripiat: vt totus versus ex hebręo sic sonet, nē quando rapiat vt leo animam meam lacerans, vt non sit qui eripiat.

Dñe Deus meus, si feci illud, si est iniquitas in manibus meis. Si feci illud, si quod aduersarij mihi impingūt: nempe quōd ego vel regnū Saulis ambiuerim, vel vitę eius insidiatus sim, vel vlla ratiōe mortis illi causam attulerim. Quod si quis de Absolomo velit intelligere, is itā interpretari poterit: Dñe Deus meus, si feci, hoc est, si ego extiti author cædis filij mei &c. Si est iniquitas in manibus meis, si, quā illi mihi impingunt, dum virum sanguinariū appellāt. Semper enim continui manus ab illo, quū tamē ille toties mihi mortē intētārit. Chrysost. tamē simpliciter de omni iniquitate intelligit, hoc sensu: Si est iniquitas vlla in manib; meis.

Si reddidi retribuētib; mibi mala. Hoc est, si iniu-

iniuriam iniuria retaliaui. In hebręo est **וְיָשׁוּב**: hoc alij sic trāsferunt: Si reddidi malum habenti mecū pacem. Putat autem de Saule dictum, in hanc sententiam: Si reddidi malum illi, qui mihi per affinitatē sanctissimo federe pacis, data in vxorem filia sua Michol, iunctus est. Ego verō hic malo, cū diuo Hieronymo, veterem trāslationem retinere: q̄ verbum hebręū **וְיָשׁוּב** non solum significet pacificū esse, verūm etiā reddere seu retribuere: atq; in hac significatiōe sepe in scripturis diuinis occurrat: quōd idicauit Pagninus in lexico. ueindē, q̄ hęc huius verbi significatio hoc loco multo magis cōgruat, q̄ illa. Quid enim haberet Dauid, de quo tantoperè apud neī gloriaretur, si nihil aliud, q̄ nō reddidisset malū illis, qui cum ipso studuissent habere pacem, quū eū qui hoc faciat, etiā ethnici execrentur? Ceterū non reddere malū pro malo, sed vincere bono malū, hoc demū viri perfecti est. hoc qui fecerit, is laudem & gloriam consequetur apud Deum.

Decida merito ab inimicis meis inanis. Pro aduerbio merito, Græca trāslatio habet **ἐπε**, quod opinor hic idem esse quod porro, vel vti quē. in hebręo itā legit̄ **וְיָשׁוּב**: hoc, secutus hieronymū, sic malū transferre: Et dimisi hostem meū inanem, i. si non auxiliolum etiam beneficijs meis. Hęc interpretatio neq; aliena est à vi verbi **וְיָשׁוּב**, & valdè cōmodum habet sensum, & cōsonat diuī Hieronymi translationi. Si quis tamen cum cōmentatore hebręo D. K. putet **וְיָשׁוּב** hęc significare defendere, & sic transferat verba, p̄phetę, imō defendi affligentem me sine causa, referens ad historiā 1. Reg. 26. vbi Dauid prohibuit Abisai, nē Saulem dormiētē in castris interficeret, is per me quidem, suo vtatur sensu. Est em̄ & hic non incommodus.

Persequatur inimicus animā meam, & comprehendat. J. exaggeratio eorum quę sibi imprecatur, eō pertinet, vt ostendat seu probet fidutiā innocentie suę: ad quod vtitur verbis, sono, significatiōe ac grauitate delectis: **comprehendat**, pro capiat: **animā meā**, pro me: **cōculcet**, pro humiliet. Neq; tamen his contentus, adiecit, **in terrā vitam meam**. Hoc quū videri queat grauisimū, adiecit tamen grauiorē adhuc antithesin, & **gloriā meā**: hoc est, nomē illud, & famā, quā ex tā speciosa victoria sua cōsecutus, in puluere deducit. Quæ omnia quanta sint, quōq; q̄; attētius in aīo suo expēdat, accinit, **וְיָשׁוּב**. Iā verō vt nobis omnibus est semper omni conatu ad innocentia tantā cōtendendū, itā nemo debet eam sibi temerè arrogare. Multi em̄ sibi

tanq; innocētibus blandiunt, dū decepti vel à pseudo, p̄phetis, hoc est, à falsis verbi dei interpretibus, vel à sua ipsorū philautia, errores suos cōtra eas potestates, q̄ ordinatiōe diuina subditi esse debebāt, defendere studēt. Beati quidē sunt haud dubiè, q̄ p̄secutionē patiunt̄ propter iustitiā: q̄ horū, secūdum immutabile verbū Dei, sit regnum cęlorū. Sed iterū iterūm; videndū est, & omnibus modis cū assidua inuocatione dei, cauendū, nē decepti specie recti, propter opiniones falsę doctrinę, & vitę iniusta facinora, iustā p̄secutionē patiamur. Alioquē in afflictiōibus & periculis, magis cōuenerint nobis illi psalmi, Dñe, nē in furore tuo arguas me: & Misere mei deus &c. Psal. 50.

Et illud Psal. 107. Peccauimus cū patrib; nostris &c. qui verō cū nostro hoc propheta hęc psalmū canere volūt, hos oportet innocentia eius, modestiā tolerantiamq; imitari. Ille cum iam sacra vnctiōe, iussu dei per Samuelem, designatus esset rex, reportāssētq; victorias miraculo stupendas, de leone, vrfo, atq; nobilissimam illā de Goliath Philistęo, audiuissetq; sibi gloriosum illud epinicion à mulieribus om̄ium vrbiū filiorum Israel accini, Percussit Saul mille, & Dauid decē millia: non tamē his omnibus inflatū est, neq; elatum cor eius, quōd minus toleraret iniquissimū Saulē, eumq; iam palām à deo reprobatum, semper aut furētī in se cedens, aut etiam grassantis animū beneficijs placās. Neq; em̄ respexit ad iniquitatē tyrāni, sed ad dignitatē regiam, & sacre vnctiōis sacramētum. Propitiū sit mihi dñs, inquit, nē faciam hanc rem dño meo Ch̄so nōi, vt mittā manū meam in eum: quia Ch̄s Dñi est. Et ad Abisai, qui iam parabat Saulem in castris dormientem confodere, Nē interficias eū, inquit. Quis enim extendet manū suā in Ch̄sm dñi, & innocēs erit? 1. Reg. 26. Hoc exēplum si nos imitemur, iam turō, adeoq; salubriter cum nostro prōpheta possemus clamare ad Dñm: Dñe deus meus, si feci illud, si est iniquitas in manibus meis &c. Si verō quis nō modō virtutis linguis & calamis, verūm etiam ferro & igne insectetur tā ecclesiasticā, tum ciuile potestatem, tēpla ac monasteria spolians, omnia pro suo arbitrio immutās, & tamē interim his verbis psalmi sibi tanq; innocēti blandiat, quōd is non palām in se prouocauerit irā & vindictā dei? Omnis potestas à deo est, inquit Aposto- Rom. 13. lus: qui igitur potestati resistit, ordinatiōi diuinę resistit. Huic autē qui resistit, qua fronte dicere audeat ipsū Dño deo, Si est iniquitas in manib; meis? Interdūm peccata nostra ac principū nostrorum, merētur bellorum & eorum malorum, quæ innumera comitantur bellum, afflictionē. Hęc si quandō accidant, optimum

exemplum fuerit Daniel, sub ethnico etiã tyranno captus, his verbis deũ obsecrans: Obsecro dñe Deo, magne & terribilis, custodiẽs pactũ & misericordiã diligẽtibz te, & custodiẽtibz mandata tua. Peccauimus, iniquitatẽ fecimus, &c. Dan. 9. Sin verò innocẽtibz tale quid accidat, doceat nos hic noster propheta, non vindicare nos metiõs, sed omnia cõmittere nõo neo. Viuit Dñs, inquit, quia nisi Dñs percussisset eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium descendens perierit, propitiu mihi sit Dominus, nõ extẽdam manum meam in Christum Domini.

1. Reg. 24.

*Exurge Dñe in ira tua.* Deus neq; sedet, neq; iacet, vt exurgere sit necesse: vt neq; irascitur vnq; verũ talia tribuimus ei, quãdõ differt vindictã, ac finit electos suos impiorũ afflictionibus exerceri. Nihil igitur aliud orat, ppheeta, q̃ vt iusta vindicta se liberet à nimis diuturna & crudeli persecutiõne hostis sui.

*Et exaltare in sinibus inimicorũ meorum.* Hebraicè, **וַיִּשְׂבַּח בְּרִיבְתָיו**. Quod ad verbum sonat, Et exaltare in iris inimicorũ meorum. Hoc est, exciteris per furores inimicorũ meorum, vt me miserum indẽ eripias. D. Hieronymus vertit, Eleuare indignas super hostes meos: referẽs iras ad ipsum deũ: vt post illud, in iris, subintelligat, tuis, & ante, hostes meos, contra: vt hæc sit sententia ex hebreo, Exaltare in ira tua contra hostes meos.

*Et exurge Dñe Deo meus in pcepto quod mandasti.* In hebreo est, **וַיִּשְׂבַּח אֱלֹהֵי מִשְׁפַּחְתִּי** hoc est, Et exurge ad me iudicio quod mandasti. Vbi Septuaginta videntur legisse **אֱלֹהֵי**, i. deus meus, pro **אֱלֹהֵי**, i. ad me. Est autẽ eclipsis in sermõẽ hebreo. Nã pfecta erat oratio, si dixisset, **וַיִּשְׂבַּח אֱלֹהֵי מִשְׁפַּחְתִּי אֱשֶׁר צִוִּיתָ**. Id ad verbũ sonat, Et exurge ad me in iudicio, quod mandasti. Euthymius suspicatur prophetã hic loqui de pcepto, quo deus per Moysen pcepit, vt filij honorẽt parẽtes: cõtra quod enormiter peccabat filius eius Absalom. Hoc si recepimus, iã locũ inuenit coniectura illa, cuius in expositiõẽ tituli meminimus, illum Cusch significari, qui regi Dauid annũciavit mortẽ filij, vt sup illius nũcio sit Psal. cantatus. Verũ nõ est hęc scriptũ **וַיִּשְׂבַּח אֱלֹהֵי מִשְׁפַּחְתִּי**, quod est pceptũ, sed **וַיִּשְׂבַּח אֱלֹהֵי מִשְׁפַּחְתִּי**, quod propriẽ iudicium significat: quanquã sæpẽ etiam pceptum, statutum, & legem. Quia verò sequitur in psalmo, *Et synagoga populorum circumdabit te, &c.* quã omnia coniuncta sunt & cognata iudicij: & mox ipsum verbum, *Indica me Domine* &c. malo, cum D. Hieronymo vertere, consurge ad

me iudicio, quod mandasti, & persistẽdo in incepta expositiõẽ, sic intelligere: *Dñe Deo meus*, quũ tot locis tã grauius madaueris principibus ac rectoribus populi tui, vt iusto iudicio pauperes, inopes, & infirmi à potentiõũ tyrãnide vindicẽt: ego in graui hac persecutiõẽ habeo neminẽ, qui me à tam potente vindicet hoste, quippe rege, pter te vnũ, qui solus habes potestãtẽ in tales: tu verò iã nimis diũ pateris illum in me grassari, quasi nõ sit tibi curã quid homo faciat homini. *exurge* quẽso, & in me vindicando declara tibi ipsi placere iudiciũ, quod alijs mandasti. Quod quũ feceris, tũ *synagoga populorũ*, in qua iam multi blasphemis in nomẽ tuum contumelijs iactãt, te nihil curare res hominũ, ad eò vt p̃ insipientia nõ verẽtur dicere in cordibus suis, Non esse deũ: Horum, in quã, synagoga, quũ viderit te iudicare, discẽptare ac vindicare causas innocẽtum, ipsosq; à potẽtum tyrãnide vindicare atq; eripere, tũ conuersa *circudabit te*, à te iudicium liberatiõnẽq; expectans. *Propter hæc igitur in aliu regressere*, hoc est, thronũ tuũ vt iudex conscẽde, vt oẽs intelligant te verẽ esse iustum illũ iudicẽ, ac deum zelotẽ, qui ad eò non finis inulta peccata, vt ea etiam patrum in filijs visites in tertiam & quartã generationẽ, eorum qui te odunt: misericordiam autem facias in millia ijs qui diligunt te, Exod. 20.

*Dñs indicat populos.* Sententia est, quã per exclamationẽ illorũ obijcit insanix, qui putant deũ nihil curare res hominũ, neq; bonis pœmia dare, neq; malis inferre supplicia.

*Indica me Dñe secundũ iustitiã meam.* Quærit Chrysofostomus, quũ possint consistere, quòd hęc petit iudicari secundũ iustitiã suã, & q̃ Psal. 142. orat, dicens: Nẽ intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omis viuens? Respondet in hac sententiã: quia illic ei res est cum ipso deo, hic autem cum aduersario homine. quòd si respiciamus ad beneficia immensã innumeraq; que, quã ille sinẽ intermissione in nos cõfert, atq; illis nostram hæc vitam, nostros ingratiõsimos mores conferamus: nemo viuitt, qui possit in conspectu illius esse iustus. Sed nihil vetat, hominem homini collatum, iustum apparere: vt hic Dauid cum Saule, quem non modò neque dicto, neq; factõ læserat vllo, verũ etiam sæpẽ multis & ingentibus beneficijs iuuerat. Secundũ hanc igitur iustitiã nunc à Deo iudicari postulat. Neq; verò est inepta Augustini interpretatiõ, quã huc tẽdit, quasi hæc dicantur à propheta in persona hominis à Deo iustificati, & per innocentiam vitæ iustitiã suã cõseruantis: sed illa Chrysofostomi, magis conuenit historiæ.

Et

*Et secundũ innocentiam meã super me.* Eadem est sententia cum præcedente, *Super me*, in hebreo **עָלַי**, quod sonat quidẽ iuxta vocis proprietatem, *super me*: Græcus tamen interpretẽs vertit, **ἐπ' ἐμοῦ**, & D. Hieronymus Latine, quã est in me. Augustinus verò legẽs, *super me*, putat hoc additamento demonstrari, id ipsum q̃ anima iusta est & innocens, non per se habere, sed per illustrantem & illuminantem DEVM. Quod tametsi verissimum est, non tamen id hoc loco videtur Chrysofostomo.

*Consumetur nequitia peccatorũ.* In hebreo est **יִמְרוּ נַפְשֵׁיהֶם** Hoc D. K. actiue interpretatur, in hunc sensum: Ipsum malum, siue ipsã malitia quam operantur & cogitãt impij, cõsumat ac deficere faciat ipsos. Quam expositionẽ si sequaris, itã vertendum est ex hebreo: Cõsumat quẽso malitia peccatores. Alij verò itã interpretantur, quasi sit verbũ neutrum, vt hoc modo sonet ex hebreo: Deficiat quẽso malitia impiorum, quasi dicat: Definãt tandem aliquandõ me innocentem affligere. D. Hieron. vertit, Consummetur malum iniquorum, & confirmetur iustus. Quã verba in hanc sententiã accipi possent: Ipsã malitia iniquorum consummetur, hoc est, eousquẽ progrediatur, vt omnibus nota fiat: & confirmetur iustus, vt tandem omnes iustitiã eius & innocentiam intelligant, iuxta illud Apocalypf. 22. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc. Sed nihil vetat iuxta secundam illam interpretationẽ accipere, vt sit: Consummetur malum iniquorum, id est, sinem tãdẽm accipiat: & confirmetur iustus, hoc est, inuictus persistat. Illud tamen dissimulãdum non est, verbum quod Hieronymus vertit, confirmetur, in hebreo esse **וַיִּתְבַּרַן**, quod rectẽ Græcus vertit **καταυλαῖς**, & ex hoc Latinus, & diriges, vt subintelligamus, in obseruatione mandatorum tuorum, vt operetur oia ad legis ac voluntatis tuæ regulam.

*Scrutans corda & renes Deus.* Hoc est, cui omnia manifesta patent quæ sunt in homine, etiam arcana cogitationes cordis, & motus carnalium concupiscentiarum, quæ dicuntur in renibus habere sedem. In hebreo hemistichium hoc itã legitur: **וַיִּבְרֹחַ לְבוֹתָו וּבְקִירָו**. Id est, Et scrutans corda & renes Deus iustus. Indẽ sequens versus incipit, *Adiutorium meum à Domino*: Hebraicè, **וַיִּבְרֹחַ לְבוֹתָו וּבְקִירָו**: quod Hieronymus vertit,

Clypeus meus in DEO. Sed eadem est cum nostra translatione sententia, nempe se protectionem, defensionem, seu adiutorium omne expectare summa cum fiducia à Deo, & non aliundẽ. Dauid Kimhi exponit, Clypeus meus Deo est, & ait præpositionẽ **עָלַי**, quantum ad sensum attinet, superfluum esse. Alij aiunt clypeum per metonymiam pro fiducia esse positum, hoc sensu: Fiducia mea super Deum est. Sed omnia hæc eodẽm tendunt.

*Qui saluos facit rectos corde.* Quasi dicat: Quia scio cor meum rectum esse coram Deo. Hunc autem nunquã sinere, vt pereat aliquis recto corde, omnem fidutiã meã in ipso colloco. Hic illud obseruari potest, quã sit inuicta ac planẽ inexpugnabilis arx, pura, integra, & coram Deo recta conscientia. Hoc nec ethnicos latuit. Quare Bias ille Prie-næus interrogatus, quãrã res in vita metu careret, respondit: **ἐπιθὴ συνιδέω**, i. recta cõsciẽtia. Et Periãder interrogatus, quid esset libertas? **ἐπιθὴ συνιδέω**, inquit, i. recta conscientia. Cicero quoquẽ libro secundo Tuscul. quæstion. Nullum, inquit, theatrum virtuti, conscientia maius est. Sed quis sufficiat recensendis, quæ de conscientia, tum bona, tum mala, tam apud poetas, quã apud philosophos, leguntur? Apud nos verò grauius multò pondus habent, quæ passim de hac in scripturis diuinis inueniuntur. Quale est illud Pauli secundæ Corinth. primo: Nam gloria nostra hæc est, inquit, testimonium conscientie nostræ, quòd in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, cõuersati sumus in hoc mundo. Ex tali conscientia noster hic propheta Psalmum hunc cecinit.

*Deus iudex iustus.* Hebraicè **אֱלֹהֵים שׁוֹפֵט יָדִים** quod secundũ expositionem Dauid Kimhi deberet verti, DEVS iudicat iustum: vel, Deus est iudex iusti. Ait enim hanc esse sententiã, Deus iudicat iustum secundũ iustitiã eius, & impium secundũ impietatem eius. Quo verbo iustum in afflictionibus & calumnijs quas patitur, consolatur: & impios ab impietate deterrere, & admonere vt respiscant, studet.

*Fortis & patiens, nõquid irascitur per singulos dies?* Id hebraicè legitur, **וַיִּזְעַם כָּבֶד יוֹם**, quod Hieronymus vertit, Et fortis, comminans tota die. Alij, & deus irascens (vel succensens) tota die: vel, per singulos dies. Porro **כָּבֶד** propriẽ quidẽ fortẽ significat: à fortitudine

E 3 verò



verò etiam deum. Dauid Kimhi illud אֵיךְ אֶחְיֶה accipit, & ad impiù refert, hoc sensu: Deus iudicat iustum, & illum qui prouocat ad iram deum quotidie.

Nisi conuersi fuerint, &c. In hebræo est singularis numeri tertiæ persone, אִם לֹא יָשׁוּבוּ: hoc est, Nisi cõuersus fuerit, vt subintelligas, iniquissimus ille hostis meus, ab iniquitate sua. Dauid kimhi tamẽ illud אִם, positũ esse putat אֵיךְ, i. quia: & quod sequitur, gladiũ suũ vibrauit, &c. referendum esse ad persecutorẽ ipsius Dauid, hoc sensu: quoniam non cõuertetur ab iniquitate sua, gladium suum vibrauit, vel (vt in hebræo est) acuet: vt subaudias, in me innocẽtem: arcum suum tetendit, & parauit illum, s. vt me figat. Porro quod sequitur, Et in eo parauit vasa mortis, in hebræo est, וַאֲזַנֵי מוֹתוֹת יָרִיבָהּ. Id ad verbum sonat Latine, Et sibi parauit vasa mortis. Quod bifariã intelligi posse indicat Kimhi: aut enim sibi, i. in vsum suum, ad interficiendum me: aut, sibi, i. in perniciẽ suam, vt cõueniat cum illo quod paulò post sequitur: Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Qui verò translationem cõmunem sequuntur, omnia hæc, gladium suum vibrauit, &c. referunt ad deum, vt propheta his verbis homines impios ab impietate deterreat metu vindictæ diuinæ, q̃ parata sit omnibus in peccatis persistentibus, nec respicientibus, vt per penitentiam se cõuertant ad Deum. Et hanc sententiam sermo hebræus quoquẽ ferre potest. Nam is planè anceps est in his versibus. Quamobrem nihil nos impedit, quò minus cum receptis Ecclesiæ Doctoribus in hunc sensum accipiamus: Nisi conuersi fuerint, vel ex hebræo, nisi cõuersus fuerit, s. iniquus ille ab iniquitate sua, deus gladium suum vibrauit, vel acuet, arcum suum tetendit, &c. Atq; hæc expositio maximis viris placet, etiam hebræis, & Chaldæo interpreti. Porro quod nostra translatio habet, vibrauit, in præterito, in Græca translatione est futuri tẽp. κλάσει, i. vibrauit, & in hebræo יָרִיבָהּ, i. acuet. Sed iam antè monuimus, negligi ferè à prophetis illam temporum distinctionẽ: & aptior videtur sententia, commodiusq; coheret oratio, si secundùm ṽsitatam hanc translationem legamus, vibrauit, in præterito, vt cõsonet ei quod sequitur, arcum suum tetendit, & parauit illum, quæ tam in Græca translatione quàm in hebræo sunt præteriti temporis. Porro vasa mortis, nihil aliud significat, quàm telam mortifera. Nam יָרִיבָהּ non solum significat vas, cui aliquid infunditur: sed quodcũq; or-

ganum, instrumentum, telum, aut etiam ornamentum, ad vsum comparatum.

Sagittas suas ardentibus effecit. Ardentibus, Chrysof. interpretat, ijs qui puniunt, ijs qui dant pœnas. Alij ardorẽ hunc referunt ad irarũ, odiorum, & concupiscentiarum ignẽ. Nam contra eos quis his ignibus flagrant, deus parauit sagittas, id est, lethifera tela, quibus citò etiam conficiantur. Verbũ hebræũ לָרִיבָהּ ancipitem habet significationẽ, nempe ardentibus, & persecutoribus. Posterius hoc placet hebræis cõmentatoribus. Poterimus vtrunq; complecti, sic exponẽdo: Effecit sagittas suas (id est, præparauit) ardentibus, s. similiter, hoc est, vt solent illi qui studio ardentissimo persequuntur aliquem. quasi dicat: Non est igitur quòd sperent illi scelesti, se posse persequenti se ita, manum effugere. Hæc expositio mihi maximè placet, propter articulum יָרִיבָהּ, qui est in hebræo: cuius naturam si quis propius consideret, videbit rectè transferri posse, sagittas suas ardentium effecit. Hoc est, effecit sagittas suas, vt sint sagittæ siue similes sagittis ardentium studio persequendi hostis suum. Hoc est, tales, quales illorum sagittæ esse solent.

Eccẽ parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Quanquã in hebræo verbum est fut. tem. aptè tamen vertit græcus interpretis אֲרִיבָהּ, id est, parturijt: quomodò & emendatiores Latinorum codices habent, & quæ sequuntur, postulant. Verũ, quod iam sæpè diximus, nulla est in his certa tẽporum definitio. Pulcherrimis enim metaphoris propheta exprimit ac velutì depingit, quo ordine scelera soleant ab impijs flagitiosisque hominibus perpetrari. Tameti prima quidem fronte rem intuentibus, videtur transgressus ordinem, id quod natura primum est, medio loco posuisse. Primum est enim, cõcipere: deinde, parturire: postremum, parere. Qua ratione Diuus Hieronymus motus, transtulit, Eccẽ parturit iniquitatem, concepto dolore, peperit mendacium. Cæterũ Diuo Iohanni Chrysofomo videtur propheta ipsissimum illum ordinem, quo scelera patrantur, seruasse. Nõ enim horum procreatio sumit initium à voluptate, vt fœtus in muliere: sed à dolore, etiam inæstimabili, qualis est fœminæ iã parturientis. Quod enim est initium peccati? Audiamus sanctum Iacobum Apostolum: Vnusquisq; inquit, tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Audis quòd ante conceptionem peccati, fiat abstractio per concupiscentiam. Porro quàm gra-

Gen. 4.

uia sint concupiscentiæ tormenta, nulla lingua, teste Chrysofomo, potest explicare. Id si quis non credat, consideret paulò diligentius vel vnam aliquam eius speciem, puta inuidiã, aut ardorem libidinis, aut insanum amorem, aut ambitioẽ, aut quoduis ex id genus portẽntis. De inuidia non dubitauit etiam poëta ethnicus dicere: Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. Hæc (vt exemplo res fiat manifestior) cum inuasisset Cain, atq; plusquã parturienti doloribus diexatum, ruptis ipsius naturæ vinculis, à fratre abstraxisset, quid in eo concepit? Immane facinus, vt occasionem & modũ quæreret interficiendi eum, quem tam arcto charitatis vinculo ipsa natura illi coniunxerat. Hoc tam impium facinus, ita animo scelerato conceptum, tandem peperit: sed ita, vt ipse tãquã vipera, iam ab initio ab illo suo tam infelici partu, disruptus fuerit & interfectus secundũ animam. Vides itaq; decẽssimo ordine de scelerato homine dixisse nostrũ prophetam, Eccẽ parturijt (vel parturit) iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Porro dolorem, in hebræo est אֲרִיבָהּ: quod dolorem & laborem significat. Pro, iniquitatem verò, אֲרִיבָהּ: quod proprie significat mendacium, item præuaricationem, quo significatu Græcus interpres accepit: vertit enim ἀρῆτιαν. Et hæc in scripturis diuinis sæpè dicitur mendacium, tum quòd qui legem Dei, quam recepit se obseruaturum, transgreditur, & fœdus quod cũ Deo percussit, rumpit, grauissimo mēdacio neũ offēdit, seipsum autē decipit, atq; pro fallacissimo bono, quod sibi

in perpetratioẽ peccati, stultissima imaginatione proposuit, incidit in malum grauissimũ: vt tandem infelicissimo experimento discat, quàm sit sibi metip̃i mentitus. Id quod graphicè nobis parabola sequenti depictum, tanquã ob oculos spectandum proposuit propheta, dicens:

Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Eandemq; statim versũ sequenti interpretatur, quum ait:

Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Hic rursus dolor, in hebræo est אֲרִיבָהּ, & in Græca translatione πόνος, quorum vtrunq; & dolorem significat, & laborem. Mãm equidem hoc loco laborem interpretari, & intelligere eum quẽ subeunt homines mali, in persequẽdo bonos, & quæcunq; etiã scelera patrando: vt suo more propheta sententiã prioris hemistichij repetat in posteriore, sitq; idem labor, & iniquitas quam facit. Verũ quum interpreti placuerit vertere, dolor, intelligamus dolorem, quẽ iniquus ille iusto & innocenti conatus est inferre, & eadem erit sententia.

Confitebor Dño secundũ iustitiam eius, & psal. lam nomini Dñi altissimi. Quia totum psalmum de iusto nei iudicio cecinit, aptissimè sic eum concludit. Ipse quidem propheta adẽ se non vindicarat ab hoste Saule, vt percussorem eius etiam morte puniuerit, filium verò Absalom acerbissimè etiam luxerit occisum. Nequaquã itaq; hæc ita sunt accipienda, quasi perceptra voluptate ex illorũ malis, hostiliter illis, versibus his insultare voluerit: sed q̃ agnouerit atq; probauerit iusta nei iudicia, etiã nostris interim affectibus molesta sint ac doleant.

Domine dñs noster, q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Ex ore infantũ & lactentiũ perfecisti laudẽ propter inimicos tuos, vt destruas inimicũ & vltorem. Quũ videbo cælos tuos opera digitorũ tuorũ, lunã & stellas quæ tu fundãsti. Quid est homo q̃ memores eius? aut filius hois, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minũs ab angelis, gloria & honore coronãsti eum, & constituisti eum super opera manũ tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insupèr & pecora campi. Volucres celi & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Dñe Dominus noster, q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

IN PSAL. VIII. DE TITVLO. Titulus in hebræo sic habet: לְמִינֵי לַיְלָהּ הַזֶּה הָיָה הַמַּלְאָכִים הַזֵּה הוֹדָה לַיהוָה. hoc est, victori super Githich Psalmus Dauid. Vbi mirè variat

opiniones de dictione מַלְאָכִים. D. K. putat esse nomen instrumenti musici. Nonnulli aut, q̃ Dauid cecinerit hinc psalmũ in ciuitate philistinorum, cui nomẽ פְּלִשְׁתִּים. Alij quòd compositum

fitum dederit filijs **עֵבֶר הַיָּמִין**, hoc est, Obed Edó Gethæi. Felix Prateñ putat **פִּרְיָא** patronymicum esse à Gath ciuitate, per quod significari vult omnes gentes, quòd Dauid in spiritu videtur omnium gentium vocationem atq; salutem, in hæc verba eruperit: *Domine Dominus noster, &c.* Græca translatio habet, **κύριε τῶν πάντων**, i. pro torcularibus: quomodo & D. Hieronymus vertit Latinè. Significat autem **פִּרְיָא** torcular. Huic trãslationi patrocinatur, quod quidam aiunt Psalmum hunc solitum fuisse cãtari in festo tabernaculorum, post collectas fruges & factas viuendias: de quo festo lege Leuit. cap. 23. Tale quiddã & ipse Psalmus præ se ferre videtur. Laudat enim in eo propheta nōm Deum, gratias agens, quòd tam mirabilia sit operatus, pulcherrimam hanc mundi machinam condiderit, cælum, terram, mare, atq; in his tum animalium, tum aliarum rerum species ac virtutes numero infinitas, & miraculo stupendas: hisq; omnibus præfecerit hominem, & in huius vsum conuerterit omnia. Atq; hæc quidem secundum literam. Porrò quòd ad spiritum siue mysterium attinet, vinea domini est Ecclesia, Matth. 21. & multis alijs scripturæ locis. Tempus colendi hanc vineam, est spatium huius vitæ. Vindemiæ verò & colligendarum frugum tempus, est dies iudicij. Hunc diem sequitur ætæra requies, & abundantissima affluentia, beatissimaq; fruitio bonorum oīm. Ibi cantabimus Dño Deo nostro canticum lætitiæ & exultationis, nimirum in atrijs domini. Quòd vt alacrius, maioriq; cum fiducia adpiremus, Dominus ac dux noster Iesus iam nos eò præcessit, eleuatus & exaltatus super omnes cælos, ad dextram patris confidens. Interim verò dum in his tabernaculis degentes, culturæ vineæ sumus intenti, cantabimus domino canticum hoc, gratias agentes de victoriã ducis nostri Iesu Christi, & vero puroq; cultu, omnibus terrarum finibus propagato, Deo gratias agentes, nobis gratulantes, omnibus commemorantes illa tam immensa atq; stupenda beneficia, quæ deus pro sua incomprehensibili bonitate operatus est, & contulit in vniuersum genus humanum.

*Domine Dominus noster.* In Hebræo diuersa sunt nomina **יהוה אלהינו**. Prius est sacrosanctum illud & ineffabile nomen **יהוה**, quod nulli vnquam creaturæ, sed soli Dño tributum est. **יהוה** verò, quod secundo loco ponitur, Deo & hominibus tribui solet. Quarè videtur non absurda quorundam coniectu-

ra, quòd priori illo propheta in spiritu significauerit Domini nostri Iesu Christi Deitatem, altero eiusdem humanitatem. Et quum ratione potentia suæ, quæ immensa est & infinita, Dominus sit omnium, nos tamen, quorã etiam naturam assumere dignatus est, vt nos regnatque nōminij sui participes faceret, merito peculiari quadam animi pietate ac prærogatiua illum Dominum nostrum agnoscimus & confitemur.

*Quam admirabile est nomen tuum.* Nomen tuum, hoc est, cognitio, fama, & gloria potentie, bonitatis ac maiestatis tuæ.

*In vniuersa terra.* Nulla est enim gens, nulla natio tam barbara, cuius oculis nō sint exposita mirabilia opera, quæ tu operaris assidue in cælo, mari ac terra. Imò verò nulla, cui iam nō sit annunciatum regnum tuum, quo potius es, ciecto tyranno diabolo, vt nunc omnīs lingua confiteatur, quòd tu Domine Iesu Christe, in gloria es Dei patris.

*Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos.* Quòd si ad hanc mundi machinam respiciamus, non minùs mirabilia sunt illa celestia, quales sunt mirabiles illi siderum motus, ille perpetuus, certus & constantissimus cursus, illa incomprehensibilis harmonia, illè inexplicabiles virtutes & operatiões in hæc elementa, quàm quæ in terris & aquis cernimus. Sin ad nostræ redemptionis mysterium, oēm admirationem superat, quòd hominẽ terrenum, diaboli malitiosa impostura deceptũ, in extremas calamitates ac miseras abiectionem, assumpsit, subleuauit, ac tandem per crucis supplicium ac mortem, ipsius mortis & inferorum victorem, super oēs cælos, super omnes angelorum choros euexit & exaltauit, constituens illum ad ipsius omnipotentis patris dextram, Dominũ, regem, & monarchã super omnia, vt quem propter afflictiſsimam humilitatem intuens in spiritu propheta, sub ipsius persona dixit: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectione plebis: in huius nomine iam stectatur omne genu, cælestium, terrestrium, & infernorum. Ad huius operis miraculosam magnificentiam ipsi angeli obstupescunt.

*Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Hebræorum commentatores in hanc fermè sententiam hoc interpretantur: Ad eò vndique ex omnibus omnipotens bonitas tua relucet, vt etiam ex ore infantium ac lactentium, etiam si fari adhuc nescientium, tamen perfectè se proferat, dum formati ad id mirabiliter vberibus papillisque matrum, ac salutarĩ lactis nutrimento replētis, infantibus tacitis naturæ instinctibus suggeris, vt indè nutri-

nutrimentum suum petant: matrum autem animos ita charitatis & amoris erga infantes igne inflamas, vt facillè inextimabiles illas molestias, curas, sumptus, vigilias, labores, atque dolores perferat, quibus nutritio & educatio sunt refertissimè, etiam si ipse nihil vnquam indè sperent emolumentĩ. Verum quum hæc etiam in brutis fieri videamus, opinamur cum sanctis Ecclesiæ catholice doctoribus, altius hic aliquod latere mysterium, nempe quòd propheta præuiderit in spiritu, quæ in templo Hierosolymitano facta legimus Mat. vicesimo primo: Videntes autem, inquit, principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hofanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique, nunquàm legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Deindè quòd per hos ipsos pueros præfiguratum videtur, futurum videlicet, vt apostoli, plurimique alij viri sancti, iuxta mundi quidem superbam potentiam, sapientiam, & eloquentiam, infantes, stulti, ac paruuli: secundum Deum verò eloquentes, sapientes, atque potentes, solius verbi gladio totum mundum subigerent. Neminem verò turbet, quòd hi iam relictis vberibus maternis, lingua humana fari didicerint. Nam sermo propheticus propter mysterium etiam hyperbolen sapit. Et quod alij pro, *perfecisti laudem*, verterunt, fundasti virtutem, siue (vt quidam) robur, eandem habet cum hac translatione sententiam. Admiranda enim Dei virtus, potentia, sapientia, ac bonitas, laus eius est.

*Vt destruas inimicum & vltorem.* Inimici sunt, quot quot oderunt Deum, Euangelium, & Ecclesiã Dei. Idem vltores dicuntur, quòd pro suis sceleribus, mendacijs, hæresibus & imposturis, tanquàm pro aris ac focis, quod dicitur, digladiantur. Neque verò absurdum est, quòd quidam sancti, per vltorem, ipsum diabolum intelligunt: quòd is principio homines ad peccandum pelliciat inescetque: deindè ipse eos apud Deum accuset, & ad poenã postulet, itaque fiat peccati vltor.

*Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum.* Quidam referunt hoc ad vitam futuram, quandò ex huius corporis ceu carceris tenebris erepti, atque in illam æternam lucem translati, summa cum voluptate spectabimus globos illos ethereos & pulcherrimam totius mundi machinam. Mihi verò magis placet illorum sententia, qui ad huius vitæ tempus referunt, in qua cælum, lunam, stellas, & harum mirabilem varietatem, dispositionem, & motus contemplantes, tanti operis authorem su-

spicimus: vt sit *videbo*, futurum, more Hebræo positum pro præſenti, video. Nam in illa futura vita videbimus ipsum creatorem facie ad faciem: vndè tantam percipiemus voluptatem, vt nō admodum libeat respicere ad istas creaturas corporeas. Nobis itaque placet, hoc modo versus hos intelligere: *Quandò video cælos, lunam, stellas, &c. opera tua, atq; in his immensam potentiam & incomprehensibilem sapientiam suspicio, non possum satis mirari bonitatem tuam, quòd in tanta maiestate non dedigneris meminisse hominis: hominis, inquam, vilis & abiectionis, (nam hoc significat **וְיָמֵינוּ** Hebraicè, quo hic vsus est propheta) atque Adæ filij, qui spreto mandato tuo, te tam grauiter offendit. Neque verò tantum meminisse huius dignaris, verum etiam inuisere eundè, & amicitiam cū eodè contrahere. Quid dico contrahere amicitia? Imò verò per vnigeniti filij tui incarnatione, eundem in societatem & participationem immensi tui atq; æterni regni assumere, omnia pedibus illius subiiciens. Omnia enim ad vsum nostros condita sunt, etiam fera, & ea quæ noxia videntur. Nam quòd cælum, & caelestia cuncta, adeoque ipsi angeli nobis ministrent, nō modò ex scripturis, verum etiam experimentis quotidianis discimus. De quibus doctissimè suauissimèque diseruit Iohannes Chrysostomus in hunc locum. Ceterum subiectio illa, quæ nobis in his terris peregrinantibus præstat, preludium quoddam est, ac veluti progymnasma ad eius regni maiestatem. Quum enim hinc translati & euecti fuerimus ad caput nostrum ac principem dominum Iesum Christum, qui iam victor, in ipsa regni illius maiestate ad dextram patris residet, tunc perfectè regno potiemur.*

*Minuisti eum paulò minùs ab angelis.* Hunc locum interpretatur Apostolus ad Heb. secundo de Christo, sic scribens: Eum autem qui modicò quàm angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Verum hæc Apostoli interpretatio nihil nos impedit, quò minùs verba propheta de vniuerso genere humano intelligamus, ratione corporis huius terreni paululum quoddam infra angelos minutum ac humiliatum, plurimum verò propter veteris illius Adæ peccatum. Sed in nouo Adam, qui est Dñs Iesus Christus, ratione mortis quidem apparuisse paulò inferius angelis: per gloriam verò resurrectionis eiusdem Dñi nostri, supra omnia exaltatũ. Iam quod in Hebræo est, **וְיָמֵינוּ מִן־אֱלֹהִים מִן־אֱלֹהִים**, non-

nonnulli verterunt, Minuisti eum parum à Deo. Sed quorsum opus est recedere ab ea translatione, quæ non modò Ecclesiæ, verum etiam Apostoli autoritate confirmata est, quum etiam Hebræus commentator Dauid Kimhi testetur, *אֱלֹהִים* hoc loco positum esse pro *מַלְאָכִים* id est, angelis?

*Et constituisi cum super opera manuum tuarum.* Quomodo deus ab initio fecerit hominem ad suam ipsius imaginem & similitudinem, & super opera manuum suarum constituerit, luculenter scriptum est Genes. primo: Et creauit Deus hominem, inquit, ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos, benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Magnum omninò, & de quo semper illi gratias agere debemus, dominium, magna dignitas, quam Dominus Deus nobis etiam in illo vetere dedit Adamo. Quæ tametsi propter peccatum, tum primi hominis, tum vniuscuiusque nostrum valde est imminuta ac infirmata, (meritò enim non obediunt nobis ea quæ subiecerat nobis creator, quandò nos non obedimus ipsi creatori) in sanctis tamen adhuc mirabiliter sæpè apparet. Nonnè Danieli obediuerunt leones? Nonnè Dauid pastor inermis, suffocauit leonem & ursum? Quis sufficiat recensendis, quæ de apostolis, cum in Act. Apostolorum, tum in alijs historijs legimus? Paulo illi primo eremite etiam mortuo ministrarunt leones, effodiendo illi sepulcrum, vt in vita eius scribit Hieronymus. Quid dico de feris? etiam ipsi demones sanctis Dei hominibus obedire coguntur. Iosue etiam sol ipse & luna obediuerunt, ac steterunt, donec vlcisceretur se populus Israëliticus de inimicis suis. Iosue decimo. Quis iton dicat hæc esse maxima? Et tamè infinitis partibus, adeo quæ incomparabiliter

Dan. 6.  
& 14.

maior est illa dignitas regia, quam dedit nobis per Adamum secundum, dominum Iesum Christum, vt iam antè diximus. Nam per hunc, siue in hoc Adamo iam non tantum terræ ac mari, atque in his degentibus dominamur, verum etiam ipsi cælis, atque cælitibus omnibus. Iam enim omne genu cælestium, terrestrium & infernorum, in nomine domini nostri Iesu Christi flectitur. Quemadmodum autem veteris illius Adæ peccatum, nostrum peccatum factum est, illius condemnatio ac miseria, nostram multò etiam magis. (teste Apostolo) noui huius victoria, regnum & imperium, nostra victoria, nostrum regnum ac imperium est, Rom. 5.

*Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues, &c.* Distributio eorum quæ subiecit homini. Verum quod mox sequitur, *qui perambulauit semitas maris*, in Hebræo est *עֲבָדָה בַּיָּם*, hoc est, quicquid transit semitas marium. vt intelligamus non tantum pisces, quod antecessit, sed omne genus animalium in mari degentium, homini esse subiectum. Vnde pro *qui*, nò incommode verti potuisset, quicunq;.

*Domine Deus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.* In eundem versum definit Psalmus, à quo cepit. Quod non sinè mysterio factum esse putat Euthymius cum alijs doctis. Quemadmodum enim Christus, cuius regnum hoc Psalmo canitur, è cælo descendit, & rursus in cælum ad paternam gloriam ascendit, ac tanquam per circulum illuc, vnde venerat, reuersus est: ita & Psalmus, tanquam in orbe recurrens, in hoc ipsum desinit, vnde sumpsit initium. Esaias quoquè de regno eius ita est vaticinatus: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Vbi *circulo clausa*, quæ aliàs nusquam nisi in fine dictionis consuevit scribi, statim in principio *בְּרֵאשִׁית* occurrit: quo regni Christi æternitatem significari putant.

PSALMVS IX.

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur & peribunt à facie tua. Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam, sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Incepisti gentes, & perijt impius, nomen eorum delèsti in æternum, & in seculum seculi. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti. Perijt memo-

memoria eorum cum sonitu, & Dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Et sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quæretes te Domine. Psallite Domino qui habitat in Sion, annunciate inter gentes studia eius. Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Miserere mei Domine, vide humilitatem meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie Sion. Exultabo in salutari tuo, infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscetur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Exurge Domine, non confortetur homo, iudicentur gentes in conspectu tuo. Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes, quoniam homines sunt. Vt quid Domine recessisti longè, despicias in opportunitatibus, in tribulatione? Dum superbit impius, incenditur pauper, comprehenduntur in consilijs quibus cogitant. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dñm peccator, secundum multitudinè iræ suæ non queret. Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Auferuntur iudicia tua à facie eius, oim inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo, non mouebo à generatione in generationem sinè malo. Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolore, sub lingua eius labor & dolor. Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua. Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam, nè videat in finem. Exurge Domine Deus, & exalteretur manus tua, nè obliuiscaris pauperum. Propter quid iritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, Non requiret. Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Contere brachium peccatoris & maligni, quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi, peribitis gentes de terra illius. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Iudicare pupillo & humili, vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.

IN PSALMVM IX.

F 2 Titulus

**T**itulus in Hebræo sic habet, **לְבָבִי לַיהוָה לְבָבִי לַיהוָה לְבָבִי לַיהוָה**. Longum fuerit & fastidij plenum, recensere omnes omnium opiniones de sententia huius tituli, præfertim cum ferè nihil habeant firmamenti, sed sint Iudaicorum Rabinorum somnia. Viderunt quidam ex illis, qui cæteris habentur doctiores, fieri in Psalmo mentionem insignis alicuius victoriæ: vndè suspicati sunt, hanc esse tituli sententiam, Victori pro morte Laben, Psalmus Dauid. Et cantatum esse Psalmum à Dauid de morte cuiusdam hostis sui, principis gentilis, qui populum Israëliticum bello afflixerit, cui nomen fuerit Laben. Sed quum nullam ea de re habeamus historiam, valeant illorum somnia. Nos edocti redemptionis nostræ mysteria, & quòd filius Dei Dominus noster IESVS CHRISTVS, profigato principe huius mundi, per mortem suam ipsius mortis regnum expugnauit, nõ dubitamus hunc titulum hoc modo transferre Latinè: Victori super morte filij, Psalmus Dauid. Cui translationi suffragantur aliquot Græcæ Latinæque versiones: neque est in verbis Hebræis quicquam, antiquitatis quidem, quod eam impediatur. Nam si quis forte quid in vno aut altero puncto vocali cauillari voluerit, hæc scimus à recentioribus esse addita scripturæ antiquæ.

DE ARGUMENTO ET  
loquentis persona.

**H**aud dubiè igitur propheta præuidens in spiritu, quæ Deus pater gesturus erat per mortem vnigeniti filij sui, quomodo debellaturus diabolum, cum impio eiusdem satellitio, extincturus idololatrias, constituturus sibi regnum, erecturus iusti iudicij tribunal, ad quod omnibus, quicumque in afflictionibus sunt, pateat aditus liberrimus, vt parata sit vindicta ab aduersarijs, de his omnibus, in persona Ecclesiæ, gratias agit Deo patri, obiter inuocans eundem, vt quod pro sua immensa bonitate facturus est vltro, facere maturet. Atque hæc quidem in priore Psalms parte. In posteriore, quæ apud Hebræos (qui hunc psalmum in duos diuisum habent) est integer Psalmus per se, de illis persecutionibus & afflictionibus agere videtur, quibus illi qui verè sunt & ingenuè CHRISTI membra, CHRISTO capite iam in cælo ad dextram patris residente, premuntur ab huius mundi tyrannis, maximè verò à crudelissimo Dei & Ecclesiæ hoste Antichristo. Aduersus hunc tyrannidem ardentissimis votis Dei auxilium

implorat. Ac tandem se exauditum iri, præingenti fiducia exultans, Psalmum concludit.

*Confitebor tibi Domine in toto corde meo.* Duplex est genus confessionis, inquit Chryostomus. Vel est enim propriorum peccatorum condemnatio, vel in Deum gratiarum actio. Hic quidem significat gratiarum actionem.

*In toto corde meo.* Id est, cum omni alacritate animi.

*Narrabo omnia mirabilia tua.* beneficia appetat mirabilia, inquit Euthymius, veluti trophæa quædam de hoste admiranda.

*Lætabor & exultabo in te.* Lætari, est intus in animo gaudere: exultare verò, amplius quiddam, nempe corporis gestu lætitiæ ostendere.

*In te.* Nam hoc demum verum est, purum, solidum, iustum, ac firmum gaudium, quod fit in Domino. Multi lætantur in diuitijs, voluptatibus, & gloria huius mundi. Sed nihil fugacius, nihil vanius horum gaudia. Est præterea genus hominum furiosum & execrabile, quod lætatur etiam & exultat quum malefecerit. Nos autem in Domino gaudemus, quando ex testimonio bonæ conscientie sentiamus, nos illam nobis habere propitiæ, ac nomina nostra scripta esse in cælis. In hoc se gloriari scribit Apostolus, his verbis: Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ, quòd in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo. Septuaginta duo discipuli, qui emissi fuerant à Domino, cum gaudio reuersi dixerunt: Domine, etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et videbantur gaudere in Domino. Sed quia Dominus intellexit gaudium illud vitiatum adhuc esse affectu quodam carnali, quòd gloriarentur editis miraculis, correxit illud his verbis: Veruntamen in hoc nolite gaudere, quòd spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. Vndè autè hoc scire poterimus? Ex conscientia bona. Hæc autem est, quæ non redarguit nos, examinatos ad verbum Dei rectè intellectum. Quæ conscientia recta veraque fide, firma atque magnamina spe, inextinguibili charitatis feruore, rapitur ferturque in DEVM, adeoque absorbetur amoris diuini dulcedine, vt nullam sentiat voluptatem aliam. Neque est propriè voluptas alia: sed quas hominum vulgus voluptates appellat, mendacia sunt voluptatis nomina, re vera dolores, non voluptates. Hæc sunt

sunt illa venena, quibus Circe illa Homerica homines in varia brutorum, pecudum ac ferarum genera conuertit. Ea verò de qua nos loquimur, planè contraria virtutis pharmaco, sublimes & excelsos homines facit, adeoque ex hominibus deos. Ab huius gaudio, quum aliquandò per peccatum excidisset Dauid, ita inter alia multa precatus est: Redde mihi lætitiæ salutaris tui. Hic nobis propositus est in exemplum, quòd imitemur, quotiescunque nobis tale quid acciderit.

*Psallam nomini tuo altissime.* Ecce sic solent illi, qui flagrant amoris incendio, cantationibus & carminibus de amato compositis, desiderium absentis leuare. Hoc veluti musto noster propheta ebrius, ad omnes occasiones, siue læta acciderent, siue tristia, in psalmos & cantica erupit. In psalmo centesimo septimo quanto putamus cum æstu flagrasse, quum in hæc verba erumperet, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea, Exurge psalterium & cithara? Porro quum dicit, psallam, concinnum ac musicum cantum se canturum significat, vt monet Euthymius.

*In conuertendo inimicum meum retrorsum.* Hebraicè **כְּשֵׁיב אֹיְבִי אַחֲרָי**, hoc est, Cum egressus fuerint inimici mei retrorsum: nimirum territi à potentia vultus tui.

*Infirmabuntur & peribunt à facie tua.* Tanta est enim potentia Dei, vt solo obtutu perdere possit, in momento etiam, vniuersos hostes suos. Non opinor hic opus esse, vt admoceam, nè quis hic faciem aliquam corpoream, qualis nostra est, imagnetur in Deo. Humano more loquitur propheta de ineffabili Dei potentia. Porro quòd ait, Infirmabuntur, in Hebræo est, **יִבְּשָׁלוּ**, i. corrueant, seu, vt alijs placet, impingent.

*Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam, sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.* Hoc est, Vindicasti me ab hostibus meis, quum illi sibi persuasissent, me tibi non esse curam. Diabolus miserum hominem dolo pessimo ad transgrediendum mandatum pellexerat, & per hoc ipsum in mortem. DEVS autem huius miseris, lapsum erexit, dato in victimam & expiationem peccato filio suo vnigenito. Itaque in iudicio Dei mirabiliter sibi obuiauere misericordia & iustitia, vt & homo liberatus sit per misericordiam, atque diabolo erepta calumniandi occasio, quasi Deus tanquam ignauus aliquis aut supinus iudex & princeps, neglecta iustitia, peccata transgressorum non puniat. De hoc latius in Psalmo octogesimo quarto,

*Increpasti gentes, & perijt impius.* Increpatio hæc facta est per apostolos: quando illas per sermonem Euangelicum ab idololatria, ad cultum veri dei, atque à flagitiosa vita, ad innocentiam conuerterunt. Pro, *perijt impius*, in Hebræo est **יָרַדְתָּ אֱוִילִים**, id est, perdidisti impium. Hoc paulò consonantius est cum verbo præcedente, *increpasti*. Perit autem impius, quando percussus gladio Euangelij, conuertitur ab impietate sua, ad veram religionem & innocentiam vitæ. Verum hæc est salutaris perditio. Illa verò horribilis, quando per duritiam suam, & cor pœnitere nescium, iusto dei iudicio condemnatus, è medio tollitur, & in tartarum conijcitur, æternis gehennæ flammis, cum suo tyrano diabolo, cui seruire maluit, quàm deo, comburendus.

*Nomen eorum delesti in æternum, & in seculum seculi.* Neque enim demones tantum, verum etiam horum cultores homines flagitiosi, deorum nomina atque cultum sibi vindicare fuerant ausi. Sed hæc statim ad exortum nominis Iesu Christi haud secus euauerunt, atque noctis umbræ ac tenebræ ad exortum solis: adeò vt iam nulla sit gens tam barbara, quæ Iouis, Martis, Veneris, Dianæ, Herculis, Apollinis, Priapi, & quicquid horum est portentorum nomina, non dico adoret, verum etiam non excretur. Præsum est ad hæc olim, quando principes illi ac duces populi Israëliti, iussi sunt interficere gentes eas barbaras ac idololatrias, quæ se illis opponebant, pendentes in terram promissam. Habitant & in carne nostra multæ gentes barbaræ, quæ DEO viuo ac vero præferunt libidinosam Venerem, furiosum Martem, Cæcum Plutum, & quicquid istiusmodi malorū est, quòd affectibus carnalibus blanditur. Aduersus harum sæuitiam assidue nobis pugnandum est, donec conficiantur, implorato ad hoc ipsum auxilio Dei, sinè quo impossibile est nos eas delere. Vbi autè senserimus nos victores, imitabimur prophetam nostrum, vt non nostris hoc viribus arrogemus, sed totum tribuamus Deo, dicentes: Increpasti gentes &c.

*Inimici defecerunt frameæ in sinem, & ciuitates eorum destruxisti.* Si Hebræorum, expositionem receperimus, ita hæc fuerint vertenda: O inimice, confectæ sunt vastationes in æternū: & memoria ciuitatum quas euertisti, perijt vnà cum ipsis. Deus autem in æternum fedebit: vt sit sensus, O crudelissime hostis, tuæ vastationes vastationesque nunc sinem habent: ciuitates quas euertisti, adeò vastatæ sunt, vt & memoria earum sublata sit.

fit. Nè verò putes te, istis patris sceleribus, impunem euasurum, scito quòd Dominus in eternum sedebit, vindicaturus isti usmodi impietates. Verùm quum nusquam legamus tantas vastationes fuisse factas in Iudæa, saltè ab illis hostibus quos vicit Dauid, putant quidam per interrogationem hæc efferenda esse, in sensum contrarium, hoc modo: O inimice, confectæ sunt vastationes in æternum? vrbes destruxisti? perijt memoria earum cum ipsis? vt propheta illudat insultetque hosti, significans eum non potuisse patrare quæ voluerit, Deo videlicet prohibente. Sed ego malo hæc retinere translationem qua vtitur Ecclesia, & cum doctissimis nostræ religionis viris, Grecis & Latinis, simpliciter ita intelligere, vt propheta his verbis Deum laudet, quòd (vt versu præcedente dictum est) gentes increpauerit, impios perdiderit, nomina eorum deleuerit, & (quod iam in hoc versu sequitur) gladios omnes hostiles fecerit sua diuina potentia euanescere, ciuitates eorum destruxerit, adeò, vt etiam memoria hostium vnà cum ipsis hostibus perierit: (hoc enim significat *וְיָדָהּ*, cum ipsis, quod nostra quidem ætate habent exemplaria Hebræa) vel cum sonitu, vt Septuaginta verterunt, hoc est, minime latenter, sed magno cum fragore, vt omnes audientes, timore percussi respiscant, ac pœnitentiam agant, nè similiter pereant. hi pro *וְיָדָהּ*, id est, ipsis, legerunt *וְיָדָהּ*, quod sonitum significat. Est autem in Hebræo sermone eclipsis, omisa prepositione, cum. Porro quòd nostra translatio habet frameg, Græca *ἰσχυρῶν*, quorum vtrūq; significat gladios, in Hebræo est *וְיָדָהּ*, quod nunc gladios, nunc vastationes significat.

*Et Dominus in æternum permanet.* Hucusquè in Hebræo porrigitur versus ille, Inimici defecerunt frameg: estq; sextus in ordine: vt hoc sit initiũ versũ septimi: Et Dominus in æternum &c. Pro *permanet*, in Hebræo est *וְיָדָהּ*, id est, sedet: quod probè consonat ei quod sequitur, de parata ad iudicium sede, siue (quod idem est) throno.

*Parauit in iudicio thronum suum.* Quasi dicit: Nè sibi promittant impunitatem impij illi tyranni, qui nunc, illo ad tempus conniunte, nos populum eius affligunt. Porro quòd nostra translatio habet, in iudicio, in Hebræo est *וְיָדָהּ*: id paulo cõmodius verteretur, ad iudicium.

*Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.* Hic in Hebræo est

integer versus octauus. Posterior eius pars, interpretatio prioris est. Nam quum dicit orbem terræ, nihil aliud significat, quàm populos, orbe terrarum contentos. Et quod nostra translatio habet in priorè parte, in æquitate, Hebraicè est *וְיָדָהּ*, id est, in iustitia, quod aut in posteriore, in iustitia, Hebraicè est *וְיָדָהּ*, id est, in æquitate. Quod propter curiosos admoneo, alioqui nihil interest, quantum ad sententiam.

*Et factus est Dominus refugium pauperi.* In iudicijs hominum sæpissime diuites, quantum iniquas habeant causas, vincunt pauperes, etiam si horum causæ sint optimæ. Ceterum apud tribunal dei, semper præualet bonitas causæ. Porro pauperem se dicit, secundum spiritum: de quibus in Euangelio Dominus, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: alioqui rex erat, vrbibus, castris, equis, militibus atq; omni generis opibus potens. Sed agnoscens quàm facili momento omnia subuersa, destituant possessorem suum, noluit in his vllâ ponere fiduciam: sed totus pendere à Deo, omnem spem ac fiduciam in hoc vno ponere. Quanquam hæc in persona totius generis humani dicta intelligere possumus.

*Adiuutor in tribulationibus, in oportunitate.* Quod paulò antè vertit, refugium, & hic, adiuutor, in Hebræo vnum est nomen *וְיָדָהּ*. Id propriè quidem significat locum sublimè, quales captari solent arcibus condendis, quòd eò difficilior aditus sit hosti. Non malè transfertur Latine, refugium. In oportunitate, id est, in temporibus oportunitis, quòd ingruente persecutiõne, opus est refugio, quod ipse explicans, subiicit, In tribulationibus, id est, afflictione.

*Et sperent in te, qui nouerunt nomen tuum.* In Hebræo est *וְיָדָהּ* in indicatiuo, & sperabunt: quomodò alij interpretes vertere maluerunt: vt sit sensus, Qui nouerunt Deum, hi sciunt non debere se in ipso deo sperare. Rationem huius ipse propheta subiicit, quum ait:

*Quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.* Quicumque ex animo exquirunt Dominum, inuenient eum. Vndè ad quærendum se hortatur nos, dicens: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. O miram Dei benignitatem in nos. Gaudet à nobis queri: gaudet inueniri, occurrit quærentibus, vt afflictis succurrat. Væ turpissimæ nostræ ignauitæ, si, cum vndiquaq; tot, tamq; deuotis in exitium nostrum hostibus cincti, sine

Mat. 5.

1. Cor. 3.

Eph. 3.

intermissione grauissimè oppugnemur, cessamus ad refugium tam tutum, tamq; paratum: ad adiutorem, protectoremq; tam inuictũ, tam nobis obuium, confugere.

*Psallite Domino qui habitat in Sion.* Hic mihi libet diui Augustini pulcherrimam interpretationem ascribere: His dicitur, inquit, quos non derelinquit quærentes se Dominus. Ipse habitat in Sion, quod interpretatur speculatio: & gestat imaginem Ecclesiæ quæ nunc est, sicut Hierusalem gestat imaginem Ecclesiæ quæ futura est, id est, ciuitatis sanctorum iam angelica vita fruuentium: quia Hierusalem interpretatur visio pacis. Præcedit autem speculatio visionem: sicut ista Ecclesia præcedit eam quæ promittitur, ciuitatem immortalem & æternam. Sed præcedit tempore, non dignitate, quia honorabilius est, quòd peruenire nitimur, quàm id quod agimus, vt peruenire mereamur. Agimus autem speculatiõem, vt perueniamus ad visionem. Sed etiam ipsam quæ nunc est Ecclesia, nisi Dominus inhabitaret, iret in errorem quamlibet studiosissima speculatio. Et huic Ecclesiæ dictum est, Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Et in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Præcipitur ergò nobis, vt psallamus Domino qui habitat in Sion, vt concorditer Dominum Ecclesiæ inhabitatorem laudemus. Hæc Augustinus.

*Annunciate inter gentes studia eius.* Quod Septuaginta verterunt, studia, in Hebræo est *וְיָדָהּ*, quod significat opa insignia & memorabilia: qualia sunt, quæ Latine gesta dicuntur: vndè mallet vertere, gesta eius. Loquitur autem hic quidem propheta de illis potissimum, quæ Deus gessit per filium suum contra tyrannum diabolum, pro vindicando ex illius crudeli captiuitate genere humano: vt in explicatione argumenti psalmi diximus. Hæc autem inter omnes gentes annũciari cœperunt ab Apostolis per totum terrarum orbem, atq; etiam nunc annũciantur, vsque ad consummationem mundi.

*Quoniam requirens sanguinem, eorum recordatus es.* Requirit sanguinem, Dei epitheton est, hic per antonomasiam pro ipso Deo positum. Ratio verò huius epitheti est, quòd nulla cædes patrat, de qua pœnè non sumatur, vt ait in hunc locum Chrysostomus, & confirmat testimonio Mosis Genes. 9. vbi scribit Deũ ad Noè & filios eius inter cætera sic esse locutũ: Sanguinem enim animarum vestrarũ requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis. De manu viri & fratris eius

requiram animam hominis. Quicumq; effuderit humanum sanguinem, funderetur sanguis illius. Ad imaginem Dei quippe factus est homo. Dominus noster Iesus, Ioannis 8. homicidas diaboli filios appellat, his verbis: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio. Hic eò insanix aliquandò induxit homines, vt sibi sacrificarent victimis humanis, filios etiam & filias immolantes. Huius instinctu sæuierunt olim tyranni in sanctos Dei prophetas, in ipsum filium Dei, in Apostolos, & innumerabiles martyres. Quid multis? quicquid vsquàm homicidiorum sit, huius malitiosissimis cõsilijs & machinationibus fit. Deus verò tẽporibus suis electos suos semper à morte liberat. Illum verò cum suo illo scelerato ac sanguinario satellitio cruciatib; æternis adiudicat.

*Non est oblitus clamorem pauperum.* Eo quod ait, *Non est oblitus*, videtur corrigere id quod præcedit, nempe, *recordatus est*. Nam qui recordatur, videtur fuisse oblitus. Hoc ergò nè quis suspicetur, quum dixisset, eorum recordatus est, mox subiicit, quasi dicat: Imò verò ne oblitus quidem est vnquam clamorem eorum. Porro clamor hic, dolor & gemitus, est totius generis humani, ab eo tempore, quo Adam transgressus est mandatum. Quem clamorem statim ab initio exaudiuit Dominus, & consolatus est miserum Adam, promissione redemptoris facta, quum prædiceret serpenti, venturum semen mulieris, quod caput eius contereret, qui nimirum est Christus Dominus. Quem etiam paulò post præfigurauit iustus ille Abel, secundus filius Adæ, in suis sacrificijs & morte. Multis deindè modis oraculorum, prophetiarum, figurarum, per omnes ætates ac generationes, facta huius redemptoris promissione, consolatus est miseros, donec tandè completo tempore, ad id æterno consilio præfinito, mitteret eum. Porro qualis fuerit ille pauperũ clamor, docet nos propheta hic noster verbis qui sequuntur: vndè & hoc discimus, quomodò nobis clamandum sit in afflictionibus nostris: & quomodò nos affectos esse oporteat, vt mereamur exaudiri.

Gen. 3.

Gen. 4.

*Miserere me Domine, vide humilitatem meam de inimicis meis.* Quum dicit, miserere me se miserum esse agnoscit: quum dominum appellat, quod in Hebræo hoc loco est illud ineffabile nomen *וְיָדָהּ*, se totum illi subiicit, omnia sua huius & futuræ vitæ præsidia in illo collocans. Quum dicit, vide humilitatẽ meam, afflictiones suas significat, quod euidetè indi-

indi-

indicat vox Hebraea  $\text{מָוֶת}$ : quum dicit, de inimicis meis, per eclipsin Hebraicæ linguæ familiarē, significat eas afflictiones quas ab inimicis suis sibi illatas patitur.

*Qui exaltas me de portis mortis.* Portas mortis dicit pericula, afflictiones, & supplicia mortis proxima: qualibus huius mundi tyranni, instinctu ductuque principis sui diaboli, sæpè conati sunt Ecclesiam Dei delere: sed semper emicat veritas verbi Domini, quo dixit, Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, adeo vt quo grauius illi sæuiunt, atque grassantur, eo se latius hæc & clariùs gloriosiusque proferat. Quid enim illæ portæ poterunt aduersus electos Dei, postquam princeps noster Iesus Christus descendit ad inferos, & effractis mortis carceribus, solutisque doloribus inferni, spiritus piorum patrum, qui in aduentum eius crediderat, cum ingenti triumpho indè rediit? Sunt etiam portæ mortis, non parùm formidabiles, concupiscentiæ carnis, vt docet Augustinus in hunc locum, per quas mors ipsa intrat in animam, nisi diligentibus excubijs nostris custodiantur. Nostræ excubiæ sunt, sacrarum literarum studia, ac temperantia vitæ cum assiduis exercitijs animi corporisque; in operibus bonis. hæc si in nobis viderit deus, nunquam rogantibus præsidium suum denegabit. Si libris Hebræorum credimus, hæc verba, *qui exaltas me de portis mortis*, ad versum præcedentem, *Miserere mei* &c. pertinent.

*Vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filia Sion: exultabo in salutari tuo.* Ità in Hebræorum libris distinguitur, vt hic sit integer versus decimusquartus. Quarè ordo & sensus esse poterit, *Exultabo in salutari tuo, vt annunciem omnes laudationes tuas.* Nam qui animo ingenio immensitatem beneficiorum Dei in nos, expendunt & agnoscunt, his nihil in vita suavius est, quàm de illis ipsis beneficijs, cum maxima animi gratitudine ac laude Dei, loqui assiduè. Vnde præ gaudio exultant in spiritu suo, memores cui omnem salutem suam debeant, quotiescunquè sentiunt istiusmodi sermonum sibi copiam fieri. Alioquin potest ità accipi, vt cohæreat cum eo quod præcessit, *Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem* &c. atque hac ratione mállem pro *exultabo*, vertere exultem, vt in eodem verbo modo cohæreat per asyntheton cum verbo *annunciã* itaq; totus contextus hic fuerit, *Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filia Sion, exultem in salutari tuo.* Porro laudationes per metonymiam seu denominationem, dixit pro, opera laudabilia, i. propter

quæ laudem tibi debemus. In portis antiquitatis iudicia fieri confueverunt, & conuentus publici haberi. Vnde pro ipsis conuentibus accipiuntur, vt hoc loco portas filia Sion, conuentus populi Dei intelligamus. *Filia Sion*, appositio est, hoc est, in portis Sion, quæ est filia: filia, inquam, Dei. Hoc enim nomine deus, ob insignem charitatem, dignatus est Ecclesiam, vt in 1. cap. Esaiæ monet Hieronymus, & in hunc locum psalmi Euthymius.

*Infixæ sunt gentes in intuitu quem fecerunt.* Hoc est prius membrum seu hemistichium versûs 15, apud Hebræos: & iuxta proprietatē illius linguæ ità verti potuit, *Demersæ sunt gentes in foueam quam fecerunt.* Hoc est, suis ipsarum dolis captæ sunt. Prouerbialis metaphora ab his, qui foueis effossis, aut reliquis id genus decipulis, insidiantur feris: vel à bellis, in quibus aliquoties suffossis cuniculis, hostis hostem captat. Eandem sententiam simili metaphora repetit hemistichio sequenti.

*In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.* Tale est, quod & in septimo psalmo iam audiuimus: Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Porro gentium nomine non eos solos intelligit, qui non sunt Iudæi, secundum carnem posterius Abrahæ: sed quicunq; profligata fide & sceleratorum cordium præputijs, declarant se non pertinere ad familiam posteritatem vè fidelis Abrahæ: siue secundum carnem ex Iudæis sint, siue ex gentibus. His euenit semper, vt quæcunquè mala intentant Christo & huius membris hominibus sanctis, ea tandem in ipsorum capita recidunt. Insigne exemplum est in libro Esther Haman, in eodem illo patibulo, quod Mardocheo parauerat, suspensus. Neque mirum est, si malis hominibus diaboli filijs, eueniat idem quod horum patri diabolo ipsi. Hic quum meditaretur extollere se super creatorem suum, è cælo præcipitatus est in infernum. Idem quum inuidens homini felicitatem suam, dolosis ac mendacibus consilijs miserum in ruinam ac mortem pellexisset, occasionem dedit Deo, vt lapsum sibi per incarnationem verbi assumptum, super omnes cælos & angelos ipsos extolleret, inq; sua dextra constitueret. Ità Deus irridet hominū demonumq; vafriem. Semper aut simplices & eos q recto sunt corde, amplectitur, fouet, adiuvat & exultat. Hoc etiam si homines carnales, excæcati malitia, nolunt agnoscere ante suas illas horrendas ruinas, hi tamē qui spirituales sunt, à deo illuminati, palam tū in alijs vident, tum in semetipsis incredibili gaudio voluptateq; sentiūt. Atq; hoc est quod iam

iam apud nostrum prophetam sequitur:

*Cognosceat Dominus iudicia faciens.* Quod nostra translatio habet in futuro, *cognosceat*, Græca habet  $\text{γνωσται}$ , in presenti, id est, cognosceat: in Hebræo est  $\text{יָדַע}$ , id est, notus est. Posset ad verbum ex Hebræo verti, Notus est Dominus iudicium faciens: cuius hæc est sententia, Quod homines vecordes, stulti, atque blasphemii, somniantes iactant Deum non curare res hominum, sed finire mundum temerè ferri, impios impunè grassari, simplices, innocentes, & infirmos ità affligi & opprimi, vt nullus sit qui vindicet eos: id manifestè est falsissimum, quum sapienter intuentibus ea quæ geruntur ac fiūt, appareat manifestissimè, citraque vllam dubitationem palam notum sit, Deum in suo throno ac tribunali residere, & exercere iudicium sine intermissione. Huius enim iustissimo iudicio fit, quod sequitur in psalmo:

*In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Hoc quo altius omnium hominum mētibus cogitationibusq; infigat, ipse in spiritu suo exultans, accinit in Hebræo  $\text{תְּהַלֵּל יְהוָה}$  cuius verbi vis quum non satis possit in aliam transferri linguam, à perlisque interpretibus omisum est. Ex his qui trāsferre conati sunt, alij meditationem, alij laudem, alij celebrationem, alij canticum, alij vocem, alij modulationem verterunt. Vox est significationem habens gaudij cuiusdam & affectus in Deum ineffabilis. Quo studio detentus propheta ac delectatus, adeoque inebriatus, ità huic loco immoratur, vt videatur nolle recedere. Quid enim aliud sibi volunt tot versus, quibus aliud nihil canit, quàm Deum iustissimo iudicio pauperes, hoc est, eos qui sibi metipsis mundoq; diffusi renunciarunt omnibus, seq; totos in Deum coniecerunt, ab omnibus afflictionibus liberatos assumere sibi: impios autem illos, qui diabolo, mundo, suisque sceleratissimis concupiscentijs feruientes, sanctos Dei, ad tempus à Deo, non sine arcano, sapientissimo, optimoq; consilio ipsis permisum, affligunt, ad supplicia æterna condemnare ac precipitare?

*Conuertantur (inquit) peccatores in infernum: omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum.* Apud Hebræos est indicatiui modi: vnde alij non deprecatiuè, sed enunciatiuè verterunt, *Conuertentur. Peccatores*, in Hebræo  $\text{פְּשָׁעִים}$  sunt, quos aliàs ferè vbiq; impios vocat interpretes. Sed hæc minutiora sunt, quàm vt exercitatum diuinarum scripturarum lectorem moueant.

*Quoniam non in sinem obliuio erit pauperis: pa-*

*tientia pauperum non peribit in sinem.* Nihil hinc opus est interpretatione nostra: omnia sunt aperta, & iam antè dicta. Quod noster interpretes vertit, patientia: in Hebræo est  $\text{רַחֲמִים}$ , in Græca translatione  $\text{ἐλεησιν}$ : vtrunque latine verti potest, expectatio. Sed idem voluit noster interpretes significare nomine patientia. *In sinem*, inquit: Tametsi enim ad tempus tanquàm conuiuens Deus sinat eos afflictionibus exerceri ad perfectionem virtutis, & maiorem vitæ futuræ gloriam: tempore tamen, quod ipse nouit esse nobis vtilissimum, opportunissimumque, ex omnibus illis ereptos, confortes regni sui faciet, in inestimabili beatitudine ac gloria secum regnatos, idque in æternum. Huius itaq; regni desiderio, hinc feruens noster propheta, indè verò impatenter dolens, illos barbaros, harum tam salutarium rerum ignorantia, suaque ipsorum malitia excæcatos, tanquàm insanos ac furentes ire perditum semetipsos, exclamat ad Dominum, vt & in hos regnum suum proferat, ac salutari correptione erudiens, doceat eos suam quidem infirmitatem ac vilitatem, Dei verò potentiam ac maiestatem agnoscere. Hoc igitur est quod iam sequitur:

*Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.* *Exurge*, id est, declara presentiam potentie tuæ, qua Satanam cum illo suo crudeli tyrannicoque satellitio proferens: electos verò tuos, iuxta mundum hinc pauperes, infirmos, humiles & contemptos, ditas, confortas, exaltas & glorificas.

*Non confortetur homo.* Non confortetur, id est, nè præualeat, nè stulta persuasione potentie, pergat electos tuos affligere: quum nihil aliud sit quàm homo, id est, animal infirmum ac debile, infirmitatibus, contumelijs, malis omnibus, ipsi deniquè morti obnoxium & expositum. Hanc enim emphasin habet hoc loco homo: quod euidentius indicat nomen Hebræum, quo hic vsus est propheta  $\text{אָדָם}$ , quod infirmitatis, doloris & afflictionis significationem habet.

*Iudicentur gentes in conspectu tuo.* Hoc est, salubriter corripantur, vt agnita tua patientia iustitiaque, de stulta sua persuasione brachij humani, respicentes, penitentiam agant: idq; in conspectu tuo, vt videlicet tu agnoscaris iudex & gubernator omnium.

*Constitue Domine legislatorem super eos.* *Legislatorem*, in Hebræo est  $\text{שֹׁפֵט}$ , quod Græcus interpretes  $\text{πρόεδρος}$ , id est, legislatorem vertit, vt sit à  $\text{πρό}$ , quod significat docere, &  $\text{εδωκεν}$  ferre. Ac mihi sanè videtur omnino per hunc

hunc *legislatorem* intelligi debere Dominum nostrum Iesum Christum, ut propheta huius aduentum ac regnum precetur in omnes gentes. In eadem sententia est Euthymius. Sed Hebræorum Rabini magno consensu scribunt, literam *א* in nomine *בְּיָמָיו*, positam esse pro *א*, ut sit *אֲרָא*, id est, timuit: quorum sententiæ accedit interpret Chaldæus, ita interpretans: Incute eis Deus timorem. Et Diuus Hieronymus vertit, Pone Domine terrorem eis. Audiamus igitur Iohannem Chrysofomum utroque pulchrè conciliantem, hoc modo: Quid est, Constitue legislatorem super ipsos? Quoniam, inquit, omnia faciunt, perinde ac si essent sui iuris, nolentes dare pœnas: persequere, ut sit eis supplicium pro admonitione. Hoc alius quoque significans dicebat, Constitue Domine eis timorem. Vide quomodo non querit ut puniantur, sed ut admonerentur & corrigantur, & non uiuant iniquè. Erit enim, inquit, eis supplicium loco legis: non eis tantum, sed etiam alijs. Et ut scias quantum ex eo fiat lucrum, & quomodo morbum reprimat, audi quod deinceps sequitur: Et sciant gentes quod homines sunt. Hactenus Chrysof. Est autem ob duo diuersissima hominum genera optandum, petendumque à Deo, ut sciant gentes quod homines sunt. Vnum, quod genere, opibus, potentia & luxu elatum ac dementatum, tantum non pro numinibus se vult adorari à ceteris, crudeli interea tyrannide in miseros seuiens. Atque de hoc genere potissimum hic loqui videtur propheta. Alterum genus contra inops, humile, abiectum, nullis bonis disciplinis eruditum, educatione vel nulla, vel mala perditum, neque Deum nouit, neque semetipsum, quam nobilis sit creatura, quippe ad ipsius Dei imaginem facta. Quis non videt, quanto opere talibus optandum sit, ut tandem aliquando experrecti ac moniti, discant quantum prastant bestijs, ut sese ad generis sui ac naturæ dignitatem componentes, meditentur cœlestia? Quid multis? Tanta res est, hominem sibi probe esse notum, ut olim cœlitus descendisse feratur, Nosce te ipsum. Unde & noster propheta, quo altius rem tantam nostris cogitationibus insingeret, accinuit suum illud *אֲרָא*.

*Ut quid Domine recessisti longè?* Hæc est illa altera psalmi pars, quam Hebræorum libri habent à precedente, tanquam integrum psalmum diuisam: sine titulo tamen, sed tantum numero preposito, qui significat hunc illis esse Psalmum decimum. De argumento iam su-

prà diximus: que non est opus hic repetere. Loquitur in persona eorum, qui ex afflictionibus clamant ad Dominum, iam in cælo ad dextram patris residentem. Pro, *recessisti*, in Hebræo est *אֲרָא*, id est, stas. Videtur à longè stare, siue longius à nobis recessisse dominus, quando patitur nos diutius grauiusque affligi. Alioqui nunquam propius adest suis, quam quum affliguntur, præsertim si in afflictionibus inuocent eum. Simili figura dixit in cruce filius ad patrem: deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me?

*Despicis in oportunitatibus, in tribulatione.* Pro *despicis*, in Hebræo est *אֲרָא*, id est, abscondis, ut subintelligamus, te, vel oculos tuos, quasi non videas nos, in quantis malis constituti, quam grauius affligamur. In oportunitatibus, hoc est, quod maxime est oportunitum, ut afflictis succurras, quippe in tribulatione. Non autem hæc dicit propheta, quod accuset DEVM, tanquam iniquum in suos: absit. Sed docet nos, ad quem sit, & quomodo, in afflictionibus confugiendum. Ità Chrysof. & Euthym. Augustinus aliter: sed illorum interpretatio magis iuuari videtur ab his quæ in Hebræo sunt.

*Dum superbit impius, incenditur pauper.* Dum superbit, Hebræicè *אֲרָא*, id est, in superbia, hoc est, per superbiam impij. Quod noster interpret ex Græco *ἐπιψηφισται*, vertit, incenditur, Hebræicè est *אֲרָא*: id alij vertunt, persequitur, hoc modo: In superbia impius persequitur, seu insectatur, pauperem. Sed nos iam Psalm. 7. ostendimus, verbum *אֲרָא* significare vtrunque, persequi, & incendi, siue ardere. Unde nihil vetat, nos translationem, quam habemus, retinere, & in hanc sententiam interpretari: *Dum superbit impius*, hoc est, dum impune grassatur, ac sibi tanquam felici in illa tam infelice impunitate blanditur: *incenditur pauper*, id est, zelo iustitiæ exardescit, indignè ferens illam sceleratissimorum hominum prosperitatem, quæ videtur. Cuius indignationis ac doloris impatientia precatur, ut maturetur, quod tamen est euenturum, nempe, ut comprehendantur in consilijs quibus cogitant. Hoc est, suis ipsorum malitiosis consilijs illaqueati, concidant. Nam pro *comprehendantur*, in Hebræo est, *אֲרָא* in futuro, quod rectè vertitur Latine, *comprehendantur*, vel hoc quidem loco potius in optatiuo modo, *comprehendantur*.

*Quoniam laudatur peccator in desiderijs anime sue,*

*suæ, & iniquus benedicitur.* Hæc est ratio, quare precatus sit, ut comprehendantur in consilijs quibus cogitant. Neque enim idèd hoc precatus est, quod tanquam crudelis aliquis tyrannus pœnis illorum ac supplicijs delectetur, sed quod cupiat è medio tolli mala & offendentia illa intolerabilia. Quid enim perniciosius intolerabiliusque, quam homines gloriarì, atque ab alijs laudari in his, in quibus erubescere debebant, & ex hominum communionem eijci? Quis non ingemiscens, in eadem preces cum nostro propheta erupat, quod audit homines flagitiosos, in suis istis luxuriosissimis conuiujs, vino iam incalentes, gloriabundos recensere sua stupra, sua adulteria, sua homicidia, suas rapinas, suas imposturas, & quid non? ceteros autem non tantum ministros, moriones, & parasitos, verum etiam eos qui debebant esse graues viri in conuiuio, sceleratissimis adulationibus, omnibus aridè, omnia probare, omnia laudare? Quid hac insania queat esse deterius? inquit Chrysofomus. Porro quod nostra translatio habet, laudatur, in Hebræo est *אֲרָא*, id est, laudat, vel, si tempus temporì reddas, laudauit, ut subintelligas semetipsum: nisi vertere malis, gloriatur. Hieronymus vertit, Quia laudat impius desiderium animæ suæ. Poterit & ita verti, Quia laudat impius ob desiderium animam suam. Vel secundum expositionem Aben Ezra, totus versus hoc modo: Quoniam laudat impium ob desiderium animæ suæ, & auarus benedicit, quod prouocauerit ad iram dominum. Ut nominatius agentis, repetatur ex precedente, in hunc sensum: Quoniam impius laudat impium ob desiderium &c. Porro desiderium concupiscentiam hic intelligimus. Paraphrastes Chaldæus hoc modo interpretatus est: Quare iactatur impius super concupiscentiam animæ suæ? & qui benedicit hominem raptorem, reijcit Deum? Septuaginta fortassis pro *אֲרָא*, id est, laudauit, legerunt *אֲרָא*, id est, laudatus est, vel laudatur. Sequens autem hemistichium apud Hebræos porrigitur vsque ad, *Peccator secundum multitudinem &c.* atque ex illorum lingua hoc modo verti potest in nostram: Et prædo gloriatur, quod ad iram prouocauerit Dominum. Hieronymus vertit, Et auarus applaudens sibi blasphemauit Dominum. Atque hinc iam est initium versus sequentis, hoc modo:

*Peccator secundum multitudinem iræ suæ non quæret: non est Deus in conspectu eius.* Quod nostra

translatio habet, secundum multitudinem iræ suæ, id in Hebræo est, *אֲרָא*, quod Diuus Hieronymus vertit, secundum altitudinem furoris sui. Potest ad verbum transferri, in superbia nasi sui, vel vultus sui. Significat autem *אֲרָא* nasum & furorem. Sententia prophete hæc est, Impius præ superbia fastuosus, quem vultu suo præ se fert, non dignatur querere Deum, & quid hic velit à nobis fieri: imò verò omnes eius cogitationes sunt, ne esse quidem Deum. Nam quod nostra translatio habet, non est Deus in conspectu eius: ex Hebræo ad verbum verti potest, Non est Deus, omnes cogitationes eius. Vel, Non est Deus omnibus cogitationibus eius, Hoc est, Nunquam de Deo cogitat. ut sit in oratione Hebræa eclipsis *אֲרָא* pro *אֲרָא*. Porro quod nostra ætate exemplaria Hebræa habent *אֲרָא*, Septuaginta videtur legisse *אֲרָא*: & in quibusdam exemplaribus annotatam esse video duplicem lectionem.

*Inquinatae sunt viae illius in omni tempore: auferuntur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum suorum dominabitur.* Sic enim in Hebræo legitur distinctum, ut hic sit integer versus. Sed in verbis multum sudatur ab interpretibus, propter amphiboliam. Nam quod noster interpret ex Græco rectè vertit, *Inquinatae sunt*, in Hebræo est, *אֲרָא*. Id paraphrastes Chaldæus ita interpretatus est, quasi sit verbum à nomine *אֲרָא*, quod significat opes, potentiam, munitionem, exercitum, robur: que omnia quia cum prosperitate coniuncta sunt, ipse exponit, prosperantur viæ eius. Hoc est, quicquid instituit, pro animi sententia illi cedit. Quæ interpretatio ut valdè conuenit argumento quod hic tractatur, ita iuuatur aliquot Rabinorum Hebræorum suffragijs, præsertim Rabi Solomonis, & R. Ioseph. Nonnulli interpretantur, dolore afficiunt, ut sit *אֲרָא*, quod parturire significat, & parturientis dolore afficiunt pauperes. Et quia dum hæc ita illi succedunt, beatus sibi videtur, non malè ex hac radice quis collegerit illam Chaldæi Paraphrastes interpretationem, prosperantur viæ eius. Septuaginta videntur à *אֲרָא* deductum intellexisse, quod significat prophanare, contaminare, inquinare, vulnerare, occidere. Neque verò mirum est, prophanissimam, impurissimam, & execrabilem esse vitam illorum, qui non credunt Deum esse, qui benè agentes præmijs debitis honorat, & peccantes iustis afficiat supplicijs.

*Aufervuntur iudicia tua a facie eius.]* Pro *auferuntur*, in Hebræo est *מִפְּנֵי*, quod significat sublime, excelsum. Diuus Hieronymus vertit, longè: sed manifestus est sensus prophetae. Dicit enim impium ita absorptum esse & excæcatum malitia sua, & malitiosorum conatum successibus, ut non videat neque cogitet esse Deum, qui iusto iudicio punit malos, ac bonos ex illorum afflictionibus eripiat, & pro pijs laboribus rependat præmia. Unde sequitur:

*Omniū inimicorum suorum dominabitur.]* Hoc ex Hebræo verti potuit, Omnes inimicos suos flatu prostermit. Videntur hæc maxime competere in antichristum. Is enim miris successibus grassabitur. Sed meminisse debemus verbi S. Iohannis Apostoli: Sicut audistis quia Antichristus venit, nunc antichristi multi facti sunt. Habet omnis ætas suos Antichristos, qui rebus mundanis, voluptatibus carnis, malitia animi ac superbia huius vitæ ebrii, absorpti, excæcati & inflati, Deum & iudicia eius contemnunt. Quorum infanas ac furiosas cogitationes deinceps describit propheta, his verbis: *Dixit enim in corde suo, non mouebo a generatione in generationem, sine malo.* O dementia, quum videamus omnes & experiamur, ad eum esse fluxa ac momentanea, quæcunque hic possidemus, ut ne momenti quidem vnus certa nobis eorum sit possessio, sitque antiquitatis inter laudatissimas parcemias celebrata hæc, Homo bulla: tamen hic audet sibi perpetuam vitæ prosperitatem polliceri. Verba prophetae hic factis aperta sunt, ut non magnoperè sit opus nostra interpretatione: nisi fortè hoc admonendum est, coniunctionem enim, non esse in Hebræo: & in sine versu esse eclipsin, apta furiosi hominis affectui. Nam quod ait, *sine malo*, subintelligendum est, ero. Iuxta Hebræorum lectionem & expositionem, hoc modo fuerit transferendum, distinguendum, & interpretandum: *Dixit in corde suo, non mouebo: in generationem & generationem (scilicet in viam,) qui sine malo (scilicet ero.) Malum intelligit afflictiones & incommoda huius vitæ.*

*Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor.]* Maledictione, Hebraicè est, *מְלִכָּה*, quod maledictionem, execrationem, iurationem, & perjurium significat. Quidam malunt hic perjurium interpretari: quod per hoc homines

impij maxime decipiunt iustos ac simplices. Sed nihil est opus nos hac ambiguitate torqueri, quum nihil significet ea vox, quo non repleat assidue os suum impius, ut omni maledictionis genere sit execrabilis sermo eius. Quod ait, amaritudine: in Hebræo est *מְרִירוּת*, id est, dolis seu imposturis. Et quod dolo, Hebraicè *דָּוָר*, quod aliàs significat, intus, vel medium, quod intus sit. Hinc quidam suspicantur idèo translatum esse ad dolum siue hypocrisin, quod eam in medio cordis concinnari soleant. Sed peritiores eius linguæ docent, *דָּוָר*, quando significat dolum seu hypocrisin, esse à *דָּבָר*, quod idem significat. Quando verò medium siue intus, vel id quod intus est, à *בְּטֵן*, quod eadem hæc significat.

*Sub lingua eius labor & dolor.]* Pro *labor & dolor*, Hebraicè est *מְלָכָה*, id est, afflictio & iniquitas. Quicquid loquitur, huc tendit, ut pauperibus Christi & electis Dei afflictiones parat, & afflictos iniquitate sua premat.

*Sedet in insidijs cum diuitibus in oculis, ut interficiat innocentem: oculi eius in pauperem respiciunt.]* Quod noster interpres vertit, *cum diuitibus*, in Hebræo est, *בְּאֵימֵי*: id commentator Hebræus Dauid Kimhi, interpretatur destructas vrbes, in quibus tanquam desertis locis, latrones solent latitare. ut sit sensus: *Sedet in insidijs destructarum urbium, vel (ut alij) pagorum.* Sed quia eadem dictio etiam atrium significat, nonnulli suspicantur, fedet in insidijs atriorum, rectius verti posse, hoc sensu: *Quum vulgus latronum è latebris adorietur viatores, hic tanquam prepotens aliquis, & neminem formidans, aperte grassatur in sanctos, quippe ex atrijs diuitum ac regum.* Hoc modo sententiã non malè reddiderit noster interpres.

*In oculis, ut interficiat innocentem.]* Pro, *ut interficiat*, Hebraicè est, *יִהְיֶה*, id est, interficiet. Sed sensus ferè idem est. Nihil enim aliud omnibus his dicit propheta, quam impium hominem omnibus modis insidiari innocenti. In principio nascens Ecclesiæ, tyranni tum apertis armis atque tormentis grassabantur in sanctos, tum insidiosis blanditijs eos irretire conati sunt, propositis honoribus, opibus, atque omnis generis voluptatibus. Idem fecerunt ac faciunt hæretici, idè

eo

eo nocentius, quo magis prætextu doctrinæ Euangelicæ, idem faciet ipse Antichristus miris præstigijs: neque vnquam facere desistit horum princeps pater atque magister diabolus.

*Oculi eius in pauperem respiciunt.]* Hoc est, perpetua attentione huc sunt intenti atque defixi, ut nullam occasiõem illaqueandi pauperem prætermittant.

*Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua: insidiatur ut rapiat pauperem: rapere pauperem, dum atrahit eum in laqueo suo.]*

Imago est, qua crudelitatem & malitiosam pertinaciam insidiantis exprimit. Non dissimili figura Petrus Apostolus nos admonens, dixit: Sobrii estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumcui, quærens quem deuoret. Porro quod repetens ait, *rapere pauperem*, in Hebræo est, *יִרְדֵּם*, id est, rapiet pauperem, modo indicatiuo. Sensus manifestus est. Nos eam distinctionem posuimus, quam inuenimus in Hebræo. Est enim commodissima. Versus proximus apud illos incipit:

*Humiliabit eum, inclinabit se: & cadet quum dominatus fuerit pauperum.]* Noster interpres sine versu præcedenti atrox huius principio, hoc modo: In laqueo suo humiliabit eum. Cæterum ex Hebræo Diuus Hieronymus quidem ita vertit: Et contrafactum subijciet, & irruet viribus suis violenter. Atqui secundum Dauid Kimhi expositionem, ita vertendum fuerit & interpretandum, *Humiliabit se, & inclinabit se, (scilicet nõ videatur) & cadet in viribus eius exercitus pauperum.* Hoc est, cæcus non animaduertentium insidias. Sic Dominus in Euangelio monet nos, ut caueamus nobis à pseudopropheta, qui veniunt ad nos in vestimentis ouium: intus autem sunt lupi rapaces. Satellites diaboli hæretici, miris artibus nouerunt se humiliare, donec collectis viribus, sentiant se hominibus orthodoxæ fidei superiores esse. Tum verò quomodo grassentur ac sæuiant, sanctos affligendo, omnia sacra & profana diripiendo, non est opus longè repetitis exemplis docere, saltem nostra hac ætate.

*Dixit in corde suo, oblitus est Deus, auertit faciem suam, nõ videat in sinem.]* In his nihil est difficultatis. Manifestè enim loquitur propheta, in quæ opinionum portenta incidant impij, quando DEVS tanquam conuiuens, sinit eos ad tempus impunè grassari: nempe ut more Epicureorum persuadeant sibi, De-

um nihil curare, quid homines gerant in terris: & abscondisse faciem suam, nõ videat vnquam. Hoc enim significat, in finem. Iam verò quia hæc horrenda est persuasio, inuocat sequenti versu propheta DEVM, ut iustæ vindictæ declaratione eam retundat.

*Exurge Domine DEVS, exaltetur manus tua: nõ obliuiscaris pauperum.]*

More humano loquitur, quod sæpè monuimus. Exaltare dicitur DEVS manum suam, quando puniendo peccata impiorum, & erudendo ex illorum crudelibus manibus sanctos suos, omnipotentem iustitiam suam declarat.

*Propter quid iruit impius Deum? dixit enim in corde suo, nõ requirer.]* Pulchrè propheta tanquam disputans cum Deo, rationem suæ petitionis reddit. Pro *nõ requirer*, in Hebræo est persona secunda, non requires, hoc est, persuadet sibi, quod tu non inquiras in opera & actiones hominum. In qua opinione quam diu relinquitur, non desinit prouocare iram tuam. Quare vtile est, ut exurgas, ac manum tuam ad vindictam exaltes.

*Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas: tibi enim derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.]* Hucusquè continuatur versus in Hebræo. Quod Latinus interpres vertit, *dolorem*, in Hebræo est, *אִשָּׁה*, in Græca translatione *θυμῶν*, quod iram vel furorem significat.

Quapropter animi dolorem seu indignationem intelligimus, qua sancti commouentur, non tam propter afflictiones suas, quas ab impijs illatas tolerant, quam quod audiunt eorundem horrendas blasphemias in Deum. Euthymius tamen laborem illorum intelligit, qui afficiuntur iniuria: iram verò seu furorem, eorum qui iniuriam inferunt. Sed prior interpretatio commodior videtur. Tamen verum est, DEVM videre & considerare vtrunque. Admonet etiam hoc Euthymius, post *Vides*, ponendam esse distinctionem, ut sit sensus: *Quantunvis impius, bonitate, patientia ac longanimitate tua, quibus ad penitentiam inuitari debebat, induratus, elatus & excæcatus, persuadeat sibi, te auertisse faciem tuam nõ videas: tu tamen re vera vides omnia, quoniam laborem & dolorem consideras.*

*Ut tradas eos in manus tuas.]* Relatiuè eos, nõ est in Hebræo expressum: in græca translatione est *ἑνός*, i. e. cū. Interpres vidit oportere sub-

G 3 in



intelligi, propterea adiecit. Verum dubitari potest, quod sit referendum, hoc est, qui sint illi, quos Deus tradit, hoc est, reponit in manum suam. Potest enim referri ad afflictos, ut hos in manum suam reponat, ad conseruandum, ne afflictionum grauitate, crudelitateque hostium superati concidant. Vel ad ipsos hostes, hoc sensu: Ut tradas eos in manus tuas, s. ut tempore opportuno supplicium de eis sumas: vel denique ad ipsam vtrorunque causam, hoc sensu: O Domine, tu vides utique, & consideras omnem laborem atque dolorem, quos sancti tui, iuxta hunc mundum pauperes, patiuntur ac ferunt ab impijs hostibus tuis: consideras, inquam, haec omnia, ut reponas ea in tuam manum, iustissimum facturus iudicium inter vtrorsque, hos videlicet aeternis traditurus supplicijs, illos vero assumpturus tibi in regnum, quod tu pro tua incomprehensibili bonitate parasti a constitutione mundi, his qui diligunt te.

*Contere brachium peccatoris & maligni: quaeretur peccatum illius, & non inuenietur.* Contere brachium, id est, confringe potentiam: peccatoris & maligni, id est, impij ac malitiosi illius tyranni, qui populum tuum ita affligit: *Quaeretur peccatum illius*, ad poenam videlicet, ut punias eum. Est enim futurum indicatiuum pro imperatino, quo precatur ut inquirat. *Et non inuenietur*: ex Hebraeo, non inuenies. Est autem aposiopesis, ut subaudias, impios, ut placet Dauid Kimhi. Alij enim iustis affecti supplicijs, desinent esse inter viuos: alij eorum exemplis territi, resipiscunt, ut non sint impij. *Aben Ezra* paulo aliter interpretatur, nempe in hanc sententiam: Tanta est vis atque potentia iudicij tui, quod nunc ita contemnunt, quasi nullum sit, ut si modo coeperis illud exere, mox illi sint euanturi, haud secus atque tenebrae ad lucis ingressum, aut puluisculus a facie venti.

*Dominus regnabit in aeternum, & in seculum seculi: peribunt gentes de terra illius.* Verba ex Hebraeo paulo aliter verti possunt: sententiam vero probe reddidit hic noster interpret. Ad verbum verterimus hoc modo: Dominus rex seculi & ultra: perierunt gentes de terra eius. Quibus verbis hoc vult dicere propheta: Nolite putare dominum tanquam ignauum aliquem & ociosum torpere, ac sinere mundum ferri temere, impios impunè grassari, innocentes ita affligi, ut non sit, qui curam eo-

rum habeat, qui consoletur, qui cripiat. Quin potius scitote ipsum Dominum Deum esse regem tam huius seculi, in quo nunc sumus, quam illius futuri, cuius nullus vnquam erit finis: omnes autem illas barbaras impiasque gentes, quae neque Deum agnoscere, neque sanctam eius ac salutarem legem recipere volunt, penitus de terra eius regnoque perituras. Atque haec tam certo futura sunt, ut non magis de hoc dubitandum sit, quam si iam essent facta. Propterea propheta in Hebraeo est vsus tempore praeterito, perierunt: pro futuro, peribunt.

*Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: preparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Quod noster interpret vertit, *exaudiuit Dominus*, tam in Graeca translatione, quam in Hebraeo est, exaudisti Domine. Est autem praeteritum exaudisti, more Hebraico positum, pro praesenti exaudis. Nihil enim aliud dicit propheta, quam DEVM semper atque perpetuo exaudire, non modo clamorem pauperum, verum etiam desideria cordium eorum. Porro posterius huius versus membrum, paulo aliter ex Hebraeo sonat, quam nostra translatio habet. Nam pro, *preparationem*, in Hebraeo est *וְכִנּוּן* verbum futuri temporis, praeparabis. Diuus Hieronymus tamen vertit in praeterito, praeparasti ut cor eorum audiat auris tua. Alius hoc modo: Tu diriges cor eorum, auris tua illos attendit. Sententia est, Non tantum exaudis vota seu desideria cordium eorum, verum etiam ipse praeparas corda eorum, suggerens ut ea petant, quae tu praestas libenter, idque eo quod scias illis fore salutaria.

*Iudicare pupillo & humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.* Hoc est, ut ius dicas, ac vindices eos qui destituti humanis praesidijs, premuntur & affliguntur ab huius mundi tyrannis: hi vero qui nunc ita ferocient ac grassantur, ut neque Deum reuerentur neque hominem, sibi que persuadent se praeter ceteris hominibus numina quaedam esse, tandem a te correpti discant, te vnū verum, aeternum & omnipotentem esse Deum, caeli, terrae, & omnium quae his continentur, Dominum: se vero homines viles, fragiles, de terra factos, ac statim in terram relapsuros. Id enim significat quod est in Hebraeo, *וְיִשְׁפֹּט מִן הַיָּם*, quasi dicat: mortalis de terra sumptus. Haec in Psalmum 9.

PSALMVS X.

IN

**I**N Domino confido, quomodo dicitis animae meae, transmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Quoniam quae perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit? Dominus in templo sancto suo, Dominus, in caelo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebrae eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum. Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit, aequitatem vidit vultus eius.

IN PSALMVM X.

DE TITVLO.

**T**itulus in Hebraeo duobus duntaxat verbis constat *וְיִשְׁפֹּט מִן הַיָּם*, id est, Victori, Dauid. Sed plura subintelligere necesse est. Nam sensus esse videtur: Psalmus, siue carmen ipsius Dauid, datum siue traditum Victori, id est, praefecto cantorum.

ARGVMENTVM.

**V**alde mihi placet Antonij Flaminij, necnon aliorum aliquot doctorum virorum sententia, Psalmum hunc esse dialogum, quo Dauid cum suis amicis colloquitur, & increpet eos, quod animo quidem beneuolo pioque, sed non satis instructo scientia, firmatoque fiducia in DEVM, fugam sibi suadeant, vrgeantque ut cito hanc faciat, ac longè, ne circumuentus comprehendatur a Saule. Quibus ille respondet, Dominum è caelo intueri haec omnia: ac tanquam sapientissimum iustissimumque mundi rectorem ac iudicem, conseruare sanctos suos, impios autem illos iustis supplicijs punire. Ita de ipso Dauid atque Saule factum esse, copiose ac luculenter scriptum est primi Regum capite vigesimo primo, & aliquot sequentibus capitibus. Diuus Augustinus putat eos qui suaserunt prophetae fugam illam, typum fuisse haereticorum, qui commemorando & exaggerando multorum in Ecclesia peccata, quasi apud ipsos iusti aut omnes aut plures sint, ab vnus Ecclesiae verae matris vberibus, nos auertere atque abripere moliantur, affirmantes quod apud ipsos sit CHRISTVS, & quasi pie studioseque admonentes, ut ad se transfundo transmigramus ad CHRISTVM, quem se habere mentiuntur. Notum est autè Christum in prophetia, quum multis nominibus allegoricè insinuaretur, etiam montem appel-

latum. Respondendum est itaque istis, inquit, &amp; dicendum:

*In Domino confido, quomodo dicitis animae meae, transmigra in montem sicut passer?* Anima mea, dixit, pro mihi, ut admonet Euthymius. Pro, *in montem*, in Hebraeo est, *הַר*, idque positum est pro *הַר הַיְהוָה*, ut Hebraeorum commentaria docent, id est, de monte vestro. Idque vel ita potest intelligi, ut subito mutata persona, sit sensus: quomodo dicitis animae meae, ut transmigret è monte vestro? ut vestro, referatur ad eos qui hoc dicunt, quasi ipso vox sit, Transmigra è monte nostro. Vel ita, ut vestro, referatur ad prophetam, & eos qui cum ipso sunt, hoc sensu: Transmigra seu fuge de monte, quem cum tuis occupasti: idque ocyus, tanquam auicula, quae fugit quum videt arcum & sagittas aucupis. Praeterea possunt haec tanquam ab amicis dicta accipi, qui moneant ut fugiat periculum, ut iam diximus: vel tanquam ab hostibus per *עַרְפָּלָה*, ut illudant prophetae, quod cogatur subinde mutare latebras montium. Prius conuenit cum Flaminij ac ceterorum sententia, quam in argumento posui. Illud praeterire nolim, Paraphrasten Chaldaeorum interpretari quemadmodum Septuaginta verterunt, Transmigra in montem.

*Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.* Haec, etiam D. Augustino interprete, dicuntur ab illis, qui deterere nos ab Ecclesia Dei catholica conantur, ut ad se tanquam iustos transeamus. Cui interpretationi non male consonat, quod Flaminij secundum historiae literam exponit, nisi quod hic de amicis quidem, sed imperitis loquitur, Augustinus vero de haereticis. Respondent amici, & demonstrant, inquit Flaminij, quibus rationibus adducti, fu-

gam

gam illi suadeant: quarum vna est, quod intelligant, iam iamque illi imminere exitum ab hostibus. Altera est, quod extinctis legibus & iudicijs, nulla detur facultas resistendi potentiae improborum. Neque verò dubium est, quin multi istiusmodi rerum pretextu deficiant ab Ecclesia Dei catholica, alij ad Turcas, alij ad hæreticos. Qui verò sapiunt, vt intelligant hanc esse illam lagenam, quæ missa in mare, trahit ex omni genere piscium, malos admixtos bonis, donec pertractam in littus excutiant angeli, segregantes malos de medio iustorum, & mittant eos in caminum ignis: qui, inquam, intelligunt hoc, hi cum nostro propheta in Domino confidunt, ac omnia tolerant, quàm sustineant relinquere montem Domini, quæ est Ecclesia toto terrarum orbe diffusa. Porro quod nostra translatio habet, *parauerunt sagittas suas in pharetra*, in pharetra, in Hebræo est *על ירייה*, id est, super neruum: vt optime verterit Diuus Hieronymus, Posuerunt sagittam suam super neruum.

Matt. 13.

*Vi sagittent in obscuro rectos corde.* Obscurum illud vel ad locum, in quo delitescunt hostes, referri potest, vt sit sensus, vt in obscuro caliginosoque delitescentes, sagittis suis configant eos qui recto sunt corde: vel ad locum, in quo hi qui recto sunt corde, se tanquam auiculæ conantur occultare, ne pateant insidijs, retijs, & sagittis aucupum, hoc est, impiorum hoim. Illud operæ precii est nõ preterire, quod illud, in obscuro, Græca translatio habet, *ἐν σκοτεινῶν*, hoc est, eo noctis tempore, quo luna est obscurata. quasi dicat, in obscuro lunio: de quo pulcherrimè in hunc locum philosophatur Diuus Augustinus, ostendens quàm apto symbolo luna significet Ecclesiam Dei, in terris adhuc peregrinantem. Hæc enim quemadmodum illa, nunc increfcescens apparet, nunc decrefcescens, nunc quasi extincta, nunc pleno orbe lucida. Lumen autem suum accipit à sole illo iustitiæ, qui est Christus dominus: atque ea parte qua hunc respicit, lucida est: opposita verò, obscura. Tu reliqua vide apud Augustinum. Quod si cui placeat verbum hunc totum ita accipere, vt propheta eum non in amicorū, sed in sua ipsius persona dicat, cum hoc nihil contendam. Habet enim egregios interpretes in sua sententia. Tunc poterimus tres primos psalmi versus eo contextu ac sensu accipere, quo eleganter in paraphrasi vertit Iohannes Campensis, hoc modo: Cùm in Domino spem meam posuerim, qua fronte ridere audebitis me, dicentes: Fuge de monte in montem, sicut soles cum tuis, & absconde vsquam te in antro, sicut cõ-

suevit passer? An nescitis quoties impij teterunt arcus, aptauerunt sagittas suas ad neruum, hoc studiosè agentes, vt clam tela sua iaculentur in eos qui candido sunt pectore? Ipsi quidem lædere studuerunt: verum in ipso conatu irrita facta sunt consilia, quæ ipsi putabant certissima: neque iustum, cuius opus stabile erit, lædere vnquam potuerunt.

Cæterum quod in tertio versu nostra translatio habet, *quæ perfecisti*, in Hebræo est, *תקנת*, quod nunc retia seu plagas, nunc fundamenta significat. Huic loco magis conuenit, fundamenta, propter verbum quod sequitur *תקנת*, quod noster interpres vertit, *destruxerunt*: alij, *destrueta* vel *dislipata* sunt: Diuus Hieronymus, *Quia leges dissipata*. Thema verbi est *תקנת*, quod subuertendi, destruendi, destruendi que significationem habet. Non est dubium quin allegoria sit in verbis prophetæ: sed hanc variè commentatores interpretantur. Dauid Kimhi & Aben Ezra per fundamenta intelligunt impiorum consilia. Hos secutus est in sua translatione Iohannes Campensis. Nonnulli arces ad quas perfugeret Dauid, quum hostis eum persequeretur. Quid si conditiones pacis intelligamus, quas aliquoties cum Dauid fecit Saul? Vt admoneatur propheta ne his fidat, sed fuga sibi consulat. Hoc modo possemus tueri Diui Hieronymi translationem, per leges intelligendo eas conditiones: & Septuaginta, per, *quæ perfecisti*, hoc est, quæ perfecit Dauid, omnia ea intelligendo, quæ ille tum pro toto populo Israelitico, tum pro ipso rege Saul fecerat, (quæ certè multa & maxima erant) propter quæ præmia illi & honores summi debebantur. Hæc omnia esse per illorum sceleratam ingratitude destructa, hoc est, rescissa, dislipata, atque ex animis hominum deleta.

*Iustus autem quid fecit?* Hoc si tanquam ex ipsius prophetæ persona dictum acceperimus, sensus esse poterit, *Iustus autem quid fecit?* Hoc est, *Quid ego Dauid feci?* quo commemori, vt tam hostiliter me persequantur? Sed mihi quidem magis placet, vt à colloquentibus cum propheta, & fugam suadentibus, dictum accipiatur, hoc sensu: *Quum illi tam multa aduersus iustum, hoc est, te Dauidem comparauerint, ad extinguendum te, quid interea fecit iustus?* Hoc est, *quid operatus est tu?* quas tibi munitiones parasti, in quibus tutus illorum impetum possis expectare? Vt ad hæc iam respondeat propheta ea, quæ sequuntur in Psalmo:

Domi-

*Dominus in templo sancto suo, Dominus in celo sedes eius: oculi eius in pauperem respiciunt, palpebra eius interrogant filios hominum.* Nam ita continuatur apud Hebræos, vt hic vnus sit versus, quum Græci ac Latini in duos diuiserint. Sed quantum ad sententiam attinet, nihil refert, vtram distinctionem sequaris. Est autem hæc sententia, ppheta: *Queritis quid mihi parauerim refugij aut præsidij, contra tantam tamque instructam vim hostium? Respondeo, Dominum esse protectorem, refugium & præsidium meum: Dominum, inquam, qui nos vbi que presens exaudit, siue Hierosolymè in templo ei dicato inuocauerimus, siue alibi in quocunque etiam loco. Sedem enim suam habet in celo, vnde prospiciens intuetur omnes, omnia quecunque faciunt filij Adæ, bona malaque considerat & examinat, vnicuique iustissimam redditurus mercedem. Non est tamen necesse, vt templum Hierosolymitanum hic intelligamus: sed idem possumus per templum ac celum accipere, vt posterius membrum sit præcedentis interpretatio. Porro quod ait, *Dominus in celo sedes eius*, Hebraismus est, pro eo quod Latine dicitur, *solum siue sedes Dni in celo est*. Quod nostra translatio habet, *Oculi eius in pauperem respiciunt: in pauperem*, in Hebræo non est, sed simpliciter, *oculi eius respiciunt*, hoc est, considerant omnia quæ fiunt in toto mundo.*

*Palpebra eius interrogant filios hominum.* Interrogant, Hebraicè *תקנת*, id est, explorant, probant. Græca translatio habet *ἐρωτάει*, id est, exquirunt. Sunt autem palpebrae pelliculæ illæ, quibus oculi claudendo conteguntur: Græcè *βλεφαρα*. Euthymius putat hoc per epitafrin esse dictum, hoc sensu: non oculis tantum intuetur omnia Deus, verum etiam ipsis palpebris: hoc est, nõ tunc solum, quando declarat aperte miraculis se videre, verum etiã quando tanquam conuiens sinit impios grassari in sanctos, ac tunc quidem cernit acutissimè, nimirum perspicies, perscrutans, & explorans quid sit in homine. Non quod ipse hoc ignoret, aut aliàs acutiùs, aliàs hebetius cernat: sed quod hac ratione homines exerceat, eosdèq; tum alijs omnibus, etiã angelis, tum sibi met-ipsis notos faciat.

*Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.* Hic rursus idem verbum est quod supra *תקנת*, id est, explorat seu pbat. Versus hic apud Hebræos est valde ambiguus. Nam quatuor modis verti potest in linguam Latinam. Primò, *Dominus iustus probat: & impiu, & diligentem iniquitate odit anima eius.* Secundò, *Dominus iu-*

stum probat: & impiu, & diligentem iniquitatem, odit anima eius. Tertio, *Dominus iustu probat & impiu: & eum qui diligit iniquitatem, odit anima eius.* Quarto, *Dns iustum pbat & impiu: & qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Primæ versionis hæc est sententia: *Dominus est iustus probator, hoc est, examinador eorum que ab hominibus geruntur. Quare caueant sibi impij, & illi qui diligunt iniquitatem. Nam tales odit anima eius, hoc est, Dominus ipse ex animo tales odit. Secundæ hæc: *Dominus iustum probat, hoc est, probatum spectatumq; reddit, dum tanquam aurum, sinit eum ad tempus afflictionum igne excoqui atque purgari, vt in hoc dilectionem suam erga iustum declarat: Impium verò, & eum qui diligit iniquitatem, siue hic incipiat affligere, vt gustum quandam imminentium tormentorum etiam in hac vita percipiat, siue sinit pro libidine sua vsq; ad vitæ huius finem insanire, neutrum facit ex dilectione quasi flagitia eius approbet: quia tales odit anima eius. Tertiæ, *Quum Dominus examinet atque perspiciat iustos & peccatores, eos odit anima ei, qui diligunt iniquitatem. Q. d.* Si quis per imprudentiam vel infirmitatē carnis in peccatum impegit, & tamen id ipsum oderit, doleatq; quod offenderit Dominum ac Deum suum, is facile inueniet misericordiam. Cæterum eos qui nõ tantum peccant, verum etiam diligunt ipsum peccatum, hos odit Dominus, vt his nulla sit speranda misericordia. Quartæ, *Quum Dominus probet, examinet, ac perspiciat quicquid in omnibus hominibus est, iustus & peccatorib; adeo vt ne arcanissimæ quidem cogitationes illum possint latere: hoc, inquam, quò certo certius ita sit, profectò quisquis tali actionum suarum inspectore ac iudice spretò, diligit iniquitatem, is manifestè declarat se odisse suam ipsius animam ac vitam.* Postrema hæc, vt Septuaginta, siue nostræ huius translationis, quisquis is fuit, auctori placuit, ita valde iuuatur his, quæ sequuntur in Psalmo.**

*Pluit super peccatores laqueos: ignis & sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Quum enim tā horrenda supplicia parata sint peccatoribus, nonnè manifesto furore suam ipsorum animam oderunt, qui peccata, ob quæ illa sunt parata, diligunt? Quum dicit, *pluit*, per metaphoram significat abundantem & inuitabilem suppliciorū profusamq; copiam. *Quum laqueos*, eripit omnem spem effugiendi. *Quum ignem, sulphur, & spiritum procellarum* nominat, ineffabile suppliciorum magnitudinē ac diritatē significat. Nā cū sulphur sua spē te excipiat ignē, nec vrat tantum, verum etiam

H

teter-

**t**eterrimo fœtore eruciet hominem: quid futurum putamus, si his accedat agitatio venti, eiusque tam validi, quam est procellarum ac tempestatum? Hæc si vel leuiter admota fuerint hominis cuti, quos clamores, quos ciulatus ille non ederet? Iam verò non foris tantum admouebuntur cuticulæ damnatorum: sed quemadmodum in vita sua ventrem insatiabilem assidue vino ciboque replendo pro deo suo coluerunt, nulla interea misericordia moti erga pauperes fratres, ita iam apud inferos pro dulci illo fragranteque mero, flagrantis incendij teterrimas flammæ, pro varijs ciborù cupedijs prunas ignis irrefringibilis deglutire ac deuorare cogentur. Exemplo est diues ille epulo Luc. 16. Ac nè quis sibi blandiens somniet, hos esse inanes quosdã terrores, prælusum est olim ad hæc in Sodoma & Gomorra, Gen. 19. Porro loquendi figura, qua dicit, pars calicis eorum, sumpta est à veterè conuiuiorum & symposiorum ritu, quo præsidem habebant symposij, qui cuique suam vini portionem admetiretur. Hinc propheta transtulit ad peccatorù supplicia, quasi iniustissimæ vitæ stipendia iustissima. Diuus August. eleganti allegoria per laqueos intelligit pseudoprophetarù doctrinam: Non enim quisquam in eos sectandos incidit, inquit, nisi peccator, siue ad præparationem extremi supplicij, si perseuerare in peccando maluerit, siue ad desuadendam superbiam, si aliquandò Deum cura sinceriore quæsièrit. Quinetiam verorum pphetarù doctrina, ac tota scriptura diuina fit peccatoribus laqueus, quandò eam falsis interpretationib⁹ deprauat, ad suã ipsorum perditionem, vt ait Petrus 2. Pet. 3. Quòd si quis quærat, quare tam dira tormenta Deus parauerit impijs? audiat prophetam nostrum, versu sequenti, quo Psalmum concludit. Eo enim rationem reddit horum omnium.

*Quoniam (inquit) iustus Dominus, & iustitias dilexit: aequitatem vidit vultus eius.* Coniunctio &, non est in Hebræo: sed continuè legitur, Quoniam iustus Dominus iustitias dilexit: vt quod dicit, obiter cõfirmet argumento à coniugato, hoc sensu: quoniã Domin⁹ dilexit iustitias, quare? quia ipse est iustus. Significat autè Hebraica dicendi figura per iustitias, homines iustos. Quod autè sequitur, aequitatem vidit vultus eius, eandè habet sententiã, nèpe, quòd Dominus vultu benigno intuet eos, qui recti sunt, hoc est, iusti. Itã enim ex Hebræo verti potest: rectum intuetur vultu suo. Tametsi & hoc hemistichiu in lingua Hebræa significationem habet accipitè. Potest enim & sic verti ad verbum: Rectu intuentur vultus eorum: vt sit sensus, vultus eorù, id est, facies hominum

iustorum, intuentur ac vident ipsum Deu, qd sit rect⁹. Sed prior illa sententiã magis aptiusq; cõsonat præcedentibus. Hebræa si quis requirat, ea sic habent, *יָשַׁר וְיָחַד וְיָחַד*. Fatendũ quidem est, illud *וְיָחַד* secundum grammaticos pluralem numerũ significare, eorum, eis, &c. Sed quia aliquandò legitur pro singulari, vt Iob 22. *יָשַׁר עַלְיָ*, id est, super eum, malunt docti hoc loco per singulare numerũ interpretari. Sed audire mihi videor, Quid hoc ad impiorũ supplicia, quòd Dominus diligit iustitias, & eos qui recti sunt, vultu benigno intuetur, siue respicit? Respondeo hanc ipsam esse causam certissimam illorum suppliciorum, quòd Dominus ipse iustus, diligit, amplectitur, & in regnũ suum recipit iustos homines. Itã enim è cõtrario odit, hoc est, à se longissimè abigit iniustos & impios. Abacti autem, incidunt in tortores eos, quorum immanè crudelitatem nulla hominis lingua, imò ne cogitatio quidè satis pro atrocitate cõsequi potest. Neq; tamè in hos incidunt temerè: sed iustissimo Dei iudicio traduntur, quisq; pro scelerum enormitate puniendus. Nemo verò híc imaginetur tyrannicã aliquam crudelitatem in Deo, Absit. Nequaquam tyrann⁹ est, sed ea de qua híc noster propheta loquitur, iustitia iustus. Quia enim iustus est, vt bonis præmia, ita supplicia malis tribuit, inquit August. li. 1. de libero arbitrio cap. 1. Idem contra Adimantum Manichæi discipulum cap. 26. Diuina enim prouidentia cuncta moderante & gubernante, itã homo malè facit quod vult, vt malè patiatur quod nõ vult. Huius diuinæ iustitiæ tanta cõstantia est, inquit August. in expositione Epistolæ ad Romanos inchoata, vt quã pena spiritalis & sempiterna poenitenti fuerit relaxata, pressuræ tamè, cruciatuq; corporales, quibus etiam martyres exercitatos nouimus, postremò mors ipsa, quam peccando meruit nostra natura, nulli relaxet. Quòd enim iustitia iusti homines & pij, tamen exoluunt ista supplicia, de iusto Dei iudicio venire credendum est. Hoc est quod ait Apostolus: Quem enim diligit De⁹, corripit: flagellat autè omnem filiũ quem recipit. Ex his diuus Apostolus Petrus colligit, quàm inexplicabilia & incõprehensibilia oporteat esse impiorũ supplicia, quã itã scribit Epistola 1. cap. 4. Si autè initium à nobis, quis finis eorũ qui nõ credunt Euangelio Dei? Et si iustus vix saluus fit, peccator & impius ubi parebit? Plura videre potes apud ipsum Augustinum, tum ibi, tum alijs locis multis: vt taceam quæ plurima de his rebus, tam in ipsis sacris Biblijs, q̄ probatissimis Ecclesiæ doctoribus, leguntur. Quæ vtinam sciret & in-

& intelligerent illi, qui putant peccatori respiciẽti nulla esse opus satisfactiõne alia, quàm vt fateatur se peccasse, & credat sibi remitti

peccata propter Christũ. Cætera omnia Christum pro nobis dependisse. Sed iam ad Psalmum sequentem.

PSALMVS XI.

**S**aluum me fac Domine, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominũ. Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximũ suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerũt, Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt: quis noster Dominus est? Propter miseriam inopum & gemitum pauperũ nunc exurgam, dicit Dominus. Ponam in saluari, fiducialiter agam in eo. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatũ terræ purgatum septuplũ. Tu Domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum. In circuitu impij ambulans, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

IN PSALMVM XI.

TITVLVS.

Victori pro octaua, Psalm⁹ David. Huius tituli sententiam repete ex illis, quæ diximus in Psalmi sexti titulum.

ARGVMENTVM.

Conqueritur in hoc Psalmo, ppheta, iustitiam & fidem planè cõcidisse, dolosos ac perfidos assentatores dominari: contra quorũ malitiã itã implorat opẽ auxiliũq; Dei, vt simul pphiteatur se magna hoc fiducia expectare: idq; hoc argumento, qd Dñs promiserit hoc suis electis, & quod nihil sit cert⁹ pmissionib⁹ ei⁹.

DE OCCASIONE SCRIBENDI.

Videtur & hunc Psalmum cecinisse, quum à Saule per omnia quæreretur expetereturq; ad necem. Multi enim tunc per fœdam & execrabilem assentationem insigabant regem in virum sanctum.

DE MYSTERIO.

Dauid noster, Christus est. Saul, synagoga Iudæorũ. Adulatores, scribæ & pharisæi, Christi tam opera quàm doctrinam calumniantes. Interea Christus, vt homo pro nobis factus, auxiliũ patris implorat, pro octaua, hoc est, resurrectionis die, hoc ipso se consolans atq; confirmans, quòd præcicit se eo die de omnibus illis, victis iam atque conculcatis, atq; de ipsa morte, gloriosissimè triumphaturum.

MORALITER.

Hunc nostrum regẽ & nos in omnibus afflictionibus nostris intueri debemus, qd omnia illa nostri causa est passus, qd illius victoria, nostra victoria est: illius triumphus, noster triumphus, & magna intrepidaq; cõcepta fiducia, patris implorare auxiliũ, vt nobis faciat illucescere diẽ illam octauã, qua corpora nostra, superata morte & omnibus afflictionib⁹ ac ma-

lis, recipient animas suas, inq; eam vitã resurgent, quæ ab omnibus hostibus tutissima ab omni afflictione, dolore, & incõmodo liberima, in regno patris nostri & regis Christi Iesu, in incomprehensibili bonorũ omnium affluentia durabit in æternum.

EXPOSITIO PSALMI.

*Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominũ.* Accusatiuus, me, nõ est in Hebræo expressus: rectè tamè ab interprete additus. Quoniã defecit sanctus, Hebraicè *שָׁדַד*, in Græca trãslatione est *deus*, quod eũ significat, qui fide, iustitia, pietate, religione, adeoq; omni qua potest virtute Deũ timet, reueretur & colit, & proximũ suũ in necessitate iuuat. Sed nobis, hoc est, Latinis, etiã dicunt sancti, qui iam per illas ipsas virtutes participes effecti sunt diuinitatis: Hebraicè *שְׁדָדִים*, Græcè *ἀγῶν*. Propheta híc de prioribus illis loquitur, quos cõqueritur iam nullos esse reliquos: aut certè paucos admòdum. Quod vel de Saulis aula, plena adulato-ribus, vel in genere de moribus hominum illius ætatis intelligi potest.

*Quoniã diminutæ sunt veritates à filijs hominũ.* Hoc est, desièrunt esse veraces & fideles inter hoies. Quod tamè p hypbolen dictũ est, hoc sensu: Nimis pauci sunt: idemq; ab impijs illis adulato-ribus afflicti, obruti, & conculcati.

*Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximũ suũ: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.* Locuti sunt, vertit interpres: pro loquũtur, Hebraicè *דַּבְּרָה*. Vana, hoc est, ea quæ corde nõ sentiũt.

Quod quũ p se graue sit flagitiũ, grauius tamè facit personarum circumstantia, quandò quis id facit nõ hosti, sed pximo, hoc est, domesti-

co & familiari amico. Quod sequitur, Labia dolosa, in corde & corde locuti, mallem iuxta sermonis Hebraei proprietatem vertere, labio doloso ex duplici corde loquuntur. Hæc est enim genuina sententia eorū quæ sunt in Hebræo. Tales & Græcorum prouerbium damnās, *ἄπλοῦς ἄνθρωπος*, id est, duplices viros appellat: quos sepius taxat Homerus. Taxantur & hoc epigrammate, nescio cuius authoris:

*μισῶ τὸν ἄνθρωπον ἀπλοῦν πεφωλότα,  
χρηστὴν λόγῳ, πολὺ μὲν δὲ τοῖς τρέφοις.*

Hoc est, interprete Erasmo Roterodamo:

Equidem virum odi duplicem, sermonibus Probis amicum, cæterum hostem moribus. Sed nemo grauius eos increpat, quam noster hic propheta, quum ita subiicit:

*Disperdat Dominus inuicisua labia dolosa, & linguam magniloquam.*] Disperdat, Hebraicè *הִפְרִיחַ* indicatiui modi, quomodo Græca trāslatio habet, *ἐκλόδοι τὴν γλῶσσαν*. Sed quū Hebræi futuro indicatio pro optatiuo vtantur, potest vel optandi modo capi, vt sit precatio: vel indicandi, vt prophetia: quod etiam Dauid Kimhi admonet.

*Qui dixerunt, linguā nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt: quis noster Dominus est?*] Dixerunt, id est, intra se cogitauerunt. Quod nostra translatio habet, linguam nostram magnificabimus, Hieronymus vertit, linguā nostram corroborabimus. Hebræi exponunt, propter linguam nostram, hoc est, beneficio linguæ nostræ, magni & potentes erimus.

*Propter miseriam inopiam & gemitum pauperū nunc exurgam, dicit Dominus: ponam in salutari, fiducialiter agam cum eo.*] Hucusq; continuatur versus in Hebræo, & continet consolationem efficacissimam, dum promittit presentem opē & auxilium Dei. *Miseriam*, dicit afflictionē & calamitatem, qua afficiuntur ab impijs. Vocabulum Hebræum *אֶשׁ* significat vastitatem, siue vastationem. *Exurgam*, id est, potentiam meam pro meis electis cōtra impios ostendā. *Nunc*, hoc est, quum iam oportunū est ac tempestiuum, probata videlicet atque perspecta satis meorū pauperū in afflictionibus constantia, & illorū impiorum incorrigibili malitia.

*Ponam in salutari.*] Eclipsis Hebraica: sensus est, ereptum pauperē telis impiorū cōstitutam in loco tuto, vbi nemo illi nocere poterit.

*Fiducialiter agam cum eo.*] Græcè *παρρησιασάμενος* *ἐπ' αὐτῷ*, quod Latine sonat, liberè agā in eo, interprete Euthymio, liberè loquar, & palam omnib; declarabo vires meas. Sed in Hebræo est *אֶשׁ*, quod variè interpretantur. Dauid Kimhi putat orationem esse imperfectā, & hoc modo posse perfici: *אֶשׁ* *הַשְּׁמַיִם* *אֶשׁ*

*אֶשׁ* *הַשְּׁמַיִם* *אֶשׁ*, hoc est, penam inopes in salute, ab eo qui laqueum ponit eis. Is ita accipit, quasi verbū *אֶשׁ* sit à nomine *אֶשׁ*, quod laqueum significat, & *אֶשׁ*, quod numero singulari significat ei, positum pro *אֶשׁ*, id est, eis. Sed hæc mihi videtur violentior interpretatio. Quare puto LXX. respexisse ad ipsum verbi thema, quod est *אֶשׁ*, & significat flare siue spirare, vt hinc dictū hissi *הִפְרִיחַ* per metaphorā sumpserint pro eo quod est, pleno spiritu neminem verendo loqui & agere. Nam hoc Græcè dicitur *παρρησιασάμενος*. Et placet mihi Chrysostomi expositio, his verbis: Quid est autē, ponam in salutari, fiducialiter agā cum ipso? Cum fiducia, inquit, apertè & manifestè eos defendā, vt omnes intelligāt. Sic enim expedit, quandò eò impietatis progrediunt hostes, vt pauperibus Christi insultent, expbrantes q̄ neminē habeant qui eos defendat, adeò vt etiam Deus eos deseruerit. Nam alioqui sepius suos ex afflictionibus eripit occultè, mundo videlicet id nō sentiente. Potest tamē ex Hebræo verti, Palam loquitur ei: hoc est, apertè, p̄mittit pauperi, q̄ sit eū liberaturus, nē quid dubitet. Potest & sic p̄ reciproci, Loquit̄ sibi: hoc est, apud semetipsum proponit, quòd velit pauperē ponere in salute, & c. Vt cunquē veritas & interpretaris, omnia huc tendunt, Deū esse certissimū, præsentissimūq; defensorē pauperum suorū: id ipsum promittere, & summa fide & cōstantia p̄missa facere. Cuius verbis nē quis diffidat, subiicit p̄pheta:

*Eloquia Dñi, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum.*] Casta, id est, munda & pura ab omni mendacio. Argentum igne examinatum, id est, quale est argentum igne examinatum. Vt enim hoc purum est ab omni scoria, ita verba Domini pura sunt ab omni mendacio.

*Probatur terra.*] Hic Hebræorū libri habent *אֶשׁ* *הַשְּׁמַיִם*, in quo mirè variant interpretes. D. K. putat *אֶשׁ* *הַשְּׁמַיִם* idem esse quod *אֶשׁ*, id est, Dominus, vt sit sensus: Verba Domini, verba munda, sicut argentum igne examinatum à Domino vniuersè terre. Vel, vt quibusdam placet, terrā præstantissimā, id est, in vase exoptima ad eam rē terra factō. Huic sententiæ accedit Chaldaicæ trāslationis author. Alij putant literā *אֶשׁ* hoc loco seruire pro, in, *אֶשׁ* verò yas esse, in quo solet argentū purgari: quod quidam transferunt, in catino: Antonius Flaminius, in vase terreo. Cæteras opiniones prætereo, nē nos remorentur, quum sententiā prophetæ sit manifesta.

*Purgat-*

*Purgatum septuplum.*] Numerus certus pro incerto, septuplum vel septiès, pro sæpius. Augustinus tamen septenarium numerum putat hic habere suum mysterium. Quicquid eius est, relinquo studiosis legendum & perscrutandum.

*Tu Domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum.*] Pro seruabis nos, in Hebræo est *הִשְׁמַרְתָּנוּ*, quod verti potest, custodies vel seruabis eos, vt referatur vel ad pauperes & afflictos in genere, vel ad certos aliquos, quib; Propheta timuerit, quales erāt sacerdotēs, quos Saul occidit in Nobè: aut custodies ea, vt referatur ad verba quibus Deus promittit auxilium suum. vt sit sensus, Tu Domine seruabis fidem in promissis. Quòd autem nostra translatio habet, custodies nos, in Hebræo est *הִשְׁמַרְתָּנוּ*, id est, custodies vel seruabis illum. Si verò mutatis punctis legas *הִשְׁמַרְתָּנוּ*, quomodo Septuaginta videntur legisse, re cētē transluleris, custodies, vel seruabis nos. Hęc secutus Iohannes Campensis, totum versum paraphrasticòs ita reddidit: Quare tu Domine seruabis optima fide ea quæ promissisti: & liberabis nos, quemadmodum pollicitus es, ab eiusmodi hominum genere perpetuo. Ad verbum autem poterimus transferre hoc modo: Tu Domine, custodies ea: seruabis nos à generatione hac in æternum.

*Eph.*

*In circuitu impij ambulat: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* Impij ambulat in circuitu, hoc est, vndique cingunt & circumueniunt iustos & pauperes, vt malitiam suam in eos exercent. Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum, hoc est, secundum Chrysostomi sententiam, tu tamen, quantumuis illi circumeuntes perdere nos moliantur, multiplicasti nos, qui sumus filij Adam, id quæ secundum altitudinē tuam: non tantum seruans nos, verum etiā extollens, claros & illustres reddens, adeoq; tui

**V**squequò Domine obliuisceris me in finē? vsquequò auertis faciem tuā à me? Quandiū ponam consilia in anima mea, dolorē in corde meo per diem? vsquequò exaltabitur inimicus meus super me? respice & exaudi me Dñe Deus meus. Illumina oculos meos, nē vnquē obdormiam in morte, nē quandò dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. Exultabit cor meū in salutari tuo, cātabo Domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi.

Victori Psalmus Dauid.

DE OCCASIONE SCRIBENDI.

Quandò aut ex qua occasione cecinerit hunc Psalmum, aut sub cuius persona loquatur, variant commentariorum coniecturæ. Euthymius putat, ex eadem occasione & ferè eodè tempore scriptum esse, quo tertius, quò multis modis affligeret à filio suo Absalom. Hebræi in graui aliqua afflictione scriptū aiunt, quod & ipse Psalmus indicat: quæ autem fuerit illa, non addunt. Quidam suspicantur, quod in persona synagoga seu populi Iudeorum cecinerit eum, quippe quem pūderit in spiritu, nouissimis temporibus, miserè dispersum iri. Hæc nequaquæ est absurda coniectura: mihi tamen non minùs placet, quod videtur Arnobio, prophetā in totius generis humani persona loqui, diaboli tyrannide pressi, peccatis & ignorantia Dei excacati.

ARGVMENTVM.

Huius itaq; nomine petit per aduentū Christi illuminari liberariq;. Quod quia se impetraturum confidit, in sine exultans accinit:

*Ego autem in misericordia &c.* Est autè precatio conueniens homini cuius in diuturnis afflictionibus constituto. Item desideranti exponerari liberariq; à sarcina peccatorum & tyrannide Satanæ.

*Vsquequò Domine obliuisceris me in sinem? vsquequò auertis faciem tuam à me?* Obliuisceris legendum est penultima producta, quia est futuri temporis tam in Græca translatione, quam in Hebræo. Loquitur autem Propheta more humano, vt solet in huiusmodi. Neq; enim vlla obliuio cadit in Deum: sed obliuisci videtur, quò differt auxilium. Quidā nò incommode ità distinguūt, vsq; quò Dñe obliuisceris me? in sinem? Hoc est, quousq; differes auxiliū tuū? an in ætèrnum mei oblitus es? Sequens hemistichium eandem habet sententiam cum priore, vsquequò auertis faciem tuam à me? Auertis, Hebræicè אָפַן, id est, abscòdes. Eadem figura dixit, auertis faciem, qua obliuisceris.

*Quam diū ponam consilia in anima mea, dolor in corde meo per diem?* Hoc est, quam diū fines me in hac animi mei solitudine & anxietate deliberare, & in summo cordis dolore querere rationem, qua possim ab his malis liberari? Per diem, hoc est, quotidie, assidue.

*Vsquequò exultabitur inimicus meus super me?* Hoc hemistichium in Hebræo adheret verbi præcedenti. Porro de quo inimico loquatur, dixi iam non conuenire inter commentatores: neque nostra admodum interest. Nobis enim satis est, Psalmum esse precationem,

qua in quauis afflictione possumus vti: quapropter quicumq; ille sit, qui nos affligit, inimicus hic dicitur, siue diabolus per varias tentationes, tam in prosperis quam in aduersis: siue homines barbari, Turcæ, alijve huius mundi tyranni, aut cuiuscunque tandem generis illi sint, qui malitiam suam in nos exercent: siue etiam ipsa caro nostra peccatis assueta: hostis in primis grauis, eoq; formidabilior, quo nobis est coniunctior, adeò vt arceri aut propulsari nullo modo possit: neque alia ratione superari, quam virtute spiritus, Dei præsidio confirmati & confortati, vinciri, atq; ita circumferri. Et quotuscumq; huc hostem ità constructum continet, vt non alibi sanguinaria manu per ipsa vincula exercita legdat, ac vulneret circumferentem? Hinc est quod sanctissimi quiq; homines vel ob hoc vnū desiderant mori, vt ab hoc hoste liberati, tuti sint à peccato: de quo grauissimè scripsit n. Ambrosius in libro de bono mortis. Quis igitur non clamet cum nostro Propheta ad Dominum, auxiliū implorans còtra hunc hostem?

*Respice & exaudi me Domine Deus meus: illumina oculos meos, ne vnquam obdormiā in morte.* Ità distinguitur apud Hebræos, vt hic sit integer versus. Porro coniunctio &, non est in Hebræo, ac ne in Græca quidem translatione: non malè tamen ab interprete videtur adiecta: nisi quòd per asyntheton ardentior videtur precantis affectus. Porro quod ait, respice, pulchrè ex opposito respòdet ei quod primo versu dixit, vsquequò auertis faciem tuam à me? Exaudi autem, illi, vsquequò obliuisceris me in sinem?

*Illumina oculos meos.* Mentis oculos dicit, qui nisi spiritu Dei illuminentur, in tenebris huius corporis, cui tanq; carceri inclusa est: nihil cernit mens nostra. Itaque facilè ab hoste circumuenta & oppressa occiditur. Excitata verò, illuminata, & confortata à Deo, faciel malum illum à se repellit.

*Nè quando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum: qui tribulant me, exultabunt si motus fuero.* Quò per se miserrimū sit expugnari ab hoste, & innumeras secum afflictiones adducat, in his tamen acerbissima videtur illa hostilis insultatio & subsannatio. Atque hanc ipsam eo magis reformidant sancti, quod vergūt ad blasphemiam & contumeliam in Deum. Quem qui ex animo deamant, nihil habet gloria eius antiquius. Sed quia qui tales sunt, hostes tametsi ad exercendam illustrandamq; virtutem & gloriam ipsorum, ad tempus oppugnari finit Deus, nunq; tamè expugnari permittit. Hoc non ignorans Propheta, hoc modo Psalmum concludit:

Ego

*Ego autem in misericordia tua speravi: exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi.* Hic est vnus integer versus in Hebræo. Quod autem in Græcis & Latinis exemplarib; adijcitur in sine, Et psallam nomini Domini altissimi, in Hebræis nò est: sed huc translatus esse videtur ex sine 7. Psalmi. Quòd ait, *Ego autem in misericordia tua speravi.* In misericordia, q. d. non in mea iustitia, aut viribus meis, aut vllorum hominū: sed misericordia tua, qua afficeris erga afflictiones innocentum & sanctorum tuorum.

*Exultabit cor meum in salutari tuo.* Hoc est, in tuis in animo meo exultans gaudebò, quod sciam salutem mihi paratam esse à te.

*Cantabo Dño qui bona tribuit mihi &c.* Bona tribuit, in Hebræo est verbū vnū simplex אָבַרַךְ, quod significat retribuere, siue rependere, & potest tam ad mala quàm ad bona referri.

PSALMVS XIII.

**D**ixit inspiens in corde suo, Non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum, nò est vsque ad vnū. Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens Deum. Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt, nò est qui faciat bonū, nò est vsq; ad vnū. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenū aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum. Nonnè cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Quoniam Dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est. Quis dabit ex Sion salutare Israël? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël.

IN PSALMVM XIII.

Titulus ex Hebræo, Victori Dauid.  
DE OCCASIONE SCRIBENDI.  
& argumento.

**E**X qua occasione cecinerit hunc Psalmū, nihil habemus certi. Nam quòd alij suppicantur de impio & blasphemo Sennacherib Assyriorum rege, alij de Nabuchodonosor esse cantatū, id vel temporum ratione refutari potest, quòd hi longè post Dauid venerint. Nisi quòd putant in spiritu Prophetico Dauid illorum impietatem præuidisse. Chrylostomus putat de Saule dictum esse, quod relicto Deo, consuluerit Pythoniissam, i. Reg. 28. Per nos quidem licebit, cuiuscunque libebit

Pro mihi, אָבַרַךְ est hebraicè, hoc est, super me, vel pro me. Vndè non videtur absurdū, quòd quidam interpretantur in hanc sententiam, אָבַרַךְ אֱלֹהֵי מִי, i. quia retribuit, p me, s. inimicis meis mala, quibus me affecerunt. Hæc sententia placuit Campensi, quum in sua paraphrasi verteret hoc modo: Materiam habitur sum cantandi laudes Domini, vbi vltus fuerit iniuriam, qua affecerunt me hostes mei. quin ex hac ipsa translatione quam habemus, Chrylostomus elicit hanc sententiam: Sic enim exponit: Monumentū huius beneficij caticum deo offeram, quod me beneficio affecit, inimicum humilem & abiectū reddidit, ignominia & dedecore impleuit, imbecillū esse conuicit, me exaudiit orationem, in me vultum suum conuertit, discussa caligine & tenebris, p quas ad mortem ferebar, &c.

de talibus arguari. Hoc manifestum est, quod Propheta in hoc Psalmo grauiter inuehitur in homines impios, Deum abnegantes. Quod Arnobius & quidam alij de illis potissimum intelligendum esse putant, qui Christum propter humilitatem carnis contemnes, negarunt esse deū: ideoq; crudeliter ipsum atq; discipulos eius persecuti sunt. Equidem simplicius esse putauero, si sic acceperim; verba Prophetæ, vt in genere conueras de incredulitate, malitia, & impietate hoim, cuiuscunque etiam gentis ac nationis. Omnes enim declinauerunt, inquit, simul inutiles facti sunt. Quod quum Iudei conarentur à se remouere

uere

ueri in populum gentilem, grauius reprehēsi sunt ab Apostolo Paulo Rom. 3. Scimus autem, inquit, quoniam quæcunq; lex loquitur, ijs qui in lege sunt, loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, &c. Nunc ad ipsius Psalmi expositionem: si prius illud admonuerim, esse qdam in translatione hac Latina, quæ neq; in Hebræo sunt, neq; in translatione Græca. Quare huc trās-lata videntur ex illo Pauli Apostoli loco. Ipse verò Psalmus ferè idem est cum Psalmo 52.

EXPOSITIO PSALMI.

Equidem primum verbum sic intelligo. Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Hoc est, Maxima pars hominum eō infantiæ peruenit, vt etiā si non audent palam abnegare Deum verbis, intus tamen, in penetralibus cordis, non credant in eum: imò nē esse quidem Deum, qui iudicet, peccata puniat, & premia det iustis, se credere, fati declarant factis. Porro insipiens, Hebraicè עָבֵל, non significat simpliciter eum qui sine sapientia est, sed stultum & malitiosum. Nam hoc propriè significat nomen Hebræum.

Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnū. In Hebræo est: כְּלֵי יָדָיו וְהָרְעָוָה עָבְדוּ אֱלֹהֵי חַוְלָה. id est, corruerunt, abominabile fecerunt op. Sed eadem est cum nostra translatione sententia. Hanc & Paulus Apostolus Roma. 1. latius explicat, his verbis: Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, &c.

Non est vsque ad vnū. Hoc membrum in Græca quidem translatione est, in Hebræo verò non est, hoc quidem versus: sed eo qui paulò post sequitur, cuius initium est, Omnes declinauerunt.

Dominus de celo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. Accommodat siue attemperat Propheta, sermonem infirmitati mentis humanæ, adeoq; indoctræ plebis, imaginantis Deum ita habitare in celo, quemadmodum in arcibus suis habitant hominum reges ac principes: atq; indè tanq; è specula prospicere, quid agant homines, quum re vera Deus vbiq; sit præsens, vbiq; habitet, omnia non eminus tanq; è specula, sed ex proximo, adeoq; intus pspiciat. Cōiunctio aut, non est in Hebræo: sed ita verbi potuit: Vt videat an sit intelligens, requirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnū. Omnes, hoc est, tam Iudæi quàm gentes. Declinauerunt, hoc est, defecerunt à Deo, & à via mandatorum eius & iustitiæ, deflexerunt ad omnem impietatem.

Simul inuiles facti sunt. id est, pariter corrupti, putrefacti, aut fœtidi facti sunt, ac rancidi. Supra metaphora à cibis corruptis ac fœtētibus, aut rancidis carnibus.

Non est qui faciat bonum. Hoc est, qui iuste viuat. Non est vsque ad vnū. Quidam vnum referunt ad populum Iudaicū, qd hic solus habeat legem veram, & cultū: sed reclamant Paulus Rom. 3. dicens hæc p̄cipue contra Iudæos dici. Alij ad Christum, qd hic solus iustus apparuerit in conspectu patris. Sed huic reclamant textus Hebræus, qui habet אֵין עֹשֶׂה טוֹב quod ad verbum sonat: Non etiam vnus: hoc est, ne vnus quidem. Quid igitur dicemus? Ne Christus quidem operatus est bonum? Absit.

Sed per hypophorē locutus est Propheta, hoc sensu: Nihil pauci sunt qui operantur bonū. Poterimus etiam aliter hunc nodum soluere, dicendo quòd Propheta hæc non dixerit de sanctis & electis Dei: sed de insipientibus, Deū ignorantibus. horum enim nemo est qui faciat bonum. Quin genus humanum vniuersum in priuoparēte Adam ita corruptum est per peccatum, vt nemo, quantum ex sese, bonum operari queat, sed per gratiam Dei. Atque hi iusti reputantur, qui cum Apostolo Paulo curant, vt gratia eius in se non sit vacua.

Sepulcrum patris est guttur eorum, &c. Quæ hinc sequuntur, vsque ad illum versum, Nonne cognoscēt omnes &c. nō sunt in Hebræo, ac ne in Græca quidem translatione: sed ex epistola ad Rom. huc translata, vbi Paulus ex varijs scripturæ locis congesto testimonio, ostendit tam Iudæos quàm gentes peccatis esse obnoxios. Porro hæc verba, Sepulcrum patris est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, ex Psalmo quinto sumpta sunt. Illa verò, Venenum aspidum sub labijs eorum, ex Psalmo 139. Quorum os maledictiōe & amaritudine plenum est, ex Psal. 9. Quæ verò hinc sequuntur vsque ad versum qui incipit, Nonne cognoscēt &c. ex Esaia cap. 59. Id quod D. Hierony. in illud cap. Esaia diligenter admonuit. Quæ ex alijs Psalmis sumpta sunt, eorum interpretatione indè licet repetere.

Quod Esaias inquit, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinē, eodē pertinet quòd illud Stephani Act. 7. Quem enim Prophetarum nō sunt psequuti patres vestri? Et quod ait Dñs Matth. 23. Hierusalem Hierusalem,

quæ

quæ occidit Prophetas &c. Quod ait, Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, hoc non est mirum accidere hominibus impijs, nempe vt tota vita eorum plena sit labore & miseria, etiam tunc, quum omnibus voluptatibus videntur veluti innatare. In causa est, quòd neque recipere, neque audire volunt eum, qui nos ad semirabili bonitate inuitans, ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meū suauē est, & onus meū leue. Quomodo autem viam pacis cognoscere poterunt, qui pacis authorem respuunt? Pacem meam, inquit, do vobis: pacem meam relinquo vobis. Sed cum hæc scripsissem, inciidi in lectionem libri Vuilhelmi Lindani de optimo genere interpretandi scripturas. Is lib. 1. cap. 3. ait se vidisse vetustissimum quoddam exemplar Hebraicum, quod D. Augustini Episcopi illius Cætuariē, qui Angliam à Pelagianismo repurgauit, ante annos circiter 950. fuisse creditur, & obscurissima ob antiquitatem loquitur inscriptio: vbi ait locum hunc integrum in ipsius Psalmi contextu Hebraicè legi, vt ab Apostolo citatur. Sed videamus iam quæ sequuntur in Psalmo, nostri huius Prophetæ verba.

Nonne cognoscēt omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Hunc versum interpretatur Chrysostomus, quasi Deus ipse insipientibus illis, qui Deum esse negant, eum loquatur. Quid autem cognoscēt inquit Chrysostomus. Quòd Dominus est Deus vltionum. Cognoscēt quòd aduenit iudex viuorum & mortuorum. Cognoscēt quòd reddet vnicuique secundum opera sua. Non cognouerunt dum monebantur: cognoscēt dum cruciabuntur. Idem Chrysostomus admonet, posse etiam negatiuè accipi verba Prophetæ, hoc sensu: Non cognoscēt omnes qui operantur iniquitatem. Quid autem non cognoscēt? Quòd Dominus de celo in terram prospexit. Quòd quæ malè fiunt, ei displicēt. Quòd quæ eueniunt mala, propter peccata hominū eueniunt. Deniq; quæ sit voluntas Dei: quòd hæc facientibus promisit bona cælestia, suos thesauros, paradysum deliciarum, & vitam æternam. Non cognoscēt, inquam, omnes qui operantur iniquitatem Iudæi, quòd legislator & Dominus gloriæ ab ipsis est crucifixus. Si em cognouissent, Dominum gloriæ non crucifixissent. Ità Chrysostomus. In posteriori hac expositione oportet futurum tempus accipere pro præterito aut præsentī. In Hebræo est præ-

teriti temporis וְיָדָעוּ, id est, cognouerunt. Est autem scriptum per interrogationem. וְיָדָעוּ id est, An non nouerunt? Vel, an ignorant? vt subaudias me esse Deum, iudicem viuorum & mortuorum, remuneratorem &c. Qui autem sunt illi, quos hoc ignorare quoddammodò se admirari indicat? Nimirum de quibus id quod sequitur, dicit, qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam sicut escam panis. quasi dicat: Quòd non facerent, si eirent & intelligerent, quàm grauius ego scelera illa sim vindicaturus. Sicut escam panis, hoc est, ac si panem deuorarent.

Dominum non inuocauerunt. Hoc membrum in Hebræo adheret versusi præcedenti. Continet autem rationem eorum quæ præcedunt. Idè enim sceleratissimi homines ex rapto viuere mālunt, ac deuorare populum domini, quàm omnia tam huius quàm futuræ vitæ bona, de liberalissima illius manu, qua implet omne animal benedictione, accipere: qua non inuocauerunt Dominum, quippe quem scire nolūt. Quicunq; verò cum fiducia inuocant nomen Domini, hi non destituentur vllò bono. Respiciete inquit, filij nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim pmanit in mādatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum?

Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Illud, vbi non erat timor, non est in Hebræo: sed totus versus ita ex eo quod ibi scriptū est, sonat: Illic expauerunt pauore, quia Deo in generatione iusti. Hoc est, Tūc ex inopinato corripit eos pauor ingens, quum viderint Deū, quem ipsi, suis vanissimis viribus ac malitiosis artibus filii, abnegauerunt. vbi, inquam, viderint hunc adesse hominibus iustis, hos amplecti, hos fouere, defendere, protegere, atq; in regni sui consortium recipere. Quòd si placeat retinere lectiōem vulgarem nostræ translationis, (quæ huc trās-lata videtur ex Psal. 52.) sic interpretare: Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor: hoc est, metuebāt sibi ab inopia rerum suarum temporalium, nisi per iniultitiam raperent aliena: quum hic nulla sit causa timoris: quòd Dominus ipse sit in generatione iustorum, non passurus, vt quicquam eis rerum bonarum desit. Simile quiddam accidit pontificibus ac phariseis, quum coacto concilio, ita inter se loquerentur: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Ecce, quod metuebant nē euenirent, si dimitterēt Christum, hoc eis euenit p Vespasianum.

Eccles. 124

Iohan. 114

1. Cor. 1.

sanum & Titum, postquam occiderunt eum. Ità sit, vt stultis semper eueniat ipsorum opinionioni contraria.

*Consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est.* Hoc est, Contemnitis & irridetis consilium inopis, quo cõsilio sibi persuadet, nullam esse ponendam spem aut fiduciam in diuitijs ac potentia mundi huius, sed in solo Deo. Pontifices, scribæ, pharisæi, Pilatus, Herodes, & populus Iudaicus spreuerunt humilem aduentum filij Dei, somniantes Messiam venturum cum equitatu ac pompa mundana. Hic autem eterno suo consilio venire voluit in ea humilitate, vt eos quos vocaret, in solo Deo sperare doceret: nõ autem in rebus trãseuntibus. Illorum stultitiã opponit quod iam sequitur in Psalmo: Quis dabit ex Sion salutare Israël? quasi dicat: An vos putatis hoc esse facturum superbum aliquem tyrannum huius mundi? Nequaquam. Sed, quum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël. Hoc est, nemo vos liberare, nemo ab hostibus seruare poterit, præter dominum. Quum is reduxerit vos à captiuitate vestra, tunc exultabitis & lætabitur. Ante nostrum hunc Prophetam captiuus fuit populus in Aegypto sub Pharaone. Indè reduxit eum Dominus per Moysen. Genus humanum vnuersum grauissima detinebatur captiuitate in peccatis, sub crudeiissimo tyranno diabolo. Ex hac captiuitate reduxit nos Deus per vnigenitum filium suum. Hunc propter humilitatem carnis humane contempserunt, ac tanquam blasphemum sepe lapidare aggressi, quod se filium Dei diceret, tandem occiderunt in cruce. Atqui is erat ille liberator, qui venturus erat ex Sion, vt auerteret impietates à Iacob. Cùm venerit quasi fluuius violentus, inquit Esaias, quem spiritus Domini cogit. Mortuo verò iam diu Dauid, in Babyloniam eos captiuos abduxit Nabuchodonosor, vnà cum rege suo Ioachim juniore. In ea captiuitate per septuaginta annos detenti sunt. Quibus reuolutis, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, (vt completeretur verbum Domini ex ore Ieremiæ) vt redditis omnibus vasis templi Domini, quæ rapuerat Nabuchodonosor, tanta beneuolentia eos dimitteret, vt summo etiam studio hortaretur ad instaurationem templi: cæterisq; gentibus, vbicunq; habitarent, mandaret, vt argento, auro, omniq; substantia eos adiuuarent. Ecce, opposui & huius captiuitatis, & ex ea reductionis nuncem, hoc est, literalè historiã. Sed quis nobis hæc nucè frãgat, vt de dulcissimo eius nucleo edamus? Audiamus eximiũ illum huiuscemo-

Esa. 59.

di mysteriorum interpretem Aurelium Augustinum, contra Faultum Manicheum libro duodecimo, capite tricesimo sexto. Is nobis fracta nuce, producit nucleum hoc modo: Iam ipsa in Babyloniam transmigratio, quod etiam spiritus Dei per Hieremiam Prophetam iubet vt pergant, & orent pro eis ipsi, in quorum regno peregrinantur, quod in illorum pace etiam pax esset istorum: & edificarent domos, & nouellarent vineas, & plantarent hortos: quis non agnoscat quid præfigurauerit, qui attenderit verò, Israelitas, in quibus dolus non est, per apostolicam dispensationem cum euangelico sacramento ad regnum gentium transmigrasse? Vnde nobis Apostolus tanquam Hieremias replicans, dicit: Volo ergo primò omnium fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & his qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & charitate: hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro DEO, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ex hoc quippe etiam illis credentibus constructa sunt domicilia pacis, basilicæ Christianarum congregationum, nouellatæ vineæ populi fidelium & plantati horti: vbi etiam inter omnia oleragranum sinapis regnat, sub cuius vmbra culis longè lateq; porrectis, etiam altipetax superbia gentium, tanquam in cæli volatilibus confugiendo requiescit. Nam quod etiam post septuaginta annos, secundum Hieremiam prophetiam, reditur ex captiuitate, & templum renouatur: quis fidelis Christi non intelligat, post euoluta tempora, quæ septenarij dierũ numeri repetitiõ transcurret, etiam nobis, id est, Ecclesiæ Dei, ad illam cælestem Hierusalè ex huius seculi pegrinatiõ redeundum? Per quem, nisi per Iesum Christum verè sacerdotem magnum, cuius figuram gerebat ille Iesus sacerdos magnus illius temporis, quo templum edificatum est post captiuitatem: quem Prophetam Zacharias vidit in sordido habitu, deuictoque diabolo, qui ad eius accusationem stabat, ablatam illi sordidam vestem, & datum indumentum honoris & gloriæ: sicut corp⁹ Iesu Christi, quod est Ecclesiã, aduersario in fine temporum per iudicium superato, à luctu peregrinationis in gloriam sempiternæ salutis assumitur. Quod in Psalmo dedicationis domus apertissimè canitur, Conuertisti luctum meum in gaudium, concidisti faccum meum, & accinxisti me lætitiã: vt cantet tibi gloria mea, & non compungar.

1. Tim. 2.

Zach. 3.

Psal. 97.

Hæc

Hæc Augustinus. Potest & singulis hominibus applicari, auctore Hieronymo in caput septimum Micheę. Videtur mihi, inquit, omnis anima Hierusalè, in qua edificatum fuit templum Domini, & visio pacis, & notitia scripturarum: & postea superata à peccatis, ducta est in captiuitatem, tormentisq; tradita, &c.

Ex huiusmodi captiuitatibus nemo nos educere poterit, præter Dominum Deum. Hoc igitur est, quo Propheta noster Psalmum cõcludens, canit:

*Quum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, &c.* Dominus, inquit, quasi dicat: Nam alius nemo poterit.

## PSALMVS XIII.

**D**omine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timètes autem Dominum glorificat. Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit. Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.

## IN PSALMVM XIII.

TITVLVS.

Psalms David.

ARGVMENTVM.

**D**ocet Propheta in hoc Psalmo, quibus virtutibus oporteat esse præditos eos, qui recipi volũt in ciuitatem ac domum dei, quæ est Ecclesiã: Ecclesiã, inquam, tum ea quæ in terris adhuc militat, tum ea quæ iam triumphat in cælis. Nam vtranque Ecclesiã statim primo versu indicare videtur Diuo Augustino. Prius enim membrum, *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo*, verbis constat castrensibus. Tabernaculum enim, verbum castrense est, & pro tentorio accipitur, maxime in scripturis diuinis. Romani vocarunt pællionem, quod admonet Chrysostomus. Porro pro *habitabit*, in Hebræo est *יָשָׁב*, quod propriè significat, peregrinabitur: vt optime verterit græcus interpres, siue Septuaginta, *παροικησει*. Quin Romana trãslatio, qua vsus est Diuus Augustinus, habet: Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? Adde quod tabernaculũ illud testimonij quod dixit Moses, manifestè imaginem gerit Ecclesiæ quæ est in mundo. Quemadmodum enim illud pro ratione temporum & persecutionũ, transferebatur de loco in locum, ita Apostolis dictum est: Quum vos persequantur in ciuitate ista, fugite in aliam. Ex his itaq; & multis alijs sacre scripture locis Chrysostomus luculenter docet, per tabernaculum hęc Ecclesiã, quam militantem dicimus, esse intelligendam: Per montem autem, triumphantem: hoc est, eam quæ iam victrix in cælo regnat cõ-

Mat. 10.

spõsuo suo rege nostro Domino Iesu Christo. Hæc enim iam immobilis est ac firma: quemadmodum templum Salomonis in monte fundatum, in vno loco stabat immobile. Due Ecclesię numero, inquit Chrysostomus, sed vna modo fidei. Ex hac quæ in terris est, eximus in illam cælestem. Exeamus igitur, inquit Apostolus, ad eum extra castra, improprium eius portantes. Non enim habemus hęc manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Hebræorum Rabbini per montem & tabernaculum idem intelligunt, nempe cælum. Sed hi non intellexerunt mysteria. His itaque argumentum Psalms, & primum versum sumus interpretati, qui ita tam ex Græca translatione, quàm ex Hebræo vertendus erat: Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? hoc est, quis erit dignus, vt recipiatur in castramilitũ suorum, vt pro tui nominis gloria, & ciuitate tua, quæ est Ecclesiã credentium, in acie stet aduersus hostem diabolum? & quis defuncti militia hac, tecum requiescet in cælo? Iam ad hanc quæstionem omnibus versibus sequentibus totius Psalms responderet:

Heb. 13.

*Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Hoc est, qui semel per Christum vestem innocentie indutus, eandem incõtaminatam conseruat, abstinens à malo, id est, peccato, & operatur iustitiam, id est, quod bonum est facit, iuxta illud Psalms 33. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum: Diuerte à malo, & fac bonum: &c.

I a Qui

*Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* Sunt qui lingua quidem loquuntur veritatem, quam tamen in corde non sentiunt: vt Caiphaz Iohā. 11. verè dixit, Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non totagens pereat: quum in corde nihil minùs sentiret, quàm per mortem Christi mundum seruatum iri à morte spirituali. Et Balaam Numer. 23. etiam inuitus benedixit populo Israelitico. Nostra ætas habet hypocritas, qui vt imperitæ multitudini se inuinent, subindè honorificè citant orthodoxorum patrum scripturas, & multa docent secundùm fidem & sententiam Ecclesiæ Dei, donec iam conciliato populo, pestifera sua mendacia locū inuentura intelligāt. Contrà verò inuenies, qui quum intùs ea quæ recta sunt, sentiant: foris tamen vel metu hominum, vel spe lucri loquuntur contraria. Neutri horum digni sunt tabernaculis DEI, multò etiam minùs, vt requiescant in monte sancto eius. Verbum Hebræum *אמת*, quo hic est vsus Propheta, detrahete significat: vt videatur scycophantas, calumniatores, ac detractores hic condemnare, genus videlicet hominum pestilentissimum.

*Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* Hoc est, nec factò proximum suum læsit, nec verbo, vt vel diceret aliquid in contumeliam siue opprobrium eius, vel audire ab alijs sustineret.

*Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat.* Quod ait, *Ad nihilum deductus est*, in Hebræo est

PSALMVS XV.

**C**onserua me Domine, quoniam speravi in te: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Sancti qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum, in supèr & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, nè commouear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, in supèr & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctū tuum videre corruptionem, Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem.

IN PSALMVM XV.

TITVLVS.

TITVLVS.

**T**itulus huius Psalmi in Hebræo sic legitur: *מִבְּרֵאשִׁית לְדָוִד*. Septuaginta vertunt Græcè, *ὑμνωδία τῷ δαβιδ*. Hinc interpretatur Latinus, Tituli inscriptio, ipsi Dauid. Porro tituli inscriptionem talem dicit, quales antiquitus in honorem fortium virorum, vt essent virtutum ac victoriarum monumenta, statuis, columnis, & arcubus triumphalibus inscribi consueuerunt. Diuus Hieronymus ex Hebræo vertit, Humilis & simplicis Dauid, quasi *אֲדָמָה* compositum sit à *אָדָם* pro *אָדָם*, id est, pauper seu tenuis, & *אָדָם*, id est, immaculatus, integer, simplex. Nonnulli suspicati sunt, *אֲדָמָה* hic idem esse quod *אָדָם*, quod significat aurum optimum, interpretet Dauid Kimhi: nec tamen hic propriè de auro loqui prophetam, sed *μεταφορικῶς* de genere melodiæ, siue organi musici, quo hunc Psalmum, & plerosque alios decantari voluerit: cui, quod esset insigne, nomen hoc aureum indiderit. Quid Carmen aureum ipsius Dauid. Hæc minime quidem absurda videtur coniectura: nolim tamen temerè Septuaginta interpretatione rejicere: tum quòd valdè cõuenit argumento Psalmi, tum quòd inuari videtur suffragio interpretis Chaldæi, qui sic vertit *אֲדָמָה* *אֲדָמָה*, hoc est, Insigne rectum ipsius Dauid. Cuius opinor hanc esse sententiam, Insigne seu monumentum, erectum seu positum in testimonium reuerentis, hoc est, probitatis integritatisq; auctore Dauid, propheticò carmine decantatum. Significat autem *אֲדָמָה* non quoduis insigne, sed quod alicui rei aut materiæ insculptum est. Hoc probè cõsonat cum inscriptione tituli, nec minùs cum argumento Psalmi, de quo iam dicemus.

ARGUMENTVM PSALMI.

**N**on est quòd hic nos maceremus, inquiro, quid acciderit Dauid, aut in quibus fuerit angustijs, vt hunc Psalmum cecinerit. Neque enim de semetipso eum tecinit: verum de Domino nostro Iesu Christo, adituro prælium cum diabolo ac morte: gloriosumq; indè reportaturo triumphum, quum videlicet resurgeret à mortuis, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Sic enim Petrus Apostolus, eodem iam spiritu plenus, quo propheta quum Psalmum caneret, interpretatur, Actor. 2. Propheta igitur, inquit, quum esset Dauid: & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidēs

locutus est de resurrectione Christi: quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Iesum resuscitauit Deus &c. Non est itaque quòd conemur hunc Psalmum referre ad aliquam historiam de Dauid: sed planè mysticus est, de victoria, triumpho, ac regno Christi.

MORALITER.

Nè verò hæc sine fructu, tanquàm fabulam, aut ociosam historiam, nihil ad nos pertinentem legamus, audiamus Apostolum Paulum ad Coloss. 2. Et vos, inquit, quum mortui essetis in delictis & preputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donas vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti, quod erat cõtrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Ecce, propter hanc victoriam, propter hunc tam gloriosum triumphum, ascriptus est illi in cruce tanquàm in arcu triumphali, titulus regius, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hæc de titulo, argumento, & ea quæ hinc ad nos peruenit, vtili doctrina: iam ad expositionem Psalmi.

*Conserua me Domine, quoniam speravi in te.*

Quum ex testimonio Petri Apostoli Actor. 2. constet, prophetam hic non in sua ipsius, sed Christi persona loqui, quæri potest, quare clamet ad Deum, quasi non possit seipsum conseruare, quum ipse sit Deus: & nemo habeat potestatem interficiendi eum: sed ipse sua ipsius potestate ponat animam suam, & iterum suscipiat eam? Respondemus, quòd quauis Deus erat Christus Dominus, erat tamen etiam homo, perfectus vtique Deus, & perfectus homo, inquit Athanasius. Quapropter vt homo, passibilitatibus subiacebat, inquit Arnobius, & timore & mœstitia angebatur. Et idè alloquens diuinitatem adorat, dicens: Cõserua me Domine: quomodò & apud Euangelistas legimus illum sæpè orasse. In quo & nobis factus est forma & exemplum, quo docemur, quibus armis, & quo præsidio contra diabolum nobis pugnandum sit, vt certa nobis parata sit victoria, nimirum oratione ad Deum, cum certa in eundem fiducia. Benedictus enim vir, inquit Ieremias, qui confidit in Domino, & est Dominus fiducia eius. De alijs autem idem propheta dicit, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Hinc & noster propheta, quum dixisset, Conserua me Dñe, continuè subiicit ratione quare hoc sibi nõ debeat negare Dominus, dicens: Quoniam speravi in te. Porro *conserua*, idè est

I 3 quod.

Ierem. 17.

Plal. 31.



quod, custodi, tuere, defende, nē videlicet hostili persecutione victus, aliquid me indignū, & tibi ingratum admittam.

Dixi Domino, Deus meus es tu. Verbum dixi, in Hebræo est דָּבַרְתִּי : quod secundū illorum grammaticos est secundæ personæ feminini generis, dixisti. Quare D. K. putat, quod propheta suam ipsius animam appellat, dicens: O anima mea, tu confessa es Domino, ac dixisti, quod ipse Dominus ac Deus tuus sit: ita deinceps ei dicere perge. Quidam tanquā per metalepsin interpretantur, preteritum dixisti, pro futuro dices, accipientes: hoc autem pro imperatiuo, dic: vt sit sensus, O anima mea, dic Domino, Dominus meus es tu. Chaldaus interpres etiam ita vertit, quasi animam suam alloquatur propheta in hanc sententiā: Dixisti tu anima mea coram Domino Deo meo &c. Septuaginta verterunt, ἦπα, id est, dixisti: vel quod Hebraicè legerint אָמַרְתִּי, vel quod putarint consulendum esse Græco lectori, illis Hebraicis non asueto. Hos secutus est Hieronymus. Hæc de verbo, Dixi. Porro quod sequitur, Domino, Deus meus es tu, in Hebræo est, אֲנִי אֱלֹהֶיךָ יְהוָה, id est, Dominus, Dominus meus es tu: quomodō & Græca translatio habet, ἦπα τῷ κυρίῳ, κύριός μου εἶ σύ. Hieronymus vertit, Dixi Deo, dominus meus es tu. Nā prius nomē est illud ineffabile ἄρρητος ἢ ἄνοητος ἢ ἀκατάληκτος ἢ ἀκατάβητος ἢ ἀκατάσκευτος ἢ ἀκατάριθτος ἢ ἀκατάμετρος ἢ ἀκατάστατος ἢ ἀκατάχρηστος ἢ ἀκατάσχετος ἢ ἀκατάκατατος ἢ ἀκατάκατατος ἢ ἀκατάκατατος; de quo nōnihil attigimus.

In Psal. 8

Id soli Deo tribuitur, & significat existentem. Solus enim Deus à seipso existit, & cæteris omnibus author est, origo ac dator, vt existant. Vndē Exod. 3. Ego sum qui sum. Et, Sic dices filijs Israel: Qui est, misit me. Posterius propriè Dominum significat: vel si iuxta proprietatem illius linguæ veritas, Latinè sonat, domini mei, numero plurali. Semper tamen iungitur verbo singulari: quo significantur tres personæ in vno Deo, quibus personis vniuersale rerum dominium commune est. Vide Petrum Galatinū lib. 2. cap. 13. de arcanis Catholicæ veritatis. Porro in eo quod Deo dicit, Dominus meus es tu, significat se totum illi subijcere: qui firmissimus est ad salutem gradus.

Quoniam bonorum meorum non eges. Hebraicè אֵין לִי צָרָה בְּטוֹבוֹתַי. Quod ad verbum verti potest, Bonitas mea non super te. Vel, bonum meum nihil ad te: vt subaudias, peruenit, vel confert, vt sit sensus: nihil tu iuuaris, nihil tu capis vtilitatis à mea bonitate, si vel boni sim, vel boni aliquid operer. Diuus Hieronymus vertit, Benè mihi non est sinè te, secutus, vt appareret, interpretem Chaldaicum, qui in ean-

dem sententiam interpretatus est. Ac verissimum quidem est quod dicunt. Quid enim boni habere possumus, nisi à DEO? Verū translationi Septuaginta magis consonat expositio, tum Hebræorum, tum Græcorum, tum Latinorum: tamen hi non vno modo exponunt. Arnobius eleganter verba connectit in hanc sententiam, Conserua me Domine, quoniam speravi in te, non ad arrogantiam ductus pro immaculata conscientia superbè sapui: sed dixi Domino, Deus meus es tu: & quanuis omnia opera mea, & omnia verba mea, & omnia cogitata mea bona sint: tamen tu qui me assumpsisti, bonorum meorum non eges. Non enim pro Dei necessitate assumptus est homo, sed pro hominis necessitate susceptus est Deus. Itā Arnobius: cuius expositioni pulchrè consonat quæ sequunt in Psalmo, præsertim vt in Hebræo sunt.

Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. Qui versus apud Hebræos ita legitur: אֲדַבְּרָה בְּעֵבֶר הַבְּרָחָה לְקֹדְשֵׁי אֱלֹהִים בְּאֶרֶץ חַיִּים וְחַיִּים בְּאֶרֶץ חַיִּים, Hoc est, Sanctis qui in terra sunt: & illustribus, in quibus omnis mea voluntas est. Q. d. His vtilia sunt mea bona: his opus fuit, vt cū essem in gloria tua, opater, memetipsum exinanirem, formam serui accipiens, &c. Philip. cap. secundo. In hanc sententiam viri doctissimi locum hunc interpretantur. Græca translatio in hoc versu quod nonnihil dissonat ab hac Latina, quæ in Ecclesijs vtimur. Itā enim habet: τῶν ἐπισημοῦν ἐν τῇ γῆ σου, ἠνεκέσθησαν ἡ ἐκείνη, πέντατα ἀδολύματα ἐν τοῖς ἱερῶν. Hæc itā sonant Latine: Sanctis qui in terra eius sunt, mirabilia operatus est Dominus: omnis voluntas eius in eis. Quæ nihil impedit, in eandem sententiam interpretari, in quam Hebræa iam sumus interpretati, hoc modo: Dominus operatus est mirabilia, nempe quod quum sit DEVS æternus, immensus, & immortalis, hominem assumendo, homo factus sit, humilis, formam serui accipiens, obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, Quid enim vnquam vel factum est, vel fieri poterit mirabilius? Cui autem hæc tam stupenda est operatus? Num sibimetipsi, quod ipse hinc aliquid vtilitatis lucraretur? Minime gentium. Quid enim illi vtilitatis à nobis? Quibus igitur? Sanctis qui in terra eius sunt: hoc est, in gratiam & salutem eorum, quicunque ab initio mundi fuerunt, & quicunque futuri sunt vnquam, vsq; ad mundi consummationem, in ipsum credentes, in ipsum sperantes, ipsius voluntatem & mandata amantes. Quid porro illum commouit, vt rem tanto stupore admirandam, in horum gra-

gra-

gratiam operaretur? Hoc nimirum, quod omnis voluntas eius in his sit: hoc est, quod incredibili, inæstimabili, incomprehensibili quæ charitate eos complexus sit. Hanc ego puto ipsissimam esse prophetæ, imò ipsius spiritus sancti per prophetam locuti, sententiam. Nec multum ab hac dissonat expositio nri Augustini: nisi quod pro, mirificauit, legit, mirificauit. Verba eius sunt: Sanctis qui in terra viuentium spem suam posuerunt, ciuibus Hierusalem cælestis, quorum conuersatio spiritualis per ancoram spei in illa patria figitur, quæ rectè terra D E I nominatur, quanuis adhuc & in his terris versentur: Mirificauit omnes voluntates meas in illis. His ergo sanctis miras feci omnes voluntates meas in profectu eorum, quo senserunt quid eis profuerit & humanitas meæ diuinitatis, vt morerer, & diuinitas humanitatis, vt resurgerem. Iam verò si quis mālīt retinere vulgarem translationem ac lectionem, is interpretetur hoc modo: DEVS pater mirificauit omnes voluntates meas, hoc est, mirabiliter perfecit, quæcunque ego ab illo pro salute generis humani petij: perfecit, inquā, hæc omnia in eis sanctis, qui sunt in terra eius. Sed iam ad sequentem versum.

Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Hebraicè, יָרַבּוּ עֲצָבוֹתַי בְּרָחָה. Quæ verba variè interpretantur. Diuus Hieronymus vertit, Multiplicabuntur idola eorū post tergum sequentium. Interpres Chaldaus in hanc sententiā: Multiplicant idola sua, & postea festinant vt sacrificent sacrificia. Felix Præfati: Multiplicabuntur dolores eorum, post alterum accelerauerunt. Pagninus: Multiplicentur dolores eorū, qui alteri Deo donauerunt. Alius: Multiplicent sanè idola sua, cupidè sectentur alienum. Alij aliter: Quæ varietas indè nascitur, quod verba Hebræa varia significant. Nam עֲצָבָה dolorem significat, & infirmitatem, & nonnunquam idolū. רָחַץ alienum, vel alium: nonnunquam etiam post, vel retrò. sed in hac significatione ferè scribitur אֲחֵרִי. Fieri potest vt Septuaginta legerint, אֲחֵרִי. Iam verbum רָחַץ vt plurimum quidem, significat festinare: nonnunquam verò, dotare: & ali-quandò, insanum aut stultum esse. Mihi non videtur operæ precium, omnes omnium opinionones persequi, præsertim quum verba Hebræa non inuita recipiant translationē quam nos habemus: neque sit incommoda expositio, quam legimus in commentarijs D. Hie-

ronymo ascriptis. Ea sic habet: Gétes, de quibus nunc Ecclesiam cōgrego, antequam idola eorum multiplicarentur, Deum naturaliter nouerant. Sed postquam multiplicata sunt idola, quod Septuaginta infirmitates interpretati sunt, relinquentes ea, ad me celerrimè sunt reuersi. Hæc ille. Reuersos autē dicit, per Apostolorum prædicationem ad fidem Christi conuersos. Iam his nō malè cohærent, quæ sequuntur apud prophetam:

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Id est, Non in hoc conuenient amplius, vt sacrificijs sanguinarijs mihi litent. Vel, vt in Hebræo legimus, לֹא אֶסְרֵר וְכַפִּירָהם בַּדָּם, Hoc est, Non libabo libamina eorum de sanguine. Hoc est, Posthæc non sacrificabunt mihi de sanguine pecudum, vt hætenus mihi fecit populus Iudaicus: & ille gentilis suis idolis, qui nonnunquam etiam humano sanguine litabant. Mihi verò iam deinceps vitulos labiorum offerent. Iam enim carnalia illa desierunt, atque vt vmbra soli, sic spiritualibus sacrificijs cesserunt.

Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Vel, vt ex Hebræo, neq; assumam nomina eorū per labia mea. Sensus vtrobiq; idem est. Et si superiora illa tanquā irato Deo dicta intelligas in idololatras, quæ relicto vero Deo secuti sint alium, iam hæc ita sunt accipienda, quasi ita abiecerit eos, vt ne nominū quidem eorū posthæc velit meminisse. Quidam hoc contra Iudæos dictum accipiunt. Illi enim appellabantur populus Dei, populus peculiaris, vinea, pars, hæreditas, funiculus Domini, atq; alia huiusmodi. Postea verò, quum filium Dei ad se missum, nolent recipere: sed quibuscunque potuerunt iniurijs & contumelijs afficerent, pro illis tam honorificis nominibus appellari cæperunt progenies viperarum, generatio praua & peruersa &c. Sin tanquā à probante, siue laudante eos qui ex gentibus crediderunt, quod relictis idolis, post multiplicatas infirmitates ad se conuersi properarunt, iam per hæc intelligere possumus, DEVM pro sua immensa clementia ac misericordia, ita recipere conuersos, vt vnà cum peccatis illis pristinis, etiam nomina illorum pristina deleat. Hoc enim etiam olim multis, in vtriusque Testamenti libris, factum legimus: vt Abraham dictus est, qui prius dicebatur Abram: Israel, qui prius Iacob: Petrus, qui prius Simon: Filijs Zebedæi, Iohanni & Iacobo, imposuit IESVS nomina, vt dicerentur Boanerges, siue, vt in lingua Hebræa, בְּנֵי רָעָשׁ, id est, filij tonitruī. Quinimò in hodiernum vsque diem Ecclesia Dei consuetudinem

Mat. 5. 10, 17. 23.

dinem retinet, vt his qui per Baptismum induunt nouum hominē, nomina quoque noua imponat. Et quid nisi Qui prius dicti sumus filij Adam, filij iræ, filij mortis: nunc dicti sumus, ac dicimur filij vitæ, filij adoptionis, filij Dei: vt iam quisque nostrum cum ipso Dño Iesu, homine pro nobis facto, magno cum gaudio & gloria dicere possit, quod sequitur in Psalmo:

*Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei.]* Hoc est, Dominus est mea hereditas, mea possessio, meus cibus, meus potus: vt beatissimi sint, qui hanc partem mecum possident, hunc cibum mecum comedunt, hunc calicem mecum bibunt. Hæc est enim vera illa ambrosia: hoc verum illud nectar immortalitatis. Quid ego libarem de illorum sacrificijs sanguinaris, quasi vel carnem taurorum esuriens, vel sanguinem hircorum sitiens? Meum sacerdotium (quum sim sacerdos in æternum) nouo & inaudito sacrificio constat. Ego enim quum in gloria patris, demisi me huc, vt assumerem hominē: vt ipsa deitas humanitati fieret possessio, cibus, potusque immortalitatis: & humanitas deitati victima, seu holocaustum in odore suauitatis. Ad hoc sacrificium inuitaui genus humanum vniuersum, memetipsum in cibum & potum distribuens, vt me edentes, Deum edant, hoc est ipsissimam vitam æternam. Itaque factum est, vt iam Deus mea pars sit, meaque hereditas: atque in Deo possideam, confernem, sustentem, & vita æterna viuificem omnes gentes totius mundi. Hoc nimirum est quod iam sequitur apud prophetam per apostrophem: Tu es qui restitues hereditatem meam mihi: siue, vt ex Hebræo sonat, Tu sustentas fortem meam. Sors & hereditas Christi nos sumus. Amissi eramus per Adæ primi parentis peccatum: restituti autem per iustitiam noui Adæ, qui est Christus Iesus. Et quia Deus est in Christo, & Christus in nobis, nos utique per Christum sustentamur à Deo. Hinc iam sibi gratulabundus, ita canere pergit:

*Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi.]* Funicibus, illi qui diuidebant hereditatem, agros dimetiabantur. Hoc est igitur quod dicit, Quum illi mensores agrorum admetirentur mihi meam partem, præclare mecum actum est, nempe vt DEVS ipse factus sit fundus meus in cælo: in terris autem possessio omnium gentium, iuxta illud Psal. 2. Dabo tibi gentes hereditatem tuam &c. Quod ait, in præclaris, Hebraicè est בְּרָצִיפִים, id est, amœnis siue iucundis. Porro quàm fuerit Domino IESV amœna iucundaque hereditas, quæ cælum terræ, Deum generi humano tanquam fundum

fundo coniunxit, multis modis locisque scripturæ declarauit. Luc. cap. vigesimo secundo, in mystica illa cena dixit ad Apostolos: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Cuius desiderij mox adijcit rationem his verbis: Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno DEI. Hoc nihil aliud est, quàm si dicat, donec mihi perfecta sit, completa, ac plena possessione vindicata mea hereditas. Sed in ea precatione, qua vsus est ad patrem, aditurus prælium illud, quo profligaturus erat tyrannum diabolum ab inferiore hac hereditatis parte genere humano, audi quanto cum ardore animi dicat: Ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, &c. Iohannis cap. decimo septimo. Ecce hæc est illa præclara hereditas, quam filius à patre petijt: à qua tyrannum diabolum depulit: quam sibi patrique vindicauit: cui patrem ipsum reconciliauit: de quibus omnibus deinceps laudans gratias agit DEO patri, his verbis:

*Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum.]* Quod nos ter interpretis vertit, Qui tribuit mihi intellectum, ex Hebræo sonat, qui mihi consuluit. Sed idem vtrouique est sensus: nempe, spiritum suum in me sine mensura, abundantissimaque plenitudine effudit, qui me doceret voluntatem ipsius patris, atque sapientiam omnem. Hoc enim & Lucas significat, quum ita scribit cap. secundo: Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Et Iohannes Baptista, apud Iohannem Euangelistam cap. tertio: Quem enim misit DEVS, verba DEI loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum: pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Et ipse Dominus Iesus de se apud eundem Euangelistam cap. octauo: A me ipso facio nihil, sed sic ut docuit me pater, hæc loquor. Hæc omnia de humana eius natura intelligenda sunt, in cuius persona prophetam hic loqui, iam antè monuimus: nisi forte & secundum diuinam eius naturam velimus dicere filium eadem ratione omnia discere & accipere à patre, qua ex patre nascitur. Nam quemadmodum illud nasci ex patre, non facit illum iuniorē patre, quum natiuitas illa sit æterna, neque initium habens, neque finem: ita neque discere illum à patre, & accipere à patre, facit illum vel indoctiorem,

rem, vel pauperiorem, vel vlla ex parte minore patre: sed ordinem duntaxat personarum indicat: qui ordo à patre, tanquam principio seu fonte omnium incipit. Sed commodius est, vt quæ hic apud prophetam legimus, de humana eius natura intelligamus. In qua non modò cælestia illa atque diuina argana patris, hominibus ante ipsum abscondita, didicit: verum etiam quum esset filius Dei, vt inquit Apostolus Hebr. cap. quinto, didicit ex eis quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Nam, vt in eadem Epistola cap. 2. scribit, debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari. Hoc nimirum est quod sequitur in Psalmo: Et vsque ad noctem increpauerunt merentes mei. Sic enim diuus Augustinus hoc hemistichium interpretatur: Super intellectum autem, inquit, vsque ad mortem erudiuit me inferior pars mea, carnis assumptio: vt experiret tenebras mortalitatis, quas ille intellectus non habet. Tenebras mortalitatis expertus nominus Iesus: Quia mortuus & sepultus, descendit ad inferna. Sed hæc omnia magno, inuito, & excelso animo aggressus est, ac superauit: quia sciebat sibi certam paratam esse victoriam, nimirum quod Deum haberet sibi à dextris, hoc est, defensores ac protectores aduersus omnia mala. Atque hoc ipsum est quod iam sequitur in Psalmo, ipso Apostolo Petro interprete Actor. 2.

*Proindebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.]* Hoc iam non habet opus ampliori interpretatione, nisi quod admonendi videmur idem auxiliium nobis quoque paratum esse: eundem Dominum Deum nobis à dextris esse, si nos tota fiducia, omni obsequio & obedientia illi permittamus ac subijciamus, idque in nomine principis nostri Domini Iesu Christi, sub cuius vexillo militamus, scientes quod ille iam superbum illum tyrannum prostrauit. Proinde Dominum in conspectu suo, nihil est aliud, quàm illum sibi proponere, ad illum solum respicere, vt illius nutu agas omnia. In Hebræo est אֲדָרְכָהוּ, quod proponere significat. Quicumque hoc tota fiducia (vt dixi) faciunt, his ille est à dextris, ne vnquam perculsi ab hoste commoueantur vt cadant. Hi magna alacritate & gaudio cum hoste cõffigunt, nunquam cedentes malis, sed contra audentiores euntes. Id enim significat quod sequitur:

*Propter hoc letatum est cor meum, & exultauit lingua mea.]* Pro lingua mea, in Hebræo est לְשׁוֹנִי, id est, gloria mea. Per gloriam hanc Græci interpretes linguam intellexerunt, forte quoddam speciosissima quaedam res sit in homine sermo. Nonnulli mentem ipsam per gloriam intellexerunt, siue animam. Vt cunquē hoc accipias, exaggeratio est illius alacritatis & gaudij, quod præstat ea, de qua diximus, in Deum fiducia.

*Insupèr & caro mea requiescet in spe.]* Hoc est, Corpus meum in diem tertium securum dormiet in sepulcro, indubitata certaque concepta spe resurrectionis. Quin ipsa Ecclesia caro Christi est, quemadmodum Adam in figura dixisse legimus: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quæ, quemadmodum rediuius ex mortuis sponfus, in cælum præcessit, ita & ipsa, reuiuifcentibus omnium, quicumque vnquam obdormiuerunt & obdormient in Domino, corporibus, eodem est secutura. Huius tam beatæ spei rationem subiicit apud prophetam, dicens:

*Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.]* Descendit quidem in anima sua Christus ad inferna, relicto tantisper in sepulcro corpore, non vt illic aliquid pateretur: sed vt solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, inquit Petrus, spiritus piorum patrum, qui in eius aduentum crediderant, liberaret, captiuitatemque captiuam duceret, & de diabolo potentissimè triumpharet. Quo descensu & illud effecit, vt & animæ sanctorum iam non possent ab inferno teneri: sed exuta corporibus, cum Deo viuunt, magno cum gaudio expectantes resurrectionem corporum suorum. Porro quod ait propheta: Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, significat Christi corpus nequaquam corruptum iri in sepulcro putredine. Quamquam verò corpora nostra sepulta putrescunt, non pereunt tamen: sed tanquam semina conduntur terra, vt tempore à Deo prefinito, latissimo cum fructu resurgant. Seminatur, inquit Apostolus, in corruptione: surgit in incorruptione. Seminatur in infirmitate: surgit in virtute. Seminatur corpus animale: surgit corpus spirituale.

*Notas mihi fecisti vias vitæ.]* Ex Hebræo verti potest, Notas mihi facies semitam vitæ. Est autem Hebraica loquendi figura, qua nihil aliud significat, quàm, mortuum ac sepultum, tu statim resuscitabis in vitam. Est etiam per hanc ipsam resurrectionem Christi, corpori eius

1. Cor. 15.

eius mystico, quæ est Ecclesia, nota facta semita vitæ, hoc est, patefacta veritas resurrectionis corporum nostrorum. Nam si resurrectio mortuorum non est, inquit Apostolus, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra, &c. Quid autem post resurrectionem? Nimirum quod iam sequitur in Psalmo:

*Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Siue, vt ex Hebræo, Saturitas gaudiorum in conspectu tuo. Hoc est, quum iam ex mortuis resurrexero, apud te viuam in æternum, fructurus tuo conspectu, in quo voluptatum est & gau-

diorum genus omne. Neque tantum vultus tui conspectu me frui permittes: sed assumptum me in dextra tua constitues. Hoc est enim quod sequitur, *Delectationes in dextera tua.* Christus enim quum resurrexisset à mortuis, ascendit in cælum, ac sedet ad dexteram Dei patris, nobis relinquens certissimam spem; quod & nos ibidem futuri sumus cum illis idem; non ad certum aut præfinitum terminum temporis, sed in finem: Hebraicè נצח, id est, in æternum. Cui cum eodem Deo patre & spiritu sancto, laus, gloria, honor, & imperium, in secula seculorum, Amen.

## PSALMVS XVI.

**E**Xaudi Domine iustitiam meam, intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam, non in labijs dolosis. De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem. Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meum opera hominum, propter verba laborum tuorum ego custodiui vias duras. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus, inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. A resistentibus dexterae tuæ, custodi me vt pupillam oculi. Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me affixerunt. Inimici mei animam meam circumdederunt, adipem suum concluderunt, os eorum locutum est superbiam. Projicientes me, nunc circumdederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Exurge Domine, præueni eum, & supplantam eum, eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum, de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Saturati sunt filijs, & diuiserunt reliquias suas paruulis suis. Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua.

## IN PSALMVM XVI.

## TITVLVS.

וְיִשְׁמַע ה' אֶת־קוֹלִי, Hoc est, Precatio Davidis. Hæc inscriptio nihil aliud nobis indicat, quæ genus orationis & authorem.

## DE OCCASIONE SCRIBENDI &amp; argumento.

Doctissimi quique tam ex Theologis nostris, quam ex Iudæorum Rabbinis, putant Psalmum hunc esse cantatum à Dauid, quando grauissima persecutione affligebatur à

Saule. Implorat enim auxilium DEI, vitæ suæ innocentiam commemorans, & inimicorum superbiam crudelitatemque exaggerans: tandemque concludit, hos quidem opibus potentiaque huius mundi felicitatem hominis metiri: se verò visione, contemplatione, ac fruitione gloriæ Dei.

## DE MYSTICO SENSU, ET morali doctrina.

Diximus aliàs, in Dauid nobis propositum esse typum Christi: & exemplum, quod omnes qui

qui Christum profiterentur, imitari debemus. Sunt alij aliquot Psalmi, argumento, huic non dissimiles: vt 7. 55. 56. 57. 58. 59. Sed iam ad verba Psalmi accingamur.

*Exaudi Domine iustitiam meam.* Pronomen meam, in Hebræo non additur: sed simpliciter legitur, שְׁמַע יְיָ יְהוָה יְהוָה. Quod veriti potest, Audi Deus iustitiam, vel audi Deus iustitiam. Græcus interpres, quem sequutus est hic noster Latinus, addidisse videtur pronomen explicandi gratia, in hunc sensum: Exaudi Domine iustitiam meam, id est, iustam preceptionem meam. A qua sententia neque Chaldaica, neque Arabica translatio abhorret. Aquila, Symmachus ac Theodotus, verterunt, Exaudi Domine iustitiam. Hoc est, iuste, vel qui es iustus. Hi videntur veriti esse, ne insolens aut arrogans videretur, si propheta ipse sibi tribueret iustitiæ laudem. Quin author commentariorum quæ niuo Hieronymo ascribuntur, indicat in Hebræis esse qui asserant, Dauid hoc ipso prolapsus esse in peccatum, quod hic sibi temerè iustitiam tribuerit. Sed quare talia vel verentur, vel suspicantur magis hoc loco quam alibi, quum non solum suam iustitiam & innocentiam nominet in Psalmis propheta? In Psalmo quarto dixit, Exaudiuit me Deus iustitiæ meæ. Et Psalmo 17. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodiui vias Domini &c. Nihil in his peccauit propheta. Nam vel in persona Christi locutus est, vel si quando maxime in sua ipsius persona talia loquitur, non absolute se iustum dicit, quasi nihil habeat peccati, sed ad præsentem causam respicit: aduersarij autem, iniustam. Vt in hac ipsa, de qua Psalmum hunc cecinisse videtur, Saul impetit illi regni affectationem, & laudem virtutis inuidit. Dauid autem, quanquam à Deo erat iam vocatus ad regnum & vnctus, tamen adeo non properauit ad illud, vt etiam pro honore, gloria, & incolumitate Saulis vbique dimicaret, ac tandem mortem eius grauiter vindicaret. Hac itaque ratione merito sibi sumpsit iustitiæ nomen, etiam si forte cetera non erat per omnia purus à peccato. Quanquam in ea peccata, de quibus loquitur historia Regum, postea lapsus est.

1. Reg. 1.

*Intende deprecationem meam.* Hebraicè הִשְׁמַע יְיָ אֶת־קוֹלִי, Hoc est, Attende clamorem meum.

*Auribus percipe orationem meam.* Vides in his tribus primis Psalmi membris schema Rhetoricum, quod Græci nunc ἰστορικόν, nunc ἰστορικόν appellant, Latini interpretationem,

Vnam enim sententiam ter verbis verbis commutatis extulit. Quo significat propheta, in quantis afflictionibus & pressuris, quanto cum desiderio Dei auxilium impleret: siue in sua ipsius persona de Saule & Saulitis, siue in persona Christi de principibus & populo Iudæorum, siue in persona Ecclesiæ de tyrannis & hominibus barbaris se persequentibus loquens. Omnibus enim his, & præterea cuius martyri, aut sancto, ex persecutionum afflictionibus ad Deum clamanti, conuenit Psalmus.

*Non in labijs dolosis.* Ratio est, quare dignus sit qui exaudiatur. Neque enim fictis, quales illæ Megarensium proverbio feruntur, sed verissimis, ingentique dolore expressis lacrymis se plorare significat. Id sequentibus verbis grauius etiam affirmat, ipsum etiam Deum in testem & iudicem huius rei inuocans, vt quem nihil potest latere.

*De vultu tuo (inquit) iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.* Hoc est, Esto tu iudex meus: examina tu causam meam, cuius oculis omnia patent, cui nemo potest imponere. Quod ait, videant æquitatem, in Hebræo est, הַיְיָ אֱדִינֵנִי, id est, expendant ea quæ recta sunt. Rhetores vocant captationem benevolentiae iudicis, ab innocentia & integritate personæ nostræ, hoc est, eius personæ quæ vel ipsa pro se dicit, vel pro qua dicit orator.

*Cor meum probasti.* Quid. Homo quidem eaduntaxat videt quæ patent: tu autem Domine intueris cor. Et quanquam nullæ cogitationes tam possunt esse arcanae, vt lateant te, meum tamen cor etiam multis modis probasti & examinasti.

*Et visitasti nocte.* Verbum visitare quidam vident, quasi parum Latinum. Sed legitur apud Plautum in Curcul. & Ciceronem lib. 5. de finibus. Est autem frequentatiuum à viso, quod est, eo ad videndum. Ceterum in scripturis diuinis plerumque usurpatur pro eo, quod Latine dicitur, censere, explorare, inquirere, nonnunquam etiam propemodum est quod punire: Hebraicè בָּחַן. Hoc loco significat explorasti, siue scrutatus es. Solent autem animi humani nocte cogitationibus maxime indulgere. Tunc enim id magis vacat, quam interdiu. Adde quod cogitationes nocturnæ plerumque sunt impuriore diurnis: nimirum conuenientibus atque conspirantibus tribus perniciosissimis consultoribus, de quibus verè dixit Ouidius:

Nox & amor vinumque, nihil moderabile suadet,  
Illa pudore vacat, Liber amorque, metu.

Ab his itaque qui mundum & integrum conseruat cor suum, vt ne cogitatiuncula quidem peccet, hic verè eximiam inuictæ virtutis fert laudem.

Ignem examinasti. Ignem intelligit afflictiones tentationû, de quibus Apostolus Petrus Epistolę 1. cap. 1. ita scribit: Vt probatio vestrę fidei, multò preciosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem, in reuelatione Iesu Christi. Porro totum hoc membrum, igne me examinasti, in Hebręo vno compręhenditur verbo אֵשׁ בִּיבַרְתָּ: quod Hieronymus vertit, Consiasti me. Verbum propriè dicitur de his, qui conflant aurum siue argentum, aut ad probandum an purum sit, aut, si sit impurum, ad repurgandum à scoria.

Et non est inuenta in me iniquitas. In Hebręo hæc aliter leguntur nunc, quàm videntur esse lecta à Septuaginta. Sic enim habent exemplaria: בַּל תִּמְצָא וּמוֹתָי בַּל יֵשֶׁר בִּי. Hoc est, Non inuenies, cogitatio mea non præteribit os meum. Vel potius hoc modo: Cogitavi: non transiit os meum: vt subaudias, cogitatio mea, vel id quod cogitavi: vt verbum, cogitavi, simul compręhendat nomen suum verbale: quod est familiare linguę Hebręę. Est autè sensus orationis, vt nunc quidem in sua lingua legitur: Quum probaueris me vel actionibus diurnis, vel nocturnis cogitationibus, vel grauissimarum etiam tentationum igne, nunquàm tamen inuenisti aut deprehendisti, quòd aliter sim locutus, quàm cogitauerim aut senserim. In hunc sensum diuis Hieronymus vertit hoc modo: Non inuenisti cogitationes meas trāsire os meum. Atq; hinc iam sequitur versus proximus his verbis apud Hebręos: לִפְעֻלַּת אֱדוֹם בְּרַבֵּי שִׁפְתָי, וְאֵשׁ שִׁמְרֵתִי אֶרְחֹת פִּי. Hoc d. Hieronymus vertit hoc modo: In opere hominum, propter verbum labiorum tuorum ego obseruauī vias latronis. Interpres Chaldęus, Verè speculatus sum opera filiorū hominum: ob sermonem oris tui & labiorū tuorū, ego obseruauī viam audacis. Sententiam paraphrasticè reddit Iohannes Campensis, his verbis: Odio eorum quę passim mala fiunt ab hominibus, præceptionum tuarum memor, operam dedi, vt essem à moribus sceleratorum hominum quàm alienissimus. Eorum autem, quę in vulgata translatione, qua vtimur in Ecclesia, sic habent: Vt non loquatur os meum opera hominum, propter verba labiorum tuorum

ego custodiui vias duras: Hęc est sententia, & hic ordo: Ego Dauid ppter verba labiorum tuorū, id est, ppter mandata tua, q̄ transgredi nolui, custodiui vias duras, id est, per angustū & asperum virtutis callem ingressus sum: id quę intantum, vt non modò non operer ea quę vulgus hominum, per illam latam vitiorum viam gradiens, operatur: sed ne loquar quidem inania & friuola, multò verò minùs blasphemias, & ea quę proximi famam aut vllum bonum lædant. Si quis tamen per vias duras, malit intelligere easdem, quas iuxta verbum Hebręum dissipatoris, seu latronis, id est, diaboli, intelligimus, huius sententiam nequaquam improbauero. Nam via quę ducit ad vitam, dura videtur & aspera hominibus stultis & brutis: alioquin vera multò est commodior & iucundior, quàm ea quę ducit ad mortem. Vndè qui hæc sunt ingressi, Sapientię cap. quinto, stultitiam suam deplorant his verbis: Ergò errauimus à via veritatis, & iustitię lumen non luxit nobis, & sol intelligentię non est ortus nobis: Lasciati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. At hoc modo interpretantibus verbum, custodiui, significat caui vel vitauī. Vides itaque, quòd quantum ad sententiam, ferè nihil, imò nihil omninò discrepant huius translationis verba, hoc quidem loco, ab illis quę sunt in Hebręo. In illo tam sancto vitę cursu se confirmari & confortari optat & precatur propheta, per ea quę iam sequuntur:

Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. Hoc est, Da mihi, vt pleno, firmo & perfetto gradu secundum mandata tua in tota hac vita mea ita gradiar, ita omnes vitę meę actiones instituam ac peragam, vt nusquam impingam aut vacillem ad lapsum, nusquam turbentur vestigia mea.

Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. Ego clamaui, hoc est, inuocaui te (nam ita sonat ex Hebręo) id quę ided, quia exaudisti me. Vbi sciendum, quòd more suo, hoc est, prophético, tempora confundit. Sensus autem hic est: Ided ego inuoco te, quia tu o DEVS, soles me inuocantem exaudire. Quòd ait, inclina aurem tuam mihi, significat se agnoscere DEI quidem inaccessam celsitudinem, suam autem nimis per afflictiones prostratam humilitatem.

Dirigica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. Hoc est, ita me ex afflictionibus

Iohan, 20

his eripe, vt omnes videant & admirentur misericordiam tuam, qua afficeris erga eos, qui sperant in te. Quanquàm illud in te, non est in Hebręo: sed tantum, sperantes. Interpres de suo addidisse videtur, quòd videret necessariò subintelligendum esse: nisi fortè codices Hebręorū olim habuerunt adiectū בָּרָא.

A resistenibus dextera tue. Hęc pars in Hebręo adhæret versusi præcedenti, quasi hoc modo cohereret sensus: Qui saluos facis eos qui sperant in te: vt liberi sint, ac tuti ab illis, qui resistunt dextere tuę. Sed non incommodè, iuxta vulgatam hanc translationem, refertur ad verbum quod sequitur, custodi: vt sit sensus, O DEVS, custodi me vt pupillam oculi, a resistenibus dextere tuę. Illi resistunt dextere Dei, qui ea quę DEVS operatur, demoliri conantur. Vt in Dauid fecit Saul. Deus reprobaro Saule propter transgressionem, per Samuelem vnixerat Dauidem in regem: per quem & eximia quædam ac mirabilia fuit operatus, interfectis leone, vrsò, Goliath, &c. Hanc Saul conabatur interficere. Deus autem custodiuit eū. Quum adesset finis regni, illius carnalis apud Iudęos, placuit Deo per CHRISTVM erigere spirituale regnum. Hunc regem Iudęi suspensum in crucem occiderunt. DEVS autem custodiuit illum, ac tertio die resuscitatum fecit non modò vnus gentis Iudaicę, verum omnium gentium totius orbis terrarum, imò ipsorum Angelorum, & omnium quę celo terraq; continentur, Dominum, principem, regem, & monarcham, vt iam in nomine IESV flectatur omne genu, celestium, terrestrium, & infernorum. Hic Rex quum comparato sibi iam regno hoc, rediturus esset ad patrem in illud celeste, constituit hęc suos legatos, vicarios, & ministros Apostolos, quo suo nomine regno huic in terris præessent. Quod quò maiore cum autoritate & fructu administrarent, eandem illis dedit potestatem, quam ipse acceperat à patre, dicens: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Et suscipiens in eos, Accipite, inquit, Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Nè verò se digressò, per dissidia, dum sibi omnes viderentur equales, regnum discinderent atque discerperent, vnus inter eos fecit principem Petrum. Pasce, inquit, agnos meos &c. Iohan. 21. Id iam antè prædixerat se facturum his verbis: Tu es Petrus, & super hæc petram edificabo Ecclesiam meam, &c. Matthei decimosexto, Petro ac ceteris Apostolis, perpetua successione succedunt Pontifi-

ces Romani, ceterique Episcopi, vsque ad cõsummationem sæculi. Quorum potestati qui resistunt, vt faciunt omnes heretici, (vt Cyprianus docet) dextrę Dei resistunt. Nam si omnis potestas à Deo est, vt qui potestati resistit, ordinationi Dei resistat, Apostolo teste, quid dicemus de hac potestate, quam CHRISTVS ipse, verbis tam grauibus & apertis instituit ac ordinauit? Quicumque igitur diuina ordinatione in eminentia constituti sunt, rectè cum hoc nostro Propheta DEVM contra seditiosos ac rebelles inuocare possunt ac debent, dicentes: A resistenibus dextere tuę custodi me. Quandoquidem verò iuxta verbum Apostoli omnis anima potestatis sublimioribus subdita esse debet, debemus & nos pro illis ipsis potestatib, sub quibus ordinatione diuina constituti sumus, orare, & pro omnibus qui in sublimitate positi sunt, vt quietam & tràquillam vitam agamus in omni pietate & castitate, vt monet idem Apostolus 1. Tim. 2.

Sub umbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt. In Hebręo prius membrum huius versus coheret versusi præcedenti: sed quantum ad sententiam attinet, nõ est incommoda huius trãflationis distinctio. Metaphora nota est, sumpta ab auibus, pullos suos sub alis fouentibus ac protegentibus. Hinc & Dominus Iesus Mat. 23. Ierusalem Ierusalem, quę occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluitis? Et ipse Propheta noster Psal. 90. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.

A facie impiorum. Hoc est, ab ipsis impijs. Euthymius putat impios hęc impropriè dictos Saulem & eos qui huic adhærebant, quum aliqui ethnicos & idololatrias significare soleat. Sed quicumque sanctos Dei oderunt, affligunt, & perdere conantur, hos vocat scriptura diuina אֲשֵׁרִים, id est, impios.

Qui me afflixerunt. אֲשֵׁרֵי אֵינִי, id est, qui mo vastant, seu perdere moliantur.

Inimici mei animam meam circūdederunt. Hoc est, cinxerunt me, vt interficerent. Nam animam pro toto homine poni, vsitatissimū est in scripturis diuinis. In Hebręo est:

אֲנִי בְּקֶשֶׁת וּבַחֶבֶל אֵינִי. Quod ad verbum verti potest hoc modò: Inimici mei in anima obsidionē posuerunt cõtra me. Cuius sensus esse potest, Inimici mei obsederunt me animis in exitium deuotissimis. In hæc sententiã intellexit interpres Chaldęus, & hunc

hunc fecutus Aben Ezra, commentator Hebraus.

Adipem suum concluderunt. Hoc est initium versus apud Hebraeos. Euthymius putat, ea figura dictum esse, qua dixit Iohannes Apostolus epistolę 1. cap. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Verba Euthymij sunt, interprete Philippo Episcopo Brugnatensi: Per adipem cor intelligit & viscera, quoniam circum hæc multa solet inesse pinguedo. Ait igitur, omnem eos à corde atque à visceribus misericordiam intra se ipsos clausisse. Misericordia enim à corde, atque à visceribus dicitur descendere. Alij adipem exponunt pro bona habitudine ac felicitate: quam illos clausisse dicit Propheta, atque in seipsis continuisse, veluti nunquam amplius recessuram, sed cum eis perpetuò futuram. Hæc Euthymius. Sed quum scriptura diuina sepe vtatur adipe & pinguedine, pro opulentiâ, & quæ hanc plerumque comitatur, superbia, ferocia, atq; tyrannide, optimè videtur Iohannes Folengius interpretari, hoc modo: Adipem suam concluderunt, hoc est, opes facultatesque copiosas suis commodis reposerunt, vnde tam insolenter ferociunt, ac contra Deum in primis, & contra homines blasphemias fastu plenissimas congerit. Similiter dixit Psalmus vicesimus primus: Tauri pingues obsederunt me. Et Amos 4. Audite verbu Domini vacce pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniâ facitis egenis, & constringitis pauperes. Similia legimus alijs locis multis. Diuus Hieronymus vertit, Adipe suo concluderunt. vt sit ablatiuus instrumenti, & subintelligatur os, aut fauces, aut simile aliquid, hoc sensu: Adipe seu pinguedine cor suum, fauces, & os adeo obstruxerunt, vt neque cogitare, neque meditari, neq; loqui bona aliquid sustineat: sed in saturitate sua, potentia, delicijs ac fastu adeo intumescant, vt quicquid cogitant, loquuntur ac operantur, in iniuriam & contumeliam mei quem persequuntur & affligunt, vergat. Cui sententiæ aptè consonat quod sequitur: Os eorum locutum est superbiam. Vel, vt ex Hebræo, Ore suo locuti sunt superbe.

Proximates me, nunc circumdederunt me. In Hebræo est, אֲשֶׁר יָרוּ עִמָּוּ: Hoc est, (si David Kimhi expositionem sequamur) En via nostra nunc cinxerunt me, vel nos: ait enim Kimhi scriptum quidem esse אֲשֶׁר יָרוּ עִמָּוּ.

id est, cinxerunt me: sed legendum esse אֲשֶׁר יָרוּ עִמָּוּ per יָרוּ id est, cinxerunt nos. vt loquatur David de se, ac socijs & amicis suis, quos habuit fugæ suæ comites, quum fugerit Saulem. Et in אֲשֶׁר יָרוּ עִמָּוּ subauditur בּוֹ id est, in. Est itaque sensus, Quacunque vnâ cum socijs & amicis meis fugio, sequantur me, atque hostili obsidione cingunt.

Oculos suos statuerunt declinare in terram. Quod ait, statuerunt, in Hebræo est אֲשֶׁר יָרוּ עִמָּוּ id est, ponunt, siue intendunt, aut figunt. Declinare, לָטוּת, id est, vt declinent, siue prosternant, scilicet me in terram. Alij לָטוּת interpretantur, vt expandant, & subintelligunt, retia sua, quibus capiant me. Vtraque interpretatio tendit eodẽm, puta, quod omnia machinantur aduersarij, vt perdant David.

Susciperunt me sicut leo parauit ad prædam. Pro, susceperunt me, in Hebræo est, אֲשֶׁר יָרוּ עִמָּוּ id est, similitudo siue species eius. Sensus est, ipse meus hostis Saul similis est leoni, inhiant prædæ. Figura dicendi est elegantissima, Græcè λέων, Latine imago dicitur.

Sicut catulus leonis, habitans in abditijs. Nonnulli putant, hoc membro idem dici quod præcedenti: quod id familiare sit huic nostro Prophete. Alij sententiam huius à superioris sententia ita distinguunt, vt leonem aperta vi grassari, vt consilium viribus catulum autem leonis, quod viribus parum fidat, ex insidijs adoriri prædam interpretentur. Leones tyranni sunt, qui Christi oues palam interficiunt. Catuli leonum, pseudo-christiani, falsi Prophete, & hæretici: qui quàm diu nihil possunt armis, ex falsę doctrine insidijs populum imperitum adoriantur. Quod si adolescant, hoc est, factiones eorum eousque conualescant, vt viribus fidant, iam more leonum palam etiam grassari incipiunt.

Exurge Domine, proueni eum, & supplantam eum. Exurge, id est, potentiam tuam & iustam vindictam in impios, ac protectionem, quæ tuos electos protegis, declara. Dormire enim videris, dum differis auxilium. Proueni, id est, anteuerte eum, priusquam quod in me machinatur, perficiat. Et supplantam eum, Hebraicè אֲשֶׁר יָרוּ עִמָּוּ, id est, incurua seu prosternam eum, Græcè ἀποστρέψω: benè vertit noster interpres, supplantam, hoc est, supposito pede in terram prosternam.

Er-

Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manûs tuæ. Hoc Diuus Augustinus exponit his verbis: Eripe animam meam, resuscitando me à morte, quæ mihi ab impijs irrogata est.

Frameam tuam ab inimicis manûs tuæ. Anima enim mea, framea tua est, quam assumpsit manus tua, id est, æterna virtus tua, vt per ipsam regna debellet iniquitatis, & diuidat iustos ab impijs. Hanc ergo cruce ab inimicis manûs tuæ, hoc est, ab inimicis meis. Ità Augustinus, accipiens à Propheta dici in persona CHRISTI. Euthymius pro, frameam tuam, legit framea tua, vt sit ablatiuus instrumenti. Interpretatur autem hoc modo: Tua, inquit framea, hoc est, tuo telo, libera animam meam ab impio Saul atque eius socijs, qui electioni tuæ de me factæ tanquam inimici aduersantur. Vel eripe me ab ijs qui inimici sunt manûs ac potentie tuæ: hoc est, ab inimicis tuis. Nam qui me oppugnant, qui à te electus sum, tecum etiam pugnare videntur. Caterum, in Hebræo ita legitur, vt framea tua, vt sit finis versûs: פָּלַטָה נַפְשִׁי מִיַּד מְרֵשֶׁע תְּרַפֵּן.

Hoc est, Libera animam meam ab impio, gladio tuo: hoc est, ab homine impio, qui est gladius tuus: siue, quo tu tanquam gladio vteris ad puniendum peccata. In hanc sententiam interpretatur David Kimhi. Quæ interpretatio iuuatur illo quod Esaiæ capite decimo legimus: Væ Assur, virga furoris mei & baculus, ipse est in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, &c. Item quod sequitur in Psalmo:

16. 19.

Ab inimicis manûs tuæ, in hanc sententiam intelligit, Eripe me ab inimicis, qui tibi vice manûs sunt. Sic enim & Iob dixit: Manus Domini tetigit me, quum diabolus illum, domino pmittente tetigisset. Interpres Chaldaus intellexit & ordinauit hoc modo: Libera animam meam ab impio, quippe qui metetur gladio tuo interfici.

Domine, à paucis de terra diuide eos in vitam eorum. Hoc est, interprete Euthymio, Adhuc viuentes eos diuide ac distingue à probis hominibus, nè cum eis conuerterentur. Rari quippe boni, vt ait Iuuenalis, quod & multis locis testatur scriptura diuina. Sed iam diximus in Hebræo ita distinctum esse, vt hic versus incipiat inde: Ab inimicis manûs tuæ Domine &c.

Totus autem versus ita sonat ex Hebræo:

Ab hominibus manûs tuæ Domine, ab hominibus de seculo: quorum pars in vita: & abscondito tuo imple ventrem eorum: saturabuntur filij: & relinquent reliquias suas infantibus suis. Est autem sensus: O Domine, libera animam meam ab hominibus manûs tuæ, hoc est, qui tibi sunt vice manûs, dum illis ad correptionem ceterorum hominum vteris: ab hominibus, inquam, qui sunt huic mundo dediti, neque boni quicquam expectant in vita futura, sed in ea, quæ nunc est, momentanea summam suæ beatitudinis reponunt: tunc præclare secum actum esse putantes, quando tu, cuius est terra & plenitudo eius, de tuis thesauris reple ventrem eorum, adeo vt filij quoque eorum saturantur diuitijs, & satis relinquant posteris suis. Nam hos intelligit per infantes, seu paruulos. Porro pro, saturabuntur filij, quidam vertunt, saturabuntur filijs, hoc est, in tanta rerum mundanarum opulentiâ, etiam liberis abundant, quibus opes suas relinquunt. Sunt qui aliter interpretantur: sed quid attinet omnium opiniones adducere?

Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor quum apparuerit gloria tua. Quali dicitur. Quum isti sic dementati, beati sibi videntur affluentia voluptatum ac diuitiarum huius mundi, ego me beatum puto, quod in teo die, quo tu redditurus es vniciquę secundum opera sua, iustus apparebo in conspectu tuo: & affatim fruam summa bonorum omnium, quæ est in contemplatione gloriæ tuæ: cuius cum gustum quandam sentient Petrus, Iohannes, & Iacobus, Petrus exclamauit: Domine, bonum est nos hîc esse &c. Pro eo quod nostra hæc trãslatio habet, Apparebo conspectui tuo, in Hebræo est, אֲשֶׁר יָרוּ עִמָּוּ id est, contemplabor faciem tuam. Et pro, quum apparuerit gloria tua, אֲשֶׁר יָרוּ עִמָּוּ.

Mat. 17.

Id Hieronymus vertit, Quum surrexerit similitudo tua. Similiter Felix Pratensis. Pagninus, Quum expegefacta fuerit imago tua. Hoc est, quum ego, qui ad imaginem tuam conditus sum, è mortuis surrexero. Alij, quum euigilauero specie tua: quod eandem habet sententiam. Est etiam resurrectio, quæ præcedit illam vniuersalem, quæ fiet in die iudicij. Animus enim noster paulatim expegefcitur, quum illum, quàm maximè fieri potest, à corpore & sensibus abducimus: quorum voluptatibus si demulceatur, dulci quidem illo, vt primùm sentietibus videtur, sed pestifero somno consopit, & nocte luci anteposit, & vanis

nis bonorum simulacris delusus, vera, solida, firmaque bona contemnit. Ab hoc somno, seu verius morte, omnino excitari necessè est, cum qui visurus sit faciem DEI. Beati mundo corde, inquit, quoniam ipsi Deum videbunt. Huius itaque mundatio, resurrectio est, quam exceptura est ascensio illa in

caelum, qua facta, facie ad faciem DEVM incomprehensibili gloria, voluptate, & gaudio inestimabili videbimus, gratia & beneficio Domini nostri IESV CHRISTI, cui cum eodem Deo patre, & Spiritu sancto laus, honor, gloria, & imperium in omne ævum. Amen.

## PSALMVS XVII.

**I**n finem puero Domini Dauid, qui locutus est Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit:

**D**iligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum. Protector meus & cornu salutis meae, & susceptor meus. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Circudederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circudederunt me, preoccupauerunt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui. Et exaudiuit me de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Commota est & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis. Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo. Inclinauit caelos, & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super penas ventorum. Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris. Praefulgore eius in conspectu eius nubes transfierunt, grando & carbones ignis. Et intonuit de caelo Dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando & carbones ignis. Et misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus irae tuae. Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me. Praeuenierunt me in die afflictionis meae, & factus est Dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, quoniam voluit me. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi a Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli a me. Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

eius. Cui sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cui electo electus eris, & cum peruerso peruertèris. Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superbiorum humiliabis. Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine Deus meus, illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar a tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Deus meus impolluta via eius, eloquia Domini igne examinata, protector est omnium sperantium in se. Quoniam quis Deus praeter Dominum? aut quis Deus praeter Deum nostrum? Deus qui praecinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. Qui docet manus meas ad praedium, & posuisti ut arcum aereum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis tuae, & dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficient. Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. Et praecinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me, subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos. Et comminuam eos, ut puluerem ante faciem venti, ut lutum platearum delebo eos. Eripies me de contradictionibus populi, constituens me in caput gentium. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis. Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meae. Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab insurgentibus in me exaltabis me, a viro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo Psalmmum dicam. Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius usque in seculum.

## IN PSALMVM XVII.

## DE TITULO.

**T**itulium huius Psalmi Diuus Hieronymus ex Hebreo vertit, hoc modo: *Victori seruo Domini Dauid, qui locutus est Domino verba cantici huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul.* Quidam pro datiuo seruo, ponunt genitiuum serui, ut sit sensus: Quod sequitur carmen serui Domini, Dauid: traditum Victori, hoc est, praefidi cantorum, ut procuraret illud publice decantari: Qui, inquam, Dauid locutus est Domino verba cantici huius, hoc est, gratias agens, laudauit Dominum ver-

bis cantici huius, in die qua liberauit eum Dominus &c. Quod ad verba Hebraea attinet, ea quidem sustinerent vtrunque per genitiuum verti, Victoris serui Domini Dauid: ut per appositionem Dauid ipse, & Victor & seruus Domini, & author carminis intelligatur. Caeterum iuxta ea quae diximus in titulum Psalmi 4. magis conuenit, ut prima dictio ponatur in datiuo, *Victori*: deinde nomen authoris subiiciatur in genitiuo, serui Domini Dauid: idque eo sensu, quem iam indicauimus. Haec de titulo. Quod si quis curiosus omnes omnium opiniones & coniecturas requirat, legat ipse aliorum commentaria.

**QUA OCCASIONE CECINERIT HOC**  
carmen Propheta.

Qua occasione cecinerit, facile est ex ipso titulo cognoscere: nepe quod beneficio Domini Dei liberatus fuit de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. De qua paulò plura habemus 2. Regum 21. Ibi enim enumeratis aliquot prælijs, & barbaris gentibus, atque in his immanibus ferocitate ac robore gigantibus, qui ceciderant in manu Dauid & feruorum eius, capite sequete, hoc est, 22. subijcit, quod Dauid locutus sit Domino verba carminis huius.

## DE ARGUMENTO.

Quatuor potissimum partibus constat hoc carmen. Prima parte proponit intentionem suam Propheta, nempe quod animo amoris incendio flagrantissimo sit laudaturus Dominum, eundemque inuocaturus in omnibus, quacunque incidere poterunt, aduersis: atque hac vna ratione se saluum fore. Secunda, quasi huius propositi sui rationem redditurus, ab hoc ipso facto, hoc est, beneficio in se Dei, quod hocce carmine celebrare instituit, ad amplificatiōem eius accingitur, incipiens à magnitudine afflictionum & periculorum, in quibus fuerat: Deinde vitur magnificentissima descriptione Domini aduentantis in auxilium: & quomodo se manibus hostium eripuerit, in quantum & quam beatam securitatem posuerit. Vbi cernere est mirabilem quandam hypotyposin, cum speciosissima expolitione, commemoratiōe, alijsque dicendis figuris elegantissimis. Est enim genus orationis demonstratiuum, cuius finis est delectatio, carmen videlicet victorale, siue (vt Græcè dicam) *ἠνθῆσιον*. Tertium totius carminis partem faciamus, si placeat, qua celebrat illud beneficium Propheta ab intentione præstantis, ostendens, quo animo & qua de causa id sibi præstiterit Deus, nempe quod iustitiam & innocentiam amet, adeo, vt quos his præditos esse cernit, hos nunquam patiatur à malis superari. Atque ex huius loci occasione suam innocentiam & iustitiam liberrimè prædicat Propheta, nequam per stultam & arrogantem insolentiam, sed per ingenuam prædicationem iustitiæ Dei: quippe qui tam præsentem se exhibet vbi què omnibus illis qui custodiunt mandata eius, quemadmodum è contrario grauitè punit iniustos: quod nõ dissimulat Propheta, cum ait: *Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris* &c. Vnde discimus toto (quod dicitur) celo aberrare eos, qui sibi persuadent se sola fide iustos esse, & consecuturos vitam

eternam, etiam si nunquam desinat peccare, & mandata Dei transgredi. Horum insania vt iam olim damnata est in impio Eunomio, Aëtio, alijsque eiusdem impietatis hæreticis, & nostra ætate Martino Lutero, ita cauendum est, nè in scopulum contrarium impingamus, ad quem naufragium fecit impius itidem Pelagius, nempe vt stulta arrogantia ac temeritate virtutem hæc nostris viribus tribuamus. Donum enim Dei est, qui liberali manu largitur illud omnibus, qui modò ex animo id ab ipso petunt. Hoc iam quarta parte Psalmi clarissimè canit noster Propheta. Ea inde incipit: Quoniam tu populum humilem saluum facies, &c.

## DE MYSTERIO.

Quancumque verò historia Regum indicat manifestè, ex qua occasione Dauid Psalmum hunc cecinerit, & quod secundum literam quidem gratias agere videatur Deo de hostibus debellatis, quorum capite præcedente meminit, dubium tamen non est, quin ad longè sublimiorem victoriam, longè excellentius regnum respexerit in spiritu. Id nobis explicat Diuus Augustinus epistola 119, quæ est ad Ianuarium, cap. 17. his verbis: Nec immeritò etiam Psalmus septimus fecimus in regnorum libris integer legitur, quia regnum illud significat, vbi aduersarium non habebimus. Titulus enim eius est, In die qua eruit eum Dominus de manu inimicorum eius, & de manu Saul. Quis enim figuratur in Dauid, nisi ille qui venit secundum carnem ex semine Dauid? Qui utique in corpore suo, quod est Ecclesia, adhuc patitur inimicos. Vnde illi persecutori quem voce mactauit, sonuit de celo: Saule Saule, quid me persequeris? Quando autem eruetur hoc corpus de manu omnium inimicorum eius, nisi cum & illa nouissima inimica destruetur mors? Hæc ibi Augustinus. Quæ quod verissima sint, si quis tanto viro credere dubitet, hunc facile vel hoc vno argumento vicerimus, quod pleraque in Psalmo leguntur, quæ non possunt ipsi Dauid & regno eius attribui: quale est, *Constitutus me in caput gentium. Populus quem non cognoui, seruit mihi* &c. Hæc nemini, nisi Domino nostro Iesu Christo, conuenire possunt, vt in huius, tantum hominis, persona loquatur Propheta ad Deum, cuius virtute in Christo habitante, qui Deus est & homo, hæc omnia geruntur: quemadmodum & alibi luculenter docuimus.

## MORALE SEV MORALITER.

Porrò quæ ad moralem institutionem nostram

stripernent, facile est ex his, quæ iam diximus, cognoscere. Quum enim semel Dominus Deus nos omnes in Domino Iesu Christo eripuerit de manu omnium inimicorum nostrorum, vt iam nihil potestatis in nos habeat, neque diabolus, neque peccatum: ac de manu Saul, hoc est, seruitute legis Mosaicæ: meritò illi gratias agentes, assidue cum nostro Propheta canere debemus: *Diligam te Domine fortitudo mea, &c.* Et quotiescunque (vt sit dū hoc corpus mortale, quod aggrauat animam, circumferimus) sentimus inimicorum vel dolosas infidias, vel apertos assultus, conantium in vetera illa nos mala retrahere.

*Laudas inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluum ero.* Carmen omninò dignum, quod si non semp vacat ore & clara voce, nunquam tamen non in animo, ingenti cum feruore, Domino ac Deo nostro canamus.

## EXPOSITIO PSALMI.

*Diligam te Domine &c.* Apud Hebræos versus hic ita incipit: Et dixit, Diligam te, &c. In Græcis & Latinis libris, *Et dixit*, adhæret finituli, hoc modo: *Et de manu Saul, & dixit*. Deinde sequitur Psalmus, *Diligam te Domine &c.* Quæ distinctio nostris quidem auribus videtur commodior.

*Diligam te Domine fortitudo mea.* Liberatus iam ab omnibus inimicis suis & Saule, atque in summam securitatem ac libertatem, tunc ab omnibus hostibus constitutus, & liber à pædagogia legis, non amplius dicit, Timebo te Domine, sed diligam. Neque id vulgari dilectione, sed charitate perfecta. Hæc autem, auctore Iohanne Apostolo, fors eijcit timorem. Porrò quod non de vulgari quadam dilectione loquatur, sed charitate perfectissima, principio indicat verbum Hebræum. Neque enim dicit *אֲהַבְתִּיךָ*, quod fors esset, vulgari modo diligam te: sed *אֲהַבְתִּיךָ*, id est ex intimis visceribus, siue (vt iuxta verbi etymologiam loquar) ex vtero te amabo, seu potius amo: quum istiusmodi futura, Latine Græcèque rectius reddantur per præsens tempus: quali, inquam, dilectione, siue amore se mutuo amant pietissimi parentes, & ingenui patrique pietate præditi filij. Vnde eodem verbo vsus est noster propheta Psal. 102. in eo versu, qui in vulgata hac nostra translatione sic legitur, *Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se.* Hebraicè: *כְּחַסְדּוֹ אֲבִי עַל בְּנָיִם יְהוָה יִתְּנוּ עָלָיְךָ יְהוָה יִתְּנוּ עָלָיְךָ* Videtur enim verbum *יִתְּנוּ* deriuatum à no-

mine *נָתַן*, quod vterum significat, quo videlicet matres gestant fetus suos. Nemo autem quicquam amat ardentius, quam matres suos fetus: nemo grauius & constantius, quam pij & cordati patres, pios & ingenuos filios. Hinc satis apparet, verbum hoc delectu esse à Propheta, ad exprimendum summam quandam & perfectissimam vim amoris seu charitatis. Deinde hanc perfectionem charitatis indicat & illa vocum seu epithetorum congeries, fortitudo mea, firmamentum meum, refugium meum, &c. qua nimirum euidenter & graphicè pectoris sui æstum, atque dulcissimi amoris flammam exprimit, quippe cui nulla neque satis idonea, neque satis multa occurrant nomina, quibus tam profusam in se Dei bonitatem ac beneficentiam pro dignitate laudet. Sunt quædam inter hæc nomina, quæ alij paulò aliter ex Hebræo interpretantur: sed quantum ad sententiam attinet, satis commodè hæc translata habemus. Nos breuiter omnia percurreremus, vt si quid alicubi sit scrupuli, tollamus. Fortitudinem suam appellat Dominum, ingenuè suam infirmitatè, qua nihil sine Dei præsidio possit, agnosces & confitens, atque vniuersam victoriæ suæ laudè Deo ascribens.

*Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.* Est etiam hoc signum ardentis affectus, quod subito mutata persona, dicit, *Dominus*, in tertia, quum coeperit in secunda, *diligam te Domine. Firmamentum*, vt cuius virtute firmus & immobilis aduersus omnes omnium tentationum insultus consistam: Hebraicè *בְּרִיחִי*, quod quidam interpretant, petra mea, sed prorsus eodem sensu: *Refugium*, hoc est, arx & propugnaculum, in quod me tunc recipio, quotiescunque; validior aliqua vis hostium ingruere videtur.

*Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum.* Quum Deum suum appellat, significat se omnia, tum futuræ vitæ præidia, & quicquid honorum est, ab ipso solo expectare: Hebraicè *בְּרִיחִי*, quod nomen significationem fortitudinis habet, cui aptè consonat quod sequitur, *adiutor meus*, Hebraicè *עֲזָרָתִי*: quod Hieronymus fortis meus, alij, rupes mea, verterunt: vtcunque transferas, fortitudinis habet significationem. Vnde Dauid Kimhi putat idem esse cum *בְּרִיחִי* id est, Deus meus, à fortitudine dictus, quasi fortis meus.

*Protektor meus, & cornu salutis meæ.* *Protektor meus*, in Hebræo est *בְּרִיחִי*, quod verbu è verbo sonat, clypeus meus: sed nihil interest, quantum ad sensum. Solet enim (inquit Euthymi-

us) qui in bello alicui periclitanti opem ferre voluit, clypeum attollere ante eum, quem defendunt, quo ictus & iacula ab eo vudiquè auertant: & hoc pacto protegere quis alium dicitur. Quod ait, *cornu salutis meae*, metaphora est à bestijs quæ cornibus pugnant. qua metaphora in scripturis diuinis plerumquè significatur potentia, gloria, & regnum.

*Et susceptor meus.*] Hebraicè *מְסַבֵּחַ*, I. sustentator meus, refugium &c. idem significant. Græcè *ἐπιλαβὴς μου*.

*Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.*] Quod noster interpret vertit, *laudans*, in Hebræo est *הַלְלָה*, id est, laudatum.

Septuaginta fortè legerunt *הַלְלָה*, quod est actiuum, laudans. Sed quantum ad sententiā, nihil interest. Profitetur se præterita beneficia magna cum gratiarum actione agnoscere: & futura, vbicumq; sibi opus fore ferferit, ingenti cum fiducia petiturum. Atq; hac ratione certam sibi à Domino paratam esse salutem.

*Circudederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.*] Hoc versu, & eo qui sequitur, exprimit magnitudinem afflictionum, periculorum, anxietatis, atq; terrorum, in quibus fuerat, per commemoratiōnem siue *מַזְכֵּר*. Porro verba hæc, *circudederunt, conturbauerunt, præoccupauerunt*, interpret rectius posuisset in præterito plusquāperfecto, *Circudederant, &c.* Desiderant em̄ iam esse circundatio illa, & conturbatio, & præoccupatio: (nam hoc est illud, de quo Dominum hîc laudat) Quæ si durassent adhuc quî hæc loqueretur Propheta, hoc est, si adhuc circundatus, conturbatus & præoccupatus, esset locutus, rectè ponerentur in præterito perfecto. Hebræi non habent illa præterita distincta, vt Latini & Græci. Interpretis autem est, ea distinguere pro consuetudine suæ lingue. Quod ait, dolores mortis, tam in Græca translatione quàm in Hebræo significantius est, *דְּוֹשֵׁי הַמָּוֶת*, *הַמָּוֶת*. Nam vtraque vox, Græca, inquam, & Hebræa, dolores parturientis significat: qui quî sunt grauissimi acerbissimiq; Propheta nihilominus augendi gratia adiecit, mortis: quasi dicat, quales foeminarum difficilimè parturientium, adeoque in partu morientium. Torrétes iniquitatis, multitudinem dicit impiorum hominum, torrentis in morem irruentium in se, vt quemadmodum torrentium subitò vel ex pluuia, vel ex liquecentibus niuib; crescentium, impetû sustinere non possunt illi in quos irruit præter expectationem, ita neget se hostium suo-

rum vim sustinere potuisse.

*Dolores inferni circudederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis.*] Huius versûs (quod iam antè indicau) eadem est sententia, quæ præcedentis: quod ibi dixit mortem, hîc dicit infernum: quod ibi, torrentes iniquitatis, hic laqueos mortis.

*In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui.*] Ecce, huc est confugiendum, quotiescunquè tempestat malorum ingruit: non ad ariolorum, mathematicorum, chiromantiarum, aut quicquid est eius generis artes superstitiosas, ac imposturas diabolis: neque ad furta, rapinas, imposturas, proditiōnes, aut aliud quiduis, quod vetitum est lege diuina, coniunctum cum iniuria pximi, quasi hinc presentius auxilium sit, quàm ab ipso Deo. Hæc enim est manifesta, & in Deum cōtumeliosa idololatia: non autem (quod quidam deprauantes sententiā scripturæ sacræ calumniantur) si quis impleret sanctorum, iam in celo cum Deo regnantium suffragia, quibus nostram hanc necessitatem adiuent. Hoc enim cum gloria Dei & Christi cōiunctum est vel arctissimè, quod illius inestimabili bonitate per hunc eò dignitatis euecti sunt, vt hoc possint. Verba horum duorû versuum (qui tamen apud Hebræos vnus est versus) *inuocaui, clamaui*, &c. In Hebræo habent quidem formam futuri temporis: interpret tamen rectè vertit ea per præteritum. Eius rationem nò est opus hîc repetere. Quod alter versuum in hac vulgata translatione incipit, *Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam*, coniunctionem &, Latinus interpret de suo adiecit: nam neque in Hebræo, neque in Græca translatione est: vterq; verò interpret, nomen adiectiuum *sancto*. Nam hoc non habet textus Hebræus, sed tatum, exaudivit de templo suo vocem meam. Porro quid sit, *Deum exaudire homines de templo suo*, & quod sit templum eius, iam antè diximus Psalmo 3. & 5. Scriptura loquitur more humano, propter infirmitatem intellectûs humani. Intelligit palatium ac thronum æternæ maiestatis, quæ non sunt aliud quàm DEVS ipse. Simili dicendi figura sequitur, *& clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius*. Nihil enim aliud significat, quàm DEVM sibi inuocanti eum adfuisse proximum, & ad eripiendum se paratissimum propensissimumque. Hoc autem euidentius etiam exprimit sequenti descriptione aduentantis sibi in auxilium Domini, cuius & in argumeto meminim. In qua etiam si quædam hyperbolicòs dici videntur, ad exprimendam potentiam & vindictâ Dei, qua

qua suos electos è manibus impiorum eripere consuevit: tamen re vera talia quædam apparuerunt in agone & morte Domini nostri Iesu Christi, puta, vt velum templi rumpeteret, tenebræ occuparent aërem, terra concuteretur, petræ scinderentur, & ruptis sepulcris mortui redirent in vitam. Quinetiam futuri iudicii facies quædam his verbis exprimitur, vt Arnobio videtur: cuius nos terror, inquit, si credimus, purgat. Sed audiamus prophetam:

*Commota est & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt, quoniam iratus est eis.*] Quod ait, *Quoniam iratus est eis*, significat quanti faciat DEVS electos suos, ob quorum afflictiones etiam in creaturas sensu carentes, iram & vindictam suam exerat. Qui per allegoriam hæc interpretantur, per fundamenta terræ intelligunt homines in potestate positos: qualis fuit in agone CHRISTI centurio ille: per terram autem, vulgus hominum: quales qui visis miraculis, territi percutiebant pectora sua, & cum magno terrore ac mœrore in urbem reuersi sunt. Alij aliter. Nam in his quisque suo sensui indulget liberius.

*Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones accensis sunt ab eo.*] Talibus sæpè populum rudem olim terruit DEVS: nonnunquam etiam flagitiosos puniuit. Exodi decimonono legimus, quod quum Moses eduxisset populum è castris in occursum DEI, constitissentque ad radices montis, totus mons Sinai fumigabat, eò quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Capite nono eiusdem libri, Moses extendit virgam in cælum, & dedit tonitrua, & grandinem, & discurrentia fulgura super terram, pluitque Dominus grandinem super terram Aegypti, & grando & ignis mixta pariter feriebantur. Numerorum decimosexto, Ignis egressus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. Simile accidit Nadab & Abiu filijs Aaron, quod obtulissent ignem alienum, quod eis præceptum non erat, Leuit. decimo. Elias quoque quarti Regum primo, ad Quinquagenarium principem ad se missum ab Ochozia, dixit: Si homo DEI sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Descendit ergò ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta suos qui erant cum eo. Idem accidit secundo Quinquagenario. Genes. 19. Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhā sulphur & ignem &c. Talia multa in Biblijs sacris legimus esse facta. De illis autem

quæ sicut in magna illa die Domini, ita scribit Petrus Apostolus: Adueniet autem dies Domini, vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur: terra autem, & quæ in ipsa sunt, opera exurentur. Illis autem factis, erunt cæli noui, ac terra noua, in quibus iustitia inhabitat. Ad quæ vt magno studio nos præparemus, exhortatur, dicens: Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati & inuolati ei inueniri in pace. Nonnè per omnia idem nos docet propheta, quum tam speciosè describit aduentum Domini, & se nobis in exemplum quod imitemur, proponit, dicens: Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiā meam &c. Sed pergamus audire prophetam.

*Inclinavit calos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.*] Noster interpret omisit coniunctionem &, in principio versûs. Quandoquidem tam ex Græca translatione, quàm ex Hebræo sonat, *Et inclinavit calos &c.* Quum ait, *Inclinavit, & descendit*, nemo putabit corporali modo hæc esse facta. Sed voluit propheta his gestibus exprimere immensam charitatē Dei erga suos, & in adiuuando certissimā præsentiam: quâ & in sua incarnatione declarauit: quod quidā hîc obiter significari suspicantur. Impij autē, & carni mundoq; dediti, nihil horum intelligunt: vt propter hos subiecisse videatur, *Et caligo sub pedibus eius*. Porro incarnationis mysterium ita fuit caligine tectum, vt nemo illud vnquam intellexerit, nisi cui diuinitus esset reuelatum.

*Et ascendit super Cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum.*] Ascendit tanquam eques equū suum. Quod nostra translatio habet, *super Cherubim*, in Hebræo est *כְּרֻבִים*, id est, super Cherub, numero singulari. Sed quantum ad sensum, nihil interest. In altero enim est numeri facta mutatio, quum nostra translatio habeat numerum pluralem. Porro *כְּרֻבִים* Hebræis volucrē significat. Rabi Abraham Aben Ezra putat hoc nomine significari omnem formam separatam, veluti hominis, bouis, equi, &c. Verum hoc opinor esse vnum de somnijs illorum. Certè nihil facit ad hunc locum propheta. Tu lege de Cherubim visionē pulcherrimā Ezechielis cap. 10. Hoc loco apparet esse nomen ordinis angelici. Quod autem dicit propheta, Dominum inequitare volucris angelis, & super pennas ventorum volare, nihil aliud significat, quàm incomprehensibilem celeritatem eius, qua suis in periculis adest. Sic & in extremo die aderit electis suis, erepturus eos ex omnibus afflictionibus, & in regnum suum inuecturus: quod Matthei



vigesimo quarto testatur ipse his verbis: Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet vsque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis.

*Et posuit tenebras latibulum suum: in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Ex Hebræo ad verbum ita sonat, Posuit tenebras latibulum suum circumquaque iuxta se: tabernaculum eius caligo aquarum, spissitudo nubium. Hoc est, circumposuit sibi tenebras, ne videretur in modum tentorii circumdedit sibi obscurissimas aquas, & densissimas nubes. His autem significatur, nullam aciem mentis humanæ tam esse acutam & perspicacem, quæ illum possit intueri, eius naturam comprehendere. Vnde & nube obducitur mons, quum legē daturus descendit dominus, Exodi cap. nono. Et Salomone templum dedicante, nebula impleuit domum domini, 3. Regum 8. In Christo etiam caro humana tabernaculum fuit, quo tecta Deitas, à Iudæis non est agnita.

*Præfulgore in conspectu eius nubes transfuerunt, grando & carbones ignis.* Videmus in magnis atque horrendis tempestatibus cælum principio densissimis nubibus obduci, ac paulatim increbrescere tonitrua, fulgore disrumpi nubes, quercus, domus, turres, adeoq; montes altissimos fulmine, quod paulò post per igneas sagittas intelligit, dissipari. Hæc & poëtæ solent horribiliter suis descriptionibus exprimere, vt videre est apud Vergiliū libro primo Aeneid. Lucanum lib. 4. & 5. Pharsalia, Homerū libro quinto Odyss. Hi vix sunt nihil potuisse fingere horribilius. Sed nihil hæc ad illum terrorem, quo Dominus ad vindictam electorum suorum veniens, percutit hostes suos. Quanto terrore hoc percussum iri putamus, quando sol obscurabitur, luna

Matth. 14. non dabit lumen suum, stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur: quando apparente signo filij hominis in cælo, plangent omnes tribus terræ, videntes filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate: quando emissi angeli cōgregabunt electos Dei à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum. Nequaquam autem illa, quantumvis terribilia, quicquam terre bunt ipsos electos. His enim dictum est ab ipso Domino: His fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et, vt Sapiens ait, tunc stabūt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Impijs autem illis, qui Deum & mandata eius contemnerent, electos

Luc. 21. Sap. 5.

eius hinc affligunt, tam erunt terribilia, vt petris & mōribus dicturi sint, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Hæc quum tot locis nobis tam clarè cōcitant scripturæ diuinæ, quis non ad stuporem vsque miretur, quænam sit ista tam execranda surditas aurium, aut peccatorum duritia, vt nihil his omnibus videantur moueri homines, vt tandem aliquandò respicientes, incipiant vitam ad illum diem componere? Quod ait propheta, carbones ignis: Hebraismus est, pro carbones igni. Quod si cui placeat hæc etiam ad primum aduentum CHRISTI referre, quo per doctrinam Euangelicam & Apostolos suos in orbem terrarum missos, discussit nebulas & nubes legis &c. sequatur Euthymium: sed quæ nos diximus, magis videntur conuenire argumento Psalmi, quo describitur Dominus ad vindicandum electos suos in potentia maiestatis, quum prior ille aduentus fuerit in humilitate.

*Et insonuit de calo Dominus, & altissimos dedit vocem suam: grando & carbones ignis.* Perstat in sua hypotyposi, qua exprimit aduentum in auxilium Domini, hostibus per omnia terribilem: quibus explicandis, non est opus diutius immorari. omnia in his quæ diximus, facile intelliguntur. Quod ait, grando & carbones ignis, alij vertunt, grandinem & carbones ignis, vt referatur ad verbum, dedit. Sed mihi significantius videtur, vt in eodem casu repetatur, quo præcessit in superiori versu, tanquam præ admiratione, ratione verbis neglecta: aut per aposiopesin suppresso verbo, ad quod hi nominatiui sunt referendi.

*Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.* Hæc nihil habent opus explanatione: nisi quis à nobis requirat, vt per allegoriam exponamus, sagittas Apostolos &c. Verum hæc patiar studiosos apud alios legere, præsertim Euthymium.

*Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.* Fontes aquarum hinc non intelligit primas aquarum scaturigines, quæ ferè semper sua sponte apparent: quales sunt Rheii in Alpibus, & non longè ab his, Istri ac Rhodani, nempe in eisdem Alpibus: sed profundissima receptacula, imos fundos, Hebraicè מַיִם יְהוּדָיִם: quæ mox membro sequenti vocat fundamenta orbis. (Nam terrarum, noster interpres de suo adiecit, quum non sit in Hebræo.) Dicit igitur, tanta cum potentia D E V M venisse

nisse ad eripiendum se, vt etiam flatu suo fugauerit immensam aquarum vim, adeò, vt nudato exiccatoq; fundo, profundissimo, transire volentibus transitus patuerit. Talia in mari rubro facta legimus Exod. capite decimo quarto, & in Iordane flumine, Iosue cap. tertio. Quæ nos legentes admiramur, quum tamen vmbre duntaxat fuerint, in crasso illo populo, rerum earum quas in nobis operatur quotidie, quando precibus Ecclesiæ suæ excitus, potentia verbi sui profligat inferorum potestates: atque electis suis viam aperit, tutosque atque illæsos per tempestates ac fluctus huius mundi, circumfremetibus, atque inuidia contabescens, denique in ipsis fluctibus pereuntibus omnibus hostibus nostris, gaudens, exultans, atque lætissimum agentis triumphum, in regnum suum perducit.

*Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus ira tua.* Hic versus in Hebræo non est à superiore diuisus: & illius sententiam in hoc absolui, manifestum est. Quod ait, ab inspiratione spiritus ira tua: quidam vertunt, ab halitu spiritus naris tuæ, vt per anthropopathian propheta alludat ad fremitum hominis irati, præ animi furore naribus etiam vindictam spirantis. Porro וַיִּרְאֵנוּ & iram significat, & narem, & faciem, & alia quedam. Quod ad hunc locum attinet, eadem remanet sententia, siue ira tua, siue naris tua, veritas. Nam per halitum illum seu flatum narium vehementem, vt etiam marium fluminumq; aquas procellat fundit: nihil aliud, quam iram vehementissimam, significat. Nos quoque hominem ira furentem, dicimus Germanicè *schnecken*. Perius dixit:

Sonat hinc de nare canina

Litera.

*Misi de summo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.* Verba hæc, *Misi, accepit, assumpsit*, in Hebræo sunt futuri temporis: verum hoc iam sepè monuimus more prophetico fieri. Sensus est: Extendit manum suam de summo celo, & apprehendit me, & extraxit me de aquis multis. Porro quod ait, D E V M mittere siue extendere manum: vltatissima loquendi figura D E O, quæ sunt hominum, tribuit. Quid autem significant illæ aquæ multæ, ipse interpretatur versu qui sequitur:

*Eripuit me de inimicis meis fortissimè, & ab his qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.* Ecce, inimici & hostes, atque ab his illatæ afflictiones, aquæ sunt: à quibus absorberemur, nisi Dominus nos eriperet. Quod ait, quoniam confortati sunt super me, idem est ac si

dicat: quoniam potentiores me erant, vt ego illis non potuerim resistere. Hic illud obseruandum videtur, quòd tunc potissimum Deus nobis auxilio suo adest, quando potentia hostis, aut afflictionis grauitas superat vires nostras. Nam alio qui vult nos ipsos certare legitime, vt mereamur coronari: & laborare sicut bonos milites Christi, secunde Timoth. secundo. Idem Apostolus ait primæ Corin. decimo: Fidelis autem est D E V S, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

*Præueniunt me in die afflictionis meæ: & factus est Dominus protector meus.* Hoc est, Obseruauerunt tempus infirmitatis meæ, quo neq; viribus, neque armis, neque præsidio possem resistere: atque ita me ex inopinato sunt aggressi, sed Dominus aderat mihi, sustentans me, ne ab illis prosternerer. Nam quod noster interpret habet, *protector*: iuxta proprietatem sermonis Hebræi, sustentaculum est, מַגֵּן אֱלֹהִים. Sensus idem, qui nostræ huius translationis. Quod si quis historiam requirat, quando talia machinati sint hostes Dauid, legat primi Regum vigesimum tertium, & 2. Regum decimum septimum, & alibi. Sed est credibile, multa illi accidisse, & in multis illum angustijs fuisse, de quibus nihil vsquam sit scriptum.

*Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.* Hoc est, ex angustijs afflictionum, in locum spatiosissimum eduxit me, quò nullus hostis posset me sequi: tantum abest, vt suis tyrannicis obsidionibus cingere ac premere. Dauid quidem monitus à Domino, Ceila egressus est, ne traderetur in manus Saulis: & ingressus desertum, mansit in locis firmissimis: multa tamen postea est passus, etiam si D E I beneficio semper tandem superior factus est malis omnibus. Similia nobis accidunt, quam diu in hoc mundo sumus: (si modò voluerimus imitari virtutes Dauidis) Cæterum quum iam venerit illa dies, qua ab omnibus inimicis nostris eripiemur, quæque nouissima inimica destruetur. Cor. 13. mors: tunc demum verè ex omnibus angustijs educti, in immensa illa cælorum spatia, tuti ac liberrimi erimus ab omni malo, idque in æternum. Quod ait propheta, quoniam voluit me: idem est ac si dicat, quoniam amauit me.

*Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.* Ecce, hæc est illa tertia Psalmi

mi pars, cuius in argumento meminimus, in qua laudat propheta Dei in se beneficia, ab intentione qua ea sibi praestitit, hoc est, amore iustitiae & innocentiae, qua se praeditum esse, versibus qui sequuntur, explicat copiosius. Neque verò his aduersatur, quod peccarat Dauid in vxore Vriæ, & ipso Vria, atque alijs quibusdam: vel quòd hic sub Christi persona loquatur in spiritu, vel quòd illa peccata iam remissa fuerint, & multis lacrymis, afflictionibus, ceterisque poenitentiae operibus deleta: vel denique quòd nihil pertinerent ad illos hostes, de quibus victis hoc epinicion canit. Hos enim nulla vnquam affecerat iniuria, vt horum ratione per omnia esset innocentissimus.

*Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo.* Hoc est, mandata Domini obseruauit, nec vnquam ab eo defeci ad idola.

*Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me.* Hic libet mihi ascribere, quæ Euthymius in hunc locum scripsit de discrimine legis, mandati, testimonij, iudicij, & iustificationis: quòd sæpissimè horum fiat mentio, quum in cæteris scripturis, tum in Psalms vel maximè. Aliud (inquit) est lex, aliud mandat, aliud testimonium, aliud iudicium, & aliud iustificatio. Lex enim illa dicitur, quæ omnia in vniuersum cõtinet. mandata, quæq; vitam ac conuersationem optimam ordinat ac moderatur: quemadmodum est lex per Moysen data. Mandatum verò, illud, quod quæ agenda sunt, Domini ac regis in morem, aut aliud quid particulatim iubet: vt illud, Nò occides, non furtum facies: & quæcunq; alia hoc pacto in specie iubentur. Testimonium verò est, quod peccatores contestatur, & transgressionum poenas docet, quodq; legislator quadam cum attestazione ac confirmatione audientibus mandabat, veluti cum Moyses dicebat: Si hæc aut illa feceritis, testor vobis cælum & terram, quòd morte moriemini. Iudicium autem id est, quod sententiam Dei demonstrat, ac docet quænam bona is consecutus sit, qui mandata Dei obseruauerit: & similiter quæ poena transgressores maneat: vt sunt, quæcunq; iudicata fuisse traduntur à Deo: quale est, quod de blasphemante timendum Dei nomen, scriptum legimus, quando Moses iudicium in Deum retulit, & Deus iussit lapidari: quod iudicium, pro certa lege postmodum cõtra omnes blasphemantes, susceptum ac determinatum est. Iustificationes verò illæ dicuntur, quæ docent quod iustum est, & quod iniustum est prohibet: & eos qui secundum virtutem viuunt, iustos esse declarant, vt illud est: Si quis puerum Hebræum ac-

Exod. 10.

quisiuerit, sex annis ei seruiat: & alia huius-

Deut. 30. 31. &amp; 32.

Leuit. 24.

Exod. 21.

&amp; Deut. 15.

modi, quæ summa iustitia plena sunt. Et distinctio quidem horum nominum talis est: sepe numerò tamen promiscuè vnum pro altero accipitur: & maximè in ceteris modis octauo Psalmo. Hoc autem in loco, iudiciorum & iustificationum nomine omnia mandata comprehendit, quæ totum à parte. Omnia enim, inquit, mandata eius in conspectu meo. Ea siquidem sepius lego ac reuoluo: nec vnquam à me procul esse permitto. Hæc Euthymius. Porro iustificationes intelligit, quas noster interpretis vertit iustitias.

*Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.* Vt nunc quidem habent libri Hebræorum, in præterito perfecto dictum est, & fui, & obseruauit. Diuersitas hæc nata esse videtur ex punctis vocalibus: quod facile est videre in Hebræo. Si legas in præterito, fui & obseruauit, conuoluit præcedentibus: sin in futuro, intelligere postumus prophetæ propositum & votum, quo se daturum operam dicit, nè deinceps peccet. Quod dicit, ab iniquitate mea, vel eam intelligit, in quam aliquà dõ impegerat: vel in quâ, secundum carnem, se propositum esse sentit. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, inquit Paulus, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non, quæcunq; volumus, illa faciamus. Ecce, hæc est iniquitas nostra, quam volumus secundum carnem: à qua vt custodiamus nos oportet. Custodiamus autem, si sequamur spiritum. Is enim semper nos ab illa abducere conatur. Vide Paulum ad Galat. 5. Hoc si fecerimus, consequemur quod sequitur in Psalmo.

*Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum, in conspectu oculorum eius.* Quod ait, in conspectu oculorum eius: significat, quam ipse videt & agnoscit, etiam si nemo hominum agnouerit.

*Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruersus eris.* Hæc nostri prophetae verba vulgò solent referre ad morum institutionum, putantes hanc eius esse sententiam, quòd talis quisque soleat euadere, qualibus cõuersatur. Quod tamen ita solet euenire, vt habet proverbium, Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces: aliud tamen est, quod hic dicit propheta. Is enim hæc non ad hominem dicit, sed ad Deum, hoc sensu. O Deus, tu sanctus es cum sancto, hoc est, benignum te exhibes illis, qui memores mandatorum tuorum, cauent nè te offendant: sed quod voluntati tue gratum esse intelligunt, summo studio facere satagunt. Et cum viro innocente innocens eris: hoc est, qui syncerus & integer coram te extiterit,

iste

iste quoque talem erga se experietur. Et cum electo electus eris, hoc est, cum eo qui vitæ puritate, atq; vero tui amore declarauerit, qd te sibi elegerit in deum, dominum, aut patrem, tu vicissim sic ages, vt intelligat, quòd tu se in seruum, imò filium elegeris. Et cum peruerso peruersus eris, hoc est, erga eum qui mandata tua contemnens, legem tuam preuaricatur, tu quoque talis eris, nihil eorum illi præstans, quæ alioqui pro tua immensa bonitate toti generi humano parasti. Hæc est genuina horum verborum sententia, ad vnguem quadrans ad id, quod copiosè lateq; explicatur Leuit. 26. vb. ait: Si in præceptis meis ambulaueritis, &c. Hoc & Arnobius admonuit, grauis in primis scriptor, dicens eodem pertinere quod sequitur in Psal.

*Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.* Hoc est, illi à te consequetur salutem, qui per afflictiones admoniti suæ infirmitatis, sese humiliando tuæ paternæ correptioni libenter subiiciunt: alios autem, qui superbia inflati, adeo non conuertuntur ad poenitentiam, vt siue secundis rebus inuites, magis insolescant: siue aduersis admonitas, ad blasphemias cõuertantur: eos in quâ, tu posternas, atq; diris tormentis, quid sit tuo numini repugnare, docebis.

*Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus, illumina tenebras meas.* Hebræorum commentatores ita hæc interpretantur, vt afflictiones, tenebras dicit à propheta affirmari: lucernam, salutem, pacem, siue quietem. Quibus suffragatur, quòd nox, tenebræ, tēpestas, aquæ, nubes, non rarò in scripturis pro rebus aduersis allegoricè sumuntur: lux autem, pax, tranquillitas, pro secundis. Illos itaq; si audiamus, hæc erit sententia huius versus: Quoniam tu, o domine, quando persecutionum tempestas, quasi densitate quadam nubium, lucem omnem salutis mihi eripit, vt nihil aliud quàm tenebræ, desperatio, atq; gelidæ mortis imago ob oculos versentur, tu mihi lucernam accendis, ipse mihi temet exhibens liberatorem, ac seruatorem ex omnibus afflictionibus meis. Dicitur autem hoc in hebræo per immutationem personæ, maiori aliquanto affectu, quàm in translatione nostra. Nam quod noster dixit modo imperandi seu petendi, persona secunda illuminat: in Hebræo est indicandi modi persona tertia, illuminat. Neq; tamen idè absurdum est, quod nostri, hoc est, Christiani pleriq; interpretes, viri sancti, referunt hæc ad animi intellectum: quorum omnium loco loquatur vnus Arnobius: cuius hæc sunt verba: Verum, quia posuit tenebras latibulum suum, & videre mysteria scripturarum eius non possumus, ipsi clamemus cum propheta: Quoniam tu illuminas lu-

cernam meam Domine. Sicut lucerna corporis, oculus: ita lucerna animæ, mens est: in qua nisi oleum gratiæ suæ Christus infuderit, penitus lumen habere nò poterit. Lucernam ergò suam clamat propheta illuminari à dño: quæ si acciperit lucendi materiã, ostēdit foueas, in quas incauti ruunt, & laqueos in tenebris positos. Hæc Arnobius. Pro eo quod noster interpretis habet, Deus meus, illumina tenebras meas: ex hebræo ad verbum sonat, Deus meus illuminabit tenebras meas: quod tamè commodè per præfens tempus redditur, illuminat: de quo sæpè aliàs monuimus.

*Quoniam in te eripiar à ietatione, & in Deo meo transgrediar murum.* Hic pro eo quod nostra translatio habet, eripiar à tentatione: in Hebræo est, יִרְדָּהּ אֲנִי, quod variè transferunt. Alij enim à יִרְדָּהּ, quod frangere significat, deducunt, vertunt, perumpam exercitum, i. aciem hostilem, Alij à יִרְדָּהּ, i. currere, occurrã exercitui. Quia verò יִרְדָּהּ significat, ad prælium se accingere, & expeditionem facere: D. Hieronymus vertit, in te enim curram accinctus, hoc est, paratus & expeditus ad configendum cum hoite. Sed omnes istæ translationes eodè tendunt, nempe nullas esse hostium tam formidabiles vires aut copias, quibus non sit occursum intrepidè, eademq; prostraturus & cõtriturus, fretus videlicet & confortatus præsidio auxilioq; Dei.

*Et in Deo meo transgrediar murum.* Id est, virtute Dei mei vrbes hostium expugnabo. Nulla mœnia tam sunt firma, quæ non vel transiliant vel perumpant, qui præsidio ac virtute Dei militant. Nota est historia de Samsone Iudic. 16. qui quum videre ab hostibus in vrbe Gaza conclusus, media nocte surgens, ipsas portarum valuas vnâ cum postibus auulsi, atq; in verticem montis abstulit secum. Transgredimur & nos muros, inquit Arnobius, quum de isto corpore exeuntes, eos qui nos circumdant, euadimus. Hos Euthymius demones illos intelligit, qui versantes in aere, animas ad Deum euolare gestientes, muri instar prohibere conantur. Hinc nimirum est, qd ecclesia dei catholica, morituros cibatur sacramento corporis nñici, & oleo sacro tanq; athletas cū hostibus cõgressuros vngit, vt horum sacramentorum virtute, hoc est, ipso dño Iesu Christo, & spiritu eius, tanquam inexpugnabili præsidio confortati, omnes hostiles acies perumpant, mœnia cuncta transiliant.

*Deus meus impolluta via eius, eloquia Dñi igne examinata, procector est omnium sperantium in se.* Id est, Opera Dei per omnia sunt irreprehensibilia: & quicquid pmittit, optima fide præ-

M stata.

stat: vt quemadmodum in auro igne purgato nihil est scoriae, ita in verbis domini nihil sit imposturae aut mendacij: quicunque perfecta fiducia spem suam in illo ponunt ac fingunt, eos turos, saluos, & illaefos conseruat ab omni malo. Quin ipsa quoque mandata eius, quae nobis tanquam regulam proposuit, ad qua opera nostra vitamque dirigamus, talia sunt. Nihil in illis est, quod vlla ex parte iure reprehendi aut corrigi possit: quod non sit salutare, adeoque necessarium ad salutem. Salutem, inquam, non solum illius vitae futurae, verum etiam huius praesentis: quod facillimum fuerit in singulis mandatis ostendere, si huius esset loci talibus immorari. Hinc nemo dubitare debet, quin verissima sint atque immutabilia, quae de praemijs obseruantium illa mandata est elocutus. Quicunque haec credunt, recipiunt, amplectuntur, custodiunt, vitam suam ad ea componunt, cum hoc ipso propheta nostro deum ac tam salutaria mandata eius diligenter super aurum & topazion, (hoc enim prophetae verbum est) atque in hac fide ac dilectione omnia tam huiusquam futurae vitae bona ab illo sperant ac petunt, horum ille protector est aduersus mala omnia. Hi iuxta verbum Iohannis Apostoli, per sanguinem Iesu Christi emundati ab omni peccato, iam deinceps exhortatione principis Apostolorum Petri excitati, fatagunt, vt per bona opera certam suam vocacionem & electionem faciant. Qui aliter docent, male docent. Neque enim in hoc dedit nobis Deus filium suum, vt impunè peccemus: sed vt per hunc liberati a peccatis, iuste viuamus.

Psal. 118.  
Iohan. 1.  
Pet. 1.

Quoniam quis Deus praeter Deum? aut quis Deus praeter Deum nostrum? Pro eo quod in posteriori hemistichio ait, quis Deus, pro, Deus, in Hebraeo est אלהים, quod proprie significat petram, aut rupem. Vnde alij transferunt, aut quis est petra? alij, aut quis est fortis? quod per metaphoram fortitudinem, & fortè, item refugium, appellat petram Hebraei: de quo alias. Nam sensus est, Quis est deus verus, & ad quem tutò quis confugiat, praeter deum nostrum? quod d. Idola enim gentium fallaces daemones sunt. Et quicquid aliarum est rerum, in quo fidunt mortales, infirmum est & fallax. Solus deus est, qui nunquam destituit recta veraque; fiducia sibi adherentes.

Deus qui praecinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam. Virtutem vocat potentiam ac robur ad resistendum hostibus. Immaculatam viam, innocentiam vitae. Docet enim deus per mandata sua, per scripturas, per ecclesiam, per sacerdotes suos, verbi sui praecones & interpretes, (tales enim, angeli domini exercituum sunt, Mal. 2.) quae sit vera vitae innocentia: quod conseruanda vires denique suppeditat conseruandi eam, omnibus qui hoc verè & ex animo ab ipso petunt. Hoc

quia necessarium est, nos scire & agnoscere, propheta multis verbis exaggeratum nobis partim suo, partim Christi, cuius typum gerit, exemplo inculcat. Neque est quod obmurmuremus, iniquam esse comparacionem nostram ad Dauid, multò etiam iniquiorem ad Christum. Si manserimus in Christo, & verba eius in nobis manserint: quicquid voluerimus, petemus, & fiet nobis. Hoc ipse dominus Iesus, qui est ipsa veritas, nobis permittit Iohan. 15. Quae dementia est, illi non habere fidem? Opera quae Christus operatus est, non viribus humanis est operatus, sed virtute diuina: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, inquit Apostolus ad Col. 2. Eadem diuinitate nos sumus in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis, teste eodem apostolo in eodem loco. Quare igitur conquerimur nos non posse resistere diaboli, mundi, carnis denique nostrae tentationibus? Agnoscamus quod in expugnabili praesidio simus confortati: atque hoc ipso praesidio freti, excusso desperationis hoc ignauissimo torpore, surgamus, arripiamus arma, perdecimus obuiam hosti: & ille statim visus nobis territus fugiet. Hoc qui non credunt, hi non nouerunt Christum, neque virtutem redemptionis nostrae.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. Hoc est, statim addidit pedibus meis velocitatem, quanta est ceruorum: & quum in plano, aut valle periculum imminere videretur ab hoste, ipse me euexit in edita & excelsa, quod non posset me sequi hostis. Excelsa, Hebraice גבוהים, excelsa mea.

Et dedit mihi protectionem salutis tuae, & dextera tua suscepit me. Quod ait protectionem, Hebraice est יד ימיני, quod proprie clypeum significat

Quat, vt alias diximus: vt sit sensus: Tu dediti mihi clypeum, quo proteclus & seruatus sum. Et dextera tua suscepit me. i. (vt ex hebreo intelligimus) tua virtus & potentia (quae per dexteram significatur) fulcit ac sustentat me, ne collabar.

Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. Hic non dubito Septuaginta legisse aliter, quae nunc habet Hebraei. Sic enim in horum exemplaribus legimus, vt prius hemistichium sit pars versus praecedentis: scriptum est autem his verbis: וְיִשְׁמְרֵךְ יְיָ, quod D. Hieron. vertit, Et mansuetudo tua multiplicauit me. Hoc est, tua benignitas me auxit ac superiorem fecit hostibus meis. Reliqua verò huius versus verba, quae sunt, in finem, & disciplina tua ipsa me docebit, in hebreo prorsus non sunt. Fuisse tamen olim, vel hinc conijcimus, quod & hebraismus sapiunt, & Arabicae translationis author ea non omisit. Quapropter & integrum retinemus, & hoc modo intelligimus: Tu o deus pro tua paterna in me pietate ita me erudiisti, formasti, instruxisti, quae omni virtute bellica, vt in aeternum inuictus permaneam: ita, inquam, tua paterna disciplina me docuisti. Nam huiusmodi conductionibus mirè gauisus est noster propheta: Graeci παραδουλοῦ vocant. In 2. Regum tamè cap. 22. vbi Psalmus hic integer legitur, verba haec non sunt, ipsa etiam Septuaginta translatione suffragante. Quamobrem coniecturam istam nolimus contentiosè defendere.

Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea. Hoc est, sublati è medio hostibus cum laqueis & insidijs omnibus, effecisti, vt quocumque libet, liber, tutus, & securus ingrediar. Noster interpres, neglecto tempore, vertit dilatasti: quum in hebraeo sit futurum, dilatabis. Verum id parui refert. Quod autem dixit, vestigia mea, Graecè τὰ ἵχνη μου, in hebraeo est קוֹצְיָי. Id proprie significat iuncturas illas ac vertebrae, quibus tibiae pedibus iunguntur. D. Hieronymus vertit, tali mei. Sensus est, tuo beneficio, firmo & nusquam lapsante gressu incedo.

Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant. Huius versus sententia manifesta est. Verbum, deficiant, in Hebraeo est, בלתי, quod per actiuum verti potuit, conficiam eos. Diuus Hieronymus vertit, consumam eos.

Constringam eos, nec poterunt stare: cadent sub pedes meos. Pro constringam eos, in Hebraeo est, אֶמְצָאם, i. confodiam, vel confauciab o aut concidam eos. Stare, in Hebraeo est, קום, i. surgere. Quamquam nihil verat hoc loco significare, subsistere.

Et praecinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me. Hoc est, tribuisti mihi robur, potentiam ac vires, quibus in bello est opus: & eos qui insurgebant in me, tu incuruasti ac prostrauisti. Hoc enim significat verbum שָׁבַרְתָּ, pro quo noster interpres dixit, supplantasti.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Manifestior esset sententia, si pro accusatiuo genitiuum posuisset interpres, hoc modo: Et inimicorum meorum dedisti mihi dorsum, siue (quod proprie significat nomen Hebraeum גְּבִיחִי) ceruicem. Possumus autem id bifariam intelligere: aut, Effecisti vt terga verterent inimici, & fugerent à me: aut, Dediti mihi ceruicem inimicorum meorum caedendam. Posteriori sententiae probè consonat posterius hemistichium, si iuxta proprietatem sermonis Hebraei transferas, hoc modo: Et eos qui me oderunt, vulneribus conficiam. Nam pro disperdidisti, in Hebraeo est אֶמְצָאם, id est, conficiam eos.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos. Pro clamauerunt, in Hebraeo est futurum, clamabunt. Sed interpres in his omnibus videtur de industria non obseruasse distinctionem temporum: quod defenserit hanc etiam ipsi prophetae non admodum fuisse curae.

Et conminuam eos vt puluerem ante faciem ventii, vt lutum platearum delebo eos. Tale est, quod & Psalmus 1, ait: Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem pijcit ventus à facie terrae. Ita propheta hic gloriatur se profligaturum inimicos suos, idque virtute Dei. Idem significat altera parte versus, quemadmodum lutum platearum pedibus conculcatur & conteritur, ita & ego illos conteram. Est autem hyperbolica locutio, neque tamen immoderata: quod vel ex historia perspici potest, 2. Reg. 8. 10. 12. aliisque multis locis, in quibus de victorijs Dauid scriptum est. Quae tamen omnia praefigurabant Christum & victorias eius.

Eripies me de contradictionibus populi, constitutus me in caput gentium. Contradictiones vocat omne genus rixarum, contentionum, litium, seditionum, rebellionum, bellorum, & quicquid tandem aduersitatum cogitari potest. Nam sensus est, omnes populos mihi subiicies, vt meae voluntati obediant. Porro quod ad sensum historicum attinet, Dauid quodammodo ab his liberatus videtur, & in caput gentium constitutus, quum deuicisset Syros, Moabitas, Ammonitas, Edomitas, Amalechitas, Philistaeos, & caeteras gentes barbaras. Sed re vera haec consummata sunt in Christo, qui co-

stitutus est caput super omnes gentes, quando per gloriam resurrectionis erupit ex omnibus illis supplicij, contumeliji, ac ipsa morte, quibus ab illo rebeli, semperq; obstrepero, ac seditioso Iudæorum populo fuit affectus. Et nos eripiemur, quum illius virtute & exemplo, occisis barbaris concupiscentijs, quæ spiritui nostro, quàm diù sumus in hac carne, obstrépunt, deniquè quandò ipsa morte superata, corpore dissoluto, in æternum erimus cum Christo.

*Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.* Pro *seruiuit*, in Hebræo est futurum, seruiet: & pro *obediuit*, obediunt. Est autem hoc, quod & Esaias Prophetico spiritu exultans, filio Dei Domino nostro Iesu Christo venturo in carnem, gratulatur his verbis: Ecce gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ non cognouerunt te, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te. Quod ait, in auditu auris obediuit mihi, idem est ac si dicat: Credet in me, atq; mādatis meis obediunt, etiam si nunquam viderint me. Fides (inquit Apostolus) ex auditu est, auditus per verbum Christi. Ipse Dominus Iesus ad Thomam ait: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

*Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* In huius versus explicatione non nihil se torquent interpretes, maximè Hebræi: dum alij de Syris interpretantur, qui cum tanq̄ confederati sequerentur Ammonitarum partes contra Dauidem, tandè visà huius in victorijs felicitate, desertis Ammonitis, pacem fecerunt cum Dauid. Quorum sententiam si sequaris, interpretabere, *mentiti sunt mihi*, id est, in gratiam mei mendaces facti sunt Ammonitis, quibus auxilium promiserant. Alij sic: *Mentiti sunt mihi*, hoc est, visà potentia atq; inuicta virtute mihi diuinitus data, *mentiti sunt mihi*, præ timore negantes, quod fuerint aut sint hostes mei. Alij hoc modo: *Filij alieni* id est, hostes mei, *mentiti sunt mihi*, scilicet quum vires suas iactantes, dicerent se occisuros me. Hic enim falsi ac mendaces deprehensi sunt, nempe à me victi & interempti. Alij suspicantur mentiri hinc idem esse quod supplicem fieri: quod tales per adulationem plerumquè mentiantur illis, quibus subiecti supplicat, eadem figura, qua Latini seruos appellant fures, vt Vergili: Quid domini facient, audent cum caesa fures? Hæc non est absurda coniectura, & alijs non obscuris sacræ scripturæ locis confirmari potest. Nostri tamen, hoc est, Christiani com-

mentatores, partim hæc de Iudæis intelligunt, qui iactabant se esse filios Abraham, quò operibus declararent se ex patre diabolo esse, quod illis exprobrauit Dominus Iesus Iohā. 8. partim de pseudochristianis, qui quum in baptismo dederint fidem Christo, quod renunciantes satanæ, Christo sint adhæsuri, postea tamen ab hoc ad priorem nomen filios patris celestis: neq; veraces in seruandis pactis, sed alienos & mendaces. Hæc ferè summa est eorum quæ in hunc locum inueni. Iam studio sis relinquo iudicium liberum, quid ex his retinere velint. Postremum hoc valdè consonat ei quod sequitur: *filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* Quod ait, inueterati sunt, in Hebræo est *בְּיָמָיו*, quod ad verbum significat, emarcescent, ac decident, quemadmodum autumnali tempore folia arborum. Quod autem, claudicauerunt à semitis suis, in Hebræo est *בְּיָמָיו* hoc est, & formidabunt à claustris suis: hoc est, penetrabilibus suis, siue latibulis se abscondentes: vt sit sensus, iuxta postremam expositionem prioris hemistichij: Etiam tunc trepidauerunt, adeò vt præ formidine animi collapsi, à me defecerint ad hostem, quum cinctis, & protectis muris, cæterisque munitioibus, nihil esset ab hoste periculi. Sin eam quam quarto loco posuimus, retinere malis, sensus huius posterioris hemistichij fuerit: Etiam in suarum munitioum penetrabilibus expauescent ad famam de meis victorijs.

*Vniuit Dominus, & benedictus Deus meus: & exaltetur Deus salutus mee.* Vniuit Dominus, iurandi forma est apud Hebræos, quasi dicas: per Deum viuum: verum ita non accipitur hoc loco: sed vt sit vox laudantis DEVM, qui contra blasphemias gentes, insultantes per contumelias electis Dei, atq; dicentes, Vbi est deus eorum? ostendit atq; declarat se Deum nostrum esse: neq; verò talem Deum, quales ipsarum gentium dii sunt, hoc est, idola, opera manuum hominum, in quibus neque sensus, neque motus, neq; omnino vitæ quidquā, sed deum viuū: quippe cuius vita æterna est principiu, fons & origo omnis vitæ. Quod ait, *Et benedictus Deus meus*: pro *Deus meus*, in Hebræo est *אֱלֹהֵי*, hoc est, petra mea, vel refugium meum: hoc est, DEVS ad quem mihi certum est tutumque refugium. *Et exaltetur Deus salutus mee*, hoc est, laudibus mihi celebrandus est Deus, qui mihi salutis est author.

*Deus qui das vindictas mihi, & subdit populos sub me.* Hic est integer versus in Hebræo. Pro eo quod

eo quod noster interpretes dixit, qui das, tam in Græca translatione participium est *δίδως*, quàm in Hebræo *יָדָה*, i. qui dat, aut, si māuis verbum verbo reddere, dans: nam sensus est, Merito laudibus effero Deum meum: ipse enim est, qui dat mihi potestatem vindicandi me ab hostibus meis, & imperio meo subijcit populos. Quod ad Dauid attinet, omnia manifesta sunt ex historia regum: quod ad Christum, significatū per Dauid, ex historia tum Euangelica, tum Ecclesiastica: nempe quàm grauius vitus sit deus illos qui interfecerunt Christum, & quomodò per apostolorum predicationem totum mundum Christo subiecerit.

*Liberator meus ab inimicis meis iracundis.* Hoc est, Ipse est, qui me liberat ab inimicis meis. Epitheton *iracundis*, in Hebræo non additur.

*Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.* Omnia aperta sunt in hoc versu, nisi quod more Hebræo, *exaltabis*, & *eripies*, dicit pro exaltas, & eripis.

*Propterea constitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo psallam dicam.* Hoc est, propterea laudibus celebrabo te in gentibus o domine, & in honorem & gloriam nominis tui cætabo psalmos. Quod hæc fecerit Dauid, testimonio sunt hi ipsi psalmi, quos hic tractamus. Christus in cordibus & labijs electorum suorum per totum terrarum orbem eadem facit vsq; ad consummationem mundi.

*Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsq; in seculum.* Mutatio personæ, quod hic per tertiā

loquitur de Deo, ad quæ versu præcedente loquebatur per secundam, indicium est ardētis affectus. Pro, *regis eius*, rectius vertisset, regis sui. Sensus est, Qui in immensum auget salutifera dona regis sui, hoc est, à se in regno constituti. Ea sunt, quod à tot tam crudelibus hostibus ereptum se ac liberatum, in regni fastigiū euexit, atq; constituit. eadem dona siue beneficia sequenti versus parte vocat misericordiam. Est autem immensa misericordiæ rei opus, non quod ad regni terreni fastigium euexit prophetam Dauid: Nam hoc etiam impijs tyrannis contingit, & illud quicquid erat beneficij, multis & acerbis afflictionibus fuit temperatum: sed quod dominum nostrum Iesum Christum, ex progenie Dauid natum, adeò salute auxit, vt per hunc salus contingerit mundo vniuerso: eaq; non ad paucos annos duratura, vt illa regni Dauidici, quod iā intra mille quingentos aut sexcentos annos nusquam extitit: sed vsq; in seculum, hoc est, in eternū. Huic regi, quicunq; per obedientiam fidei se se libenter subijciunt, mandatis eius in hac vita obtemperat, eos post huius vitæ breue curriculum, ad se recipit in illud regnum æternū, facitq; confortes non modò regni, verum etiam naturæ suæ diuinæ, vt iam non amplius futuri simus homines mortales, verum dii quidam immortales. Quænam, obsecro, lingua fando, quæ mens cogitando queat vnquam consequi aut comprehendere misericordiam tantam? A qua ne nostra culpa excidamus, quis non videt quanto studio aduigilare debeat? Aduigilantibus autem aderit gratia & auxilium Domini nostri Iesu Christi: cui cum deo patre & spiritu sancto laus sit, gloria, honor & imperium, in omne æuum. Amen.

## PSALMVS XVIII.

**C**Aeli enarrant gloriā Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ eorum. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius. Et occursum eius vsq; ad summum eius, nec est qui se abscondat à calore eius. Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium dñi fidele, sapientiā præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum

M 3 & lapis

& lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauum. Etenim feruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce feruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Et erunt vt complacent eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine, adiutor meus, & redemptor meus.

## IN PSALMVM XVIII.

TITVLVS.

Victori, Psalmus David. In hoc titulo nihil est, quod nõ sit iam in superioribus explicatum.

DE ARGVMENTO.

Hinc psalmum alij simpliciter, & (vt Ecclesiastico loquendi more vtat) secundum literam interpretatur, de cælis ac stellis, & lege diuina: q̄ per hęc duo Deus maxime innotescat hominibus: per legem Iudæis, secundum quod scriptum est Psalm. 147. Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël: Per cælum verò & astra, gentibus. Hoc testatur & Apostolus Romano. 1. Deus enim illis reuelauit, inquit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiternaque eius virtus vt diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Alij per allegoriam interpretantur, de Apostolis, Christo, Ecclesia, doctrina Euangelica, &c. Quum vtraque interpretatio pia sit, docta, & veram doctrinam continens, habeatque authores egregios, hęc quidem Christianos tantum: illa verò præter Iudæos omnes, etiam Christianos Græcos & Latinos, possintque ambę apte coniungi, visum est mihi neutram reijcere. Quumq̄ simplex illa, quam literalem dicimus, huius allegoricæ sit fundamentum, nos illam vti fundamentum vbi quæ primo loco ponemus: deinde superstruimus hanc allegoricam: donec perueniamus ad secundam partem psalmi, quæ est commendatio legis diuine: ad quam conseruandam postremo loco Dei auxilium implorat, cum delictorum remissione: quum tanta sit infirmitas carnis humane, tantaq̄; hebetudo mentium, vt quantumuis per legem nature in creaturis, & legem Dei in scripturis erudiamur, illuminemurque, non tamen videre possimus, & cauere euitareq̄; laqueos omnes, quin sæpè delinquamus in multis, etiam grauibus interdum.

*Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.* Simpliciter, cæli enarrant gloriam Dei, dum suo illo pulcherrimo adspectu, illa admiranda conuersione ac motu, denique virtutibus illis incompre-

hensibilibus in elementa hæc, & ea quæ ex his procreantur, indicant, quantum illum potentia ac sapientia esse oporteat, qui tam immensa corpora ita condidit, composuit, conseruat, atque gubernat. Idem significat, quod membro seu hemistichio sequenti dicit, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Quis enim non videat, quàm nihil sit, quod non possit efficere ille, qui firmamentum illud fecit ex nihilo tantum, in tam speciosam formam extendit, ita stellis ornauit, motum addidit, quo vt nihil velocius, ita nihil constantius, adeò vt intra tot millia annorum ne punctulo quidem à cursu consueto ac tantquam lege præscripta aberret. Porro firmamentum non est necessè hoc loco pro illo duxat cælo accipere, quod secundum astronomos est ordine octauū, sed vt ipsos etiã planetas cõprehendat. Hoc ex eo versu colligi potest, qui paulò post sequitur, In sole posuit tabernaculum suum. Nam is ex Hebræo sonat, Soli posuit tabernaculū in eis, vt subaudias cælis. Atque hæc quidem simplex est, secundum proprietatem sermonis humani facta interpretatio, sensu, vt vocant, historico seu literali. Per allegoriam verò Apostoli, cæteri q̄; viri cælestes, cæli sunt, in quibus tãquam cælis quibusdam inhabitat Deus, & inter quos Christus tanquam sol, sol, inquam, verè & æternæ iustitiæ rutilat, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Per hos cælos Iohani. Deus mirabiliter agit, mutat, format, reformat, fingit atque refingit animos hominum, donec ex mortuis viuos, ex infirmis fortes, ex insipientibus sapientes, ex terrenis cælestes, denique ex hominibus deos quodammodo faciat. Ecce, quàm suauis harmonia duplex illi cæli, quantumuis disparibus tibijs ac vocibus, inter se concinunt. Hac harmonia delectatus Apostolus Paulus, nos quoque ad eam audiendam ducere conatur, quum ita scribit Rom. 8. Nam expectatio creature, reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volēs, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum DEI. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & parturit vsque

ad huc.

adhuc. Audis vocem corporum illorum cælestium: qui propriè cæli dicuntur. Iam audi & horum, qui per allegoriam. Non solum autem illa, inquit, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi inter nos gemimus, ad optionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Et ad Galatas 4. Filii mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Libéret mihi pulcherrimæ huic collationi diutiùs immorari, atque hæc tam dulci harmonia aures spiritus demulcere & oblectare, nisi festinandum esset ad reliqua.

*Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Simpliciter, prima quidem fronte, videtur hęc esse sententia: Dies vnus eructat verbum, id est, doctrinam de sapientia, potentia, & vniuersa gloria Dei, diei alteri: iuxta quod & nos versiculo prouerbiali dicimus,

Discipulus est prioris posterior dies:

Vbi tamen per tropum intelligimus homines prioris & posterioris diei, quòd hi ab illis dicantur aut etiam quisque à semetipso, per experiméta, successu temporis. Eodem modo nox vna indicat scientiam nocti alteri. Sed respicienti ad versum præcedentem, magis placet vt sic interpretemur: Dies diei, subaudi, mirabili ordine succedens, eructat verbum, id est, manifestè indicat hominibus, non casu, fortuito aut temerè mundum hunc ferri, sed stupenda Dei sapientia atque potentia gubernari. Idem constantissima incrementi decrescendique vicissitudine nox nocti succedens indicat. Hoc apud Iudæos placet R. Solomoni: apud Christianos, Euthymio, Nicolao Lyrano, & plerisque alijs. Potest etiam hic versus interpretari simpliciter, eo q̄ præcedit, nihilominus per allegoriam sumpto, hoc modo: Quum cæli, id est, apostoli, cæpissent enarrare gloriam Dei, id est, annunciare euangelium, res est tanta industria ac celeritate gesta, vt non dies tantum, verum etiam noctes in eo negotio consumerent, ac sine intermissione nocte dieque cresceret Ecclesia credentium, donec totum terrarum orbem occuparet. Alioquin non deest locus allegoriæ, quæ præter suauitatem tropi, verissimam etiam habet grauemque doctrinam. Eam nobis explicat Aurelius Prudentius his elegantissimis versibus:

Nox, & tenebræ, & nubila,  
Confusa mundi & turbida,  
(Lux intrat, albescit polus,  
Christus venit) discedite,  
Caligo terræ scinditur,  
Percussa solis spiculo:

Rebusq̄; iam calor redit

Vultu nitentis sideris.

Sic nostra mox obscuritas,  
Fraudisq̄; peccus conscium,  
Ruptis retectum nubibus,  
Regnante pallefcit Deo.  
Tunc non licebit claudere,  
Quod quisq̄; fuscum cogitat,  
Sed manè clarescent nouo  
Secreta mentis prodita.

Ecce, quod mundo huic est sol, id mentibus humanis est Christus: Quod mundo dies, id mentibus nostris illuminatio doctrinæ Euangelicæ & spiritus Christi: Quod mundo solis occasus, id mentibus nostris recessus Christi à nobis: Quod mundo nox, id mentibus humanis ignorantia. Et quemadmodum (vt iam diximus) discipulus est prioris posterior dies, ita hi qui spiritu Christi illuminantur, se mutuum docendo illuminant. Et quemadmodum nõ omnes dies æquè sunt fereni, etiam si medio cælo feratur sol, nempe alijs astris excitantibus nubes ac tempestates: ita fit, vt per homines malos ac stultos obnubiletur doctrina, & motus excitentur in ecclesia, Christo nihilominus manente nobiscum vsque ad consummationem seculi. Neque noctes omnes æquè sunt tenebrarum desitate horridæ. Plerisque enim aliquid est luminis à stellis, maxime verò à luna. Quin ipsi candelis accensis desiderium diei, vt possumus, solamur. Itã ante exortum Christi mundus non erat omninò destitutus omni lumine: sed luxerunt prophete, luxit lex, luxerunt ingenia philosophorum, & tãquam nox nocti sibi mutuo indicauerunt scientiam. Sed quemadmodum ad exortum solis à claritate maioris luminis absorpta euanescent sidera, ita ex oriente Christo, illa omnia euauerunt.

*Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* In Hebræo est

אין אומר, ואין דברים, בלי ושמיע סולם

Hoc ad verbum sic sonat Latine: Non sermo, neque verba, sine audita voce eorum. Quanquam non potest ad verbum in nostram linguam penitus transferri. Habent autem Hebraica ancipitem sententiam. Aut, Nõ est sermo, & non sunt verba, quibus non audiatur vox eorum: vt Ditus Hieronymus transtulit. Hunc secutus Iohannes Campèsis, in sua paraphrasi interpretatus est hoc modo: Nullum est idioma, nec vlli sermones, quibus audita non sit vox illorum: nullus est enim vsquam populus tam barbarus, ad quem horum noticia non peruenerit.

vt

vt illorum, referatur ad calos, firmamentum, diem & noctem. Aut, non est sermo, neq; sunt verba (scilicet illa quibus celi enarrant gloriam dei, & firmamentum annunciat opera manuum eius, & dies diei eructat verbum &c.) quorum (scilicet sermonis & verborum) vox audiri nequeat. Posterius hoc placuit Septuaginta. Porro quod dicitur, quorum non audiantur voces eorum, relatiuum eorum, more Hebræorum additum est: alioqui satis erat, quorum non audiantur voces eorum.

*In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Quis enim est mundi angulus, in quo non conspiciantur mirabilia hæc opera Dei? Quinetiam doctrina eius per legem & prophetas, principio quidem in Iudæa, deinde verò per Apostolos & horum successores, in toto mundo audita est. Hoc Apostolus exprobrat incredulis, Roman. 10. his verbis: Sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Ecce, quod psalmographus de creatura dixit, (inquit Ambrosius in eundem locum Pauli) hoc Apostolus de Euangelistis. Quia ubique audita est, & peruenit in omnem locum prædicatio nominis Christi. Vbi enim presentia hominis prædicantis defuit, sonus tamen & fama peruenit, sicut peruenit opinio factarum virtutum in Aegypto ad omnes gentes, teste Raab meretrice. Porro pro *sonus eorum*, in Hebræo est *שִׁיר*, quod proprie significat regula, siue amullis eorum: idque per metonymiam accipitur pro structura celorum, tanquam ad amullum fabricata: vt sit sensus, per totum terrarum orbem conspicitur illa admiranda, illa incomprehensibili arte ac sapientia facta, machina mundi. Neque tamen repræhendendus interpres, qui inter transferendum volens obiter explicare tropum, reddidit, *שִׁיר* id est, sonus eorum: quum etiam ipse propheta huius rei gratia subiecerit, verba eorum. D. Guilhelmus Lindanus, diligentissimus harum rerum scrutator, contendit pro *שִׁיר*, quod nunc habet Hebræorum libri, legendum esse *שִׁיר*. Hoc enim significat, sonus eorum. Vide lib. 1. caput 4. de optimo genere interpret. script.

*In sole posuit tabernaculum suum.* Hoc in Hebræo ita scriptum est, quasi pars sit versus præcedentis: neque verba Hebræa per omnia significant quod habet hæc translatio: sed vt Diuus Hieronymus transtulit, Soli posuit tabernaculum in eis, vt subaudias celis: id quod iam antè monuimus, & Euthymius ita exponit: Posuit Deus, ac determinauit soli habi-

tandum illic, id est, in firmamento cæli. Iam antè monuimus, firmamenti nomine hæc etiam planetarum sphaeras cõtineri. Porro quod sol inter septem planetas medius sit, infra se habens Venerem, Mercurium, Lunam: supra se, Martem, Iouem & Saturnum, nouerunt qui vel prima elementa astronomiæ viderunt. Inter eos quanta splendoris claritate fulgeat, non modò luminis illius immensi gloriam, verum etiam viuifici caloris gratiam per cælum, per terram, in totum mundum diffundens, sentimus omnes: pulcherrima videlicet imago filij Dei, cui Deus pater posuit tabernaculum carnis humane, in firmamento Ecclesiæ, in medio Prophetarum & Apostolorum: inter quos inæstimabili incomprehensibiliq; sapientiæ suæ splendore illuminat, dulcissimiq; amoris calore fouet atq; viuificat omnes homines, nõ tantum eos qui infra sunt, hoc est, post ipsum in carne natum, in ipsum credunt, verum etiam illos, qui antè per fidem in venturum sperarunt.

*Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Apud Hebræos ita distinguitur, vt hoc hemistichium vnà cum priore sequentis versus vnun cõstituat versus hoc modo: *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam.* Hoc est, Ipse sol manè exoriens, persimilis est sponso, qui exurgens egreditur de thalamo suo, gestiens tanquam vir strenuus absoluerit cursum suum. Porro quod nostra exemplaria habent, *exultauit*, in Hebræo, necnon translatione Græca, præterea in emendationibus exemplaribus Latinis, est futuri temporis, exultabit. Monet tamen Euthymius, futurum id positum esse pro præterito.

*A summo celo egressio eius, & occurfus eius usque ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.* Nam ita distinguitur in Hebræo, vt hic sit vnus versus: cuius hæc est simplex secundum literam sententia, Sol oriens ab altera celorum parte, quam orientalem indè dicimus, cursum suum instituit, longèq; tractu ad partem oppositam, hoc est, occiduam, peruenit, idque tam longè lateq; diffusis radijs, vt neminem lucis atq; caloris sui expertem relinquat. Ecce, hæc est simplex & luculenta sententia horum duorum versuum de sole hoc visibili. Iam nullius est negocij, hæc nostro soli spirituali, qui est Christus Dominus, accommodare: ac multò quidem facilius, commodius & aptius, quàm illi planetæ. Hic enim verè est ille sponsus, qui habet sponsam, matrem videlicet omnium viuentium, q̄ est Ecclesia. Libet mihi hæc mirabile quoddam symbolum aperire & explicare. Mos fuit apud

apud Hebræos, quem etiamnum apud illos aiunt obseruari, vt sub expanso velo sponsam sponso traderent. Ex quo cum, associata iam sibi sponsa, progredieretur, omnes qui aderant, exhilarabantur, idque erat initium solennitatis illius & gaudiorum nuptialium. Quis non dicat ad viuum expressam imaginem hanc nuptiarum filij Dei cum sponsa Ecclesia? Hic principio de thalamo domus paterne, hoc est, ex ipsius Dei patris sinu procedens, velum subijt virginei vteri: sub quo velo sociavit sibi naturam humanam, factique sunt duo, Deus videlicet & homo in carne vna, vnus Christus, cæli ac terræ, omniumque in his viuentium Dominus, rex, & monarcha. Hæc nuptiæ tam erant auspicate, tanto cum desiderio expectatæ sanctis omnibus, qui fuerunt ab initio mundi, vt Iohannes Baptista etiamnum in vtero matris suæ conclusus, audita per velum, id est, per os virginis matris, priusquam ipse prodiret in publicum, spõsi voce, præ gaudio exultarit, vt scribit Lucas capite primo. Hinc nimirum est, quod apud Iohannem Euangelistam ad suos discipulos ait idem Baptista: Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergò gaudium meum impletum est. Proceffit tãdem & de thalamo veli, id est, vteri materni, & vt fortissimus gigas exultauit, vt decurso huius vitæ itinere, cum hoste in cruce de regno configeret. Decurrit viam: peruenit ad locum pugne: confixit, vicit, debellato hoste, diripuit opima spolia: & quemadmodum à summo celo egressio eius cœperat, ita occurfus, hoc est, reuersio eius vsque ad summum eius, id est, eiusdem cæli peruenit: vbi iam ad dextram patris residet Rex regum, & Dominus dominantium: vt nemo iam se ab eius calore queat abscondere, nemo potentiam eius effugere. Hæc de prima huius psalmi parte: in qua didicimus, quomodò immensa Dei potentia sapientiæque hominibus innotuerit per creaturam huius mundi: bonitas autem & misericordia, per instaurationem generis humani. Illius pulchritudo, gratia, & vigor omnis in splendore & virtute solis: huius omnia in filio Dei. Iam ad partem secundam.

*Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.* Tametsi ipsius nature lex, eos qui studiosi erant, auidiq; sapientiæ, cognitionisq; Dei, docere potuit per contemplationem quæ est in creaturis, de qua iam diximus: non tamen eo contentus fuit Deus, quin legis doctrinam adderet, per cuius pædagogium

am erudiret rudes, crassos, & insipientes, paulatimque formatos, capaces faceret sapientiæ illius perfectæ, quam diebus nouissimis, vt ait Apostolus, docturus erat per filium suum. Legem itaque commendat his versibus, *Heb. 1.* eamque varijs nominibus appellat: de quo non nihil attigimus ex Euthymio in Psalmi præcedentem. Principio *לְיָהוָה*, id est, legem, doctrinam, seu institutionem, quod rectè viuendi agendiq; rationem tradat, ab *לְיָהוָה*, quod docere significat & instituere. Hanc immaculatam vocat propheta, hoc est, puram, synceram, integram, nullis errorum aut imposturarum tenebris obfuscatã: ad eò, vt quicumque animæ in hac benè fuerint institutæ, à peccatis conuertantur ad iustitiam: propterea addit, *conuertens animas*. Secundò legem appellat *לְיָהוָה*, id est, testimonium, quod per hanc satis testatus sit Deus voluntatem suam, quod non velit quenquam in peccatis perire, sed omnes conuerti ad iustitiam, vt pro stipendijs peccati, quæ mors est, consequantur gratiam Dei, hoc est, vitam æternam, idq; in Christo Iesu Domino nostro, quem in hoc ipsum se missurum esse in mundum promiserat. Neque vanum est hoc testimonium, sed fidele: quod quicumque simplici animo credendo amplectuntur, (hos enim paruulos dicit) his præstat sapientiam, quæ superat omnè omnium philosophorum sapientiam. Nam qui sapientia huius mundi inflati, contra simplicitatem illam, os suum in cælum ponentes, disputare non verentur, sit ne vile secundum illam Dei legem viuere, facere quæ deus mandat, abstinere ab illis quæ vetat, hi etiam si cognoscant Deum, non tamen sicut Deum glorificant. Alioquin enim nõ inquirerent in legem eius, bonã ne sit, an mala, (quod etiã homo legislator non fecerat) neq; gratias agût, quod nihil eorum omittat, quæ conducere possunt ad humani generis salutem: sed euanescunt in cogitationibus suis, obscuraturq; insipiens cor eorum, vt in hoc ipso quod putant se sapientes esse, stulti fiant.

*Iustitia Domini recta, lætificantes corda: preceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* Tertiò legem appellat, iustitias Domini Hebraicè *לְיָהוָה יְשׁוּעָה*, id est, iustiones, mandata, siue statuta Domini: quod per hæc sciatur quid benè, quid malè fiat. Vnde aptum apposuit epitheton, *recta*, quod recta quedam regula sit, ad quam homo cunctas vitæ suæ actiones instituere debet. quod si faciat, haud dubiè finem omnium operum suorum consequetur lætissimum. propterea adiecit, *lætificantes*  
N corda.

*corda.* Quod si ad originem nominis respiciamus, hoc est, ad verbum **בדק**, quod proprie significat inspectionem facere, quales sunt quas episcopi faciunt, aut ab episcopis cum legitima potestate missi, (vulgò visitationes dicimus) non malè videretur posse transferri, inspectiones Domini rectè, hoc est, visitationes (sic enim nunc loquimur) & censuræ, quibus vitam, mores, & actiones hominum exigit ad regulam legis ac mandatorum suorum. Hos Græci vocant *ἐπισκοπῆς*. Vndè Psalmo qui nobis est 108, vbi hebraicè scriptum est **בְּדַקְּתָם יִצְחָקוּ**, Græcus interpres siue Septuaginta verterunt, *καὶ πῶς ἐπισκοπήσονται λέγουστές*. Latinus, Et episcopatum eius accipiat alter. Est igitur *ἐπίσκεψις*, id est, coniugatio quædam inter mandata Dei, siue legem, ac dignitates, quales sunt Apostolorum, episcoporum, pastorum, &c. & inspectiones quas hi faciunt, iuxta regulam legis diuinæ: quæ coniugatio fundamentum habet siue scopum, rationem & curam iustitiæ, tota huic vni rei negotioque intenta ac destinata, vt inter homines conferuetur iustitia. Hinc est, quod Septuaginta verterunt *δικαιώματα*, id est, iustificationes. Quibus iustionibus, statutis, præceptis, & inspectionibus, iustorum hominû corda lætantur. Intelligunt enim, quàm sint salutaria. Qui verò illis contristantur, hi manifestè declarant, quod sint homines insani, scelerati, atque omni recto iudicio destituti: quorum scelerata conscientia refugit lucem, nè prodantur opera eius. A quibus vt nobis caueamus, grauissimè monet Apostolus Ephes. quinto: Nolite ergò effici participes eorum, inquit. Eratis enim aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate, &c. Quartò, præceptum Domini, Hebraicè **בְּדַקְּתָם יִצְחָקוּ**, à verbo **בדק**, id est, mandauit, præcepit. hoc lucidum vocat, & illuminans oculos, quod tanquàm lucerna præluceat menti humanæ, ostendens viam, quia itur ad vitam. Vndè Prouerbior. sexto ait Solomon: Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. Et Dauid ipse Psalmo centesimo decimo octauo: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Quintò, timorem Domini, quum ait versu qui sequitur:

*Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi.* Timor Dei duplex est: vnus, qui metu supplicij retinet homines vt cunquè in officio: alter, qui charitate ac reuerentia (qua homines verè pij afficiuntur erga Deum) efficit, vt etiam si præscirent se tutos fore ab omni supplicio seu poena, tamen cauerent admitte-

re, quod scirent illius oculos offensurum. Illud appellat apto nomine seruilem: Hunc autem filialem, hoc est, ingenuum ac liberalem, qualis est bonorum filiorum erga bonum parentem. De posteriore hoc loquitur hic propheta, sanctum appellans, siue (vt est in Hebræo) **שְׂדֵהוּרָה**, id est, purum seu mundum: Septuaginta verterunt *ἀγιος*, id est, castus. Hoc enim timoris genere etiam vxores castæ maritos suos timent, quum impudicæ ne plagiis quidem ab adulterijs possint arceri. Ecclesia, & quæuis anima fidelis, quanto ardentius amat sponsum suum Christum, tanto diligentius cauet, nè quid admittat quod illum offendat. Sextò, iudicia nomini, quum ait:

*Iudicia Dñi vera, insificata in semetipsa.* Hoc est, & vera sunt iudicia Domini pariter & iusta. Verissima enim sunt & iustissima, quæ de præmijs obseruantium legem suam, & poenis transgredientium est elocutus.

*Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauum.* Quod ait, *Desiderabilia*, in Hebræo cum emphatico articulo dictum est **הַחֲפָצִים**, quasi dicat, Illa desiderabilia. Nam sensus est, quum in diuitijs terrenis nihil sit in maiori precio apud homines, quàm aurum & lapides preciosi: & in cibis nihil dulcius, præsertim si hoc sit recens adhuc, & ex fauo distillans: multò tamen preciosiora sunt, & multò dulciora in animis piorum hominum iudicia Dei. Porro quod ait, lapidem preciosum, in Hebræo est **כֶּסֶף**, quod significat aurum obrizum, hoc est, defæcatus, purgatum diligentius, & optimum: quasi dicat, Iudicia Domini desiderabilia sunt auro, atq; auro quidem optimo. Aiunt tamen etiam gemmam significare: vt nihil veter nos retinere translationem Septuaginta, à qua nec D. Hieronymus in hoc recessit. Vertit enim, quemadmodum illi, lapidè preciosum. Quod autem additur, multum, ancipitem videtur habere sententiam: aut enim aduerbialiter adhæret nomini verbali desiderabilia, vt sit, multum desiderabilia super aurum &c. hoc est, multò desiderabilia: aut auro & lapidi preciso, hoc sensu: desiderabilia quàm aurum & lapides preciosi, etiam si quis horum ingentem copiam cum illis conferat. Posteriori huic sensui consonat tum nomen Hebræum **רַב**, tum Græca trãslatio, quæ habet *λίαν τιμῆν πολλήν*, i. lapidem preciosum multum, siue copiosum. Pro fauo, in Hebræo sunt duæ dictiones, **בְּרִיחַ**, id est, distillatio fauorum, vt ad verbum sonet ex Hebræo, & dulciora quàm mel

mel & liquor ille mellis, qui distillat ex fauis. *Etenim seruus tuus custodit eam in custodiendis illis retributio multa.* Ex Hebræo sonat: Etiam seruus tuus docetur per eam custodiendis illis retributio multa. Hoc est, Quid ni sint multò desiderabilia auro & lapide preciso omni, tua iudicia, O Domine, quum illa nihil aliud sint, quàm terra, inani quodam fulgore stultorum hominû oculos perstringens, cætera neque vitam in se habens, neq; ad vitæ humane conferuationem idonea, quum neq; cibus esse possit aduersùs famem, neque vestis aduersùs frigus? Tua verò iudicia viua sunt, & vocalia, docentia & admonètia homines, quid sequi, quid vitare debeant, vt viuant in æternum. Præterea diuites illi, qui auro custodiendo incubant, miserimi sunt, diurnis nocturnisque curis se macerantes. Cæterum qui studia sua & cogitationes eò conuertunt, vt custodiant mandata tua, illis tu retribuis mercedem immensam & inæstimabilem: nempe vitam æternam, & communicationem regni tui celestis, tam immèsi, vt nullis locorum finibus comprehendit: tā firmi, vt neq; ab hostibus vlli expugnari, neq; vlla seculorum, immensitate confensescere & concidere possit.

*Delicta quis intelligit? ab oculis meis mundana me, & ab alienis parce seruo tuo.* Hoc est, O Domine Deus, quantumuis per cælos tuos, per noctium dierumque mirabiles reciprocationes, per huius solis clarissimum iubar, ortus, occasus, accessus atque recessus inexplicabiles, præterea per legem tuam & prophetas, denique per vnigenitum filium tuum, mirabiliter in illis descriptum, depictum ac præfiguratum, nos erudis, instituis, doces, fingis refingis: nostra nihilominus tanta est hebetudo, tarditas, & inscitie crassities, vt neque maiestatis tuæ gloriam, neque eiusdem in nos beneficentiam ita agnoscamus, honoremus, & colamus, vt debebamus. Imò verò tot tam luculentis regulis ac vitæ præceptis admoniti, ac veluti manu ducti, non tamen euitamus laqueos peccatorum, adeò vt in ipsis etiam laqueis capti atque constricti, nondum tamen sentiamus: quotus enim quisque, aut quis omninò delicta intelligit? Quamobrem o deus, hæc nobis extrema relicta est, & (quod dicitur) sacra ancora, vt ad misericordiæ tuæ tribunal confugiamus, obsecrantes, vt tu nos ab his fordibus emundes, non modò deletis ac repurgatis illis, quæ per ignorantiam imprudentes contraximus, verum etiam remissis condonatisq; quæ vt ingrattissimi per superbiam & contumaciam, te Domino Deo ac patre nostro optimo maximo spreto atq; deserto, secuti videlicet alienos, hoc est, hostes

tuos ac nostros, insano furore dementati incitatiq; patrauimus. Eoque modo purgatos, & in gratiam receptos, conserues, nè in eadem illa reuoluamur. En, hæc est (ni fallor) sententia prophete. Verba paulò aliter ex Hebræo transferri possunt atque distingui, quàm in nostra translatione habentur. Delicta (vel, vt Hieronymus, errores) quis intelligit? ab oculis munda me. Hic est integer versus in Hebræorum libris. Pronomen *meis*, non additur. Hinc incipit sequens versus, in hæc verba:

**גַּם מִיָּדַי חֲשׂוֹן עֲבָרָי**  
Hoc est,

**אַל יִמְשְׁלוּ בִי אֲזִי אֵינָם וְיִשְׁמְעוּ רַבּוֹ**  
Etiam à superbis conserua seruum tuum, nè dominium accipiant in me: tunc innocēs ero, & mundabor à flagitio grandi. Vbi Dauid Kimhi putat concretum (vt vocant grammatici) positum esse pro abstracto: **אֵינָם**, id est, superbis, pro **יְדֻבוּתָם**, id est, superbis. Vndè ex recentioribus interpretibus Latinis nonnulli verterunt, Etiam à superbis retrahere seruum tuum. Per superbias autem intelligunt omnia voluntaria peccata, quæ patrant homines, quum tamen non ignorent vetita esse à deo: Quod non facerent, nisi insolētissima superbia deum & præcepta eius contemnerent. Septuaginta videtur pro **אֵינָם** legisse **אֲרֵיב**. Hoc enim significat alienos. Siue autem legas, à superbis, i. peccatis per insolētiam & superbiam spontè patrat: siue à superbis, id est, ab illis qui per superbiam & contumeliam in deum homines ad peccandum illectant: siue ab alienis, hoc est, illis, qui quæ de familia Dei esse nolint, non colligunt cum filiis dei, sed vt hostes diripiunt atq; dispergunt, parùm interest, quātum ad sententiã atinet. Item in eo quod sequitur, siue tanquàm principium versûs & sententię legas, *Si me non fuerint dominati*: siue, nè dominium accipiant in me, vt pendeat ex præcedente, sententia vtrobiquè est manifesta ac eadem: Prioris, O Deus, si mihi præsidio fueris ad arcendum peccata, nè me victum & expugnatum per tyrannidè possideat. Posterioris, O Deus, propterea te obsecro, vt ab alienis illis, hostibus tuis, me liberatum conserues, nè tãquàm victores dominium ac tyrannidem in me accipiant. Hoc si à te impetrauero, tunc immaculatus & innocens ero, & mundus censabor à delicto maximo. Eccè, hæc est illa libertas Christiana, ad quam nos inuitat Apostolus Roma. 6. his verbis: Non ergò regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius, &c. Quātumuis

em habitet in nobis (hoc est, in carne nostra) peccatū, (vt ait idē Apostolus Ro. 7.) hoc est, affectus, huc cōcupiscētia quēdā ad peccandū sollicitans, non tamē illa poterit nos cōtaminare sordibus iniustitię, si cauerimus nobis ab illius dñio, hoc est, si nō obediuerimus illi, neq; exhibuerimus mēbra nostra illi arma iniquitatis. Hoc autē q̄ difficile sit cauere, quāq; supra vires humanas, nisi adsit auxilium gratiæ dei, satis indicauit Paulus his verbis: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Idem & noster propheta significat, quum itā psalmum finit:

*Et erunt vt complacēt eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper. Dñe adiutor meus, & redēptor meus.* Itā em̄ hęc apud hebreos, tanq̄ vn⁹ versus legunt, nisi q̄ verba nō respondēt per oīa. D. Hieronymus transtulit hoc modo: Sint placētēs sermones oris mei, & meditatio cordis mei in cōspectu tuo, dñe fortitudo mea, & redēptor meus. Secundū huius translationē versus hic cū superioribus cohæserit, hoc sensu: O deus, quū tāta sit hebetudo mētis nostrę, vt ne intelligamus quidē delicta nra: tā violētā cōcupiscētia carnis hui⁹, vt nos meliora etiā vidētes, adeoq; pbantes, tñ in deteriora, q̄ tu veruisti, ptrahat: supplex ad te cōfugiēs precat⁹ sum, vt ab illis occultis me mūdēs, & ab horū q̄ sunt, aperta, violētia liberēs, liberatūq; cōserues: quū hęc vna solaq; supsit ratio, qua innocēs, immaculat⁹, & a delicto ma-

PSALMVS XIX.

**E**Xaudiat te dñs in die tribulatiōis, protegat te nomē dei Jacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit omnīs sacrificij tui, & holocaustū tuū pingue fiat. Tribuat tibi secundū cor tuū, & omne consiliū tuū cōfirmet. Letabimur in salutari tuo, & in noīe Dei nostri magnificabimur. Impleat Dñs oēs petitiōes tuas: nunc cognoui quoniā saluū fecit Dñs Christū suū, Exaudiet illum de cælo sancto suo, in potētatibus salus dexteræ ei⁹. Hi in currib⁹ & hi in equis, nos aut in noīe dñi Dei nrī inuocabim⁹. Ipsi obligati sunt, & ceciderūt: nos aut surrexim⁹ & erecti sum⁹, dñe, saluū fac regē, & exaudi nos in die qua inuocauerim⁹ te.

IN PSAL. XIX. TITVLVS EX HEBRAEO. *Victori Psalmus Dauid.*  
De huius tituli verbis, in superioribus abundē dictum est. DE OCCASIONE AC TEMPORE QVO cantatus videtur psalmus, & argumento.

**Q**uandō, & qua occasione psalmum hūc cecinerit propheta, variāt cōiecturę interpretū. Euthy. putat, precatōnē esse familiarium regis Ezechij, p̄ ipso Ezechia, ad eūte templū Dei, vt inuocaret Deū aduersūs tyrannicas blasphemias Sennacherib regis Assyriorū: de quo copiose scriptū est 2. Para. 32. & Esa. 36. & 37. Quōd aut opinio hac temporum ratione videtur refelli, quū cōstet Ezechiam

ximo mūdatus in cōspectu tuo possim apparere. Obsecro o dñe, placeat tibi hui⁹ meę precatōis verba: & hęc meditatio cordis mei pateat cōspectui tuo, vt cōmoueat te ad succurrendū mihi: quū tu solus sis fortitudo mea, & redēptor meus. Secundū Septuaginta verō, hoc sensu: O de⁹, si me ab occultis meis mūdaueris, & ab alienis pepercis seruo tuo: si tuo auxilio, tuaq; gratia cōfortatus, illorū tyrānidē itā repulero à me, vt nullū in me dñium habeant: tūc futurū est, vt & ego immaculat⁹, atq; a delicto maximo emūdat⁹ in cōspectu tuo appareā, & preces meę quas ad te fundo, & laudes quibus nomē sanctū tuū celebros, & gratiarū actiōes quas tibi de tot tātisq; donis ac beneficijs affiduis dicere debeo & gestio: deniq; ipse cogitatiōes ac meditatiōes cordis mei q̄ omes mūdē & aperta sunt in cōspectu tuo, tibi placeat. Quorū quū nihil queā ex memetipso habere, o dñe, memēto q̄ tu es adiutor me⁹ & redemptor meus. Vides itaq; lector, q̄ hęc duę translationē & expositiōes, quāuis nō p̄ candē viā, tñ ad eundē finē tendūt. Vtraq; em̄ docemur, q̄ quātūuis lege naturę ex creaturis, & lege Moisi p̄ scripturas, itē lege Euāgelica per doctrinā apostolicā, de deo, regno, potētia, ac maiestate ei⁹ sumus edocti: tñ gratię & misericordię diuinę esse, q̄ mundati & iustificati a peccatis, vitā eternam cōsequimur. Idq; p̄ Iesum Christū dominū nostrum, cū quo & spiritu sancto, eidem Deo patri laus sit, honor, gloria, & imperium, in omne æuum. Amen.

PSALMVS XIX.

longo tēpore post Dauid regnāsse, vt non videat credibile, Dauid cecinisse de tēporibus eius: id itā diluit, vt dicat gratiā diuinam reuelāsse prophetę non ea tātum quę fieri debebāt tēporibus futuris: sed ipsa etiā verba, quę verisimile erat illius regis domesticos dicturos esse. Alij secuti Rabi Solomonem, suspicantur q̄ Dauid eū in sua persona cecinerit, pro exercitu ad prelium eunte, postq̄ viri eius, vidētes q̄ ipse rex etate iam vergete deficiēs, non sinē periculo cōgrederet cum hoste, q̄ Philistegum quendā nō nisi p̄sidio Abisai adiur⁹ interfecisset, iurauerant, dicentes: Iā non egredieris nobiscum

biscū in bellū, nē extinguas lucernā Israel. Ab eo igitur tempore putant Dauid cecinisse hūc psalmū, quotiescunq; principē aliquē suę militiae emitteret cum exercitu in hostes. Tertia cōiectura (quā meo quidem iudicio, rectē ceteris p̄fert Nicolaus Lyranus) est, q̄ Dauid ipse iturus ad preliū contra Ammonitas, psalmum hūc cōposuerit, & cātoribus siue sacerdotibus dederit, p̄ se rege suo cātandū. In quo prelio tanta potitus est victoria, vt septingentos currus & xl. millia equitū ceciderit. Huc putāt pertinere versum illū, Hi in curribus, & hi in equis: nos aut in noīe Dei nostri inuocabimus. Equidē putauero non incredibile, Dauid ab ea victoria reuerfus, cōposuisse psalmū, tradidisseq; cātandū, partim vt epinicion eius victorię, partim vt in similibus periculis precatōnē. Arnobius mysticē de Chro interpretat, itā scribens: Christo eunti ad crucē, dicit ecclesia: Exaudiat te dñs in die tribulationis. Similiter August. arbitratus prophetam in spiritu hoc preuidisse, & hūc psalmū ad Christum, aditurum preliū illud, cecinisse. Neq; est dissimile veri, diuam virginē matrem, & ceteros sanctos, qui aderāt, & spectabāt illū Christi cōstitū in cruce, cecinisse, hoc est, in cordibus suis orāsse hunc psalmū. Hinc nobis relicū est, non tātum in illius rei memoriā, verūm etiā tanq̄ idonea aptaq; precandi forma, quotiescūq; principes nostri pro populi pace atq; salute reip. fumūt arma, aut p̄ceres ecclesię sese opponunt hosti diabolo, & satellitibus eius hereticis, ceterisq; hoibus malis. Dicitur & aptē à populo, p̄ sacerdote sacrificāte. Noīe em̄ totius populi id facit, tanq̄ legationē apud Deum fungens, & representans Christū sacrificantē, idq; ex ipsius p̄cepto quo ait: Hoc facite in mei cōmemorationē. Pro tali, inquam, rege, aut principe, aut antistite, precatō est, cū significatiōe iudubitate spei atq; fidutię, cū ait: Nunc cognoui, qm̄ saluum fecit dñs Christū suū &c. Nā his verbis indicat se tā certō cōfidere q̄ impetraturus sit q̄ petit, ac si iā habeat. Iam videamus verba prophetę.

*Exaudiat te dñs in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.* Diem tribulatiōis, intelligit tēpus difficile ac periculōsum, quo pugnandū erat aduersūs tam multos atq; potētes hostes: *Nomē Dei Iacob*, virtutē noīe dei Iacob inuocati. Porro deū Iacob dicit, quē ipse Iacob summa religione coluit, quiq; ipsi Iacob, varijs afflictōibus exagitato & exercitato, affuit. Aut Deus Iacob dicit totius Israelitici populi.

*Mittat tibi auxiliū de sancto, & de Sion tueatur te.* Sanctū dicit sanctuariū illud, in quo erat arca, signum p̄sentię Dei in terra Israel, tabernaculum videlicet, quod in monte Sion tēderat Dauid, vt in eo esset arca, & sacrificia fi-

erent, ac preces pro rege ac populo vniuerso, &c. vt legimus 1. Par. 16. Eius loci tāta erat religio apud Iudeos, vt oraturi illuc, si possent, cōscenderent: si nō possent, faciē saltē eō conuerterēt orātes. De qua re plura diximus aliās. Quid si hęc prophetia sit de Christo, in hortose accingēte ad preliū illud, quo debellaturus erat hostem? Vbi in tanto angore atq; pauore, patris auxilium implorauit, vt sudorē sudaret sanguineū, eumq; tam copiosum, vt de toto corpore eius in terram deflueret. Quibus precibus commotus pater, angelum illi de celo misit, qui confortaret eum, Luc. 22.

*Memor sit omnīs sacrificij tui, & holocaustū tuū pingue fiat.* Hoc est, in memoria, grata & accepta habeat oīa sacrificia tua, quęcunq; vel tu pro te ac salute populi: vel populus, p̄ tuasuaq; salute aut obtulit, aut oblaturus est vnquam. Quod ait, holocaustū tuū pingue fiat, p̄ pingue fiat, in hebręo est *שׂוֹמֵן*, quod alij vertunt, pingue faciat: alij, pingue estimet: alij, in cinerem conuertat. Porro *שׂוֹמֵן* & pinguedinē significat, & cinerē. Vtroq; aut significato, & vtraq; translatione idē intelligit. Nā si pingue estimet, gratū habebit, q̄les habebat victimas Abelis Ge. 4. Similiter si cōuertat ea in cinerē, igne videlicet celitus demisso. Sic em̄ p̄bauit primā oblationē Aaronis Leu. 9. & sacrificiū Helij 3. Reg. 18. Huic versui in sine accinitur *שׂוֹמֵן*, quo significatur, quāto afora, aut p̄ceres hęc postulentur: & quanta sint, quanti; momenti: quippe in quibus verti salus, nō vnus alicuius hoīs, sed vniuersi populi, adeoq; (si ad Christum hęc, secuti sanctorum patrū doctrinam, referamus) totius generis humani.

*Tribuat tibi secundū cor tuū, & omne consiliū tuum cōfirmet.* Hoc est, det tibi Deus, quicquid ab eo petieris. Idem videtur membro sequenti dicere: nempe, Deus impleat perficiatq; quicquid illud est, quod tu tibi in isto tuo, vel sacrificio, vel certamine preliōve, aut quocunq; negotio proponis. Scim⁹ aut quantā vim habeat in re bellica sapiens consilium. Pro verbo, *cōfirmer*: tam ex Greca translatione, q̄ ex Hebræo verti potuit, impleat, hoc est, secundet.

*Letabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur.* Letabimur, in hebræo est *שׂוֹמֵן*: quod propriē quidem significat, voce lætitiā testari: vt faciunt, qui victoribus in ouatiōibus aut triumphis acclamant, Io triūphe, Io Pæan, maeste virtute, *שׂוֹמֵן* &c. hoc igitur est quod dicit propheta: Quis te saluū ex pralio & victorem viderimus, p̄ gaudio lætis acclamatōibus te excipiemus. Apud hebræos tamē hoc verbum, & id quod proximē sequitur, eiusdem sint modi, cuius p̄cedentia, *exaudiat, protegat, mittat*, &c. vt nihil vetet etiā



hoc modò optandi vertere, lætemur in salutari tuo &c. vt sit sensus: Vtinàm nobis à Deo hæc felicitas contingat, vt in salutari tuo, hoc est, te saluo & victore còspecto, lætemur &c. Neq; enim illi habet modum illum verborum, què nos optatiuum dicimus: sed pro eo consueverunt vt futuro indicatiui modi. Porro quòd membro seu hemistichio sequenti nostra trãslatio habet, & in nomine Dei nostri magnificabimur: pro magnificabimur, in Hebræo est **גָּדַלְנוּ**, i. vexillum erigemus more triumphantiu: hoc est, insignes, clari, & illustres apparebimus: quales illi, qui deuicto hoste aliquo potentissimo, triumphant. Nam **גָּדַלְנוּ** vexillum est. Susicor Septuaginta pro **גָּדַלְנוּ** legisse **גָּדַלְנוּ**. Hoc propriè significat, magnificabimur: vt sit sensus, Quum fama fuerit per orbem terrarũ sparsa de tua victoria, tuòq; triumpho, Dei p̄sidio parto: gentes omnes confitebuntur, quãtum sit nomen sanctum Dñi ac Dei nostri, & q̄ inuicta virtus eius: atq; nos populum eius beatum, magnum, suspiciendum ac formidandum prædicabũt, qui talem habeamus Deum, protectorem salutis nostræ. Membrum quod sequitur, in nostra hæc vulgata translatione principium versũs sequentis, in Hebræo versũs huius adhæret.

*Impleat Dominus omnes petitiones tuas.* Atque hoc quidè, sensu apto & còmodo, præsertim si & duo illa verba, de quibus iã diximus, modo optandi transferamus, lætemur, & magnificemur. Indè iam sequens versus incipit, & extenditur hoc modo:

*Nunc cognoui, quoniam saluum fecit Dominus Christum suum: exaudivit illum de celo sancto suo, in potentibus salus dextera eius.* His verbis indicat, se nihil dubitare, quin sit impetraturus quod petit. Quarè sic loquitur, quasi iã illud re ipsa habeat, Christũ secundũ literæ historiã vocat se ipsum Dauid (nisi cũ Euthymio quis m̄alit Ezechia intelligere) propter vnctiõnẽ, propter quam Iudæi oēs reges suos nominãt Christos: Hebraicè **מָשִׁיחַ**, i. vnctos, q̄ per vnctiõnem ad regiam dignitatem assumerentur. Verũm vt Dauid extitit figura dñi nostri Iesu Christi, ita hæc, testibus Augustino & Arnobio, prophetia est de resurrectione eiusdẽ dñi ac regis nostri. Hunc enim saluum fecit dñs Deus, quũ per manus iniquorum affixũ cruci & interemptum, suscitaret à mortuis, solutis doloribus inferni, vt inquit Petrus Actor. 2. Quod nostra hæc trãslatio habet, in *potentibus salus dextera eius*, in Hebræo est, **בְּיָמֵינוּ יְשַׁעֵנוּ יְדֵי הַיְמִינִי**, quod ferè ad verbũ trãsferri possit, in viribus salutaribus dextere sue: vt sit sensus, per vires dextere sue, quibus re-

gi nostro salutẽ attulit, declarauit, q̄ exaudiverit eum de celo sancto suo. Sed secundũ trãslationẽ quam nos hic habemus, habet hoc membrum integram sententiã per se: quã hoc modo ordinabis: Salus est in potetibus (hoc est, viribus) dextere eius: vt hoc modo coherat versus: Nunc cognoui, i. ipsa experientia didici, quòd dñs de celo sancto suo exaudivit Christum suum, inuocantẽ se, & saluũ fecit illũ, idq; viribus dextere sue, in quibus est sita salus illa, quã suis in prælio p̄stat dñs. Hinc in eadem illa cõcione ait Petrus: Dextera igitur Dei exaltatus, & p̄missione spiritũs sancti accepta à Patre, effudit hoc donũ, quod vos videtis & auditis. Quum autẽ illius regis nostri salus, nostra sit salus: illius victoria, nostra victoria: æquum est, vt cũ propheta hoc nostro canamus animo, quod sequitur in Psalmo:

*Hi in curribus, & hi in equis: nos aut in nomine Dei nostri inuocabimus.* In priore hemistichio subauditũ verbũ, confidit, aut simile aliquod, hoc sensu: hostes illi nostri fidutiã suã & victorie spẽ alij in curribus istis suis falcatis ad militiã cõparatis, alij in ferocibus, velocib; robustisq; equis & caballis, reponũt. Hinc iã ex aduerso suã suiq; populi fidutiã apponit, his verbis: Nos aut in nomine Dei nostri inuocabimus.

Vbi pro *inuocabimus*, in Hebræo est **נִוְכַחְנוּ**: quod iuxta etymologiã hebraicam significat, recordari faciemus. Verũm qui vel preces fudit, vel sacrificat, vel thurain honorem dei accendit, vel aliud quiduis istiusmodi cultibus facit: is, quantum quidem in ipso homine est, excitare quodammodò deũ nititur, vt sui recordari velit: quum tamẽ reuera, omnia illa fiant ad excitandũ animos nostros, vt nos Dei recordemur, & ad hunc conuertamus nos, admoniti, vndè quærenda sit & expectada salus. Ipse enim deus nullius, etiam si minutissimæ rei, ne dicam hominis, potest obliuisci. Omnia p̄sentia sunt, nuda, & aperta in conspectu eius. Indè fit, vt illud verbũ hebræum etiam ad inuocationes, preces, & sacrificia deslectat, vt nõ malè verterit interpres noster, *inuocabimus*, hoc sensu: *Nos aut nomen Dei nostri inuocabimus*, & hinc plena certaq; fidutiã victoriã expectabimus. Quod quanto sapietiũs vtiliusq; faciamus, q̄ quod faciunt isti, ipsi rerũ exitus indicant. Hoc est em̄ quod iã sequitur in Psalmo:

*Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: non autem surreximus, & erecti sumus.* Obligati sunt, Græcè *ἀναγκασθέντες*: quasi dicas: Pedicis (siue laqueis pedũ) vincti & impediti sunt, Hebraicè **קָרְעוּ**, i. incuruati seu declinati sunt, vt solèt qui iam incipiunt prosterni: quã declinatiõnem statim excipit ruina. His duobus verbis eleganter ex-

aduerso respondent, *Nos autem surreximus, & erecti sumus.* Nam surgere, contrarium est r̄ cadere: erigi autem, ei quod est obligari, seu potius incuruari.

*Domine, saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.* Hic versus, vt in Hebræo legi, admodũ ambigũs est. Scriptũ est aut hoc modo: **יְהוָה הוֹשִׁיעַ הַמֶּלֶךְ יְעֹנֵנוּ בְּיוֹם קָרְאֵנוּ**: hoc vel enunciatiuè interpretari licet, Dñs saluificauit: rex exaudiet nos, in die qua inuocauerimus. Nisi malis ita distinguere: nõs saluum fecit regẽ: exaudiet nos, in die qua inuocauerimus. Nam hanc distinctionem video plerisq; placere: tametĩ priorem illam approbant hebræa, & Hieronymi trãslatio. Prioris hæc fuerit sententiã, dñs salutem contulit, (subaudi regi nostro:) ac tãtum fecit illũ, pro quo inuocauerimus eum, vt posthac ipsum etiam regem simus inuocaturi: & quocunq; die id fecerimus, exaudiet nos ipse rex. Posterioris, nõs saluũ fecit regem, pro quo inuocauimus eũ: atq; idem dñs deinceps exaudiet nos, quocunq; die inuocauerimus eũ. Vel

## IN PSALMVM XX.

**D**omine, in virtute tua lætabit rex, & sup salutare tuũ exultabit vehementer. Desiderium cordis eius tribuisti ei, & volũtate labiorũ eius non fraudasti eum. Quoniã prauenisti eũ in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide preciofo. Vitam petijt à te, & tribuisti ei, lōgitudinẽ dierum in seculum & in seculũ seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriã & magnũ decorẽ impones super eum. Quoniã dabis eum in benedictiõnem in seculum seculi, lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniã rex sperat in dño, & in misericordia altissimi non cõmouebitur. Inueniatur manus tua om̄ibus inimicis tuis, dextera tua inueniat oēs qui te oderũt. Pones eos vt clibanũ ignis in tẽpore vultũs tui, dñs in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes, & semẽ eorum à filijs hominum. Quoniã declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia quæ nõ potuerunt stabilire. Quoniã pones eos dorsum, in reliquijs tuis præparabis vultũ eorum. Exaltare dñe in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

## IN PSALMVM XX.

Titulus est idem cum præcedente: Victori Psalms Dauid.

DE OCCASIONE SCRIBENDI, & argumento.

**Q**ua occasione propheta hunc Psalmum cecinerit, equè variat cõiecturæ, atquẽ de eo qui p̄cedit, & alijs multis. Mihi verissimũ videtur, secundũ literam quidem, siue historia figuram, eum qui proximè præcedit, à dauid compositum & cantatum esse, datumq;

deprecatiue possumus interpretari Hebræa: dñe, saluifica regem: exaudiat nos in die qua inuocauerimus. vt in medio versũ mutet personam, quod nõ rarò fit apud hunc nostrũ prophetã. Vel, vt Pagninus vertit: dñe, serua, rex exaudiet nos in die qua inuocauerim. Possent plures adducere trãslationes: sed nolo studiosos in his detinere diutiũs, nè in hoc tã salutari pastu animarũ, tædio afficiantur: præsertim quum ex his quas ostendimus, facilè possit intelligi, quid nos doceat spiritus sanctus per Prophetam: Nimirũ q̄ Deus pater ex omnibus afflictionibus, & ipsa morte seruaerit filium suum Iesum Christum: & q̄ exauditurus sit oēs, qui in nomine eiusdẽ filij ipsum patrem inuocauerint: Aut q̄ ipse etiã filius, in ea celsitudine, ad quam euectus est à patre, exauditurus sit nos, quacũq; die inuocauerimus ipsum. Vtraq; interpretatio vt nõ est ab eo quod codices hebræorũ habent, aliena: ita pia est, nihil habens quod fidei ac religiõni nostræ aduerset: quum ad vnus dei in tribus personis cultum, inuocationẽ & gloriã tendat. Cui laus, honor & imperium in secula seculorum, Amen.

## IN PSALMVM XX.

sacerdotibus pro se cantandum, quum plium esset aditurus contra Ammonitas: hunc autẽ, quum iam victor ex illo prælio esset reuerfus. Secundũ spiritum verò, vt p̄cedentem in persona ecclesiæ à propheta pro Christo adituro supplicium crucis, ex augustini, Arnobijq; sententiã cantatum esse dicimus, ita hunc in eiusdem ecclesię persona pro eodem, quum iã debellato diabolo, superataq; morte, rediuius cum spolijs opimis, ac triumpho maximo reuerfus ab inferis, surrexisset à mortuis, cantatum esse nihil dubito. Cuius sen-

sententiae habeo auctores, non solum ex nostris, hoc est, Christianis, grauiissimos probatissimosque; verum etiam antiquissimos Iudaeorum Rabinos, qui, testibus Rabi Solomone, & D.K. Psalmum hunc non de alio, quae de rege Messia, qui non est alius quam Dominus noster Iesus Christus, intellexerunt. Quae sua interpretatiōe confirmauerunt simili prophetia Dan. 7. ubi ita legimus: Adspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguae ipsi seruiet. Potestas eius potestas aeterna, quae non aufertur: & regnum eius, quod non corrumpetur. Haec quum illi scripserint optime, à D.K. quidem non rejiciuntur: Rabi Solomon autem pertinacissimus hostis nostris Christiani, illis reiectis, Psalmum ad solum Dauidem detorquet, inuidens nobis tam claram spiritus sancti buccinam, de victoria nostra ac regno aeterno, quod est in Christo Iesu: id quod ne ipse quidem dissimulare potuit. Ait enim, propter responsionem ad hereticos, Psalmum de rege Dauid conuenienter exponi. Hereticos autem vocat, Iudeos ad fidem Christi conuersos, adeoque omnes Christianos. Hunc nequissimum Solomodem fecuti sunt quidam nostrae aetatis scriptores, eodem (vt apparet) inuidiae, arrogantiae, atque omnis malitiae caelo perciti, ne quod auctoritatis, apud imperitos saltem, relinqueret veteribus nostris, ac sanctis Ecclesiae doctoribus, Psalmum optime verissimeque de Domino nostro Iesu Christo interpretantibus. Atque hi quidem eo perniciosius id facere videntur quam ille, quod ille palam profiteretur se esse hostem Christi: ideoque apud nullos, nisi apud suos Iudeos, inuenit qui ipsi credant: Hi vero sub ipsius Christi & Euangelij eius praetextu, tanquam lupi exuiiis ouium tecti, in ouilia irrepunt, atque incautos à Christo in Iudaismum, aliosque errores quoslibet abducunt. Iudaismum, inquam, non illum antiquum simplicem, sic inheretem legi, vt interim animo pio expectaret aduentum Messiae: sed nouum ac sceleratissimum, DEO & Christo eius per omnia rebellem. Nonnulli etiam per imperitiam, vt apparet, magis quam malitiam, plus quam oportet, Iudaeorum commentis tribuunt: itaque imprudenter Iudaizant in interpretatiōe Psalmorum. Nostrum est scire, Psalmos esse mystice de Christo intelligendos. Hoc enim Dominus ipse significauit, quum diceret Lucae 24. Necessè est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Etiam si plerumque alludere videantur ad gesta Regum Iudaicae gentis, tanquam umbras quasdam eorum quae

gesturus erat rex noster. Sed nos illis ommissis, conuertamur ad argumentum Psalmi. Huius duae sunt partes. In priore magna cum exultatione animi decantat, quantum fecerit deus pater filium suum vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, ex illo praelio, quo Satanam illum, inferorum tyrannum, prostrauit. In posteriore, quae horribiles poenas parauerit omnibus inimicis suis. De vtroque Dominum laudando, Psalmum concludit.

*Domine, in virtute tua letabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.* Fortassis (vt iam diximus) aliquid umbrarum horum quae canuntur hic, fuit in Dauid, ammonitarum victore. Sed quum pleraque longè maiora sint, quam quae possint in illum competere: nos, amissa litera occidente, sequemur spiritum viuificatem, & psalmum totum de Christo domino nostro, de quo verissime scriptum est, interpretabimur. Alloquitur itaque propheta deum patrem his verbis: *Domine, hoc est, deus pater, Rex, i. filius tuus Iesus, quem tu, qua homo est, gratia spiritus tui vnixisti regem omnium, letabitur in virtute tua, i. gaudio ineffabili sibi gratulatur, quod tua virtute, hoc est, potentia, superbum illum inferorum tyrannum debellauerit: & super salutare tuum exultabit vehementer, hoc est, supra modum exultat, quod hanc tam salutarem victoriam tuo beneficio sit consecutus. q. d. quippe per quam salus contigit mundo vniuerso. Haec est genuina sententia primi versus. In quo verba illa, letabitur, & exultabit, more Hebraeo posita sunt in futuro tempore, pro praesenti, letatur, & exultat. Et super salutare tuum, Latinus interpres dixit: pro super salutare tuo: vel, vt tam ex translatione graeca, quae ex Hebraeo sonat, in salutari, vel salute tua, i. salutari auxilio. Item quod noster interpres dixit, exultabit vehementer: in Hebraeo paulò significatius per admirationis figuram legitur, *בְּחַיִּים יִגְדֹל מְאֹד*. Hoc est, quam exultat vehementer.*

*Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.* Hoc est, Dedit ei quod optauit: & quae te precatus est verbis, non negasti ei. Hoc enim vocat voluntatem labiorum, quod labijs, i. ore petijt, Hebraice, *וְצִוְיָתָהּ שְׂפָתָיו*, hoc est, & oratione labiorum eius, qua cordis sui desiderium protulit. Haec autem orationem posuit per metonymiam, pro eo quod ipsa oratione petijt. Nomen Hebraicum *צִוְיָתָהּ* negant alibi quod hoc loco inueniri. Dauid Kimhi exponit *צִוְיָתָהּ*, i. prolationem, vel expositionem. Quamquam non omnem prolationem seu expositionem nomine *צִוְיָתָהּ* aiunt significari: sed quod animi quodam estu exprimit. Quod

Quod autem non sint vulgaria, quae propheta dicit regem nostrum Iesum Christum à Deo patre petijisse & impetrauisse, etiam uocula *וְצִוְיָתָהּ* in Hebraeo fini versus addita, significat: & ipse propheta mox uersibus sequentibus aperit. *Quoniam praeuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.* Est benedictio qua nos deo benedicimus, hoc est, Deum laudamus, vel gratias illi agimus. Est & qua Deus benedicit nobis, hoc est, gratiae suae dona in nos confert: Haec nihil aliud est, quam beneficentia. Est etiam hostis erga hominem benedictio, i. beneficentia. Accipitur etiam pro bona precatione siue oratione. Nonnunquam etiam quasi per antiphrasin, pro maledictione. Benedictiones autem dulcedinis, hoc loco, sunt largitiones bonorum, quibus deus pater praeuenit filium suum, nostrum regem Dominum Iesum Christum, hoc est, copiose & abundanter locupletauit, etiam antequam ipse filius hoc ab eo peteret. Imò antequam ex uirgine matre nasceretur, etiam multis seculis, dixit ad Abraham: Benedicam tibi &c. & benedicetur in semine tuo omnes gentes terrae, Gene. 22. Quod semel non est aliud, quam Christus, vt docet apostolus Gal. 3. Eccè quomodo praeuenit eum benedictionibus dulcedinis, hoc est, oibus modis omnium bonorum & gratiarum donationibus ditauit, sine mensura spiritu gratiarum super eum effundens. Est autem Hebraismus, benedictionibus dulcedinis, pro benedictionibus dulcibus, siue bonis. Nam in Hebraeo pro dulcedinis, est *דֹּב* quod bonitatem significat. q. d. benedictionibus bonitatis: Vnde quidam transferunt, benedictionibus optimis. Porro quod sequitur, *Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso*, illi qui Rabi illum Solomodem fecuti, psalmum de Dauid interpretantur, referunt ad id quod 2. Reg. 12. & 1. Par. 20. legimus, regem Dauid, expugnata Rabba vrbe Ammonitarum, tulisse diadema Melchom (quod erat idolum, & interpretatur, regis eorum) de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas preciosissimas: idque impostum esse capiti Dauid. Sed faciamus illud qualecunque simulacrum fuisse coronae eius, qua noster Dauid, Rex regum, & dominus dominantium est coronatus: tamen quis ita desipiat inter eos qui bene docti in lege domini, Christum & regnum eius intelligunt, vt putet spiritum sanctum per os prophetae de illo diademate, quo gentium idolum erat coronatum, hanc tantam dulcem ac letam panegyrim cecinisse? Longè splendidior, augustior, & preciosior est nostri regis corona, ea nimirum, de qua idem hic noster propheta Psal. 8. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Quem locum apostolus Heb. 2. citans, interpretatur his verbis: Eum autem qui modico quam angelum minoratus est, videmus Iesum, propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro oibus gustaret mortem. Ecce haec est corona digna carminibus propheticis. Ad hanc haud dubie respexit propheta: atque de huius regis coronatiōe haec cecinit, etiam forte ex illius occasione: quod videlicet videtur in spiritu venturum regem, qui expugnato regno diaboli, quemadmodum ipse expugnarat urbem illam Rabba, aurum quo coronatus erat ille tyrannus, i. homines qui illum circundabant, circumflaturus esset, atque in diadema suo capiti aptum transformaturus, dum per mortem suam liberatos, doctrina Euangelica immutaret, atque ex idololatriis faceret vnium ac veri Dei cultores: ex impuris puros, atque (vt summatim dicam) ex malis bonos. Hoc diadema varijs, ijsque lucidissimis splendidissimisque, Patriarcharum, prophetarum, apostolorum, Martyrum, Episcoporum, sacerdotum, doctorum, adeoque omnis generis, omniumque ordinum hominum, sanctitate eximia fulgentium gemmis distinxit. Nisi enim tale quiddam in illo diademate esset praefiguratum, quid (quae) eximitum fecisset Dauid, ac dignum, quod in choris omnium ecclesiarum decantaret, quod expugnata vrbe, idolo detraxit coronam, eandemque sibi fecit in diadema? Quasi verò talia non sint uisitata, etiam tyrannis, ac sacrilegis quidem. Iam pro eo quod interpres dixit de lapide precioso, in Hebraeo est vna dictio *פֶּזֶז*, quod autem esse genus auri purissimi ac defecatissimi. Abraham Ezra tamen etiam pro gemmis accipit. Huius etiam in Psal. 18. meminimus.

*Vitam petijt à te, & tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi.* De Dauid quidem in fine lib. 1. Paral. legimus, quod quum xl. annos regnasset, mortuus sit in senectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gloria. Sed spiritus sanctus de nostro rege canit. Hic enim resurgens à mortuis, iam non moritur. Mors illi ultra non dabitur: Atque hanc vitam non sibi soli petijt & impetrauit à deo patre, quum diceret: Pater, clarifica filium tuum, &c. Iohan. 17. verum etiam nobis oibus, quotquot cum illo mortui peccatis, conscripti sumus cum eodem per baptismum: & iam deinceps memores resurrectionis nostrae, in nouitate vitae, iuxta scriptum eius, ambulare studemus. Hoc enim est quod in eodem cap. apud Iohan. ait: Pater, quos dedisti mihi, volo vt ubi sum ego, & illi sint mecum. &c. Quod ait, in seculum, & in seculum seculi, Hebraice *וְעַד עוֹלָם*: quod verti potest, seculi, & ultra: vt hoc modo cohareant, longitudinem dierum seculi, & ultra. Significat autem

aüt vitam æternã. Vade beatus Hieron. ver-  
tit, longitudinem dierũ in seculum, & in eter-  
num. Illi verò qui literã inherentes, de Dauid  
interpretantur, seculum ætatẽ hominis intel-  
ligunt, q̃ Deus dederit Dauid ætatis humane  
vitam, ac longiorem quidem. Sed nos illorũ  
Iudaismũ satis, vt opinor, refutauimus.

*Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam &  
magnum decorem impones super eũ.]* Quid enim  
gloriosius, q̃ calcata iã morte, superato diabo-  
lo, expugnato inferno, cũ spolijs amplissimis  
redire victorem de hoste tanto, ac triumphã-  
tem conscendere cœlos, confidere in dextera  
omnipotentis Dei? Hęc omnia in sua humani-  
tate consecutus est rex noster, idq; in salutari  
Dei, hoc est, per salutẽ quam Deus ei contulit,  
quum hoĩem assumere & in hoc genus huma-  
nũ feruare dignatus est. Quum enim in forma  
Dei esset, inquit apostolus, nõ rapinã arbitra-  
tus est, esse se æquale Deo: sed semetipsum ex-  
inaniuit, formam serui accipiẽs, in similitudi-  
nem hoĩm factus, & habitu inuẽtus vt homo,  
humiliavit semetipsum, factũ obediẽs vsq; ad  
mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Propter quod & nõ  
exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod est  
super omne nomen &c. Eccẽ, hęc est illa verẽ  
magna gloria: hic sumus decor, quem Deus  
pater posuit super filium suum, regem nostrũ,  
dominum Iesum Christum.

Phil. 2.

*Quoniam dabis eum in benedictionẽ in seculũ se-  
culi, latificabis eum in gaudio cum vultu tuo.]* Ex  
Gręca trãslatione verũ debuit: Quoniã dabis  
ei benedictionẽ. Atq; itã legit August. Ex he-  
bræo autẽ transferri poterit: Quoniã ponis ei  
benedictiones in seculũ, hoc est, omni benefi-  
cium & bonorum genere locupletãsti eum,  
idq; in æternum. Est enim hoc modo scriptũ:  
*כִּי תִשְׂיָרְוּ בְּרַבְּוֹתָי: İd posset etiam sic  
transferri: Quoniã ponis eum benedictiones  
in æternum, vt sit sensus: Efficit vt oēs in ipso  
sint benedicti à te, hoc est, oĩbus bonis aucti:  
secũdũ quod Abraham dictum fuit, Et bene-  
dicent in femine oēs tuo gẽtes terrę, quod ad-  
dit propheta, lętificabis eũ in gaudio cũ vultu  
tuo: hanc sententiã habet, interprete Campesi  
paraphraste: Gaudio explebis eum, vbi grati-  
fissimo vultu tuo exhilaraueris eũ. Porro vt  
nihil potest esse speciosius Deo, & nihil iucũ-  
dus, q̃ intueri faciem seu vultum eius gratio-  
sum: itã hęc iucunditas tanto copiosius data  
est homini Christo, quanto is Deo arctius est  
per incarnationem verbi coniunctus.*

*Quoniã rex sperat in Dño, & in misericordia al-  
tissimi non comonebitur.]* Hic versus ætiologia  
quẽdã esse videtur, & rationẽ superiorũ conti-  
nere. q. d. Ideò Dñs deus tantum facit hęc no-  
strum regẽ: quia quũ cæteri fidutiã, presidũ,

& omne spem ponant, partim in suis ipsorum  
vel viribus, vel cõsilijs, partim in thesauris pec-  
uniã, partim in copijs, iuxta id quod p̃cedẽti  
Psalmo dixit, hi in curribus & hi in equis: rex  
noster in solo dño nõ sperat, & in huius misẽ-  
ricordia spem itã fixit, vt nihil, p̃rsus vacillet.  
O spem verẽ beatam, & q̃ neminẽ confundit.  
Vtinãm hanc nobis per spiritum suũ infundat  
idem ille dñs Deus atq; rex noster, vt tandẽm  
aliquẽ mẽtes nostras ex his terrenis, friuolis, &  
ipsa vanitate vanioribus attollamus ad ipsum.  
Sed hætenũs de priore Psalmo huius parte:  
Nũc ad posteriorem progrediamur, in qua de  
pœnis & supplicijs, quã Deus inimicis suis &  
filij sui Iesu Christi parauit, agit.

*Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: de-  
xtera tua inueniat omnes qui te oderunt.]* In He-  
bræo vt trunq; actiũ legit, quẽadmodũ ver-  
tit Hieron. Inueniet manus tua oēs inimicos  
tuos: dextera tua inueniet odientes te. Huius  
hęc potest esse sententiã: O deus, quẽadmodũ  
regẽ hũc nostrum, totã fidutiã à te pendente,  
omni bonorum genere, vt dictũ iam est, locu-  
pletãsti, locupletaturus omnes, quotquot eius  
regno subiecti, similiter à te pependerint, vt  
neq; hostis ullus eis nocere, neq; boni quic-  
quã deesse queat: itã oēs, quotquot vel regi sic  
à te dilecto, vel tibi recusauerint obedire, oēs,  
inquã, illos inueniet inuicta & omnipotens ma-  
nus tua, ad puniendum ac perdendum impiam  
malitiam eorũ. Atq; hoc quidẽ sensu comodu  
est, vt hæc sub persona p̃phetæ, aut etiã cuius-  
cunq; p̃salmi eadem mente ac religione qua  
p̃pheta, decãtatis, accipiamus. Alioqui si quis  
cũ Arnobio malit hæc sub persona Dei patris  
dici ad filiũ suũ, regem nostrũ, cũ hoc equidẽ  
nolim contẽdere. Neq; enim quicquã hic po-  
test offendere piũ lectorẽ: quũ neq; pater itã  
sibi retinuerit potestãtẽ puniendi malos, vt eã  
filio nõ comũnicauerit: neq; itã filio eam tra-  
diderit, vt ipse amiserit: sed (vt apud Iohannẽ Iohã  
legimus) sicut pater suscitãt mortuos & viui-  
ficat, sic & filius quos vult, viui ficat. Pater enĩ  
(vt ibidẽm ait) diligit filiũ, & oĩa demonstrat  
ei, q̃ ipse facit: itã etiã ex cõtrario intelligimus  
filium punire quos vult, quẽadmodũ pater  
punit quos vult. quãobrem siue hæc sub pro-  
phetę persona ad patrẽ, siue ac filij hostib; dici  
intelligam; siue sub ipsius patris p̃sona ad fi-  
liũ, tanq̃ tribuẽtis huic his verbis potentia ac  
virtutem vindictam sumẽdi de hostibus suis,  
non itã multũ interest, quũ vtraq; sententiã  
æquẽ sit pia, & verã fidei consona.

*Pones eos vt libanum ignis in tẽpore vultus tui:  
Dñs in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos  
ignis.]* Legimus quidẽ in Reg. & Paral. q̃ Da-  
uid expugnata. rabba Ammonitarũ vrbe, po-  
pulum

pulum qui erat in ea, eduxerit, & ferris, ferre-  
isq; rastris, ferratisq; carpentis eos discerpserit  
& contriuerit: Horribile fanẽ supplicium,  
quis neget? Sed quale putabimus illud fore,  
quod venturus ad iudiciũ rex noster, sumptu-  
rus est de suis hostibus, qñ dicturus est ad stã-  
tib; sibi ministris suis: Veruntĩ inimicos me-  
os illos, qui noluerũt me regnare super se, ad-  
ducite huc, & interficite ante me? Quã hor-  
ribilis erit ille vultus, quo dicturus est his q̃ à  
sinistris erũt, Discedite à me maledicti in ignẽ  
æternũ, q̃ paratus est diabolo & angelis eius.  
Tunc intus execranda scelerum conscientia  
tanq̃ libanus ignis flagrabunt, & foris gehẽ-  
nã flammis vrentur. Quantam necessẽ est illã  
fore sceleratorum hominum conturbationẽ,  
quandõ ab irato dño sunt audituri: Ligatis  
manibus & pedibus eius, abijcite eum in tene-  
bras exteriores, ibi erit fletus & stridor denti-  
um? Ibi conteret dñs scelestos & peccatores si-  
mul, vt inquit Esaiã. Ibi erit fortitudo eorũ  
vt fauilla stupã, & opus eorũ quasi scintilla,  
& succendetur vtrunq; simul, & non erit qui  
extinguat. Sed quis finis fuerit recẽsendis il-  
lis, q̃ de terrore tum illius iudicij, tum illorũ  
suppliciorum, quẽ suis hostibus parauit deus,  
in scripturis diuinis leguntur? Porro q̃ noster  
interpretẽ hoc loco vertit, dñs in ira sua cõturbabit  
eos: pro, conturbabit eos, in Hebræo est  
*עֲטֹפְוֹתָם*: q. d. absorbebit, siue deglutiet eos:  
Hieronymus vertit, precipitabit eos. Nihil  
aliud significat, q̃ quod sit perditurus eos.

*Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum  
à filijs hominum.]* Fructus quidã eos intelli-  
gunt, quibus agros suos conserauerant. Alij li-  
beros & posteritatem. Hoc quidẽ grauius est.  
Sed rectẽ intellexerimus omnia, quã impij illi  
vel gignendo, vel docẽdo, vel quocunq; mo-  
do operando procreauerunt. Omnia enim illa  
vnã cum ipsis extirpata perditurus est nomi-  
nus. Ratio sequitur:

*Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerũt  
consilia que non potuerũt stabilire.]* Nicolaus Ly-  
ranus admonet, posse totam hanc posteriõrẽ  
psalms partẽ, qua describuntur supplicia, qui-  
bus Deus hostes filij sui afficit, de Iudæis in-  
telligi, qui Christum occiderũt. Nam hi omne  
malorum & afflictionũ genus declinauerunt,  
hoc est, machinati sunt & intentauerunt in  
Christum dñm: & cùm in consultando dice-  
rent, Si dimittimus eũ sic, omnes credent in eũ:

PSALMVS XXI.

**D**eus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? longẽ à fa-  
lute mea verba delictorum meorũ. Deus meus clamabo per diẽ,  
& non exaudies: & nocte, & non ad insipientiã mihi. Tu autẽ in  
O 2 sancto

& venient romani, & tollent nostrum locũ &  
gentem &c. adẽd non potuerunt stabilire sua  
consilia, vt omnia eis euenerint in contrariũ.  
Propterea enim venerunt Romani, & sustule-  
rũt eos, q̃ ea scelera essent operati in Christũ.  
Hęc est sententiã neutiq; absurda, modõ scia-  
mus oĩbus esse parata similia supplicia, quot-  
quot illorum malitiam imitati, Christũ dñm  
in membris eius, hominibus sanctis, vel tyrã-  
nide, vel blasphemijs, vel peruersã doctrina,  
vel quibuscunq; tãdẽm sceleribus oppugnãt.

*Quoniam pones eos dorsum, in reliquijs tuis pre-  
parabis vultum eorum.]* Hic versus obscuriorẽ  
habet sententiã: Lyranus non ineptẽ inter-  
pretatur, hoc modo: Pones eos dorsum, i. terga  
vertere facies eos coram aduersarijs: & in reli-  
quijs tuis, hoc est, à persequentibus paucis pre-  
parabis vultum eorum omni confusioni, q̃ ma-  
gis appãret in vultu, q̃ in cæteris partibus cor-  
poris. Est & alia expositio apud eundẽm, &  
apud alios alia. Porro q̃ hæc nostra, qua vti-  
mur, translatio habet dorsum, in Hebræo est  
*עֲפֹפָם* id multa significat. Hieronymus vertit,  
humerum: alij, partẽ: significat & latus. Si par-  
tem aut latus vertamus, sensus esse poterit, po-  
nes eos scorsum, iuxta id quod ait Matth. 25.  
Statuet oues quidẽ à dextris suis, hœdos autẽ  
à sinistris. Sin dorsum, vel sensus est, Vertes  
eos in fugam: vel, subijcies eos tortoribus, vt  
dorsum eorum cædant. Quod autẽ sequitur, in  
reliquis tuis preparabis vultum eorũ, ex Hebræo  
ad verbum sonat: In neruis tuis diriges cõtra  
faciem eorum: vbi subintelligunt, sagittas. vt  
sit sensus, Quum eos in fugam cõuerteris, etiã  
fugientibus occurreris, atq; sagittis tuis facies  
eorum feries. Campensis in paraphrasi totũ  
versũ sic reddidit: Quare sepones eos ab  
alijs, & facies eorum tanquã scopum sagit-  
tis tuis assidũẽ petes.

*Exaltare Dñe in virtute tua, cõtābimus & psal-  
lemus virtutes tuas.]* Hoc est, õ dñe, quẽ spiritu  
tuo docti cecinimus, nempe q̃ potenter per fi-  
lium tuum, regẽ nostrum Messia, sis debella-  
turus illum inferorum tyrannum diabolu, cũ  
omnibus copijs suis, ea petimus vt maturare  
digneris. Nam hac ratioẽ, data nobis iusta oc-  
casione, efficies, vt q̃ nunc spiritu propheticò  
cecimus futura, tunc spiritu Euangelicò, cã-  
ticis & Psalms nostris celebrem; facta, in lau-  
dẽ & gloriã nõis tui, qui in Trinitate perfecta  
viuis & regnas deus in secula seculorũ, Amen.

sancto habitas, laus Israel. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. Ego autem sum vermis & non homo, opprobrii hominum & abiectionis plebis. Oes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre spes mea, ab vberibus matris meae, in te proiectus sum ex utero. De ventre matris meae deus meus es tu, ne discesseris a me. Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet. Circumderunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquefscens in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhaesit faucibus meis, & in pulucrem mortis deduxisti me. Quoniam circumderunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Tu autem domine ne elongaueris auxiliu tuu a me, ad defensionem meam conspice. Erue a frama deus aeternam meam, & de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis, & a cornibus vnicorniuium humilitatem meam. Narrabo nomen tuu fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. Qui timetis dominum, laudate eum: vniuersum semen Iacob, glorificate eum. Timeat eum omne semine Israel, quoniam non spreuit neque desepit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suam a me, & cum clamarem ad eum, exaudiuit me. Apud te laus mea in ecclesia magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt dominum qui requirunt eum, viuunt corda eorum in seculu seculi. Reminiscuntur, & conuertent ad dominum vniuersi fines terrae. Et adorabunt in conspectu eius vniuersae familiae gentium. Quoniam domini est regnu, & ipse dominus habitabit gentium. Manducauerunt & adorauerunt oes pingues terrae, in conspectu eius cadent oes qui descendunt in terram. Et anima mea illi viuet, & semine meum seruiet ipsi. Annunciabitur domino generatio ventura, & annuntiabit caeli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus.

## IN PSALMVM XXI.

Titulus ex hebraeo sic sonat:

Victori pro cerua matutina, Psalmus Dauid. Beatus Hieronymus vertit, pro ceruo matutino. Sed hoc, quantum ad sententiam, nihil interest. (neque enim hic de sexus discrimine agitur, sed de afflictionum & pauoris similitudine: nisi quod ad hunc pauorem amplificandum, forte aptior est sexus foeminae.) In hebraeo est, *וְיִשְׁתָּחֲוֶה לְיְהוָה יְהוֹנָתָן בֶּן־נִחָמִי*. Iohannes Capnion obseruauit nomen *יְהוֹנָתָן* esse communis generis, & tam ceruum quam ceruam significare. Quid autem hoc loco significet, variant, ut solent, maxime quidem in interpretatione titulorum, coniectura. Nonnulli putant esse nomen instru-

menti musici, quo Dauid voluerit hunc Psalmum cantari: alij genus melodiae: alij fortitudinem interpretantur, quod hanc sibi a Deo dari petierit: alij stellam, quam nos luciferum dicimus: alij ceruam. Quid horum voluerit propheta hoc loco intelligi, quis audeat in tanta opinionum varietate pronunciare? Ceterum quum ex 27. cap. Matthaei, & 19. Iohannis & 2. hebraeorum, & 1. i. s. q. locis manifestu sit, adeo ut nefas sit de hoc dubitare, hunc psalmu de passione Domini nostri Iesu Christi, spiritu prophetico esse cantatum a Dauid: mihi maxime placet illorum sententia, qui haec tituli verba transferentes pro cerua matutina, per ceruam humanitatem Christi intelligunt. Et videtur spiritus sanctus in scripturis diuinis, vel

de

de sponso Christo & ecclesia sponsa, vel alioqui de sanctis quos instituit, loquens, huiusmodi metaphora praecipue esse delectatus. Prou. 5. vbi filiu hortatur, ut vitatis meretricibus, suae uxori adhaereat, ait: Cerua charissima, & gratissimus hinnulus. Gene. 49. Neptalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. Can. 2. loquitur sponsa: Similis est dilectus meus caprea, hinnuloque ceruorum. Et in hoc ipso psalmo, in persona Christi, tanquam cerua in venationis periculo cincta a canibus, loquitur: Quia circumderunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. Ab his nimirum canibus cerua haec, id est dominus noster Iesus Christus, non est in orto capitur, & ad crudelē laniationem rapitur. Additur epitheton, matutina: quia mane factu, ut ait Mattheus, consilium iniuerunt omnes principes sacerdotu, & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Sed hoc tam afflictum & triste mane, secutu est die tertio mane aliud, plenu gaudio & exultatione: quia haec cerua ruptis ipsius mortis casibus, exultans redijt ab inferis: & de sepulcri latebris, ipsa iam tanquam sol oriens, aduexit nobis omnibus illud clarissimu iubar beatissimae illius dici, quod nunquam habebit occasum. Ibi discussis vmbribus legis mosaicae, exortus est nobis Euangelij dies clarissimus. Haec itaque nobis videtur esse huius tituli sententia, quod Dauid psalmu hunc composuerit, & victori, hoc est, cantorū antiphoni tradiderit cantandum pro cerua matutina, hoc est, Christo, non est quidem capto, sed mane ad iudicatum supplicio crucis, & mane resurgente a mortuis: atque fugata nocte legali, aduehente nobis Euangelij diem. Iam de argumento.

## ARGVMENTVM PSALMI.

Loquitur in hoc psalmo, propheta in persona Christi, secundum naturam humanam traditi, ac derelicti a deo in acerbissimis cruciatibus pro totius mundi peccatis. Hos itaque, cruciatus amplifica hac oratione commemorat, cum ardentissima inuocatione dei, ne a se, quem dereliquisse quodammodo videbat, discedat, quum a tota crudelibus hostibus capto, & in tanta enarrabilibus tormentis constituto, opus sit auxilio praesentissimo. Quod ne inuitus sibi ferat, permittit officiu gratitudinis, quum ait: Narrabo nomen tuu fratribus meis, &c. Qui locus deinde usque, ad fine psalmi continet prophetiam. Principio quidem de resurrectione eius, deinde vero de conuersione omnium gentium: & quod de carnibus huius ceruae, sic immolatae sint esuriae, ac laudatur dominum: idque non in vna aliqua generatione, sed posteritate omni, adeo ut non solum terram, verum etiam ipsos caelos repletura sit ea laudatio. Haec est summa eorum quae hoc psalmo aguntur: quae quanta orationis grauitate (sic enim res ipsa postula-

bat) tractet, iam aggrediamur expedere: si id prius admonuerim, sanctos plerisque sentire, Mat. 27. Dnum Iesum Christum non principium dumtaxat huius psalmi, hoc est, ea verba quae apud Mattheum eum recitasse legimus, sed psalmu totum recitasse cum penderet in cruce.

Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorum.] Prior pars, seu prius hemistichiu huius versus, in hebraeo sic legitur: *אֱלֹהֵי אֱלֹהֵי לַמָּוֶת עֲזַבְתָּנִי*, hoc est, deus meus, deus meus, quare me dereliquisti: repetito videlicet per anadiplosin, non tantum nomine Deo, verum etiam pronomine meo, atque ita apud Mattheu recitatur, vno dumtaxat verbo mutato: nam pro *אֱלֹהֵי אֱלֹהֵי* ibi legitur *אֱלֹהֵי*, quod Syru siue Chaldaeu est, id est significans quod hoc hebraeu. Id inde factu credibile est, quod eo tempore in Iudaea vulgo ferè vterent Chaldaeorum lingua. Porro haec verba, respice in me, neque in hebraeo sunt, neque in translatione Chaldaica, neque apud Mattheu aut Marcum recitatur. Assentior itaque Nicolao Lyraño, dicenti a Septuaginta esse addita. Porro anadiplosis illa ingentis doloris significatione habet, schema videlicet affectibus tum significandis, tum excitandis inuentu. Quod se derelictu conueritur, non significat naturam diuinam ab humana, quam assumpserat, recessisse: Nam haec duae naturae ita sunt in Christo coniunctae, ut eas separari sit impossibile: (Hinc enim est quod ait Petrus Act. 2. impossibile fuisse teneri illum a morte. Vide Sent. lib. 3. dist. 11. vbi docet, qua ratione dicatur Christus passus & mortuus) sed quod natura diuina, quum haec nullis doloribus subijci queat, neque conpateretur humanae, neque ab hac tormenta cruciatum ac mortis arceret. Quemadmodum enim vetus ille Adā transgrediendo mandatum reliquerat deum: ita oportuit nouum hunc Adā, quum expiaturus esset illud peccatum, tantisper a Deo derelinqui in tormentis, donec pro illo, imò, pro omnibus totius mundi, quippe qui illud sunt consecuta, peccatis satisficeret. Dictu fuerat Adamo illi veteri, futurum esse ut moreretur, si de fructu vetito ederet. Quum itaque edisset, parata erat mors: quae non potuit aliter aboleri commodius, quam huius noui Adami morte: neque alia ratione reparari vita, quam huius resurrectione. Vide Sentent. libr. 3. distinct. 2. Quod sequitur, Longe a salute mea verba delictorum meorum: Pro delictorum meorum, in hebraeo est *אֲשֶׁר עָשִׂיתִי*, quod proprie significat, rugitus mei, ut sit sensus, quantumuis ex his tam diris & enormibus tormentis ad te clamando rugio, nullam tamen a te mihi salutem aduenire sentio: sed tanquam absurdueris ad preces & clames

mores

mores meos, finis meorum hoc dolorum ac mortis poculum ebibere. Quod autē nostra hæc translatio habet, *delictorum meorum*, hæc potest habere sententiā: Delicta mea, hoc est, populi mei peccata, quæ ego in me expiāda recepi: tam sunt enormia & innumerabilia, vt quū ad hæc respicio, nihil aliud mihi loquantur, q̄ desperatiōem salutis. Suspicio Septuaginta p̄ *legisse*. Nā *significat* errare, seu per errorem delinquere: *verò*, vnde *rugire*.

*Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.* Huius versus sententiā manifesta esset, si ita fuisset translatus, vt est in Hebræo. Nam pro eo quod nos habemus, *& non ad insipientiam mihi*: illic est *לֹא יִשְׁמַע לִי*, hoc est, & non silentium mihi. Hoc grauem habet querimoniam, q̄ quantumvis die nocteq; sinē intermissione clamet, dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste, non tamen exaudiatur, quò minus amarissimum illud poculū cogatur ebibere. Atq; hoc quidem ea nocte qua captus est, clamauit, repetita etiam tertium precatiōe, additis præterea alijs multis: nam, vt ait Lucas, prolixius orabat, idq; in tanto angore cōstitutus, vt sudor eius factus sit sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, euidentis videlicet argumentum, q̄ verè esset homo, subiectus afflictionum infirmitati, & (vt ait Apostolus) tētatus per omnia pro similitudine absq; peccato, hoc est, omni malorum genere affectus, quasi esset homo peccator, quum tamen esset homo innocētissimus: atq; hac ratiōe formaretur pōtifex, qui posset compati infirmitatib; nostris. In omnibus, in quā, illis malis, inter duos latrones iā ipso claro die, ab hora tertia vsq; ad nonam pēdens, præter dolores corporis inenarrabiles, etiā animo suo ludibrijs, conuicijs, & blasphemijs intolerabilibus est imperitus ac laceratus. Quid q̄ hæc omnia superauit ille dolor, quem in animo suo cōcepit ex interitu illorū, à quibus ipse hæc patiebatur? Tanto profecutus est amore vniuersum genus humanū, vt suos etiā illos hostes tā crudeles nollet interire. Nam hic amor ei hanc vocem extorsit, vt quasi sui illius tam diri cruciatūs oblīt<sup>o</sup> clamaret: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciant. Ac ne hic quidem exauditus videtur: quum illi à Vespasiano ac Tito tam horribiliter sint puniti, funditūs euersā vrbe vnā cum templo, & populo ex illa promissionis terra in totum orbem diffugato, adeò vt nusquam certā fixamq; habēat sedē, excæcati mētibus, & (vt semel dicam) omni salute spoliati. Quid

Mat. 26.

Luc. 22.

Heb. 4.

Luc. 23.

igitur dicemus? An deus pater vniogeniti filij sui, in tantis doloribus atq; tormentis semetipsum pro salute generis humani, secundum ipsi<sup>o</sup> patris voluntatē offerentis, preces desepxit ac spreuit? Absit. Cuius enim preces exaudiatur, si non exaudiat illius? Hoc quum rationi omni, tū sacræ scripturæ per omnia repugnat. Cuius rei cū plurima possumus adducere testimonia, tamen vnus nobis sufficiat locus ex cap. 5. epistolæ ad Hebræos, vbi ita scribit apostolus: Qui in diebus carnis suæ, preces supplicatiōesq; ad eū qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerētia, quin etiā in hoc ipso psalmo propheta ipse in ipsi<sup>o</sup> Christi persona loquens, illi insanitæ fati<sup>o</sup> clarè reclamat, quum ait: Timeat eum omne semen Israel: quoniā non spreuit, neq; desepxit deprecationem pauperis: Nec auertit faciem suā à me: & cū clamarem ad eum, exaudiuit me. Quarè igitur propheta sub eius persona dicit, *Clamabo, & non exaudies?* Respondemus, Què admodum in Christo, vt homine perfecto, caro erat & spiritus, ita affect<sup>o</sup> tam carnalis, q̄ spiritualis. Carnali affect<sup>o</sup> dixit: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: spirituali, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et quia sancta eius anima, inter vtrūque consistens, secuta spiritum, subiecit se voluntati paternæ, etiā si carnis affectu reclamante, euenit quod scribit apostolus in eodem illo ad Hebræos, nempe, vt, quū esset filius dei, didicerit ex eis quæ passus est, obediētiam: & consummatus, factus sit omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Vides itaq; quò sit non exauditus, & quò exauditus. Non exauditus, quū affectu carnali, petijt effugere supplicij mortisq; cruciatu. Exauditus, quū petijt vt fieret voluntas patris, ad salutē omnium obtemperantium sibi. Nam in hoc etiā est exauditus, quum oraret pro crucifigentibus se. Quandoquidem si qui ex illis postea respuerunt, & fidē amplexi, mandatis eius se subiecerunt, his haud dubiè ignouit pater, q̄ nesciērint quid fecerint: què admodum & Paulus misericordiam consecutus est, (intercedēte videlicet Stephano) quum esset persecutus Ecclesiam, quia ignorans fecerat, vt testatur ipse 1. Timoth. 1. Hanc opinor & verissimam esse, & grauissimam rationem dissoluendi hunc nodum. Alioquin non desunt aliæ ad depellendum *ἀποκρίσιον* scripturæ: nempe, vt vel per interrogationem dictum accipiamus, & nō exaudies? vel per hyperbolen, pro nimis tardè exaudis, dum differs auxilium. Id enim solet accidere illis, qui in grauib; illis afflictionum tentationibus sunt, vt sibi

Mat.

Heb.

Act.

vide-

videantur non exaudiri à Deo, quandò non tam citò eos liberat, quàm ipsi affectāt. Porro quòd nostra translatio habet, *& non ad insipientiam mihi*, id Augustinus interpretatur hoc modo: Neq; hoc (quòd videlicet non exaudis) facis ad insipientiam mihi: sed potius vt sapiam, quid clamare me velis, non verbis delictorum ex desiderio tēporalis vitæ: sed verbis conuersionis ad te in vitam æternam.

*Tu autem in sancto habitas, laus Israel.* Et in hoc versu variant, vt translationes, ita expositiones. Nos ceteris p̄teritis, eā sequemur, quæ videtur maximè cōuenire ei quod hic agitur, hoc est, vt ostendatur magnitudo doloris, ex quo clamat ad deum. Quid porro acerbius esse potest, & quod indignius ferre soleant homines, q̄ si, quū ipsi in grauissimis afflictionibus sint, videāt eos in quibus omne fiduciam suam posuerunt, & quos habent sibi coniunctissimos, adeoq; intimos, extra omnia mala, in summo beatissimōq; ocio, in summa tranquillitate & gloria, tanq̄ amicorū oblitos, reſidere, nec succurrere vt eos eripiant? Tale quiddam sibi accidere hic apud prophetā cōqueritur in sua humanitate Christi. Quid em̄ cōiunctius esse queat, q̄ diuina humanaq; natura in Christo? quis vnquam ita fesus est deo, vt Christus? et tamen hoc, quia homo est, in tātis afflictionibus tormentisq; constituto: ille in sua beatissima tranquillitate permanēs, auxilium differt. Optimè itaq; videtur in sua paraphrasi vertisse Iohan. Campensis, hoc modo: Interim tu, o sanctissime, veluti secur<sup>o</sup> horum que patior, desiderē vidēris, qui succurristi toties, & materia fuisti carminū ipsi Israel: quibus gratias tibi pro beneficijs agebant. Ex Hebræo ad verbum verti poterit: Tu autē sanctus, habitator laudū Israel. Porro sanctū, authore Martiano Iurifcons. propriè dicitur, quòd ab iniuria hoim defensum, atq; munitū est. Atquē hoc ipsum planè significat *לְיָי* apud Hebræos, quo hic vsus est propheta. Est itaq; sensus verborum hebræorū: Tu autem, o deus, sanctus es, hoc est, ab omni iniuria tutus: habitans interim in ipso sanctuario, vbi te laudibus celebrat populus Israeliticus. Idē sensus est nostræ huius, qua vitur ecclesia, translationis: Tu autē in sancto habitas, hoc est, tutus es ab omni iniuria: laus Israel: hoc est, quē populus Israel assiduis laudib; vehit ac celebrat, q. d. quum ego in tam diris tormētis pendens, omnium circumstātium ac p̄ter euntū ludibria, conuicia, & blasphemias perferam.

Mat. 26.

*In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.* Hic versus vnā cum sequente, *Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, et non sunt confusi.* pathos habet, siue locum pa-

theticum à similibus exemplis. Scimus autem quàm indignè ferāt homines, sibi negari, quæ indulta sunt alijs. Et tamen hæc ipsa mirabili comparatiōe amplificat hic noster propheta, nec sinē hyperbole, quū ita subiicit:

*Ego autem sum vermis, & non homo: opprobriū hominum, & abiectio plebis.* Hoc est, ita me dereliquisse ac spreuisse vidēris in hac tormētorum, conuiciorum, & opprobriorum infectatione, quasi me non hominē aestimes, sed vermem, aut sterquilinum aliquod hominum, & reiectamētum plebis, indignum quod humo tollas, sed abiectum, pedibus proterendū cōculcandumq; reliqueris.

*Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput.* Hæc apud Matthēū pe-  
nē eisdem verbis leguntur: nē quis dubitare possit, prophetā in spiritu de Christo hic canere, adeoq; in ipsius Christi persona. Prætereuntes autem (inquit Euāgelista) blasphemabant eū, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis tēplum dei, & in triduo illud reedificas: salua te metipsum: si filius Dei es, descēde de cruce. Porro q̄ ait, *Omnes videntes me hyperbole est, pro plurimi.* Neq; enim simpliciter omnes videntes eum, deriserunt eū: quū & mater eum viderat in illis afflictionum tormentis, & Iohannes, & sanctę mulierēs multę nec dubium est quin plerique viri sancti: qui adeò non deriserunt eum, vt etiam maximò cū dolore viderint Dñm ita affligi. Quòd autē noster interpret dixit, *deriserunt*: iuxta proprietatem verbi Hebræi vertendum erat, subfannauerunt. Hoc autem acerbius est, quàm *deriserunt*. Nam præter risum habet etiam rōnchum quendam narium, & contumeliosas insultationes, & gestulationes probrofas, quales indicauit Persius his versibus:

O Iane, à tergo quem nulla cicōtia pinxit,  
Nec man<sup>o</sup> auriculas imitata est mobilis albas,  
Nec linguæ, quantum sitiat canis Appula, tantum.

Satyr. 1.

Vos o patritius sanguis, quos viuere fas est  
Occipiti cæco, posticę occurrere sannę.

Locuti sunt labijs, (s. conuicia & blasphemias in me:) & mouerunt caput, s. ad illudendum insultandumq; mihi.

*Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.* Hostilis irrisio & insultatiō: Græci *κατασπαράττω* vocant. Sic & apud Matthēum legimus principes sacerdotū, cum scribis & senioribus populi, illudētes dixisses: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Cōfudit in neo: liberet nūc eum, si vult eum. Porro quòd ait, si vult eum, Hebraismus est: pro, si amat eum, Hebraicè

ita

in psalmo **בְּיָמַי**, quod facilius Germanice, q̄ Latinè transtuleris, **Dam̄ echat ein wols gesallen in jm.**

Matt 27

Quoniã tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meae. Sic in Hebræo distinguitur, vt hic sit integer versus. Potest aut vel ita accipi, vt respectu eius quod illi illudentes afflicto dixerunt, Sperauit in dño &c. dictum intelligatur, hoc sensu: Illi mihi exprobrat, q̄ in te sperauerim dñe. Ego verò quid ni id facerẽ? quum tu sis, qui extraxisti me de ventre &c. Vel respectu eius quod paulò post sequitur, Nè discesseris à me, &c. Hoc sensu: Quoniã tu es qui extraxisti me de ventre, (i. effecisti vt ex utero matris meae in hanc lucẽ prodirem: & in quo speraui semper ab eo tẽpore, quo matris vera suxi, non est tibi cõmittendum, vt nunc me deseras, nunc à me discedas, quum tam grauis irruit afflictio. Sequitur, iuxta Hebræorum distinctionem:

In te proiectus sum ex utero: de ventre matris meae Deus meus es tu. In te, i. super te, tanq̄ vnicum sustentatorem meum, proiectus sum, s. in hoc ipsum, vt tu me sustentas: ab utero, hoc est, è vulua, iuxta proprietatẽ verbi Hebræi **בְּבֶטְנִי**. Idem sensus est sequentis hemistichij, de ventre matris meae Deus meus es tu: nempe, ab eo tẽpore quo de ventre matris meae sum natus, à te tanquã deo meo totus pependi. Hoc est em̄ esse deũ alicuius, ita ab eo amari, tanti fieri, vt ille totus ab eo p̄deat, omne p̄fidiũ, om̄e auxiliũ, bona denique omnia sibi in eo reposita arbitretur. Vt autem nihil est infelicius, q̄ à tali destitui: ita vero deo nihil indignius, q̄ hominem ita sibi fidentem destituere. adeo propheta in Christi (vt iam sæpẽ dixi) persona, tanquã debiti ratione officij, cum Deo agit, his verbis:

Nè discesseris à me: quoniã tribulatio proxima est, quoniã non est qui adiuuet. Q. d. Quandoquidẽ te ab ipso natiuitatis meae die, deũ meũ agnoui & confessus sum, æquissimum est, nè tã horribilibus afflictionum procellis in me irruentibus, à me discedas: sed quãto propior est tribulatio, hoc est, afflictio ad subuertendum me, tanto tu quẽquẽ mihi sis propior ad confirmandũ. Hęc autẽ nunc mihi est proxima: neq; quisquam est, qui me in hac, vel propulsanda, vel perferenda, adiuuet. Porro quã sit illa tribulatio, quã grauis, varia, & per omnia intolerabilis, iam hinc versibus aliquot sequentibus, per distributionem aperit, & per elegantissimas metaphoras, similitudines, imagines, aliasque dicendi figuras luculentissimas: ex quibus hypotyposin quandam sui illius tam acerbi doloris, & malorum à quibus ille

proficiscitur, contexit, hoc modo:

Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obfederunt me. Vituli sunt, qui iuuenili insolentia & petulantia militari illuserunt Dño, tanquã factitiũ aliquem regẽ spinis coronãtes, purpura vestientes, arundinem pro scẽpro in manum dantes, per ludibrium genua coram eo flectentes, pro salutatione regia, in faciem eius expuẽtes. Item, qui tanq̄ fictitio prophete oculos obuinxerunt, colaphos infrẽgerũt, iuvenes vt qui propheta haberi voluerit, prophetaret, qui se percuterent aut pulsarent. Nã per istiusmodi insolentiam gestire, etiã apud p̄ricos illos Latinos vitulari dictum, apparet ex verbis illius serui Plautini in Perfa: qui nactus occasione fraudandi herum, inter cetera dixit, Vitulorq; meritò. Ceterum q̄ nostrã hęc trãslatio habet, tauri pingues, in Hebræo est **בְּפִיגְיָם**, hoc est, tauri Basan. Est autẽ Basan locus pascualis in Samaria, pinguis & herbarum fertilissimus, vt colligitur ex commentarijs Dauid Kimhi, & Hieronymi lib. 2. in Amos prophetam. Sunt igitur tauri Basan, siue (vt cum nostro interprete vertit etiã Hieronymus) pingues, qui in pascuis Basan sunt faginati. Per hos autẽ significat propheta diuites illos, potentes, ac principes, ad quorum nutum & imperium plebs & cohors Pilati sese in eas impietates & blasphemias effuderunt. Simili tropo dixit Amos: Audite verbum hoc vacca pingues, (vel, vt Septuaginta verterunt, Basanitides) quã estis in monte Samariã, quã caluniã facitis egenis, & cõstringitis pauperes.

Amor 4

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rugiens & rugiens. Schema est, quod Græcè **ὡς λέων**, Latine imago dicitur: quo crudelem illorum rabiẽ tanquã in tabula depictam ob oculos ponit. Nemo ignorat, quã feua & sanguinaria fera sit leo, & quã horribilis, quandò rugiens in prædam irruit. Tales in se hostes suos irruisse conqueritur.

Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Hoc est, (vt simpliciter interpretemur) confosso vulneribus corpore, sanguis omnis, & quicquid humoris vitalis erat, effluxit: atq; ita distentus in hac cruce pendeo, vt omnia ossa mea luxata, eaq; suis locis euulsa sint.

Factum est cor meum tanquã cera liquefrens, in medio ventris mei. Hebræi ita distinguunt, vt hic versus vnus sit cum p̄cedente: verũ hoc, quantum ad sententiam attinet, parui refert. Ea est, quod p̄p̄ pauoris atq; doloris, necnon enormitate tormentorum quã patiebatur, cor eius contabuerit atque diffuserit, quemadmodũ cera liquefcit ac defluit, ad motu igne: idque ratione loci, in quo cor hominis

minis residet, amplificat, dicens: In medio ventris mei.

Arui tanquã testa virtus mea, & lingua mea adhaesit faucibus meis: et in puluere mortis deduxisti me. Virtutem intelligit membrorũ vim: Hanc ait aruisse tanquã testam, nimirũ destitutam sanguine & omni succo vitali. Quod ait, linguam suã adhaesisse faucibus, subintelligendum est, p̄ ariditate sitis: quam necesse erat consequi post illã sanguinis profusioem, & grauitatem acerbitatẽq; laborũ atq; dolorũ. Pro, faucibus meis tamen recitũs ex Hebræo vertit Hieronymus, palato meo: in Hebræo est **בְּפִיגְיָם**. Porro **בְּפִיגְיָם**, authore D. K. tam eam partem oris quẽ s. b. lingua est, significat, qua quã supra eam. Quod denique, **et in puluere mortis deduxisti me**, significat se per illas dolorũ afflictioes mortuũ tãdem esse & sepultũ: hoc est, moriturũ ac sepeliendũ. Nã, p̄pheta suo more de futuris loquit, tanq̄ de p̄teritis.

Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsecit me. Canes dicit homines sæuos, à quibus tanquã cerua in venatione cingebatur, cuius meminimus in explanatione tituli. Quidã per hos intelligunt cohortẽ Pilati, quã habebat milites ex gẽtibus, nepe Romanis, collectos. Tales autẽ canes appellat in Euãgelio dñs, quum ait ad mulierem Cananã: non est bonũ sumere panẽ filiorũ, & obijcere canibus. Sed propheta ipse interpretatur, quid per canes significare velit, quũ ita subijcit, **concilium malignantium obsecit me**. Malignantium, i. malorum, & fauentium in me hominum, siue illi Ethnici essent, siue Iudæi. Quod ait, **canes multi, adiectiuũ multi**, non est in Hebræo.

Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Foderunt, i. perforauerunt, s. crucifigentes me. Hoc loco exemplaria Hebræa pro, **foderunt** habent **פָּדְרוּ**, sicut leo.

Sed quia hoc nullo sensu idoneo potest coherere cũ manibus & pedibus, assentior Nicolao Lyrano, laudatissimo suo seculo Theologo, & linguã Hebræo insigniter perito, assenti scripturã malitia Iudæorum esse corruptam, **פָּדְרוּ**, i. sicut leo, pro **פָּדְרוּ**, i. foderunt: q̄ animaduertetẽ nullũ inueniri in tota scriptura diuina, cui locus hic posset applicari, nisi Dño nostro Iesu Christo. Quarẽ nos nihil dubitãt, quin Septuaginta legerint **פָּדְרוּ**, i. foderunt: neq; recipimus aliã lectioẽ. Quin Felix Pratẽ testatur deũ, se vidisse quendam librum habentem in glossa **פָּדְרוּ**, cui libro non minor sit apud Iudæos authoritas, q̄ ip̄i textui. Sed singamus emendatã scripturã habere **פָּדְרוּ**, nihil tamen aliud hoc loco significare poterit, q̄ **פָּדְרוּ**: quod euidenter ostendit ibidẽm Felix, quin D. Guilhelmus Lindanus testatur in vetustissimo codice, quẽ in Anglia vidit, scriptũ fuisse **פָּדְרוּ**. **Dinumerauerunt omnia ossa mea**, hoc est, ita me extenderunt in cruce, vt liceret ossa ossa pendens dinumerare. in Hebræo est **פָּדְרוּ**, id est, numerabo. Sed idem est sensus, numerare potero, vel quiuis numerare poterit, vt sit enallage personã.

Ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortẽ. In Hebræo ita distinguitur, vt posterior pars versus p̄cedẽtis, cum priore huius vnus sit versus. Sensus autẽ prioris huius hic esse videtur: Quũ diritas cruciatuum ac tormentorum q̄ patiebatur, tanta esset, vt vel ferreum pectus ad misericordiã debuisset commouere, ipsi tamen his adeo nõ sunt cõmoti, vt etiam tanq̄ iucũdo aliquo spectaculo his oculos suos pauerint. Scio quosdã aliter interpretari: sed hęc interpretatio magis consonat eis, quẽ & p̄cedũt & sequũtur in psalmo, adeoq; totius psalmi argumento. Altera verò huius versũs, iuxta huius translationis distinctionem, pars prophetiam habet manifestam eius quod apud Iohannẽ factum legimus: Milites ergò cum crucifixissent eũ, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vniciq; militi partẽ: & tunicam. Erat autẽ tunica inconsutilis, desup̄ contexta per totũ. Dixerunt ergò ad inuicẽ: Non scindamus eã, sed fortiamur de ea cuius sit: vt scriptura impleatur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea &c.

Iohan. 19

Tu autem Dñe nõ elõgaueris auxiliũ tuum à me, ad defensionem meam conspice. Potuit versus hic paulò luculentiũs ex Hebræo verti, hoc modo: Tu autem dñe nõ longẽ abscesseris: fortitudo mea, in adiutorium meũ festina. Vtraq; translatio manifestam habet sententiam, vt nihil sit opus immorari pluribus.

Erue à frama animã meam, & de manu canis vnican meã. Frameam dicit gladiũ. Porro per gladium, manum canis, os leonis, cornua vnicornũ, violentã illam hostium suorum potestatem intelligit. A qua dum animã suã erui precatur, hoc spiritu propheticò dicit, illos quantumuis crudeles ac sæuos, nõ tũ habituros potestatem tollẽdi animã suam à se, (nimirũ q̄ non tantũ homo, verũ etiam v̄tus sit) sed seipsum sua potestate diuina positurum eam, & iterũ sumpturũ. Hęc consonat ipsius v̄ti verbis Iohan. 10. Propterea, inquit, me diligit pater, q̄ ego pono animã meam, vt iterũ sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso. Potestatem habeo ponendi eã, & po-

& potestate habeo iterum sumendi ea. Porro quod ad formas loquendi, & verborum significationem attinet, scimus vltatissimum esse prophetis, maxime vero huic nostro, sub specie precationis futurae predicere. Quod ait, *de manu canis*, quum canes non habeant manus, nihil aliud quod (vt iam dixi) potestate intelligit. Canes autem, eos qui quum nunquam essent ab ipso laesi, tamen impudētissimo blasphemoque ore quasi latrantes mordebant ac lacerabant eum. aut si manus per canem intelligere infernum, vt quidam non contemnendae auctoritatis viri interpretantur, nequaquam reluctabor, vt videlicet animae reditum ab inferis, & resurrectionem significet. Quae tamen resurrectio etiam priore interpretatioe comprehenditur. *Vnicā suā*, vocat animam: quā vt quisque habet vnicā, ita meritō charissimā. Vel, vt Euthymius exponit, vnicā, i. singularē inter ceteras animas: quippe quae sola inter omnes alias peccatū non fecit, & quae sola dei filium secum vnitum in eadē habet persona. Versum qui sequitur, iam interpretando attigimus.

*Salua me ex ore leonis, & a cornibus vnicornium humilitate meā.* Per os leonis, vt dixi, potestatem illorum & crudelem seuitiam intelligit, iuxta id quod supra dixit: Aperuerunt super me os suū, sicut leo rapiens & rugiens. Eandē seuitiam significat per cornua vnicornium, hebraicē קַרְנֵי יַעֲקֹב. Porro nomē יַעֲקֹב nūc vnicornem, seu monocerotē, nūc rhinocerotem interpretatur: quum tamen Plinio, aliisque doctis viris auctoribus, diuersae ferę sint monoceros & rhinoceros: vtraque seuitissima sequitur tamen monoceros, adeo indomita, vt negent viuā posse capi. Plinius lib. 8. ca. 21. describit eā his verbis: Asperrimā autē feram monocerotem (i. Orsei Indi venātur) reliquo corpore equo similem, capite cerno, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorū duūm eminente. hanc ferā viuā negant capi. His Plinij verbis non malē consonant illa sancti Iob cap. 39. Nūquid valet tibi seruire monoceros? &c. Huic itaque ferę collatione aptissima cōferuntur homines durę ceruicis, p̄fracti, obstinatę malitię: quoniam nullis, quantumuis apertis, euidentibus, rectis, & irrefutabilibus rationibus adduci possunt, vt mansuescant, & ad meliora sese conuertant. Quod in fine huius versūs, nostra translatio habet, *humilitatem meam*, in hebræo est עָנָוּת, hoc est, interprete Sancte Pagnino, exaudiisti me. Alij per imperatiuum, exaudi me: Campeñ, eripe me: Hi refugisse vidētur illam temporum modorūque cōfusionem, Latinis inuitatā. Pagninus maluit retinere phrasin hebraicam. Suspico Septuaginta pro עָנָוּת legisse עָנָוּת, hoc em

עָנָוּת  
i. humilitas.

significat humilitatem meā. Sed quicquid huius est, relinquo doctorum iudicio. Siue aliter legerint, quā nunc est in hebræo, siue עָנָוּת putauerint hoc loco significare idem quod עָנָוּת, i. humilitas, humiliatio, afflictio, equidem nolim temerē pronūciare. Hoc videmus, valde aptam his quae hinc aguntur, sententiam habere, quae translulerunt humilitatem meam, nimirum qua se adeo dimiserat, adeo contumelijs, doloribus, & omnis generis afflictionibus subiecerat, vt vermis videretur potius quā homo: opprobrium hominū, & abiectio plebis.

*Narrabo nomen tuū fratribus meis, in medio Ecclesie laudabo te.* Haec tenens petitionem suam exposuit: hic iam animi sui gratitudinē, & beneficij repensionem, quantum quidem fieri potest, promittit. Quādo verō nos nihil habemus, quo deus indigeat, aut quo vlla ratione queamus eius in nos beneficia æquare, reliquū est, vt id quod vnū, atque hoc ipsum quidē non nisi ipsi dono & gratia, possumus, nomē eius laudibus celebremus apud homines. Quāquā ne hoc quidē ille, more hominū ambitio forū, a nobis ambit, quasi voluptatē hinc aliquā capiat, sed quae amantissimus est nostrae salutis: & quia hęc est salus nostra, siue (quod ipse verbū est) vita æterna, vt cognoscamus ipsum deum verū, & quē misit Iesum Christum, nihil ei gratius facere possumus, quā vt hanc salutis humane occasionem quae latissime propagemus. Ideo ait: *Narrabo nomen tuū fratribus meis, in medio Ecclesie laudabo te.* Fratres dicit apostolos, ceterosque discipulos, adeoque nos omnes, quotquot per verā fidem & regenerationis mysteriū in adoptione filiorū dei venimus, secundum quod ab apostolo citatur Heb. 1. Ecclesiam, cōgregationem credentium. Neque verō differt, quod promittit: sed statim in eo ipso loco & momento aggreditur prestare, dicens:

*Qui timetis Dominū, laudate eum: vniuersum semen Iacob, glorificate eū.* In initium sapientię (inquit alibi) timor Dñi. Hoc igitur initiatus, hortatur ad laudandū eundē Dñm, nimirum, quod tam ingentia beneficia in se contulerit, ac deinceps per se in vniuersum genus humanū. Vniuersum, inquit, semen Iacob, hoc est, omnis posteritas, quotquot imitatioe fidei virtutūque patriarchę Iacob, declaratis vos eius esse semē: glorificate eum, i. gloriam eius annunciate.

*Timeat eum omne semen Israel.* Hoc membrum in hebræo est finis præcedentis versūs: cui, quantum quidem ad sententiā attinet, aptissime cohæret. Porro semen Israel, nihil aliud est, quā posteritas Iacob.

*Quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis: nec auertit faciem suam a me: & cum clamarem*

*ad eum, exaudivit me.* Itā in hebræo distinctū est, vt hic sit vnus versus, siue periodus vna. Quod ait, *Deprecationem pauperis*, in hebræo est עֲנִיּוֹת רַעֲוִים: Id Hieronymus vertit, modestiā pauperis: Felix Prateñ & Sanctes Pagninus, humilitatem pauperis: quidam, afflictionem pauperis. Posset verti, afflictionem afflictī. Nā vt unum nomen est a verbo עָנָוּת, i. afflixit, siue per afflictionem humiliavit. Loquitur autē de semetipso, per immutationem personæ, q. d. Quum flagris, verberibus, vulneribus, conuictijs, contumelijs, denique crucis ignominia itā deformatus essem, vt vermis viderer potius quā homo, adeo vt omnes videntes me, sublannarent me, dñs tamen non spreuit neque despexit me talem: neque auertit faciem suam a me: quin etiam preces, ex tantis afflictionibus, siue ex tanta humiliatione, ad se tam immensę celsitudinis Dñm ac deum clamantis, exaudivit: idque præter omnem illorum opinionem, nepe insultantium mihi atque dicentium: Sperauit in domino, saluum faciat eum, &c.

Mat. 3. &  
17.

*Apud te laus mea in Ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.* Pro. Apud te, in hebræo est בְּפָנֶיךָ. Hoc alij transferunt, à te alij, ex te atque: hi quidem vtrique in hunc accipiunt sensum: Laus mea est a te, vel, ex te in Ecclesia magna, id est, quod in Ecclesia magna laudor, tuo beneficio fit, qui mihi testimonium præbuiti, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benē complacui &c. Vel, quod te in Ecclesia magna laudo, tuo beneficio fit: qui mihi huius rei das occasionem. Alij transferunt: De te laus mea &c. idque hoc sensu: Tu eris mihi materia laudis: vt tibi hymnos meos canam, & nominis tui gloriam celebrē, in Ecclesia magna, nimirum toto terrarū orbe diffusa. Posterius hoc aptius consonat illis, quae in psalmo tum præcedunt, tum sequuntur. Adde quod simili sensu supra dixit, Laus Israel. Porro quod ait, *Vota mea reddam: Vota*, sacrificia intelligit. Sciendum est autem, cōsuetudinem fuisse antiquis illis, quum arduū aliquod negotium essent aggressuri, ad quod auxilium Dei implorarent, sacrificia vouere, & ea quae vouissent, persolvere. Cuius persolutionis luculentū habemus exemplū ipse nostri huius regis & prophete Daud, 2. Reg. 6. Qui quum introduxisset arcā dñi in tabernaculum quod tetenderat, obtulit holocausta coram Dño & pacifica. Quibus oblatis, benedixit populo in nomine dñi exercituum: distribuitque illis panē, vnicuique; tortam panis, & partem assę carnis bubulę, & frixam oleo similā &c. Sed hęc quidē regia magnificentia fecit Daud: homines autē priuati quum talia offerrent, vbi sacer-

dores suas partes de oblati victimis percepissent, ipsi reliqua cum suis vxoribus ac liberis edebant, & si quos præterea volebant sacro illi cōuiuio adhibere, aut etiam pauperibus partes distribuere. Et huius habemus exemplum 1. Reg. cap. 1. in Helcana. Sed his omnibus plus est ad illud incōparabile sacrificium, quo noster hic rex & sacerdos Christus Iesus, suum ipsius corpus obtulit in ara crucis, tradito prius apostolis eius in vltima cœna modo inenarrabili, quo illud & in sui memoriā deo patri in mysterio offerret, & populo fideli manducandū distribueret. Quae vota, siue quod sacrificium indē acceptū ecclesia reddit offertque; à solis or Mal. 2. tu vsque; ad occasum eius, hoc est, per totū terrarum orbem, in conspectu timentium Deum. De quo sacrificio fit quod iam sequitur in psalmo:

*Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominū qui requirunt eū: viuēt corda eorum in seculum seculi.* Pauperes dicit humiles, mites, siue mansuetos, hebraicē עֲנָוִים. Tales em̄ ante omnes digni sunt habiti his epulis, propter similitudinē eius, cuius carnē edunt & sanguinem bibunt. Is enim dixit: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Matt. 11. Tales, inquam, edentes hunc cibum, saturantur: quia delectati caelestibus epulis, huius mundi luxū & copiam non desiderant: nec metuunt paupertatem aut inopiam. *Et laudabunt Dominum, qui requirunt eum.* Est em̄ hoc verē sacrificium laudis: quod quū ipse prius gratias egisset patri, discipulis suis tradidit, mandans vt hoc facerēt in sui cōmemorationem. Facta denique sacrosancta illa cœna, hymnū cecinit cum discipulis suis. Nā, vt Mat. & Marc. scribunt, hy-Matth. 26. mano dicto, exierunt in montē Oliueti. Et quod Marc. 14. ni de hoc tā salutari sacrificio ciboque laudem dñm, quū hinc nobis p̄stet vitā æternā? Vnde sequit: *Viuēt corda eorum in seculū seculi.* Sic Ioh. 6. Qui manducat (inquit) panem hunc, viuēt in æternū. Pro, *viuēt corda eorum*, in hebræo est לִבֵּי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל: i. viuēt cor vestrum: persona & numero, propheticō more mutata, sensu verō eodem remanente.

*Reminiscentur, & conuertentur ad Dominū vniuersi fines terrę.* Reminiscentur, id est, recordabuntur, subaudi, beneficiorum Dei in se. Sic Psalmo 10. canit: Memoriam fecit mirabiliū suorum misericors & miserator Dñs, escā dedit timētibus se. Et Paulus apostolus 1. Corint. 11. Quotiescunquē manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annūciabitis, donec veniat. Ecce, hęc recordatio mortis Dominicę, hæc annuntiatio eiusdem, huius sacrosancti conuiuij mystica fre-

quentatio effecit, vt conuersi sint ad Dominum omnes fines terræ, & fiat quod iam in proximo versu sequitur:

*Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ familie gentium.* Pro, in conspectu eius, in Hebræo est secunda persona *אֲנִי*, i. in conspectu tuo. Sensus idē: persona duntaxat mutata, vt iuxta scripturā Hebraicam, filius alloquatur patrem.

*Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.* Diabolus sua tyrānide per peccatum gētes occupārat. Chrs aut per sanguinem suum & mortem delecto peccato, eiecit forās illo tyranno, patri suo regnum asseruit.

*Aduocauerūt & adorauerūt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes qui descendūt in terram.* Difficultas quedam est in hoc versu: neq; per omnia conuenit nostræ huic trāslationi cum illis quæ sunt in Hebræo. Ex Hebræo (vt hinc incipiamus) itā trāslulit Hieronymus: Comederūt & adorauerunt oēs pingues terræ ante faciē eius, curuabūt genua uniuersi qui descendunt in puluerē, & anima eius nō uiuet. Sic em̄ in Hebræo legit, vt prior pars versūs sequētis, sit huius finis: & pro eo quod nostra trāslatio habet, *et anima mea illi uiuet*, illic est, *אֲנִי אֲחַיֵּי*, hoc est, interprete Hieronymo, & anima eius non uiuet: vt referatur ad Chrm, qui animā suā pro nobis dedit in mortē. Huius lectiōis ac trāslationis sententiā Iohannes Campeñ in sua paraphrastica trāslatione reddidit hoc modo: Comederunt, & quū gustāssent spiritalia dñi dons, supplices facti sunt potētissimi quiq; eorū qui terrā inhabitāt: & in uenerationē illius genua flectēt, etiā mortui oēs in terra sepulti: quia propriam uitā non est dedignatus p̄ illis impendere. Alij in alios sensus flectūt Hebræa: sed hic præterq̄ q̄ luculētus & cōmodus est iuxta scripturam Hebræā, pulcherrimē cōsonat fidei nostræ de Christo, & alijs locis scripturæ diuine de hoc ipso: vt quod Apostolus Phil. 2. scribit, humiliāuit semetipsum, factus obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis. Propter quod & deus exaltauit illū, & donauit illi nomen quod est super omne nomē, vt in noīe Iesu omē genu flectāt, cęlestiū, terrestriū, & infernū. Septuaginta mihi planē uident, pro eo quod nūc habent Hebræi *אֲנִי אֲחַיֵּי*, i. & anima eius nō uiuet, (uel, quōd uertere mālē, & animā suā non uiuificauit), legisse *אֲנִי אֲחַיֵּי*. Hoc em̄ significat, & anima mea illi uiuet, hoc est, ad honorē & gloriā illius: vt consonet ei quod Ro. 6. ait Apostolus: Quod autem uiuit, uiuit pro eo. Hæc lectiō mihi quidem maximē placet, propter id quod sequitur in psalmo: Et semē

meum seruiet illi. Semen enim Christi nos sumus, per regenerationem ex illo nati, & multiplicati supra numerum stellarum, & arenam quæ est in littore maris, iuxta promissionem Abraham factam Gen. 22. Sic autem ex illo natos hortatur Apostolus, in eodem illo ad Ro. cap. vt seruiant Deo exemplo Christi parentis sui, quum itā subijciat: Itā & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, uiuētes autē Deo in Christo Iesu. Hæc vt præcipit Apostolus, itā propheta futura canit, quum ait, iuxta Septuaginta:

*Et anima mea illi uiuet, & semen meum seruiet illi.* Q. d. Quomodum ego resurgens à mortuis per gloria m̄ patris, iam deinceps non morior amplius, sed vsq; in æternum uiuo ipsi Deo patri: itā semen meum, hoc est, illi qui ex me nouo adēmo spiritualiter nati sunt, iam in nouitate uitæ ambulantes, nō amplius seruiēt peccato, sed Deo. Quod ait, *Et semen meum, cōiunctio &*, non est in Hebræo, neq; pronome meum: sed, semen seruiet ei. Estq; initium uersūs, quod mox dicemus.

*Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciantur cali iustitiam eius: populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Generationem uenturam dicit populum Christianum, hæc generatio annunciatu Domino, quod Euthymius interpretatur, cognoscetur à Deo: Augustinus uerō, annunciatu in honorē Domini, quod equidē sic intelligo: Vbiq; prædicabitur in honorem Domini, quod per regenerationem, quæ fit ex aqua & spiritu sancto, acquisiuerit sibi Dominus nouum hunc populum. Et cali (quos per allegoriam Apostolos intelligunt) annunciantur iustitiam eius, nimirum quod tyrānum illum diabolu, qui propter transgressionē mandati quam fecerat homo, suo quodam iure uidebatur possidere mundum, iusto iudicio hinc eiecit, eō quod vnigenitū filium Dei, in quem nihil penitūs habebat iuris, interfecerit. hæc, inquam, iustitia ab Apostolis, & horū discipulis ac successoribus, annunciatu iam est per totum terrarum orbem, etiam nūm annunciatu, atque deinceps annunciatu illis qui nascetur, vsque ad consummationē mundi. Atq; hæc quidem est genuina sententiā huius uersūs, iuxta nostram hanc, qua utitur Ecclesia, trāslationem. In Hebræo uerō aliter paulō legitur, tum quod ad uerba ipsa, tum quod ad distinctionem pertinet. Nam finis præcedentis uersūs, apud illos huius initium est: deinde iam hic in duos diuisus, hoc modo:

*Semen seruiet ei: ascribetur Domino in generationem. Venient, & annunciantur iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Horum sen-

sententiā Iohan. Campeñ in sua paraphrasi reddidit his uerbis: Posterī nostri colent eū, scribentur hæc de dño, vt posterī intelligant. Vt & illi ueniant, & annunciant populo qui ab ipsis nascetur, q̄ hæc fecerit tam stupenda dñs. Audiuimus itaq; in hoc psalmo, q̄ graui ac difficili prælio cum tyranno huius mundi diabolo congressus dñs & rex noster uicerit, Cuius uirtute uicerit, Quam gratiam huic rulerit, Quod regnum illi tyranno eripuerit: Quomodò hoc ipsum regnum, non modò in omnes fines orbis terrarum, uerū etiam in omnē posteritatem vsq; in æternum, extēderit. Vndē est nobis orta occasio, adeoq; in-

uitabilis necessitas, illi quidē gratiarum actionē & hymnos nostros assiduē canēdi, nobis autē gratulandi & ineffabili gaudio exultandi. Præterea nobis in ipso uictore propolitū est exemplū, quo docemur, qualis sit nostra militia, quomodò confligendum cum hoste: quibus armis, cuius ope, præsidio, & uirtute uincendum. Neq; enim in hoc passus est pro nobis, vt nos per delicias huius mundi pertēdamus eō, quod ille per tot afflictiones peruenit: Sed (vt inquit Apostolus Petrus) Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplū, vt sequamur uestigia eius. Illi laus & gloria in secula seculorum, Amen.

## PSALMVS XXII.

**D**ominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquā refectiōnis educauit me, animā meā conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suū. Nā & si ambulauero in medio umbrę mortis, non timebo mala, quā tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipsa me cōsolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meū, & calix meus inebriās q̄ præclarus est. Et misericordia tua subsequet me, oīs diebus uitæ meæ. Et ut inhabitē in domo dñi, in longitudinē dierū.

## IN PSALMVM XXII.

TITVLVS.

Psalmus Dauid.  
In hoc titulo nihil aliud, quàm author psalmi, indicatur.

ARGVMENTVM.

**Q**uemadmodum in præcedente psalmo propheta sub Christi persona loquens, docuit seu decantauit, quomodò per supplicium crucis ac mortem, mortis imperiū sustulerit, principem huius mundi, siue tyrannum diabolum eiecit forās, regnum in oēs gentes Deo patri ac sibi asseruerit: itā in hoc quem nunc aggredimur, sub ecclesiæ persona loquitur, gratulantis sibi, q̄ liberata ab illo tã crudeli tyranno, nacta sit hunc regem, nempe nōm Deum. Sub quo se om̄i bonorum genere, in summa animi uoluptate affatim frui gloriatur, tanq̄ è sublimi despiciēs & irridens frementes circum se hostes, quum Deum habet protectorem, in cuius regia in æternum sit habitatura. Porro quò euidentius exprimat huius regis clemētiā ac bonitatem, nec non felicitatem, beatissimamq; pacem regni, delectis metaphoris, per similitudinem regem pastorem, se ouem, regnū pascuū appellat. Quæ dicendi figura etiam prisca illi gentium scriptores, quum de bonis principibus loquerentur, sunt delectati. Nam Homerus regem uo-

cat *πασκωλαστής*, pastorem populorum. Et laudatur illud Tiberij alioqui nō admodum laudati imperatoris, apophthegma: Boni pastoris est tōdere pecus, non deglubere. Quæ allegoria principum clementiam commendat, tyrānidem autem damnat. Audiamus itaq; nostrū uatem, de his rebus dulcissimē canentem:

*Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.* Quod noster interpretis dixit, regit, in Græca translatione est *πασκωλαστής*, pascit, idq; restdē ex Hebræo *רָעָה*, quod ad uerbum sonat pastor meus, uel pascēs me. Hic est enim ille pastor bonus, qui animam suam dedit pro ouibus suis.

*Et nihil mihi deerit.* O beatam fidutiā: quippe quæ nunq̄ fallitur, nunq̄ frustratur. Diabolus, sub quo ante hunc pastorem erant gentes, mendax est, & mendaciū pater, tunc maximē decipiens, quādō blanditur maximē, & promittit splendidissimē: ut quum sibi uideantur habere omnia, præstigijs illius illusi, nihil prorsus habeant. Contra uerō sub hoc pastore, etiam qui nihil habere uident, omnia possident, iuxta uerbum Apostoli 2. Cor. 6.

*In loco ibi pascua ibi me collocauit.* Hebraicè *בְּמִקְוֵי מַרְעָה אֲנִי מְרֵעָה*, hoc est, in locis herbosus collocabit me: siue (vt in paraphrasi uertit Campeñsis) in pascuis amoenissimis recubare faciet me. Per me (inquit Iohann. 10.)

P 3 si quis



si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit, nisi ut furem, & macet, & perdat. Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Porro per pascua, tum doctrinam intelligimus, tum omnia, quibuscumque nobis est opus, tam ad hanc quam hinc viuimus, quam ad futuram illam vitam, quam viuemus in caelis. Hoc est enim verum esse ouem Christi, perfecta fiducia, omnia tamen huius, quam futuram vitam bona à Christo expectare. In primis tamen de doctrina accipienda sunt. Hac enim anima pascitur & viuunt, iuxta id quod Iere. 3. legimus: Et pascet vos scientia & doctrina.

*Super aquam refectiois educavit me: animam meam conuertit.* In hebræo ita distinguitur, ut prius membrum huius versus, sit posterius seu finis precedentis. Est autem ita scriptum hebraice, **עַל מַיִּי מִיַּד הַיְיָ**. Id in Græca translatione ita versum legimus: *ἐν τῷ ὕδατι ἐκ τῆς ἀγάπης ἐξήσθη ἡ ψυχή μου.* Hoc est, Super aquam requietis educavit me. Hoc mihi quidem videtur cum precedente coherere hoc sensu: Non modò in pascuis herbosis me collocavit, ubi non deesset pastus: verum etiam iuxta dulcissimas amoenissimasque aquas enutriuit, ut non solum saluberrimo dulcissimoque pastu & potu, verum etiam quiete gratissima suauissimaque reficeret. Alij quietem hanc non ad ouem, sed ad ipsas aquas referentes, ita transferunt hebræa: Ad aquas tranquillas me ducit. Vnde Campensis in paraphrasi vertit: Ad aquas leniter fluentes enutriet me. Verum hoc non ita multum refert. Manifestum est, prophetam alludere ad pastus pecudum: quibus non est satis habere copiam optimi graminis, nisi & commodas ad bibendum aquas habuerint. Itaque ouibus Christi non sufficit habere copiam doctrinae euangelicæ, versari in lectione & auscultatione sacrarum literarum: nisi adsint illi dulcissimi saluberrimique fontes gratiarum, atque aures illæ spiritus Dei. Quæ nisi adessent, inualecente perturbatio & affectuum humanorum æstu, pastus ille etiam pestilens fieret. Tale verò nihil metuendum est, ubi illa spirat aura, & aquæ fluunt illæ. Hinc est quod ipse dñs ait Iohan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quæ ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Augustinus tamen, cum alijs plerisque, aquam baptismi intelligit, quo reficiuntur (inquit) qui integritatem viresque amiserant. Ea expositio non est omnino aliena à nostra, quum & ipsa loquatur de spiritu sancto: quippe ex quo, & aqua per baptismum renascimur. Hinc iam sequitur, iuxta distinctionem hebraicam:

*Animam meam conuertit: deduxit me super semitas iustitiae propter nomen suum.* Animam

meam conuertit, scilicet ab idololatria, & omnibus illis erroribus atque peccatis in quibus eram, ad cognitionem sui, & obseruationem mandatorum suorum. Porro per semitas iustitiae, angusta illa mandatorum suorum itinera intelligit, interprete Augustino. Lata enim est via quæ ducit ad mortem. Quomodo autem per eas semitas nos deduxerit, Euthymius explicat his verbis. Ipse enim dñs incarnatus, has nobis vias aperuit, & per eas ingrediens, re ac verbis dux nobis itineris factus est. Quod ait, Propter nomen suum, idem est ac si dicat: Non quòd ego talia essem promeritus, sed ut manifesta fieret gloria nominis sui de misericordia & bonitate.

*Nam ego ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Ex hebræo ad verbum transferri poterit: Etiam si ambulauero per vallem umbræ mortis, non timebo mala, quia tu mecum es. Sensus non est obscurus. Etiam si contigerit me in illis versari periculis & afflictionibus, ut omnia mihi presentem minentur mortem: non tamen timebo mala, quòd sciam te mihi adesse, nec permisurum, ut vllum mihi noceat malum. Eadem sententia dixit beatus Iob: Pone me dñe iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me. Porro *umbræ mortis*, eadem ferè figura dixisse videtur, qua Vergilius:

Crudelis vbi què

Luc. 7. vbiq; pavor, & plurima mortis imago. *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Hic versus in hebræo cum precedente est vnus. Porro per virgam & baculum, quidam prorsus idem significari putant. Alij distinguunt: è quibus quidam, per virgam, correptionem mitiorem seu leniorem: per baculum verò, duriores intelligunt, pro peccatorum diuersitate: quarum vtraque non ad mortem, sed ad salutem correptionem percutit: Gladius autem ad mortem. Quarè huic nulla solet adiungi consolatio. Hoc enim quos percutit dñs, hostes suos iudicat: virga autem & baculo quos corripit, eos tanquam amicos suos diligit. Quidam per virgam duntaxat illam salutarem correptionem intelligunt, siue illa grauior sit, siue leuior, pro ratione peccati: per baculum verò, sustentaculum: E quibus Euthymius scribit hoc modo: Virga est, qua errantes corrigimus: baculus verò, quo pusillanimes nituntur. Huius interpretationem non nihil iuuare videtur notatio nominum hebraicorum. Nam **טַבַּעַץ**, quod virgam transferunt, regiminis est, & eminentiæ potestatisque; insigne: item correptionis instrumentum. Alterum verò illud **מַשְׁכָּב**, i. baculus, proprie significat cui innititur, à **שָׁכַב** i. innixus est. Lyranus virgam & baculum non

non ad correptionem, sed ad defensionem refert, dum exponit his verbis: Virga tua & baculus tuus, i. defensionis tuae, quæ designatur nominibus baculi & virgæ.

*Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me.* Haec tenens tanquam ouis locutus est, nunc etiam tanquam coniuua, adhibitus mensæ dñi sui, aut potius tanquam filius familiæ mensæ paternæ. Sic dñs alloquitur suos apud Lucam: Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Nihil gratius est & iucundius nobis hominibus, quam illis quos habemus charissimos, lecta agitare conuiuia. Non potuit igitur nobis comodioribus metaphoris ac similitudinibus exponere illam ineffabilem delectationem ac voluptatem, quam hic quidem partim ex mensa caelestis doctrinae, partim ex Eucharistiæ perceptione, partim etiam ex arcanis affectibus spiritus sancti, percipimus: verum testis adhuc quidem hæc, ac tanquam in enigmate. Vbi verò decurso huius vitæ curriculo, peruenimus illuc, ubi videbimus patrem illum nostrum facie ad faciem, atque in illo beatissimo frequentissimoque conuiuio, vna cum Abrahamâ, Isaac, Iacob, atque innumerabilibus sanctis, mensæ ipsius patris accumbemus, quæ lingua fando, aut quæ mens cogitando consequi queat, quanta illic sint futura gaudia? Atque hæc mensa in conspectu nostro parata est, dum assidue cogitationi nostræ obuersatur, ut iuxta verbum apostoli, conuersatio nostra, etiam dum in his terris viuimus ac peregrinamus, sit in caelis. Iam quod adijcit in psalmo propheta, *aduersus eos qui tribulant me*, duplicem sensum habere potest: aut aduersus eos, hoc est, contra voluntatem eorum, & malitiosos in me conatus: aut aduersus eos, i. ex aduerso, in conspectu eorum, quò magis ringantur ac disrumpantur. Posterius hoc magis consonat proprietati sermonis hebraei **יָדָה עָלַי**, i. interprete hiero. ex aduerso hostium meorum. Vnde Campensis reddidit: Instrues in conspectu meo mensam, è regione persecutorum meorum, ut videant & doleant. Porro versus qui sequitur, in hebræo vnus est cum hoc: excepto sine, quod mox ostendemus.

*Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est.* Impinguatione, i. vnctione capitis, alludit ad morem Palæstinae, ubi in lautioribus conuiujs adhibebatur

etiam vnguenta. Ex qua consuetudine mulier illa (Mariam Magdalenam dico cum ecclesia) vnxit Dominum Iesum in domo Simonis Leprosi, Matth. 26. Et dñs ipse apud eundem Evangelistam cap. 6. Tu quum ieiunas, (inquit) vnge caput tuum. q. d. non quasi ieiunas, sed quasi conuiuieris. Habet autem Deus oleum spirituale, quo vngit & exhilarat affatim, quoscunque in magni illius conuiuio mensam recipit. Hoc est oleum illud exultationis, quo spiritu Dei (nam hic per oleum significatur) pleni, incerti sunt se Deo per omnia placere: quo nihil beatius lætiusque esse potest. Curant etiam conuiuatores magnifici, ut optimum habeant vinum, quo conuiuas exhilarent. Et hac itaque ratione suum conuiuatore laudat hic coniuua, quum ait: Et calix meus inebrians, quam præclarus est? Hoc est, quam optimum vinum, quod tu mihi bibendum apposuisti. Sed hic (quod paulò antè attigi) non nihil discrepant hebræa à translatione hac nostra. Illic enim finis versus est **כַּסְּיִי יִרְבֶּה**, i. calix meus exuberans, ut subaudias, est. Inde iam est initium versus sequentis **אֵרֵךְ יְיָ אֱלֹהֵינוּ יְיָ אֱלֹהֵינוּ**. Hoc est, interprete Hieronymo: Sed & benignitas & misericordia subsequuntur me, &c. Totum igitur quod sequitur illa de calice verba, vnus est continuus versus, seu periodus vna, hoc modo:

*Sed & benignitas & misericordia subsequuntur me, omnibus diebus vitæ meæ: & habitabo in domo Domini, in longitudinem dierum.* Id Diuus Augustinus mihi videret in hanc sententiam intellexisse: Quum illam tam diuitem ac splendidam mensam mihi paraueris in regno illotuo caelesti, tamen interea dum in hac vita mortali versor, nunquam benignitatem & misericordiam tuam mihi subtrahis: sed peccantem etiam toleras, lapsum subleuas & erigis, infirmum corroboras, conantem adiuuas: donec tandem perueniam in tuam illam regiam domum: ubi tecum habitabo, & in tua illa beatissima mensa, in conuiuio sanctorum omnium, accumbam & exhilarabor in longitudine dierum, i. in æternum. Hoc nobis omnibus largiatur optimus ille pastor, & conuiuator optulentiſſimus Iesus Christus: Cui cum deo patre & spiritu sancto laus, honor, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

**D**omini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina preparauit eum. Quis ascendet in montem dñi? aut quis stabit in loco

loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iuravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a dño, & misericordiam a deo salutari suo. Hęc est generatio querentium eum, querentiu faciem dei Iacob. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę eternas, & introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? Dñs fortis & potens, dñs potens in praelio. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę eternas, & introibit rex gloriae. Quis iste rex gloriae? Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

IN PSALMVM XXIII.

Titulus ex Hebræo, **יְהוָה אֱלֹהֵינוּ**: Davidis Psalmus.

Ed in Græca translatione, additis aliquot verbis scriptura legimus, **אֱלֹהֵינוּ דָּוִד מֶלֶךְ מִיִּשְׂרָאֵל בְּעֵרְוָה**. Id est, Psalmus David prima Sabbatorum. Nam etiam ex Græco ad verbum sonat, vna sabbatoru, id tamen hoc loco nihil aliud q̄ primã diem septimanã, i. diem dominicã significat: qua die Christus dñs, cum inenarrabili gloria victor ab inferis redijt, & spolijs verè opimis ornat, & locupletatus, de tyrano victo triumphauit, inuasitq; dñum & imperium totius mudi, & omniu qui in eo sunt. Vndè post resurrectionem suam apprensus di-

Math. 28. scipulis, dixit: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.

DE OCCASIONE ET TEMPORE scripti Psalmi.

**Q**uidam putat dauidem cecinisse psalmu hunc, quu iustus esset ab angelo dñi per prophetã Gad, vt ascenderet in montē, extrueretq; altare pño deo in area Ornã Iebuzæ, vt legimus lib. 1. Par. cap. 21. Mihi non admodum liber curiosus in hæc inquirere, de quibus nemò certò aliquid affirmare potest. Et satis nobis est scire, psalmum spiritu prophetico cantatum esse à David de Domino nostro Iesu Christo, hoc argumento.

ARGUMENTVM PSALMI.

**P**rophetã in spiritu exultans, amplitudinẽ regni dñi nostri Iesu Christi decantat: & quod, quum dñs sit totius orbis terrarum, & omniu in hoc degentium, non tamen omnes dignos habiturus sit, vt secum ascendant in montem illu, in quo regiam illam suam vrbẽ, aulam, templumq; constituit, quæ est sancta illa ciuitas Hierusalem cælestis: Quales esse oporteat, qui ipsum eò sequi velint: Quid, & q̄ lætis acclamationibus ipse eò sit ingressus.

EXPOSITIO PSALMI.

**D**omini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Huius versũs sententia manifesta est, neq; alia in Hebræo, q̄ in hac trãlatione: nisi q̄ interpres ex-

plicandi gratia de suo adiecit genitiuũ *terrarum*, & syncategorema *vniuersi*. Nã ex Hebræo sonat ad verbum: domini est terra, & plenitudo eius: orbis, & habitantes in eo.

*Qui ipse super maria fundauit eam, & super flumina preparauit eam.* Ratio est, quare verè sit dñi terra & plenitudo eius, &c. Ipsius enĩ structura est, non p̄gda, alteri alicui dño per vim erepta. Quod aut ait super maria fundatã, non itã intelligendum est, quasi maria fuissent terrã, nẽ corruiat: sed q̄ voluntate iussuq; Dei ex aquis marinis emineat, vt à nobis habitari & coli queat. Nam ex primo cap. Gen. apparet, q̄ initio creauerit eã aquis operta. Quu enim dixisset Moses, In principio creauit deus cælum & terram: Terra aut erat inanis &c. aliquanto post subdidit: Dixitq; Deus, Congregatur aque quę sub cælo sunt, in locum vnũ, & appareat arida. Et factum est itã. Et vocauit deus aridam, terram: congregationesq; aquarum, appellauit maria. Quare optime dixit Basilus Magnus, terram pro fundamento habere voluntatem atq; imperium Dei: p̄terea nihil. Super maria igitur fundauit eam, i. itã appendit ac stabilijit, vt ex aquis marinis emineat, aptaq; sit hominibus ad habitandum super eã. Et super flumina preparauit eam: hoc est, vt quẽadmodum littoribus superior est mari, ad arcendum illud: itã ripis superior sit fluminibus, ad coercendum continendumq; ea in suis alueis. Hanc opinor esse genuinam sententiam, iuxta proprietatem verborũ, etiam Hebraicorum. Non minũs tamen veniunt quidã interpretatur: super flumina preparauit eam, i. fluminibus eleganter distinxit eam.

*Quis ascendet in montem Domini? aut quis habitabit in loco sancto eius?* Plurima sit mentio montiu in scripturis diuinis, neq; verò id sine magnis mysterijs. Angeli quum educerent Loth ex vrbe Sodoma, dixerunt: Noli respicere post tergum, nec stes in omni circã regione: sed in monte saluum te fac, nẽ & tu simul pereas. Abraham facturus sacrificiũ illud in filio suo Isaac, ipse solus cum filio ascendit in montem: seruos non permisit ascendere. Moses accepturus legem à Deo, ipse quidẽ iussus à deo ascendit in

Math. 5.

Gen. 19.

Gen. 22.

Exod. 19.

dit in montem Sinai: populo verò dictum est, Caute nẽ ascendatis in mote, neq; tangatis fines illius: Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Christus nouã legẽ daturus, ascendit in montem, in quo cum confedisset, non promiscua multitudo, sed discipuli eius accesserunt ad eũ, & aperiens os suũ, docebat eos. Ex quibus facile est animaduertere, non quibusuis datũ esse ascendere ad Dominũ in montem. Quin etiam Dauid, cum eiecto Iebuzæo occupasset arcem Sion, in qua erat edificaturus regiam suam, statim illinc abstulit cæcos & claudos, qui oderant animam ipsius Dauid. Cæterum quum sciamus illum montem Sion, in quo Dauid & Solomon edificarunt, sæpẽ etiam à barbaris, feris, impijs, & idololâtris gentibus fuisse occupatũ, regiam Dauidis vna cum ipso templo funditũ euerfam: quis itã desipiat, vt putet prophetam hic de illo monte loqui, & non potius de alio, mysticè per hunc significato? Is est ille cælestis, vt iam antè monuim, in quo noster Dauid Christus Iesus, edificauit regiam inexpugnabilem, ciuitatem sanctam, templum inuiolabile, vbĩ iam tuta ab omnibus hostibus requiescit arca Dei, id est, humanitas Christi, in sanctuario, in quod nihil, nisi quod sit purissimũ, admittitur. Hoc in spiritu prauidentis propheta, tanquã admirabundus querit, quisnam dignus habendus sit, vt ascendat in hunc montẽ Domini, & stet, siue (vt ex Hebræo rectius vertit) exurgat in locum sanctum eius? Cui quęstioni mox ipse responsum subiicit, dicens:

*Innocens manibus & mundo corde, qui nõ accepit in vano animã suam, nec iurauit in dolo proximo suo.* Innocens manibus est, qui non peccat opere: mundo corde, qui cogitationes suas à peccato puras custodit. Quod autem ait, *Qui nõ accepit in vano animã suam*, quibusdam hanc videtur habere sententiam: Qui non neglexit ea, propter quæ animus diuinitus datur & inditur corpori humano: qualia sunt, vt per obedientiam veræ fidei, firmam spem, & feruentem charitatem, sese in cõtemplatione mirabilium operũ Dei, & huius pio ac religioso cultu, omniq; in fratres suos ac sorores, hoc est (quantũ quidẽ fieri potest) omnes homines beneficentia exerceat. Ab hac interpretatione nõ longè abest Augustin, itã expones: Qui nõ in rebus nõ permanentibus deputauit animã suam, sed eam immortalẽ sentiens, eternitatẽ stabilem atq; incommutabilem desiderauit. Alij putant his verbis moneri, nẽ quis peieret: atque hoc ipsum bifariam accipiunt. Quidam enim hac translatione retenta, iuxta id quod in Hebræo est **אֲשֶׁר לֹא קִבַּל אֶת אַנְשׁוֹ הָאָדָמָה**, id est, animam suã interpretantur, qui nõ accepit in vano ani-

mã suam, id est, qui nõ peierauit per animam suam. Alij secuti quod in Hebræoru codicum marginibus pro **אֲשֶׁר לֹא**, scriptum est **אֲשֶׁר לֹא**, id est, animã meam, putant prophetã sub Dei persona loqui, hoc sensu: Qui non accepit in vano animã meã, id est, nõ peierauit p nomen meum: vt sit idem cum illo, Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Huic expositioni nõ malè cõsonat quod sequitur in Psalmo, *Nec iurauit in dolo proximo suo*: vt hoc nihil aliud sit, quã illius expositio: quæ loquẽdi consuetudo, nostro huic prophete est vñtatissima. Porro in Hebræo non est, *proximo suo*: sed tantũ, *nec iurauit in dolo*.

Exod. 10.

*Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.* Benedictionem intelligit omnium bonorum copiam: neq; aliud per *miseriordiam*: nisi malis cum Nicolao Lyrano interpretari, Si ex fragilitate humana aliquandò peccauerit, poenitens misericordiam à Deo obtinebit. In Hebræo pro misericordia est **חַסְדִּים**: quod proprie significat iustitiam, quã tamẽ hoc loco docti, præsertim sermonis Hebræi, interpretantur bonitatẽ illam & beneficentiam, qua vitur Deus in eos, qui cum fide & virtute viuunt. Illud nolim dissimulare, p nomen *hic*, quod in principio huius versũs tam Græca quã Latina hæc translatio habet, non esse in Hebræo expressum: sed itã incipere versum, **יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ**. Vndè Campensis in paraphrasi totũ versum transtulit hoc modo: Qui accipiet benedictionem ab ipso Domino, & iustitiam à Deo auctore salutis ipsius. Hic itaq; vult, etiam ea quæ hoc versu cõtinentur, pertinere ad numerum illoru, quibus præditum esse oportet eum, qui volet ascendere in montem Domini, idq; hoc sensu: Is dignus habebitur vt ascendat in montẽ Domini, qui præter ea quæ iam superioribus versibus dicta sunt, etiam hac fiducia in Deum præditus est, vt neq; huius, neque futurę vitæ bona aliundè quã ab ipso Domino quærat & accipiat. Quu alij ad idola, alij ad malas artes & imposturas, alij ad prædationes, alij ad furta, alij ad alia confugiunt.

*Hæc est generatio querentium eum, quæ euenium facie dei Iacob.* Quid. Nõ illi qui secundum carnẽ gloriantur se posteros esse Abraham, Isaac, & Iacob: sed qui illa manuum atq; cordis puritate commendati Deo, benedictionẽ & misericordiam, hoc est, omnia bona ab hoc vno petunt, sperant, expectant, & accipiunt: hi, in quã, sunt illa generatio, hi sunt ille populus, qui verè querit Dñm, & faciem Dei Iacob, Pro, *faciem Dei Iacob*, in Hebræo est **פְּנֵי יְהוָה יַעֲקֹב**, id est, faciem tuam o Iacob. Quo tamen nõ ea

Q facies

facies Iacob significari videtur, quæ est anterior pars capitis ipsius Iacob: sed facies, ipsi Iacob à Deo promissa, ad contemplandum seu intuentium eam. Nam hanc faciem intueri, in hac oculos pascere, summa absolutissimaque felicitas est. Vnde Campensis in sua paraphrasi vertit: Et participes fieri cupiunt boni tibi à Deo promissi ò Iacob. Neque aliam sententiam habet, quod in nostra hac, qua vtimur, translatione legimus, *Quærentium faciē Dei Iacob.* Quamquam mihi quidē videtur, prophetam non tam respexisse ad promissionem futuri in Iacob, quam ad id quod in Genesi iam factum legimus: nempe quod Iacob, quū iam benedictionem accepisset ab angelo post luctam, vocauerit nomen loci illius Phaniel, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Liceret igitur (meo quidē iudicio) interpretari: Quærentium faciem Dei Iacob, hoc est, quam Iacob vidit, & saluus factus est. Vel (ex Hebræo per apostrophen ad Iacob) quærentium faciem tuam ò Iacob, hoc est, quā tu vidisti luctatus cum angelo, & saluus factus es. Hæc autē facies in mysterio significabat præsentiam Dei incarnati. Quæ incarnatio facta est de semine Iacob: (vt nō absurdum sit, quod in Euthymio videmus, Græcos quosdam per faciem Dei hīc filiū Dei incarnati intelligere) Qua incarnatione facta, & ipso incarnato iam per luctā in cruce victore, temore eius obstupefacto, hoc est, mortuo Christo in carne, ortus est nobis sol, & (vt scribunt Euangelistæ) velum templi scissum est à summo vsque ad imum: vt nunc omni velo remoto, in clarissima luce videamus Deum, per fidem quidem adhuc facie ad faciem, posthac autē in seculo illo futuro, in inenarrabili claritate per præsentiam: Quamobrem hoc magis propriè vocat Apostolus, facie ad faciem: illud autem, tanquam per speculum in ænigmate. Quin illi qui hīc viderunt Christum in carne, viderunt Deū facie ad faciem, iuxta illud Iohannis 14. Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quia verò nulla lingua fando, neque mens vlla cogitando consequi potest, quanta sit felicitas, illam faciem intueri, accinit propheta in Hebræo suum illud *אֲפָיִן* in fine versūs, quo admonemur, vt per omnem vitam omnes cogitationes nostras, omnia studia & exercitia vitæ eò dirigamus, conferamus, nē à tanta felicitate excidamus. Porro lucta illa peracta, parta iam victoria, sole orto, superest lætissimus triumphus, de quo iam deinceps propheta:

*Attollite portas principes vestras, & eleuamini porta aternales, & introibit rex gloria.] Quod*

quidam hæc de portis templi illius Hierosolymitani interpretantur, & introductione arcæ in illud templum, nimis Iudaici est, & nihil nisi occidentem literam sapit: ac ne huic quidem factis commodè potest accommodari, nisi violenter huc detortum. Nos itaq; secuti spiritū viuificantē, cum Ecclesiæ proceribus, hæc à propheta in angelorum persona, Christum triumphantem præcurrentium, dicta accipiamus. Atque hoc quidem bifariam. Quibusdam enim placet, prius hoc, quod exclamant, *Attollite portas* &c. dici ad principes inferiorū, vt illis mādetur vt aperiant portas, ingressuro victori illi regi gloriæ Christo. Quod autem paulō post eisdem verbis repetitur, ad ciues cælestes, vt, hī apertis atque ad eò sublatis portis, recipiant regē suum, è tanto prælio victorem, cum lætissimo gloriosissimoq; triumpho redeuntem. Alij vtrunq; tanquam ad cælestes illius ciuitatis ciues, seu principes dictū accipiunt: & repetitionem, ardentissimi cuiusdam lætissimique affectūs significationem habere. Illud ferè præterieram, quod pro eo quod nostra hæc translatio habet, *Attollite portas principes vestras*, in Hebræo maiori cum amplificatione lætitiæ, per prosopopeian ad ipsas portas legitur dictum, *Attollite portæ capita vestra.* Quod Campensis in paraphrasi hoc modo reddidit: Leuate vos portæ capita vestra, & tollamini ianuæ, quæ ab æterno fustis clausæ: ingressurus est enim per vos inclutus ille rex.

*Quis est iste rex gloriæ?* Vox eorum qui iubentur tollere portas, siue (vt ex Hebræo) ipsarum portarum, per prosopopeian, admirationium quifnam sit ille rex, cum tanta gloria maiestateque adueniens. Quibus illi statim respondet:

*Dominus fortis & potēs, Dominus potens in prælio.] Q. d. Qui mundum, satanam, & infernaliam regna expugnauit: de quibus iam triumphans, atq; opima spolia referens, reuertitur. Aut, si hæc iuxta id quod nonnullis placere monuimus, ad inferiorū siue principes, siue ipsas portas dicta accipiamus) qui mirabili conflictu vestra tyrannide profligata, venit huc ipsam tyranni regiam direpturus: & spolia quæ ille rapuerat, secum in suum regnū & regiā auēctur.*

*Attollite portas principes vestras, & eleuamini porta aternales, & introibit rex gloria.] De hoc versu nihil est opus quicquam dicere præter ea quæ iam dicta sunt. Est enim ad verbum repetitio eius qui iā præcessit: & quemadmodum illic pro, *attollite portas principes vestras*, in Hebræo est, *attollite portæ capita vestra*, ita & hic. Hic autem citra omnem controuersiam agitur de introitu Christi in cælum: quum in*

superiori nonnulli putent agi de introitu eius in infernum, siue descensu eius ad inferos.

*Quis est iste rex gloriæ?* Interrogatio eorum qui iubentur aperire.

*Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.] Responso præcurrentium. Virtutes dicit vniuersas potestates, & militiam illam cælestē, Hebræicè *אֲפָיִן*, quod aliās trāsferunt, exercituum.*

Apud Hebræos in fine huius vltimi versūs accinitur *אֲפָיִן*: quo significatur, huius triumphati letitiam & amplitudinem huius regni, neque locorum finibus concludi, neque temporum longitudine finiri, neque linguis aut cogitationibus hominum explicari aut comprehendī posse. Regi autem illi seculorū laus, honor & gloria in æternum, Amen.

## PSALMVS XXIIII.

**A**D te domine leuauī animā meam: Deus meus, in te confido, non erubescam. Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te, nō confundentur. Cōfundantur omnes iniqua agentes superuacue. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua & doce me, quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarum domine, & misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas nē memineris. Secundum misericordiam tuam memento meī tu, propter bonitatem tuam domine. Dulcis & rectus dominus, propter hoc legē dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Vniuersę viæ domini misericordia & veritas, requirētib; testamentum eius & testimonia eius. Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum est enim. Quis est homo qui timet dominum? legem statuit ei in via quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram. Firmamentum est dominus timentibus eum, & testamentum ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei semper ad dominū, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego, Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam, & erue me: non erubescam, quoniam speraui in te. Innocentes & recti adhæserunt mihi, quia sustinui te. Libera deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

## IN PSALMVM XXIIII.

## TITVLVS.

*אֲפָיִן*, Id est, Dauidis. Quo significatur, Dauidem esse huius Psalmsi authorem. Lyranus suspicatur, ideò non esse additum, Psalmus, vel canticum, quod horum (propriè quidem loquēdo) nihil sit, sed precatio duntaxat. Verum de hoc disputent, si qui volent. Nos progrediemur ad ea, quæ propius coniuncta sunt cum vtilitate pij lectoris.

## ARGUMENTVM PSALMI.

Exactè pronuciare, qua occasione Psalms hunc cecinerit propheta, nō possumus. Quidam suspicantur, quod in aliqua persecu-

tione Saulis. Satīs liquet, esse precationem hominis in grauib; periculis & afflictionibus constituti: quique diffusus omnibus humanis præsidijs, ad solum Deum confugiat. Sed quia non satis est magna cum fiducia in istiusmodi ad Deum cōfugere, & implorare auxilium siue salutem petere, nisi adsit serium studium faciendi voluntatē eius, hoc est, obseruādi mandata: precatur & hoc, vt sibi demonstret vias mandatorū suorū Deus, & quod ab eis aberrārit, & iuuenili stultitia ipsum offēderit, ignoscatur. Deindē tanquam ad circumstantes, siue quoscuque hanc suam precationem visuros,

Q. 2 conuer-

conuersus: docet qualis sit Dñs, quàm benignus, æquus, adeoq; profusus erga eos qui sic affecti & cõpositi, ad ipsũ cõsugiunt: quàm in expugnabile præsidium his sit futurus. Postremò ad suam precationem reuersus, necessitatem suam exponit, ac liberari nõ se solum, sed vniuersum populũ Israeliticum precatur: nobis nimirũ factus exemplum, quo doceamur in precibus nostris meminisse charitatis, vt in necessitatibus nostris nõ pro nobis tantum, sed pro vniuersa Ecclesia dominum deprecemur.

## DE GENERE CARMINIS.

Hic Psalmus est primus ex eorum numero, quorum versus à literis iuxta ordinem Alphabeti Hebraici incipiunt: tamen hic tribus literis, ו ב ג deficere videtur: nisi fortè ppheta secundi versus initium esse voluit ו ב ג ד.

In te cõfido: & sexti, ו ב ג ד, Et doce me: quod tamen vix credibile est, cõ quòd hac ratione tum sententię distrabantur, tum nimia versusu inæqualitas oriatur: quorum neutrum noster hic propheta facillè solet admittere. A litera ו nullus incipit: sed hoc damnus pensatur litera ו, à qua duo 18. & 19. incipiunt. Vltimus incipit à ד. Primus & secundus (vt hodiè legunt Hebræi) ab ה. Si quid his rebus subest mysterij, id ingenuè fateor me ignorare. Quin sanctus Hieronymus in Epistola ad Paulam Vrbicam de interpretatione Alphabeti Hebraici, negat vtilos Psalmos incipere ordine elementorum Alphabeti, præter centesimumdecimũ, & centesimumvndecimum, & centesimumdecimum octauũ, & centesimumquadragesimum quartum. Quod qua ratione faciat, equidem non intelligo, quum hunc & trigessim tertium ordine elementorum progredi videamus: nisi Hieronymus initia versusum aliunde sumpsit, quàm in vulgatis codicibus distincta leguntur. Apparet autem ex ea Epistola, illum eximium quoddam habuisse iudicium de versibus Hebraicis. Iam ad expositionem Psalmi.

Ad te Domine leuavi animam meam. Hebræi ita distinguunt, vt hic sit integer versus. Pro leuavi, in Hebræo est ושא, leuabo: sed nihil interest, quantum ad sensum attinet. Sæpè monimus, tempora apud prophetas in istiusmodi esse indefinita. Est autem sensus apertior, quàm vt egeat longa expositione: O domine, quum vndiquè irruant in me afflictiones, vndiquè me hostes crudelissimi, & in exitiũ meũ deuoti, premant, non aliò quàm ad te confugio, animam meam ab his terrenis, mortalibus, frivolis, quæ se ipsa iuuare seruant; nequeũ, attollo ad te. Iam sequenti versũ hanc animæ suæ eleuationẽ ad deum, cõmendat à modo.

Deus meus, in te confido: non erubescam, neque irideant inimici mei. Hic enim est versus secundus, iuxta distinctionem Hebraicam. Quũ ait, Deus meus, significat se totum ab illo pendere, neque ab vllò alio salutem petere, sperare, aut expectare. Hoc est enim verè agnoscere Deũ suum. Idem significat verbo quod sequitur, in te confido. Iam his rationibus quasi deuinctum sibi sentiens Deum, subiicit petitionem his verbis: non erubescam, hoc est, nõ committas, vt me vnquam huius in te fidutiæ pudeat. Neque irideant inimici mei, id est, nõ mihi tanquam victo, & à te deserto insultent. Nam ex Hebræo transferri potest: Nõ exultent inimici mei aduersum me. Hinc iam sequitur tertius versus, iuxta distinctionem Hebraicam:

Etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur: confundantur omnes iniqua agentes superuacue. Apud Hebræos vtrunq; verbum est modi indicandi, confundentur. Continet autem versus geminam sententiam, rationem videlicet antegressę petitionis, q. d. Ideò non permittes, o domine, vt ego tali fidutiã animam meam ad te leuans confundar, & contumeliosam hostium insultationem patiar: Quia vniuersi, hoc est, quicumque sustinentes expectant te, non confundentur. Qui verò id facere recusantes, ad iniquitatem confugiunt, dicentes in cordibus suis cum illo, Moram facit dominus venire: & incipiunt percutere seruos & ancillas domini, & edere & bibere & inebriari, quum nullam ad id habeant iustam causam, neque casu, aut errore, aut humana aliqua infirmitate labantur: sed ex mera malitia, duris, obstinatis ac tyrãnicis animis grassantur, hos & iustissimum est, & necessarium confundi. Veniet enim dominus illorum in die qua non sperant, (vt ibidem apud Evangelistam ait) & hora qua nesciunt, & diuidet eos, & partes illorum cum infidelibus ponet. Nonnulli versusum huic nõ enunciandi, sed precandi modo accipiunt, vt hoc sensũ cohæreat præcedenti: Nõ tantum oro nõ permittas me erubescere, & ab inimicis meis irrideri: sed idem precor omnibus, quotquot sustinẽt, hoc est, expectant te. Cõfusio aut illa eueniat illis, qui malitia sua excæcati grassantur, idq; sine causa: (hoc enim significat, superuacue.) Verum vtrocunq; modo accipias, eodẽ redit quòd dixi. Nam prophetarũ precationes nihil aliud sunt, quàm enũciationes seu prædictiones eorum quæ sunt euentura. Pergam ad proximũ versus, si prius admonuero, in illo, confundantur omnes iniqua agentes: & omnes, non esse expressum in Hebræo, sed ab interprete explicandi gratia adiectum: neque tamen id malè.

Vias

Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Hoc est, quod secundo loco in argumento montui, de studio cognoscendi & faciendi voluntatem Domini. Non aliud dicit vias, aliud semitas: sed more sibi vilitatissimo, prorsus idem dicit hemistichio posteriori, quod priori. Est autem hæc pars precationis omnibus hominibus necessaria, qui modò volunt salui fieri. Nemo enim has vias vnquam inuenit, nisi duce, indice, ac demonstratore Domino Deo. Quàm multos videmus egregijs quidem ingenijs, eximiaq; doctrina præditos, tamen ab his vijs aberrare? Nimirum quòd illis ipsis ingenijs, alijsque rebus huius mundi inflati ac turgidi, non dignantur precari Dominũ, vt ipse demonstret quæ sit eundũ. Eodẽ pertinet quod sequit:

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die. Dirigere, est id quod obliquum est, rectum facere. Hic petit à Domino rectã per vias mandatorum atque doctrinæ cælestis, in veritate duci, nõ à latronibus, qui has vias obsident, per mendacia in deum seductus, in ipsorum laqueos, speluncas, & sanguinarias manus imprudens incitat. Tales latrones sunt, quos Ecclesia hereticos, Paulus pseudapostolos, Christus pseudopphetas appellat. Attendite, inquit, à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et apud eundem Evangelistã cap. 24. Videte nõ quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducunt. Hæc quum verissima esse non liceat non credere ipsi Domino Iesu Christo, qui est ipsa veritas, tum deinde, atque adeò eheu nimis, abundè confirmãrunt tum superiorum seculorum, tum nostræ ætatis hæreses: vt si vnquam aliàs, certè nunc maximè nobis clamandum sit cum hoc nostro Propheta ad Dominum, Dirige me in veritate tua, & doce me. Quò magis autem illum ad hoc præstandum flectamus, faciendum est quod sequitur, vt videlicet corde & ore confiteamur illum esse Deum auctorem salutis nostræ: ideoque in omni patientia & fidutiã sustineamus, & expectemus ipsum, neque (si fortè moram facere videatur) confugiamus ad idola, magos, hariolos, aut alias artes vetitas, aut quocunq; genus iniquitatis. Ad quæ dum vulgus hominum, compendia quærendo confugit, in maxima grauissimãq; incidit dispèdia, iustam videlicet stultitię suæ mercedem referens. Ille si quãdò videtur morari diutius, ideo id facit, vt ad vilitatem & salutem nos exercent. Nouit quãdò tempestiuum sit venire. Absit vt nos victi confugi-

amus aliò. Quin potius tota die, per omnem vitam, sustinentes & expectantes clamemus quod sequitur in Psalmo:

Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt. Hoc est, memèro quòd natura ab æterno misericors es & miserator, neque quenquam vnquam ad misericordiã tuę tribunal confugiẽtem repuleris. Misericordia proprie est, quãdò opere ac beneficentia declaramus alicuius miseriam nobis dolere. Misericordia autem est, ipse bonitatis affectus, quò dolemus vicem miseri, etiam si fortè impediti non succurramus. pro eo quod nostra translatio habet, quæ à seculo sunt, in Hebræo est, quia à seculo sunt. Sensus vtrobiq; idem.

Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas nõ memineras. Vox est agnoscentis & confitentis se peccatis suis promeruisse flagella: & tamen veniam deprecantis, quòd imprudens, iuuenili stultitia deceptus peccãrit. Euthymius hæc admonet, Dauidem nostrum hinc non supplicare pro illis quæ sciens peccãrat, sed pro illis quæ imprudens per ætatem: quòd hæc vel sola oratione deleri queant, illa verò maiore indigeant pœnitentia, factis nimirum atque operibus. In Hebræo tamen, ignorantias meas, est ושא, quod alij transferunt, scelera mea: & intelligunt ea, quæ grandiori ætate, non tam ignorantia, q̄ Dei contemptu admissa sunt. Vndè Campensis transtulit in paraphrasi: Peccatorum quæ designauit adolescens, & delictorum quæ subsecuta sunt, nõ memor esse velis, sed pro tua clementia tractame tu, qui natura benignus es Domine. Posterius hoc noster interpres à præcedente, tanq̄ integrum per se versus separans, transtulit hoc modo: Secundum misericordiam tuam memento meũ tu, propter bonitatem tuam Domine. Apud Hebræos est vnus versus cum præcedente: cuius sententia, cum ex his nostri interpretis, tum ex paraphrastæ verbis, quæ ascriptimus, manifesta est. Iam itaq; ad sequentem versusum:

Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Quod noster interpres dixit, dulcis, in Græca translatione est ἡσῶς, in Hebræo ודב, quorum vtrunq; idem est quod Latine bonus. Et quod noster, legem dabit, in Hebræo est ודבר, id est, docebit.

Quare D. Hieronymus totum versusum reddidit hoc modo: Bonus & rectus Dñs, propterea docebit peccatores in via. Nonnulli vertunt, Bonus & æquus Dominus, propterea instituit peccatores in via. Mihi tamen videntur Septuaginta sententiam Prophetæ probè reddidisse. Sic enim Dñs docet peccantes in via,

Q 3

vt

vt legem præscribat, secundum quam uiuant, vt non peccent. Et ab hoc ipso verbo **וְיָרָא**, quo hic usus est Propheta, dicta est **וְיָרָא**, i. lex. Diuus Augustinus totum versum interpretatur his verbis: Dulcis est Dominus, quandoquidem & peccantes & impios ita miseratus est, vt omnia priora donaret. Sed etiam reclus est Dominus, qui post misericordiam vocationis & venie, que habet gratiam sine meritis, digna ultimo iudicio merita requirit. In glossa ordinaria additur, Nè lenitas eius securos & ociosos reddat. Similiter Euthymius: Bonus quidem, inquit, vt misericors: reclus autem, tamquam qui delictorum poenas exigit. Rectum enim hic in iudicando intelligit. Quoniam autem misericors est & reclus, inquit idem, legem dabit peccatoribus: hoc est, peccatores legi subijciet, & castigabit delinquentes in via, hoc est, in hac vita, quam idèò viam appellat, quia omnes per eam non secus ac per viam transeunt.

*Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.* ] Ecce, non superbos, feroces atque diuinis ordinationibus eius rebelles, sed mansuetos ac mites diriget in iudicio, vt diiudicare atque discernere possint bonum à malo: tales, inquam, dignabitur docere vias suas, hoc est, veram sententiam legum suarum, vt intelligant quomodo secundum has viuendum sit & gradiendum, vt perueniant in regnum ipsi paratum ab initio mundi, vbi inuenturi sunt vitam eternam.

*Vniuersa via Domini misericordia & veritas, requirunt testamentum eius & testimonia eius.* ] Quidam suspicantur vias Domini in hoc versu non easdem esse intelligendas, quas in præcedentibus, quum diceretur, *Vias tuas Domine demonstra mihi*: Et, *docebit mites vias suas*: Vbi manifestum est, illum de vijs mandatorum atque doctrine loqui: Hic autem suspicantur, per vias opera significari, hoc sensu: Quicquid operatur Dominus, ita operatur, vt vndique ex omnibus operibus eius reluceat misericordia, qua complectitur eos qui ad ipsum conuertuntur: & veritas, qua præstat ea que iustis, voluntatem ipsius facientibus promissit, & ea que minatus est iniustis, mandata eius respicientibus: Hec tamen pia & commoda interpretatio est, mihi tamè magis placet vias hic planè easdem intelligere, quas supra, hoc est, legis atque doctrine præcepta: idèò, hoc sensu: *Vniuersa via Domini*, hoc est, quecunque nobis præcepit, quecunque nos docuit, sunt misericordia & veritas, hoc est, ex misericordia qua nos complectitur, & veritate qua neminem fallit, profecta. Hoc autem verissimum

esse comperiet, quicumque illa diligenter, piè ac religiosè considerauerit. Quod ostendamus exemplo: Quid quæso potest homini accidere grauius, quàm ed cecitatis & insanie prolabi, vt relicto Deo viuo & vero, suo creatore, optimo, benignissimo, ditissimoque parente, ipsius vitæ atque omnium bonorum datore, confugere ad idola, manibus hominum facta, ligna, lapides, omni vita sensuque, carentia, vt ab his vitam atque salutem petas? Aut etiam ad cademones, omnis salutis humane hostes satiuissimos? Hanc itaque infelicissimam & extremam miseriam nostram miserus Deus Optimus & piissimus pater, ab illo tam exitiali furore ad sanio rem mentem: ab illa via, que ducebat per præcipitium in gehennam, reuocauit nos in viam suam, que ducit in vitam eternam, hoc præcepto: Ego sum Dns Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, que est in celo desuper &c. Ecce, quid hac via Domini aliud est, quàm misericordia & veritas: Idem comperiet in cæteris omnibus, quicumque illa pio ac religioso studio scrutatus fuerit. Hoc nobiscum sensit Euthymius, ita scribens: Per vias hic sola legis mandata intelligemus, que ijs qui scriptam legem seruant, pro misericordia & veritate habenda sunt: quum manifestum sit, Deum misericordia commotum, ea statuisse mandata: & cum vera etiam contineant, vt potè que à vero Deo sunt condita. Augustinus misericordiam ad remissionem peccatorum, que per primum aduentum Christi facta est, retulit: veritatem verò ad iudicium, quod secundo aduentu fiet. Vndè & quod sequitur,

*Requirunt testamentum eius & testimonia eius.* ] exponit hoc modo: Intelligunt enim Dominum misericordem primo aduentu, & secundo iudicem, qui mites & mansueti requirunt testamentum eius, quum sanguine suo nos in nouam vitam redemit, & in Prophetis atque Euangelistis testimonia eius. Ex Hebræo sic transtulit Hieronymus: His qui custodiunt pactum eius, & testificationes eius. Campensis, Qui recipiunt pactum & admonitiones illius. Sed, siue testamentum appelles, siue pactum, siue fœdus, eadem manet sententia. Significatur autem illa conuentio, que facta est inter Deum & homines, vt ille nos tanquam populum suum tueatur ac seruet: nos autem illum tamquam Deum nostrum agnoscamus, colamus, & in omnibus necessitatibus ac periculis inuocemus. De hoc pacto seu fœdere apud Ieremiam sic loquitur: *Ier. 31. Hoc*

Hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel. Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in DEVM, & ipsi erunt mihi in populum. Hoc pactum qui requirunt & obseruant, & secundum leges atque præcepta huius viuunt, hi sunt qui experientur Dominum misericordem & veracem in omnibus vijs ipsius. Non quod alij non sint hoc experturi, sed quod hi cum suo maximo bono sibi talem gratulaturi sint. Verum quia tanta est infirmitas nostra, nè dicam fœcordia atque supinitas, vt quantunuis arcto fœdere Deo sumus obstricti, sæpè illum nihilominus grauius etiam offendamus, necesse habemus assidue cum Propheta nostro clamare, quod iam sequitur in Psalmo:

*Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.* ] Quasi dicat: O Domine, quum in me nihil inueniam dignum è tuo beneficio, sed inutilis seruus sum, & in plurimis offenderim: fœdus inter te & me percussum sæpè & grauius violauerim, vt nullam tibi reliquerim causam, qua propter me, aut no men, aut merita mea id facias, fac vt sentiam te propitium peccato meo, propter nomen tuum, vt videlicet nomen tuum glorificetur, & intelligant omnes, meritò te misericordem, benignum, bonum, iustum, & veracem dici: denique propter temetipsum. (Nam nomen suum est ipse Deus) Et quo plus siue grauius est peccatum meum, eo magis elucescet gloria optimi benignissimi que nominis tui, & constantia in seruandis pactis atque fœderibus, quum tam multa inuenias in me, que te liberent, vt non cogaris præstare que pepigiisti: & tamen præstes propter temetipsum, quod alioquin non debes. Et si pacta seruas illi, qui tibi non seruauit, non offensus huius mendacio, quo minus tu verax sis, quis non sit prædicaturus inuictissimam constantiam veritatis tuæ? Quia verò iam in summam harum rerum admirationem adductus est Propheta, sentiens in spiritu talem Dominum qualem petijt, tanquam conuersus ad circumstantes, aut quoscunque etiam, incipit ipse laudare, ac prædicare eum Dominum, vt & illos hortetur, vt idem secum faciant, dicens:

*Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via quam elegit.* Exclamatio est, ex ea admiratione, de qua dixi, profecta, quod quum ea sit claritas gloriæ bonitatis Domini erga omnes qui timent illum, tam pauci tamè sint, vt ne inueniri quidem queant, qui hoc agnoscant, ac timeant illum. Vndè ardentius etiam

hec in Hebræo dicta legunt, **וְיָרָא**, i. quisnam est ille vir &c. In hanc sententiam Euthymius intellexit, vt significauerit Propheta nimis esse raros, qui timet Dominum. Quidam tamen alij illud, *quis*, putant positum esse pro qualis, quasi per admirationem dicant: Qualis, quam beatus, quam felix est ille homo, qui timet Dominum. Vtraque interpretatio, pia est & consentanea. Quod ait, legem statuit ei, Hebræicè est **וְיָרָא**, id est, docebit eum. De hoc iam antè diximus in illud, *propter hoc legem dabit delinquentibus in via*. Quod hic addit, *in via quam elegit*, anticipem habet sententiam: aut enim, quam Dominus elegit, hoc hoc est, probauit, vt sit sensus: Dominus docebit virum timentem se, ambulare in via, quam ipse Dominus, vt bonam & rectam approbauit: aut, quam viam homo ille, qui timet Dominum, elegit. Secundum posteriorè hanc sententiam interpretatur Euthymius, hoc modo: Diuersæ enim, inquit, viæ sunt eorum qui saluantur, hoc est, diuersæ vitæ ac conuersationis rationes. Alia enim ratio vitæ est hominum in commune viuètiæ, alia eorum qui solitariam vitam degunt: alij etiam agendi vitam deligunt, alij contemplandi, alij verò aliam. Omnes tamen huiusmodi rationes ad DEVM ducunt: & quamcunque sibi elegerit is qui timet Dominum, in ea Dominus illi erit præceptor, & docebit quid agendum sit. Hæc sententia pluribus, præsertim Ecclesiæ catholicæ viris, placet. Quid indè consequetur vir ille?

*Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hereditabit terram.* ] Hoc est, Anima illius felicissime in bonis versabit. Soluta enim à corpore, inquit Euthymius, in illis erit bonis, que nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Quinetiam ipso adhuc in corpore existens talis hominis anima, circumfrentibus etiam afflictionum & persecutionum procellis, non tamen caret fruitione bonorum, nimirum sentiens sibi pacem esse cum Deo: que pax superat omnem intellectum, vt ait Apostolus. Quod addit, *& semen eius hereditabit terram*, secundum literam quidem iuxta Iudaicæ gentis affectum loquitur. Huic enim gratissima erat liberorum procreatio, & possessio terræ illius Palestina. Sed est aliud semen longè nobilissimum, & terra alia multò melior. nobilissimi sunt & generosissimi filij, qui per sanctam doctrinam gignuntur. Optima autem terra, illa viuètiæ, in qua est illa sancta ciuitas Hierusalem cælestis: Quicumque igitur ab illo viro qui timet Dominum, discunt & ipsi timere eundem Dominum, hi sunt semen eius,

**Psal. 33.** eius, quod hereditate possidebit terram, hoc est, ipsum caelum. Hinc idem hic noster Propheta in alio Psalmo nos ad se audiendum inuitat, his verbis: Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Huiusmodi filiorum audibilissimus Apostolus Paulus, ita alloquitur Galatas, genitos quidem semel ex se, sed per adulterinam pseudoapostolorum doctrinam degenerantes: Filioli mei, inquit, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.

**Galat. 4.** Firmamentum est Dominus timentibus eum, & testamentum ipsius ut manifestetur illi. Quod noster interpres vertit firmamentum, in Graeca translatione est *κρῆσιμα*, & rectè transferitur firmamentum, id est, robur, fortitudo, seu munimentum aut firmum propugnaculum. In Hebræo *קִרְוָה*, quod ceteri magno consensu interpretantur, secretum. In qua significatione saepissimè legitur in biblijs sacris. Significat etiam consilium. Nonnunquam etiam concilium siue cœtum. Cæpensis in paraphrasi sententiã totius versûs reddidit hoc modo: Secretorum suorum participes faciet Dominus eos qui reuerenter colunt illum: & iuxta pactum quod inijt cum eis, diligenter ipse docebit eos. De hoc pacto, siue (vt nostra hæc habet translatio) testamento iam antè factis diximus. Est tamen etiam Dominus verè inexpugnabile firmamentum timentibus eum, iuxta nostram hanc translationem.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse exaltet de laqueo pedes meos. Longum esset explicare, qui laquei nobis nusquam non tendantur, quum à diabolo, tum ab hominibus malis, tum etiam ab ipsis affectibus nostris. Tam multi hi sunt, varij, occulti, & ad omne genus insidiarum diabolicis artibus facti, vt nemo hominum sua prudentia eos euitare & euadere possit. Illi igitur sapiunt, qui Prophetam imitati, oculos animæ suæ, hoc est, omnes curas & cogitationes, à terrenis his & momentaneis rebus, suæ prudentiæ diffisi, at tollunt ad DEVM, & ad hunc semper intentos retinent. Pro laqueo, in Hebræo rete est: sed idem significat. Neque verò erit ociosa illa intentio oculorum ad Deum, sed studio inuocandi, & opem implorandi occupata. Hinc est quod iam sequitur:

Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Quum dicit, vnicus, significat se omni auxilio destitutum: quum pauper, suam ipsius infirmitatem ad resistendum hostibus deplorat: id quod versibus sequentibus facit copiosius.

Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt: de

necessitatibus meis erue me. Huius versûs manifesta est sententia. Tribulationes dicit afflictiones. Quod ait, de necessitatibus meis erue me, ex Hebræo sonat, De angustijs meis educe me.

Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea. Vide, id est, considera: humilitatem, id est, afflictionem, laborem s. quo cum tam multis ac grauibus malis assidue luctor. Quod ait, & dimitte: in Hebræo est, *שָׁחַח* id est, & tolle. Vnde Campensis transtulit totum versum hoc modo: Considera paupertatem & afflictionem meam, vt auferas à me vniuersa peccata mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. Hoc est, considera quàm sint multi, qui me persequuntur & affligunt, idque nulla iniuria prouocati à me, sed odio capitali, eoque iniquissimo.

Custodi animam meam, & erue me: non erubescam, quoniam speravi in te. Per animam, vitam suam, adeoque se totum, intelligit. Non erubescam, ait interpres: pro, nè pudeam. Hoc autem quasi extorturus Domino, rationem petitionis adjicit, quoniam speravi in te, quasi dicat, meritò erubescerem, si à te, à quo totus tanta cum fiducia pendeo, fuero desertus, & in hostium potestatem traditus.

Innocentes & recti adhaeserunt mihi, quia sustinui te. In Graeca translatione adjicitur, *κόποι*, & in plerisque Latinis, Domine, vt legatur, quia sustinui te Domine. In Hebræo nõ additur, neque Euthymius legit. Is interpretat versum hoc modo: De preteritis rebus est sermo. alibi enim ait: & te expectaris, non sum confusus: multos, inquit, ad emulationem attraxi, & persuasi ex ijs quæ mihi contigisse viderant, te solū verum adiutorem esse, ac minimè fallacè: vnde etiam adhaeserunt mihi, hoc est, mecum lege amicitij colligati sunt: quoniam rectè sentiens, te expectaui. Sed quinam sunt hi? quicumque scilicet innocentes, probi, & recti: hoc est, iusti. Propter hoc itaque exaudi me, vt per me alij pariter tibi gratias agant. Hæc Euthymius. Ex Hebræo paulò alius est sensus: nam ad verbum transferri potest hoc modo: Integritas & reuerentia conseruent me, quia sustinui te. Vel, vt Diuus Hieronymus vertit: Simplicitas & æquitas seruabunt me, quia expectaui te. Hoc bifariam intelligere possumus: Aut enim, Tu Domine serua me, eò quod in simplicitate & innocentia vitæ, rectè (id est, nemini iniuriam faciens) viuendo, nihil iustæ causæ reliquerim hostibus meis contra me: neque tot malis afflictus, ad iniquitatis præsidia confugerim, sed patienter te

ex-

expectauerim, vt tu me ab omnibus hostibus & afflictionibus meis eripias. Aut, O Domine, tu da mihi, vt in innocentia & reuerentia, vt ambulando, dignus inueniar quem tu conserues, quum nullis afflictionibus victus à te descuerim, sed in omni patientia expectauerim te, vt me eripias.

Libera Deus Israel ex omnibus iniquitatibus suis.] Quasi dicat, Non pro me tantum oro, sed pro vniuerso populo tuo, vt illum tandem ab assiduis hæc infestationibus hostium eripias. Euthymius admonet non fore præter rationem, si semetipsum Propheta nomenet Israel, eò quod ex Israël postertate sit. Porro quare Iacob dictus sit Israel, videre est Gen. cap. 32.

## PSALMVS XXV.

**I**udica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans, non infirmabor. Proba me Domine, & tenta me: vt renes meos & cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua. Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui Ecclesiam malignantiam, & cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum Domine. Vt audiam vocem laudis tuæ, & enarrem vniuersa mirabilia tua. Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Nè perdas cum impijs DEVS animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Ego autè in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. Pes enim meus stetit in directo, in ecclesijs benedicam te Domine.

## IN PSALMVM XXV.

## TITVLVS.

*לְדָוִד* id est, Dauidis. Quo significat Dauidem esse Psalmi authorem.

## DE TEMPORE ET OCCASIONE scribendi Psalmum hunc, &amp; argumento.

Euthymius asserit beatum Dauid cõscripsisse Psalmum hunc, quum fugiens Saulem, apud Philistæos commoraretur. Alij alia coniectant. Ego quum nihil certi inueniam, patiar vnumquenque hic suo sensu abundare. Facile est ex ipso Psalmo colligere, occasionem fuisse, quod ab hostibus suis falsis criminibus impeteretur. Implorat enim iudiciũ Dei, quo manifestum fiat, quàm nihil sibi rei sit cum impijs: quàm nulla re læsus à se hostis, tamè ita quasi capitaliter læsus, sciat. In his omnibus Dauid imaginem gessit Christi: quod suis locis in ipso Psalmo indicabimus: nobis interim factus exemplum, quod imitari debemus.

Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans, non infirmabor. Magna fiducia innocentia, quæ ipsum Deum audeat inuocare iudicem. Hæc in Do-

mino nostro Iesu Christo perfecta erat. Is nobis eam pro sua immensa bonitate ac dilectione, quanos complexus est, communicauit, deletis per suum sanguinem peccatis nostris. Nostri verò officij est, vt iam in ea innocentia ambulemus: & ingruentibus tentationum procellis & calumnijs hostium, spem & fiduciam nostram in Domino firmemus. Quàm diu sumus in Ecclesia hac militante, malis admixti sunt boni, tanquam in area, ante factam ventilationem, grana frumenti paleis. Hic si quis nobis obijciat & exprobrat paleas, id est, homines improbos, respondebimus, non ego in illis confido, sed in Domino, qui venturus est ad ventilationem, id est, iudicium, vt euentilatis paleis & in ignem coniectis, frumetum bonum colligat in suum horreum. Hæretici, qui deserta Ecclesia Dei Catholica, nouas excitant sectas, iactant se id facere, quod nimij sint abusus in Ecclesia, quod mali pontifices, quod sacerdotes impudici, auari, &c. Sed ipsi, dum nobis huiusmodi paleas exprobrant, nõ animaduertunt se leuiore etiam esse ipsis paleis. Ipsi enim ex area euolant antequam paleas. Quare defigunt oculos in solas paleas, & non potiùs in tot tam nobilia optimi frumeti gra-

R ti gra-

ti grana, quibus nunquam vacat: hec area, etiam si sit palearum copia maior: Vtinam audirent eximium illum Doctorem Ecclesiae Dium Aurelium Augustum de his rebus, non in hunc tantum Psalmum, sed & alijs locis multis dulcissimè differentem. Nobis hoc assiduo studio curaque, implorata ad id ope diuina, agendum est, ut ipsi innocentiam nostram tueamur: ut quotiescunque nobis aliorum peccata exprobrauerint hi qui extra Ecclesiam sunt, possumus cum nostro hoc Propheta dicere, Iudica me &c. Pro infirmabor, Hebraicè est *יָדָעְתִּי* id est, labar.

*Proba me Domine, & tenta me, vire venes meos & cor meum.* Quod ait, *proba*, nihil aliud est, quod explora &, quod sequitur, *tenta*. Quod *vires*, in Hebraeo est, *יָדָעְתִּי*: id significat ita vrere, ut vrunt aurum & argentum, qui volunt experiri, num sit purum à scoria. Per *venes*, internas animi delectationes significat: quod libidinum carnalium sedes in renibus esse perhibetur. Per *cor*, occultiores cogitationes: quod harum officina quaedam & receptaculum cor sit. Sententia est, interprete paraphraste Campensis: Scrutare omnia Domine & experire qui sum: igne explorare venes meos, & ipsum cor meum. Non sunt hec ita intelligenda, quasi temerario ausu, aut stulta arrogantia iactantiaque; fortitudinis & constantie, tentationes in se prouocet Propheta: sed quod à calumnijs insectantium se optet liberari. Obiicerint autem ora calumniantium, si per istiusmodi tentationum experimenta patefactum fuerit, falsa esse quae illi impingebant. Impingebant autem, quod regnum affectas, Saulis vitæ insidiaretur. Hoc falsissimum esse apparuit per id, quod in spe Junca Engaddi factum legimus 1. Regum 24. Item quod in deserto, ubi hastam & scyphum Sauli dormienti eripuit, 1. Reg. 26. Quod intelligens Saul, semetipsum erroris accusauit, Dauidem autem ab innocetia laudauit his verbis: Reuertere fili mi Dauid: Nequaquam enim vltra tibi malefaciam, eo quod preciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet enim quod stultè egerim, & ignorauerim multa nimis. Item quod audita caede Saulis, Dauid nuncium occidi iussit, scissisque vestimentis suis, amarè desleuit eum, 2. Reg. 1. Est itaque nobis diuinitus datus in exemplum, quo excitemur ad imitandum illam tam piam innocentiam eius, cum summa patientia, atque inuicta in Deum fiducia coniuncta. Cuius tamen omnium absolutissimum exemplum exitit Dominus noster Iesus Christus, quem nauid praefigurabat. Video esse egregios doctrina ac pietate viros, (quorum praecipuus D. Augustinus) qui vltimè

hanc referant ad ignem verbi Dei ac spiritus sancti: quasi precetur Propheta, hoc ceu canterio aliquo, exuri expurgarique; vitiosos affectus. pia quidem per omnia sententia: sed non id sibi hic videtur, proposuisse Propheta: quod (opinor) facile sentiet, qui conferet reliqua Palmi.

*Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua.* Huc versus bifariam intelligunt: Alij enim cum superiore connectunt, hoc sensu: *Proba me Dñe, &c.* quoniam nihil aliud inuenies in me, quod semper memor sum misericordiae tuae, hoc est, beneficiorum tuorum in me. Alij hoc, quo Euthymius: Ita depositus sum, inquit, quia coram oculis meis misericordiam illam tuam proposui, quam omnibus praestas, patienti animo aduersa omnia sustinent. Hec Euthymij interpretatio, mihi hunc sensum habere videtur: Ideo non deprecor tentationem & explorationem fidei meae, quoniam scio & semper cogito, quod pro immensa misericordia tua, non patieris me tentari vltra id quod possum. Ut consonet cum illo, 1. Cor. 10. Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum temptatione, proutum, ut possitis sustinere. Pro eo quod nostra haec translatio habet, *& complacui*, rectius ex Hebraeo vertit Hieron. & ambulabo: ut sit sensus: fretus gratia & beneficio misericordiae tuae, non patiar me vllis temptationibus superari, vltà veritate legis atque doctrinae tuae recedam.

*Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua agentibus non introibo.* Sedere cum concilio vanitatis, est commercium habere & conspirationem facere cum hominibus vanis, aut vanitati illorum consentire. Sunt autem homines vani, qui neglectis contemptisque rebus vniuersis, stabilibus, caelestibus, & nunquam perituris, ea aucupantur, in eis se oblectant, ac vitæ felicitatem itatuunt, quae falsa, momentanea, terrena, suos possessores, tanquam fumus aut somnium euanescentia, destituunt. Vnde apud Sapientem illi se deceptos deplorant his verbis: Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra, &c. Euthymius vanos intelligit, qui ad nugas, intempestiuos sermones, aut fabulosa colloquia conueniunt. Dicuntur & illi non immerito vani, qui magnarum dignitatum titulis fulgentes, nihil eorum praestant, quae dignitates illae requirunt. Quod ait, *& cum iniqua agentibus non introibo*: pro, iniqua agentibus, in Hebraeo est, *יָדָעְתִּי*, id est, occultis, siue tectis: quo illi significantur, qui aliud sunt, quam foris apparent: aliud simulant, aliud agunt. Cum talibus negat se noster Propheta introire seu ingredi, i. consuetudinem

diuine habere. Fugiedi enim sunt, nec aut inficiantur nos, aut alioqui laedat, aut nos illorum malitiosam versutiam approbare videamur. Quod si fieri non possit, quin corpore aliquando inter tales versetur, summopere tamen cauendum est, nec consentiamus eorum malitiae & factis. Hoc est enim, non sedere & non ingredi seu ambulare cum eis. Nam alioqui non nunquam sedet cum eis & ingreditur, qui corpore longè abest, dum videlicet malitiam eorum & scelera approbat. Vide Augustinum in hunc locum, quomodo aliquis in theatro sedens corpore, animo sit extra theatrum: & contra, extra theatrum corpore, animo autem in theatro.

*Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebam.* Hoc est, odio habeo conuenticula prauorum hominum, in hoc ipsum consilia sua conferentium, ut mala perpetrent: hos enim proprie significat *יָדָעְתִּי*, quemadmodum quod in posteriore hemistichio ponitur, *יָדָעְתִּי* (quos noster interpretes ferè vbiq; impios nominat) eos qui inquieti, seditiosi, & rebelles, magistratibus, praepositis, & legibus, praecipisque Dei resistunt. Cum talibus noster Propheta negat se sessurum, hoc est, sceleratis eorum machinationibus assensurum, aut etià assensisse. Nam saepe iam monuimus, in huiusmodi non esse definita tempora apud Prophetas: futura pro praeteritis & praesentibus, & haec vicissim pro illis vsurpari. Praeterea memineris historiae de calumnijs à malis hominibus saepe Dauidi factis apud Saulem & alios, quasi regnum affectasset: à quibus se praecipue hoc Psalmo purgat, idque iustissimè. Tametsi enim diuinitus iam designatus erat, adeoque vnctus rex, non tamen adire voluit regnum, nisi mortuo prius Saule. Atque hic tu mihi agnosce typum Dñi nostri Iesu Christi ad viuum expressum. Is quum esset summus ille Rex & sacerdos seu Pontifex, à Deo patre per iusurandum constitutus, secundum ordinem Melchisedech, noluit tamen per vim exturbato Herode, quantunuis impio tyranno, regnum inuadere: aut per seditionem depulsis pontificibus, scribis, & pharisaeis, apprehendere sacerdotij functionem. Sed per omnia factus est illis subiectus, exhibens se Iudaeis circuncidendum, Iohanni baptizandum, adeo, vt ne ad docendum quidem publicè progrediretur, priusquam Iohannes, qui typus erat legis, in carcere esset obtruncatus. Exinde enim coepit Iesus praedicare Evangelium regni, dicens: Quoniam impletum est tempus, penitentiam agite &c. Pilato se iudicandum permisit, asserens etiam potestatem

eam ei desuper esse datam. In scribas & Pharisaeos, quantunuis iniustos, adeo non commouit ad seditionem populum, ut etiam publicè preceperit turbis & discipulis suis obedire illis, quod etiam ipsi, propter impuritatem vitæ & malitiam essent indigni illa obedientia, deberi tamen illam loco, ordini, atque doctrinae, quod sederent in Cathedra Moysis, Matt. 23. Malitiam autem eorum reliquit neo patri vindicandam, ac templum illud umbraticum cum suis sacrificijs, quorum iam non erat amplius vsus, nimirum praesente iam eo quem illa adumbrabant, demolendum. Neque id subito factum est, sed post annos quadraginta per Vespasianum ac Titum. Vtinam haec considerarent, qui mundana sapientia atque doctrina inflati, quum longè absint à sapientia Dei, imperitam plebem & inconditam hominum turbam commouent aduersus omnem legitimam, tam ciuilem quam Ecclesiasticam, potestatem, cum tanto totius orbis exitio. Atque eo quidem grauiori odio, pertinacioribusque animis aduersus Ecclesiasticam, quo haec sanctior est, pluribusque & euentioribus sacrae scripturae testimonijs ab ipso Deo, & filio eius Iesu Christo, ordinata. Horum Ecclesia, verè malignantium Ecclesia est: & impiorum confessus, omnia conuenticula eorum: eo magis odio habendi, & remis velisque fugiedi, quo magis ista sua flagitia specioso atque plausible Evangelij titulo contegunt, praeterea elemosynis, suauibus alloquijs, & ficta morum comitate palliant. Fugiedi, inquam, sunt tanquam pestis quaedam stygia, omni saluti felicitatique humanae lethalis. Adhaerendum autem simplicibus, synceris, & innocentibus viris, exemplo nostri Prophetæ, vt iam sequitur:

*Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.* Hoc Euthymius interpretatur his verbis: Antiqui, quando contestari volebant se alicuius sceleris esse innocios, coram multitudine manus lauabant: vt scilicet ex illa manu munditia, anime puritatem significarent, quemadmodum fecisse Matt. 27. legimus Pilatum in Christi nece. Ait igitur Propheta: Ego vnà cum alijs innocentibus viris lauabo manus meas, contestans me scelerum omnium quae in me dicta sunt, innocetem esse. Sic ille priorem huius versus partem interpretatur: ac doctè quidem. Ceterum, *inter innocentes*, in Hebraeo est *יָדָעְתִּי*, i. innocentia q. d. Quum plerique ritu nobis Iudejs vsitato manus suas aqua lauent, vt puri appareant, quum tamen interea intus sint ac maneant omni flagitiorum genere impurissimi: ego manus meas ipsa innocetia lauabo, abstinento videlicet ab illis,

quæ in conspectu tuo, hoc est, te iudice, impura sunt: & operando ea, quæ tu probas ac pura iudicas: atq; ita mundatus, circumdabo, hoc est, (vt vertit Hieronymus) circuibo, vel (vt Campensis paraphrastes) amplectar altare tuum Domine: quasi dicat, à quo longè abesse decet omnem impuritatem. In posteriore hanc partem ita scribit Euthymius: Propitiatorium quidem interiùs erat apud Hebræos, altare verò extra velum. Hoc autè altare, ob innocentiam suam Propheta hostiarum ac ministrorù multitudinem circumdaturù se p̄dicat.

*Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuersa mirabilia tua.* Hoc est, (interprete Euthymio) aded vt vocem canentium audiam, & letantium de præstita te nobis pace. Pro *audiam*, in Hebræo est שמע, quod iuxta etymologiam Hebraicam significat, vt audire faciam, hoc est, vt proferam siue annunciem. Quare Campensis interpretatus est: Clara voce tibi omnia mea accepta referam, & commemorabo, q̄ multis modis miraculosè adfueris mihi.

*Domine, dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Hoc iuxta historiam pulchrè interpretatur Euthymius. *Dilexi*, inquit, atque ideo videre illum rursus desidero. *Decorem* autem domus, ordinem illum admirabilem Mosâici appellat tabernaculi. Nòdùm enim templum cõstructum erat. Quinimò & ipsum locum amauit, in quo tabernaculum gloriæ tuæ fixum est. Vel per locum tabernaculi, vt ei sepè mos est, ipsum intelligit tabernaculù. Augustinus ait, Domus Dei Ecclesia est. Adhuc habet malos: sed decor domus Dei in nobis est, in sanctis est. Ipsum decorem domus tuæ dilexi, quasi dicat, Illi qui vel temerè se ab Ecclesia segregârunt, vel nunquam in ea fuerunt, exprobrât mihi maculas illas malorù, qui bonis admixti sunt. Hoc iniquè faciunt, quum ego illos malos nunquam probauerim: neque peccata illorum vnquam amauerim, sed eos dilexerim semper, qui domui tuæ decori sunt & ornamento. In Hebræo *p̄, decorem*, est יפה, id est, habitaculum. Hâc sententiam ita reddidit Campensis: Dñe, opta-

PSALMVS XXVI.

**D**ominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Si cõsistant aduersùm me castra, nò timebit cor meum. Si exurgat aduersùm me prælium, in hoc ego sperabo. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluntatem Domini, & visitem

ui vehementer, vt mihi contingat habitare in domo tua, & in loco quem tu maiestas peculiariter inhabitat.

*Nè perdas cum impijs Deus animam meam, & cum viris sanguinù vitam meam.* Pro *perdas*, in Hebræo est אבד, quod alij interpretant, auferas, tollas: alij, colligas: sed parui refert, quum sensus manifestus sit. Quò em̄ fieri non possit, quin q̄ diù in hoc mudo versamur, cogamur tolerare malorù hoim conuersationem: orandù est, nè nos cum illis perire patiat Deus. Non q̄ soleat Deus bonos p̄dere, ideoque hinc periculum sit: sed vt his nostris orationibus declarem nos agnoscere, cui salutem nostram debeamus. Neq; em̄ nostræ, sed Dei bonitati eam debemus. Præterea (quod sepè mememus) precationes huiusmodi prophetiæ sunt. Certò enim sit, quod sic precantur Prophete: quod ait, cum impijs: nò est hic illud אשתי, sed אשתי, i. peccatoribus. Deus, in Hebræo non est expressum, sed ita sonat, Nè auferas cum peccatoribus animam meam: & cum viris sanguinù vitam meam. Peccatores, seu impios, & viros sanguinum, eos dicit, Item animam & vitam.

*In quorù manibus iniquitates sunt, dextera eorù repleta est muneribus.* Quod noster transtulit, iniquitates, in Hebræo est ידיו: quod significat dolù, astutù versutumq; consiliù ad faciendum calumniã. Per munera, intelligit ea quib̄ euertuntur iudicia, & opprimuntur pauperes.

*Ego autè in innocentia mea ingressus sum, redime me, & miserere mei.* Hoc est, in ea innocentia ac simplicitate, quã semel amplexus indui, perseuero, tu pro tua misericordia libera me à persecutionibus.

*Pes meus stetit in directo: in Ecclesijs b̄ndicam te Dñe.* Hoc est, ita versatus sum inter homines, vt quâtuor diuexatus atq; tentatus ab hostibus meis, nunq̄ tñ ab eo quod rectù est, deflexerim. In qua innocentia quò tu me gratia tua conseruaueris, nò ero ingratus: sed in Ecclesijs vbicunq; populus fuerit cõgregatus, te laudib̄ & hymnis meis celebrabo: p̄ eo quod noster interpretes dixit, te Dñe, ex Hebræo in 3. p̄sona legi, Dñm, non addito pronomine.

item templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum, protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui & immolauit in tabernaculo eius hostiam vociferationis, cantabo & psallam dicam Domino. Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me. Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Nè auertas faciem tuam à me, nè declines in ira à seruo tuo. Adiutor meus esto, nè derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Legem pone mihi Domine in via tua, & dirige me in semita recta propter inimicos meos. Nè traderis me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Credo videre bona Dñi in terra viuentiù. Expecta Dñm, viriliter age, & confortetur cor tuù, & sustine Dominum.

IN PSALMVM XXVI.

TITVLVS.

**H**ebraicè יְהוָה יִשְׁמַע, quod Latine nobis vertere placet, Dauidis. Nihil aliud enim quàm auctorem Psalmi indicat.

QUANDO SCRIPSERIT HVNC.

Quo tempore scripserit Psalmum hunc, nihil certi habemus. In Græca translatione his verbis: *ὁ δαυὶδ ἔγραψε τὸν ψαλμὸν τούτον*, Hoc est, Psalmus Dauid antequàm vngeretur. Constat autem Dauid ter esse vnctum in regem. Primùm, in patria sua Bethlehem, à Samuele, iussu Dei, 1. Regum 16. Iterùm in Hebron, à viris Iudæ, vt regnaret super domum Iudæ, 2. Regum 2. Tertium ibidem, ab vniuersis tribubus Israel, vt regnaret super omnem Israel & Iudæ, 2. Regum 5. In his pulchrè nobis expressus est typus Christi: qui quum esset à Deo plenitudine spiritus sancti vnctus in regem, accedente visibili signo, specie videlicet columbæ, quum baptizaretur à Iohanne, ac testimonio patris, clara voce dicentis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui: nò tamè statim ab hac vnctione progressus est ad regni administrationem: sed priùs abductus à spiritu in desertum, congressus est cum superbo illo tentatore diabolo, eumq; prostrauit, quemadmodùm Dauid superbum illum Goliath. Deindè post alia multa signa diuinæ in se virtutis, ac verè regiarum dotium, tandem occiso Iohanne, legis typo, cœpit amplecti regnum: nòdùm vniuersum illud quidem, sed in Iudæa tantùm: quemadmodùm Dauid, occiso Saule, in tribu Iudæ tantùm. Sed quemadmodùm Dauidi longa fuit & cruenta concertatio cum domo Saulis, antequàm ab vniuerso Israele vngeretur in regem: ita plurimum

Math. 3.  
Math. 4.  
1. Reg. 17.  
Math. 4.  
Luc. 3.  
1. Reg. 1.

negocij fuit Christo ac discipulis eius, antequàm toti mundo innotesceret regnum eius, aded vt hæc concertatio nondùm habeat finem, neque sit habitura ante consummationem huius ipsius mundi. Quare quum diuus Hieronymus nobis relinquat querendù, cui potissimum hic Psalmus conueniat vnctioni, & quibusdam videatur conuenire secundæ: mihi (si modò locus sit meæ sententiæ inter viros tantos de re tanta) magis videtur tertiæ. Quæ admodùm enim (vt iam diximus) longa & grauis fuit concertatio inter domum Dauid & domum Saulis ante tertiam eius vnctionem: ita inter eos qui credebant in Christum, & Iudæos mordicè retinentes legem Mosâicam, atque etiam nunc, quàm diù in hac vita & in hoc mundo versamur, inter spiritum & carnem, necnò inter homines spirituales & carnales. Huic sententiæ maximè consonat ipse Psalmus, cuius hoc est argumentum.

ARGUMENTVM PSALMI.

Multis, crebris, maximisq; malis exercitatus propheta, sed beneficio dei semper liberatus, animù induit nihil iam deinceps malorù timentè, vnum duntaxat à domino petens, vt se in domo sua, quæ est Ecclesia, conseruet: largiatq; cõtemplari pulchritudinè ipsius domini, & mirabilia opera eius. Quæ quò summa sit homini tum voluptas, tum securitas quædã tutissima, tanquàm è sublimi aliqua, excelsaq; & inaccessa rupe despiciens & irrident omnes hostes suos: nòdùm tamen, dum in hoc mundo sumus, sinè militia constat: ita dñm de acceptis iâ victorijs laudat, vt ad obtinendù reliquas, auxilium eius solius imploret, vt quem ceteri omnes, etiã pater & mater, dereliquerint. Quoniã verò non est alia oppugnatio horribilior,

R 3 quam



quàm quæ fit per falsam doctrinam, cuius auctores hic iniquorum testium nomine intelligit: orat ut ipse dominus se doceat viam suam, & dirigat se in semita recta, nè per illos seductus, in manus hostium incidat. Hæc omnia maxima cum fiducia ab ipso Domino expectans, seipsum ad hoc ipsum exhortando, Psalmum absoluit.

## DE PERSONA LOQUENTIS.

Si literam secuti, spectemus historiam Regum, possumus hæc ita accipere, quasi Dauid in sua persona loquatur. Sin spiritu secuti, respiciamus ad Euangelium: nõ est dubium, quin sub Christi loquatur persona. Accommodari tamè aptissimè possunt tñ Ecclesiæ vniuersæ, tum cuius nostrum, qui sumus membra eius ac filij. Omnes enim in illo & Christi & Christus sumus: quia quodammodo totus Christus caput & corpus est, inquit Augustinus.

*Dominus illuminatio mea & salus mea: quem timebo?* Illuminatio, siue (vt est in Hebræo) lux Deus dicitur, (inquit Euthymius) veluti qui omnem ab oculis nostris tristitiæ nebulam dissoluit, & deinde auxilij sui luce eos illuminat. Saluator (Σωτήρ) autem siue (vt nostra hæc translatio habet) salus, quia ab inimicorum nos insidijs liberat. *Quem timebo?* per interrogationem elatum, idem est ac si dicat, neminem timebo. Eandem sententiam, licet verbis alijs, repetit eo quod sequitur, & est apud Hebræos vnus cum præcedente versus:

*Dominus protector vite mee: à quo trepidabo?* Protector, in Hebræo est פֹּתֵר, i. fortitudo.

*Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.* Pro appropiant, video Augustinum & Hieronymum (aut quisquis est auctor ille commentariorum diuo Hieronymo ascriptorum) legisse, appropinquant. Vnde suspicor librarium incuria verbum esse deprauatum, quum appropiare nõ meminerim legere apud Latinos. Tamen talibus nõ oportet nos in sacrarum scripturarum interpretibus facile offendere. Ex Hebræo, atq; itè Græca translatione rectè transluleris, quum appropinquarent. *Nocentes*, in Hebræo est מַרְעִים, i. maligni: de quo iam Psalmo præcedente dixim⁹. Breuiter, in libris Hebræorum vnus est versus, quæ nos tanquam duos scriptum habemus: Is Latinè reddi potest hoc modo: Quum appropinquaret super me maligni, vt deuorarent carnem meam: illi qui affligebant me, & inimici mei, ipsi impegerunt & corruerunt. Per deuorationem carnium, immanem illorum & efferratam crudelitatem significat, qua tanquam deuoti ac furibundi in necem Dauidis ferebatur. Sermo hyperbolen sapit.

*Si consistant aduersum me castra, nõ timebit cor meum: si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.* Hoc est, Ea mihi fiducia est in domino, vt etiam tota castra, totusve exercitus in armis aduersum me vnus consistat, imperterritus vim eorum sim expectaturus: & si prælio mecum decernere incipiant, aded non terribor, vt etiam illud ipsum mihi spes & fiducia in dominum sit aucturum. Quod ait, *Si consistant aduersum me castra*, nõ potest ea venustate transferri in linguam nostram, qua dictum est Hebraicè, אֵם תִּהְיֶה עָלַי מַחֲנֵה: nisi forte, p. castris, tentoria transferens, dicas: si tetenderint aduersum me tentoria. Sed iam quis non videt, quàm elanguerit illa amplificata virtus orationis? Quod ait, *in hoc ego sperabo*: pronome hoc, non deum demonstrat, quasi dicat, in hoc Deo, sed rem, hoc sensu: In hoc ipso mihi spes mea hæc & fiducia crescet, quod illi omnibus suis copijs, armis, & cæteris rebus bellicis ita instructi, prælium aduersum me excitent, quos ego Dei fretus auxilio vincam atq; prosternam. Hoc ex Hebræo manifestum est מִיָּדָי, quod est generis fœminini, & ad verbum sonat, in hac. Sed Hebræi, quum non habeant genus neutrum, fœminino vtuntur quemadmodum nos neutro, quod dicimus, in hoc, id est, in hac re. Græcus interpres, retento Hebraismo, vertit, ἡ τράχη, quod Latinè sonat, in hac. Hoc torsit Euthymius, vt linguæ illius imperitum, vt nesciret quod deberet demonstratiuum hoc referre, non ausus ad prælium referre, quod τράχη apud Græcos sit generis masculini. Est autè multò significantius, dicere te ita animatum ac fimum Dei præsidio, vt non modo non reformides cum hostibus tot, adeoq; cum toto exercitu hostili cõfligere, vt etiam cū desiderio hoc speres: q̄ si simpliciter dicas, si exurgat aduersum me prælium, sperabo in Deo, q̄ fit me adiutor⁹, nõ vincar. Jam à simili Hebraismo versus quum nunc sequitur, incipit, ppheta: *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitent in domo Domini omnibus diebus vite mee.* Vbi, quod in Hebræo est אֶתְּחַוֶּה לַיהוָה, Septuaginta verterunt, αἰσχρολογέω: quos noster interpres secutus, vertit, Vnam petij: quum iuxta proprietatem sermonis tam Græci, quàm Latini, genere neutro trãsserri deberet, Vnū petij à dño, hoc requiram. Vnam, inquam, id est, vnam rem: hoc, id est, hanc rem. Quenam igitur est hæc res? vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite meæ. Hoc est, vt quàm diu in hac mortali vita ero, nulla neq; prospera, neq; aduersa me vincant, vt ab illorum numero deficiam, qui vnitatem & veritatem nominicæ fidei per orbem terrarum tenent: sed vt hic in

Eccle-

Ecclesia eius, & post hanc vitam in regia illa cælesti in æternum cum illo habitem. Nam alioqui, quid profuerit, aliquando speciosa opera virtute Dei fuisse operatum, si non mansero in domo Domini, hoc est, in illa beatissima electorum Dei familia? Memorabile est verbum domini apud Euangelistam Lucam, quum septuaginta illi discipuli cum gaudio reuerfi dicerent: Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur: gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cælis. Nõ propterea quis statim beatus est, si vel argute de regno Dei disserat, vel etiam miracula faciat: quum huiusmodi Deus operetur nõnunquam etiam per homines malos. Sed qui in vera fide, firma spe, & feruenti charitate perseverantes, faciunt ea que mandauit Deus, hi sunt qui inhabitabunt in domo domini omnibus diebus vite sue. Hinc est quod conclusurus diuinum illum suum sermonem in monte Matth. 7. ait: Multi dicent mihi in illa die, domine domine, nõdè in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, &c.

*Vt videam voluntatē Domini, & visitem templū eius.* Et hic versus in Hebræo vnus est cū præcedente: sed vulgò male legimus, *Vt videam voluntatem*, quum legendum sit, vt videam voluntatem: quod manifestum est tam ex Græca translatione, que habet τῆς βούλησ, quàm ex Hebræo אֶתְּחַוֶּה, quorum vtrumq; significat voluptatem, siue, vt Hieronymus vertit, pulchritudinem: quidam, iucunditatem: Augustinus legit, delectationem. Sensus est, vt intuendo, contemplando, spectandoq; admirabilem illam pulchritudinē ipsius Dei, in æternum in eius domo verser, & memet in illa cælestis illius aula familia oblectem.

*Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum, protexit me in abscondito tabernaculi sui.* Castrensè loquedi genus est: cuiusmodi plurima in literis sacris, maxime in Psalmis, occurrunt: vt semper sumus memores verbi illius, Militia est vita hominis super terram. Quidam putant prophetā hic alluisse ad id quod Num. 16. legimus, Cumq; oriretur seditio, & tumultus increpseret, Moses & Aaron fugerunt

ad tabernaculum fœderis. Quod postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria domini. Lyranus refert ad id quod 1. Reg. 27. legimus Dauid, quum fugeret Saulem, profugisse ad tabernaculum domini in Nob, vbi à sacerdote Achimelech accepit panes propositionis, & gladium Goliath. Verum de huiusmodi nolo cum quoquam contendere. In cõmentarijs diuo Hieronymo ascriptis, elegantiallegoria exponitur, his verbis: Tabernaculum diuinitatis, humanitas Christi est. Abscondit Ecclesiam in tabernaculo suo, quia caput nostrum Christus est, & nos membra illius. Abscondit ergo Ecclesiam apud se, vt dictum est. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Hæc ille. Possumus cum Euthymio nomine tabernaculi omnem protectionē Dei intelligere: quia confugiētes ad se, tanquam in tabernaculum ac hospitium recipiatque tuetur.

Quod addit, *protexit me in abscondito tabernaculi sui*, per epitafrin seu amplificationem protectionis dictum est. q. d. simpliciter me in tabernaculum suum recepit, vt ab hoste conseruaret, sed in ipsa etiam penetralia tabernaculi sui me abdidit, quod minimè patet aditus hosti.

*In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.* Illud, *in petra exaltauit me*, apud Hebræos finis est versus præcedentis. Significat autè, In altissimā rupem extulit me, hostibus inaccessam. In istiusmodi rupibus antiquitè arces edificare soliti sunt, quas voluerunt esse inexpugnabiles: hinc metaphora sumpsisse videt ppheta, qua tutissimū refugium significat. Nostra petra, in qua nobis tutissimū est refugium, Christus est: quæ multis locis scripturæ diuinæ petram nominant. Quod sequitur, *Et nunc exaltauit caput meum &c.* in Hebræo principium versus est. In translatione Græca, addito aduerbio demonstrandi, legitur hoc modo, καὶ νῦν ἐξῆλθεν ἡ κεφαλή, id est, Et nunc ecce exaltauit. In Hebræo tamen aduerbium illud non est. Verbum *exaltauit*, in Hebræo futuri temporis est. יָרִים, id est, exaltabit. Verum de huiusmodi iam sæpè dixi. Simpliciter loquendo, sensus est: Qui etiam nunc data victoria, superiorem me fecit inimicis meis, vt caput per synecdochen pro toto viro accipias. Alioqui si quis mysticè sub Ecclesiæ persona de Christo dictum acceperit, hoc sensu, Et nunc DEVS exaltauit filium suum Iesum Christum, qui est caput meum, hoc est, Ecclesiæ suæ, super omnes inimicos meos, constituitq; eum super omnes cælos ad dexteram suam: vnde iam pro me inexpugnabilibus inuictissimisq; præsidijs pugnat, donec

nec me totum eodem ad se recipiat: huius pia fuerit & minimè absurda interpretatio.

Circuui & immolauit in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam Domino. Hæc Diuus Augustinus interpretatur his verbis: Consideraui orbem credentem in Christum, & in eo quodd pro nobis temporaliter Deus humiliatus est, gaudens laudauit eum. Tali enim hostia delectatur. Cantabo & psallam domino. Sed quod Septuaginta trãstulerunt *ὠκλῶσα*, id est, circuui, in Hebræo est *כְּרִיבוֹתִי*, id est, circu me, & adhæret ei quod præcessit, hoc modo: Et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos, qui circum me sunt, (hoc est, qui me cinxerunt;) & sacrificabo in tabernaculo eius sacrificia iubilationis: cantabo & psallam Domino. Nam quod noster interpres dixit, hostiam vociferationis, ex Hebræo rectè vertitur, sacrificia iubilationis. Est autem iubilatio, quandò vocem variè circumducimus protrahimusq; sinè verbis: vt in Alleluia, kyrie eleison, & multis alijs cantilenis. quo significatur, nullis neque literis, neq; syllabis, neque verbis explicari compræhendive posse magnitudinem rerum, de quibus canitur, aut hinc perceptæ lætitiæ. Quidam de clangore tubarum, quo in victorijs lætitiã significabant, interpretantur.

Exaudi Domine vocem meam qua clamauit ad te miserere mei, & exaudi me. Tametsi Dominus liberauit nos à captiuitate atq; tyrannide diaboli, vt ille iam nihil in nos habeat neq; iuris, neque potestatis, tamen quàm diu sumus in hoc tabernaculo, non desinit nos persequi & oppugnare, cupiens retrahere in seruitutem pristinam. Quamobrem interea nõ est nobis omittenda imploratio auxilij diuini. Militandum enim nobis est hîc: sed victoria certissima, modò non desciscamus ab Imperatore nostro Christo. Huic autem nos adhærere, cum per cætera pietatis ac religionis officia, tũ per inuocationem nominis eius declarandum est. Particula, *ad te*, non est in Hebræo: sed totus versus ad verbũ transferri posset hoc modo: Audi Domine vocem meam quia clamo, & miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum: exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Ratio, quare æquũ sit vt exaudiatur à Deo: Tibi dixit cor meum, hoc est, non inani labiorum strepitu inuocauit te, sed ex intimo corde. Exquisiuit te facies mea, hoc est, etiam faciem meam nõ ad alium conuertit, vt inde auxilium peterem: sed ad te vnum: faciem tuam Domine requiro, hoc est, obsecro, vt quemadmodum ego faciem meam nõ ad alium, quàm ad te, cõuerto, auxilium petens, ità tu nõ auertas aliò faciem tuam, quàm

ad me, vt mihi succurras. Hic est sensus, iuxta nostram hanc translationem: & quidem dilucidus commodusq;. Quodd autem pro illo, *Exquisiuit te facies mea*: nunc habent libri Hebræi *בְּרִשְׁתִּי*, id est, quærite faciem meam, torquet omnes interpretes, vt in omnia se vertentes, vix inueniant aliquid sententiæ commodæ. Felix Pratenfis transfert hoc modo: Tibi dixit cor meum, requirite faciem meam: faciem tuam Domine requiram. Quam translationem, adiecit scholio ex commentarijs Dauid Kimhi, sic explicat: Tibi, id est, propter te, vel in persona tuã, dixit cor meum, requirite faciem meam, s. ipsius domini: vel requirite vultus mei, s. hominum. Sed quem non te deat per istiusmodi latebras ire? Quas omnes sustuleris, vt sit plana & commodissima via, si vno duntaxat puncto vocali mutato, pro *בְּרִשְׁתִּי*, id est, quærite, legas *אֲשַׁרְתִּי*, id est, quæsiuerunt. Deinde cogitis, quodd *בְּרִישִׁי*, id est, facies, apud Hebræos numero singulari caret, vt apud nos tenebræ, & pleraque alia: vt quod ex Hebræo ad verbum transferatur, exquisiuerunt facies meæ, iuxta proprietatem sermonis Latini, multò commodiùs meliusq; transferatur, exquisiuit facies mea. Neque dubito quin ità legerint Septuaginta, quorum ætate nondum assueuisset ascribi puncta illa vocalia, ex doctorum monumentis cognouimus. Quin etiam D. Hieronymus ità legisse videtur. Vertit enim ex Hebræo hoc modo: Tibi dixit cor meum, quæsiuit vultus meus, faciem tuam Domine requiram. Huius translationis eadem est sententia, quæ nostræ, quæ vulgò in Ecclesijs vtitur. Eam autem iam explicuimus. In Græca translatione quædã sunt, quæ neque in Hebræo, neque in alijs translationibus inueniuntur: sic enim illa habet: *ὁ κύριος ἠκροῦσε τὸ ὄραμα μου*. Id est, Tibi dixit cor meum, dominũ quæram: exquisiuit te facies mea. Vbi apparet illud, *κύριος ἠκροῦσε*, id est, dominũ quæram, & pronomen *ὁ*, id est, te, ab audaculo aliquo explicandæ sententiæ gratia esse addita. Nam tali licentia multos aliquandò vsos fuisse in multis comperimus. Pronominis *ὁ*, id est, te, meminit Hieronymus in Epistola ad Suniam & Fretelam, quodd superfluum sit, hoc est, non à propheta expressum, sed additum aliunde. Commodissimus, vt dixi, sensus est huius quætitur Ecclesia, translationis: cui & aptè cohæret quod sequitur in Psalmo:

Nè auertas faciem tuam à me, nè declines in ira à seruo tuo. Pro auertas, in Hebræo est, abscondas, *סָתַרְתָּ*. Sed parùm interest, quantum ad sententiam, quæ manifesta est.

Adin

Adiutor meus esto, nè derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. Hic versus in Hebræo nõ est à superiore separatus, neq; habet obfcuram sententiam. Si Hebræa cõsulas, verti potuit hoc modo: Auxilium meũ fuisi, nè derelinquas me, neq; deseras me Deus salutis meæ. Hæc habent sententiam nõ minùs commodam, quàm illa: prætereã arguméta grauiã & efficacia ad motũ, seu pathos. Quem enim confitetur semper sibi auxilio fuisse, ipsa confessionis gratitudine & magnitudine fidutiæ quodãmodò cogit, vt se adiuuare pergat. Fidutiæ significationem habet, quod ait, Deus salutis meæ, id est, à quo vno salutem expecto. Hoc iam amplificat versu sequenti:

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Hoc est, quum ad eò destitutus essem omni ope atque solatio humano, vt etiam ipsi parètes mei, qui alioquĩ ratione ipsius naturæ vel vsque ad necem pro liberis depugnare solèt, me deseruerint, dominus assumpsit, siue (vt ex Hebræo sonat) collegit me, vt ipse me protegeret. Vbi & hoc facit ad affectũ, quodd subitò, tanquàm ad alium aliquem respiciens, cui hæc referat, personam secundam mutauit in tertiam, pro, tu ò domine assumpsisti me. Non sunt hæc ità accipienda, quasi parentes suos apud Deum accuset propheta, quum nusquam legamus illos pietatis officia filio negasse: imò verò, quũ Dauid fugisset in speluncam Odoillam, idq; audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc, vt legimus 1. Regum 22. Sed, præterquam quodd hæc hyperbolen sapiunt, hoc sensu, Pater meus & mater mea, pro, proximi quique mei, & qui debebant arctissimè esse coniuncti mihi, etiam re vera vel mille rationibus sit, vt parentes nostri, quantumuis alioquĩ piè erga nos affecti, tamen iuuare nos nequeant in periculis & necessitatibus nostris. Id quiuis facillè intelligit, vt non sit opus à nobis latius explicari. Quodd si in vita eorum nihil vnquam acciderit, vt nos dereliquerent, dereliquerent tamen necessariò per mortem. In quam sententiam diuus Hieronymus citat hũc ipsum versum in, De cura pro mortuis, cap. 13. Quidam hæc tanquàm in persona vel totius generis humani, vel cuiusuis hominis dicta accipientes, per parentes Adamum & Eua intelligunt: qui per transgressionem mandati, exposuerunt nos omnibus afflictionibus & miserijs huius vitæ. Sic autem destitutos ac derelictos, Dominus assumpsit, & ad se collectos erexit, & ex omnibus periculis ac malis se nobis refugium fecit, & inuictissimum protectorem exhibet.

Legem pone mihi Domine in via tua, & dirige me in semita recta propter inimicos meos. Totum hunc versum ex Hebræo clariùs vertit Hieronymus, his verbis: Ostende mihi Domine viam tuam, & deduc me in semita recta, propter insidiatores meos. Alij pro, ostende mihi, vertunt, doce me, Hebræicè *וְרָאָה*: de quo verbo iam antè dixi.

Nè tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Quod ait, Nè tradideris me in animas tribulantium me, manifestã habet sententiam, nempe nè permittas me incidere in manus hostium meorum, neque illos perficere quod molunt aduersum me. Quod addit tanquàm ratione, quoniã insurrexerunt in me testes iniqui, si sequamur historiam Regum, poterimus hæc de Doech illo Idumæo, Semei & cæteris calumniatoribus intelligere, qui vel Sauli, vel populo falsa de Dauide persuadebant. Sin respiciamus ad nostrum Dauidem dominum Iesum Christum, clarè nos docet Euangelium, quales testes aduersus hunc surrexerint. Quodd si ad corpus eius mysticũ, quæ est Ecclesia, docent nos, non modò superiorum ætatum historiarũ, verũ etiam nostræ huius afflictissimæ, eheu nimis duriter erudit ipsa experientia. Nam quæ lingua insinuat explicandis illis mendacissimis testimonijs, quæ passim aduersus hanc euomunt homines sceleratissimi? Quod addit, & mentita est iniquitas sibi, potest hunc habere sensum, sibi suo mendacio blandiens, tandè malum inde proueniens in suum ipsius caput adduxit. Sed in Hebræo est *וְיָרִיבָה*, hoc est, & qui conflauit iniquitatem, Subauditur enim more Hebræo relatiuum *אֲשֶׁר*, id est, qui, deinde è superiore membro repetendum, insurrexit in me.

Credo videre bona Domini in terra viuentium. In Hebræo pro credo, est *וַיִּשְׁמַע*, id est, nisi credidisset. Cætera respondet nostræ huic translationi. Interpretantur autem Hebræa illa, quasi per aposiopesin dicta sint, hoc sensu: Nisi inuicta in te fidutiã animatus credidisset me visurũ bona domini in terra viuentium, planè inter tot crudeles hostes, tot malis grauatus, & ab omni humano præsidio, auxilio & solatio destitutus, animo concidisset. Porro terrã viuentium, iuxta sensum historicũ, hîc cum Euthymio intelligimus eam quæ est in hoc mundo, cui opponit terra mortuorum, quæ nihil aliud est quàm sepulcrũ: vt sit sensus, Cõcidisset animo, nisi credidisset fore, vt hostium illorum, mortè mihi machinantium

S nantium

nantium manus euaderem, ac tãdem uiuus ac saluus, regno mihi diuinitus pmissio potirer. Nam quod in hac sententiam diuinæ scripturæ etiam hanc terram nominet terram uiuentium, manifestum est etiam ex Psalms, vt Psalmo 51. ubi ait: Emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium. Et Esaias de Christo loquens cap. 53. ait: Quia abscessus est de terra uiuentium: nihil aliud significans, quàm à Iudæis occisum. Secundum spiritum autem sublimiùs euolantes, per terram uiuentium verè intelligimus patriam nostrã

## PSALMVS XXVII.

**A**D te domine clamabo, deus meus nè fileas à me, nè quandò taceas à me, & assimilabor descendentes in lacum. Exaudi domine ad templum sanctum tuum. Nè simul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatē nè perdas me. Qui loquuntur pacē cum proximo suo, mala autem in cordibus eorū. Da illis secundum opera eorū, & secundum nequitiam adinventionum ipsorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis. Quoniam nõ intellexerunt opera domini, & in opera manuum eius: destrues illos, & non ædificabis eos. Benedictus dominus, quoniam exaudiuit vocē deprecationis meæ. Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum. Et reffloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui est. Saluum fac populū tuum domine, & benedic hereditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vsque in æternum.

## IN PSALMVM XXVII.

## TITVLVS.

**אֲשֶׁר**, Id est, Dauidis. Quo significatur, Dauidem esse authorem Psalms.

## QUANDÒ HVNC PSALMVM cecinerit.

Quidam coniectant Psalms hunc à propheta nostro cõpositum esse, quū fugiens Abisalomū filium suum, ascenderet cliuum oliuarum, ascendens & flens, nudis pedib⁹ incedens, vt scriptū est 2. Reg. 15. Nos nihil de hoc affirmare possumus certò. Verba Psalms fati indicant, q̄ in periculo aliquo seu afflictione, eaq; grauissima cõstitutus Dauid eū cecinerit: q̄q; in eo ipso typus extiterit Christi, cū ipsa morte conflicturi: nobis aut exemplum & forma, quo erudiamur ac doceamur, cuius ope & præsidio in talibus periculis pugnandū sit, & ad quem in persecutionibus confugiendum.

## ARGVMENTVM PSAL. XXVII.

Quatuor agit hoc Psalms propheta. Principiò implorat auxilium dei. Secundò imprecatur mala hostibus: quanq̄ ea nõ tam impre-

calestem: cuius certa spe consolamur nos & animamus, vt stemus inuicti aduersus omnes quorunvis hostium incurfus atque insultus, dicentes cum propheta quod iam sequitur:

*Expecta Dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Vbi nihil est, quod egeat expositione nostra, nisi fortè admonendum, *expecta, & sustine*, apud Hebræos vnū esse utrobiquè verbum **יָחַץ**, id est, sustinédò expecta fortiter dominum, utpotè statim venturum, vt te eripiat.

## PSALMVS XXVII.

**A**D te domine clamabo, deus meus nè fileas à me, nè quandò taceas à me, & assimilabor descendentes in lacum. Exaudi domine ad templum sanctum tuum. Nè simul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatē nè perdas me. Qui loquuntur pacē cum proximo suo, mala autem in cordibus eorū. Da illis secundum opera eorū, & secundum nequitiam adinventionum ipsorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis. Quoniam nõ intellexerunt opera domini, & in opera manuum eius: destrues illos, & non ædificabis eos. Benedictus dominus, quoniam exaudiuit vocē deprecationis meæ. Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum. Et reffloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui est. Saluum fac populū tuum domine, & benedic hereditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vsque in æternum.

## IN PSALMVM XXVII.

catio est, q̄ prophetia, quod ea sint illis euetura. Tertiò significat se exauditū esse, neo gratias agens. Quartò populū suum deo commendat.

## EXPOSITIO PSALMI.

*Ad te Domine clamabo, Deus meus nè fileas à me, & assimilabor descendentes in lacum.* Clamabo, dixit more Hebræo, p. clamo. Quod ait, nè fileas à me: sciendum est, prophetica loquedi forma & consuetudine, deum respòdere dici, quum exaudit: filere autem siue tacere, quū non exaudit. Præterea neū loq; nihil aliud esse quàm facere. Ipse enim dixit, & facta sunt. Tacere autè, cessare ab opere. Item, verbū dei, est ipsa ueritas filij. Visus est itaq; deus Dauidi tacere, quandò uelut conuiuens, permisit eum ab hostibus affligi: loqui autè, quum ab hostibus eū vindicaret. Humane autem naturæ Christus tacere visus est, quandò permisit illam affligi ac mori: loqui uerò, quandò reuocauit in uitã. Et quemadmodum Dauid non sua uirtute, sed præsidio dei seruatus fuit, nè occisus ab hostibus, assimilaretur descendentes in lacum, hoc est, morientium more sepeliretur, (per lacum enim sepulcrum intelligit) ita humanitas Christi, nisi uirtute diuina conseruata fuisset, ac tertio die reuocata in uitã, similis facta fuisset illis, qui in sepulcris computrescunt. Nunc autem Deus non dedit sanctū suū uidere corruptionē. Porro quod nos interpretis dixit, Deus meus, in Hebræo est, **אֱלֹהֵי**, quod p. priè est, petra, uel rupes mea: Hieronymus uertit, fortis meus. Sed nihil aliud hoc loco, q̄ ipsum deum significat, qua is forte & inexpugnabile munimentū, tutissimumq; refugium est. Quod ait, & assimilabor, commodiùs iuxta proprietatē sermonis Latini dixisset, & nè assimiler.

## IN PSALMVM XXVII.

hoc est, morientium more sepeliretur, (per lacum enim sepulcrum intelligit) ita humanitas Christi, nisi uirtute diuina conseruata fuisset, ac tertio die reuocata in uitã, similis facta fuisset illis, qui in sepulcris computrescunt. Nunc autem Deus non dedit sanctū suū uidere corruptionē. Porro quod nos interpretis dixit, Deus meus, in Hebræo est, **אֱלֹהֵי**, quod p. priè est, petra, uel rupes mea: Hieronymus uertit, fortis meus. Sed nihil aliud hoc loco, q̄ ipsum deum significat, qua is forte & inexpugnabile munimentū, tutissimumq; refugium est. Quod ait, & assimilabor, commodiùs iuxta proprietatē sermonis Latini dixisset, & nè assimiler.

*Exaudi Domine uocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* In hoc uersu nihil est, quod admodum habeat opus interpretatione: nisi fortè admonendum est, illud, dum oro, in Hebræo esse **אֲשֶׁר**, quod Hieron. uertit, cum clama- uero: Græcus, siue Septuaginta, **ἐν τῷ κέντρῳ τῆς ψυχῆς**, quod uerbum sua uirtute significat, quū obsecro ut liberer à malis, neq; aliud sibi uult ille clamor. Quod ait, *dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum*: templum, in Hebræo est **מִקְדָּשׁ**; quod adytum significat, seu penetrale, locum uidelicet in templo secretiorem, in què soli sacerdoti licuit intrare: vnde & oracula reddebantur. Porro quod dicit, extollo manus meas: gestum exprimit ex grauissimis afflictionibus ad deum clamantium, idq; præcipuè ritu Iudaico: quibus præceptum erat, ut ubicunq; essent, ad illã partē orarēt, ubi Hierusalē esse scirēt. Possumus tamè nos per templū intelligere cælū. Poeta de suo Aenea dixit: Ingemit, & duplices tendēs ad sidera palmas. D. Hieronymus interpretatur hunc locum de extensione manuum Christi in cruce, his uerbis: Dum crucifigor ad eorum salutem, qui credentes fiunt templum sanctum tuum.

*Nè simul tradas me cum peccatoribus, & cū operantibus iniquitatē nè perdas me.* Hic opinor deprauatam esse scripturam, *tradas*, pro, trahas. Hoc em̄ nõ tantum Hebræū uerbum **אֲשֶׁר**, id est, trahas me, uerum etiã Græcū, **συναχθῆναι**, id est, simul trahas, arguit. Cõmentatores tamen, Latini quidè, magno consensu legūt, *tradas*: & quod mireris, ita legitur in translatione Hieronymi ex Hebræo: nisi & hoc libriorū audacia deprauatum sit. Euthymius autè legit & interpretatur hoc modo: Nè simul trahas me cum peccatoribus, quibuscum sæpenumerò conuersor. Noli igitur ob meam hanc cõuersationē cum illis me pariter ad lucendas pœnas trahere. Sēsus tamen utrobiquè

commodus est, siue legas *tradas*, siue *trahas*. Quod in fine additur, nè perdas me: in Græca quidem uulgata translatione legitur, in Hebræo uerò non: sed vno uersu continetur: Nè trahas me cum impijs, & cum operantibus iniquitatē, loquentibus pacē cum proximis suis, malum autem in corde eorum. Itaque uersus qui in translatione hac nostra sequitur, vnus est in Hebræo cum illo, Nè simul tradas &c.

*Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionū ipsorū: secundum opera manū eorū tribue illis: redde retributionē eorū ipsis.* Itã & hi, qui apud nos duo sunt uersus, apud illos continenter tanquàm vnus leguntur. Est autè hæc illa secunda Psalms pars, qua mala hostibus imprecari uidetur, ut iam in argumeto monui. In hac utitur acri ac uèhementi figura dicendi, rem vnã quatuor alijs alijsq; uerbis repetendo, & grauius grauiusq; atq; altius audientis pectori infigendo. Sensus manifestus est: ex Hebræo ad uerbum transferri posset hoc modo: Da eis secundum opus ipsorum: & secundum malitiam machinationum ipsorum: secundum opus manuum ipsorum da eis: redde talionem eis.

*Quoniam non intellexerunt opera domini, & in opera manuum eius, destrues illos, & non ædificabis eos.* Hæc est ratio, quare imprecetur illis mala illa. Quoniam noluerunt agnoscere, neq; studuerunt intelligere opera dñi: nec ea quæ manus ei⁹ operatæ sunt: p. terè ò deus destrues illos itã, ut nunq̄ inflares eos. Possumus hæc uel in genere de omnibus operibus Dei intelligere: quæ omnia decet hominē, uti præ ceteris animantibus ratione diuinitus præditum, cõsiderare, ut indè discat authorē eorum neū piè cognoscere, & religiosè colere: uel de illis quæ peculiariter in Dauid erat operatus, quū reiecto Saule in regē vngeret eum: quū daret ei vires aduersus leonē & vrsū, & superbium illum Philistæum Goliath: quum daret gratiã psallendi tam suauiter, ut Saulē à maligno spiritu diuexatū, reficeret: quū toties daret egregias victorias de barbaris illis Philistæis, atq; adeò ipsum Saulem toties traderet in manus eius. Ex quibus, si uoluissent attendere, facillè potuissent colligere, quàm falsò ei impingeretur, quod cupiditate regnandi insidiaretur uitæ Saulis: siue extitisse authorē cædis eius, sed omnia euenisse dispensatione ordinationeq; diuina. Atq; huic quidem illa in figura contigerunt. Veritas autè postea secuta est in domino nostro Iesu Christo. Qui quum tot tam euidentibus, nõ modò signis, uerum etiam testimonijs, prophetarum, Iohannis Baptistæ, ipsius deniquè patris clara uoce, declaratus esset filius dei, Messias ille à deo promissus, atq;

Iohan. 5.

Iohan. 10.

ita commendatus in sua veniret, tamen sui cum non receperunt. Quamobrem toties exprobrauit Iudæis, quod nollent agnoscere patris celestis opera, quæ in se operabatur. Opera, inquit, quæ dedit mihi pater ut perficiam ea: ipsa opera quæ ego facio, testimoniū perhibent de me, quia pater misit me: & qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. Item, Loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me: sed vos non creditis, quia non estis de ouibus meis. Et in eodem capite: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre. Et 14. eiusdem Euangelistæ: Pater in me manens, ipse facit opera: Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Et 15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberet. Quamobrem maximè credendum est, prophetam hæc in spiritu præuidisse, & hocce propheticum carmine cecinisse de illis operibus, quæ deus operatus est per vnigenitum filium suum, ut declararet illum verè esse regem illum, qui venturus erat in mundum ad redimendum genus humanum, iuxta promissiones patribus factas, & prophetarum oracula. Iam quod ad nostræ huius translationis verba attinet, sciendum est, interpretem suo more neglexisse tempus verbi, *intelligerunt*, quod in Hebræo futurum est *יבירו*, id est, intelligunt, habens nihilominus vim eius quod nos per præsens dicimus, intelligunt. Præterea accusatiuo *opera*, in Hebræo utrobique præpositi particula *אל* hoc modo: *אל פועליו יבירו*. Id Septuaginta verterunt *αυτου οργων*. Hoc ad verbum sonat Latine, In opera Domini, & in opera manuū eius. Noster interpres (si modò emendati sunt libri) in priorē præpositionē omisit, in posteriore posuit, rectius omisissus utrobique: quod nemo Latine loquens, dicat: Quoniam non intellexerunt in opera Domini, & in opera manuū eius: sed, Quoniam non intellexerunt opera Domini, & opera manuū eius. Neq; particula *אל* apud Hebræos semper habet vim nostræ præpositionis: sed sæpè ponitur pro illorum articulo *את*, qui solet accusatiuū casum præcedere, ut apud Græcos, *αυτου*: aut in neutro genere pluralis numeri *αυτων*, ut *αυτων* idem sit quod *αυτων*. Præterea quod noster interpres in secūda persona, secutus interpretē Græcum, dixit, *destruet*

illos, & non edificabit eos: in Hebræo est persone tertiæ, destruet eos, & non edificabit eos, ut subintelligas, Deus: quod is perditurus sit, & non instauraturus illos impios. Nā quod quidam admonent, posse ex Hebræo verti, destruet illa, & non edificabit illa: ut sit sensus, vnusquisque impius destruet illa opera Dei, & non edificabit, seu instaurabit illa: id quia coactus, mihi minùs placet. Manifesta igitur fuerit & cōmoda sententia, si hoc modo verteris Hebræa: Quoniam non intelligunt opera Domini, & opus manuū eius: destruet eos, & non instaurabit eos. Quod Campensis in paraphrasi explicauit hoc modo: Et quia non conabuntur cognoscere Dominum per ea quæ facta sunt ab illo, & per mirabile hoc creationis genus, in quo tam manifestè relucet omnipotentia manūs illius, ipse destruet fundit eos, à nullo vnquam restituendos. Iam, quia tale quiddam paulò ante, non ira humana percitus, sed zelo iustitiæ motus, erat illis imprecatus, versu qui sequitur, gratias agit Deo, quod se exaudiuerit, dicens:

*Benedixit Dominus, quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.* Hic nulla est opus expositione: quare pergo ad sequentem.

*Dominus adiutor meus & protector meus: in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.* Neq; hinc quicquam est obscuritatis. Nam quod interpres dixit, adiutor meus, quū iuxta proprietatē verbi Hebræi dicendum fuerit, fortitudo mea, minutum est, neq; quicquam officit sententiæ: quemadmodum quod sequitur, & protector meus: pro, & clypeus meus: quū per clypeum nihil aliud, quàm protectorem, intelligat.

*Et resoruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei.* Hic versus in Hebræo nō est separatus à præcedente: neq; verba Hebræa per oīa consonant huic translationi. Huius translationis verba D. Augustinus transfiliens, historicū sensum de Dauid, interpretat de resurrectione nomini, & voluntaria confessione eorum qui in ipsum credunt. Et resoruit caro mea, inquit, id est, & resurrexit caro mea. Et ex voluntate mea cōfitebor illi, vndè iam consumpto mortis metu, non timoris necessitate sub lege, sed libera voluntate cum lege confitebuntur illi qui credūt in me: in quibus quia ego sum, ego confitebor. Alij quidem, inter quos Nicolaus Lyranus, non ad resurrectionē hæc, sed ad gaudium illud referunt, quo afficimur, quum sentimus nos euasisse pericula, aut superasse mala. Et resoruit caro mea: quia (inquit Lyranus) ex lætitia cordis interiori, fit quædam (suspicio in Lyrano legendū esse reflorescentia) refluencia in carne exteriori, secundum quod dicitur Prou. 17. Animus gaudens

dens ætatem floridam facit, spiritus autem tristis exicat ossa. Hoc propius consonat illis quæ sunt in Hebræo. Ea ad verbum sic sonat Latine: Et exultauit cor meum, & de cantico meo confitebor eū. Hoc est, (interprete paraphraste) præ gaudio subsiliit cor meum: & carminibus meis testabor, quantum acceperim beneficij ab illo.

*Dñs fortitudo plebis sue, & protector saluationum Christi sui est.* Pro *plebis sue*, in Hebræo est *ישראל*, id est, illorum, vel illis: ut sit relatiuum sine expresso antecedente. Est autem antecedens subintelligendum huiusmodi, quibus me vnxit & præfecit regem: ut sit sensus, illorum fortitudo Dominus est, hoc est, nō mea, sed domini virtute consecuti sunt victorias. Eandem ferè sententiam repetit membro sequenti, & protector saluationum Christi sui est. Nam Christum Domini seipsum nominat Dauid, ut quem Dominus vnxit in regem: quasi dicat, quod populus sæpè salutem & victoriam sub me rege obtinuit, Domino & me & illos protegente, factum est. Eclipsis autem illa, qua dixit, illorum, sine expresso antecedente, epidixin quandam emphaticam habere videtur, qua tanquam digito demonstrat populum, quem ipse vtī fidelis pastor, tanquam gregem sibi diuinitus commissum & commendatum vnice diligit. Vndè conclusurus Psalmum, commendat illum Domino DE O his verbis:

*Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tue: & rege eos, & extolle illos usque in*

PSALMVS XXVIII.

**A**fferte Dño filij Dei, afferte Dño filios arietum. Afferte Dño gloriam & honorè, afferte Dño gloriam nomini eius, adorate Dñm in atrio sancto eius. Vox Dñi super aquas, Deus maiestatem intonuit, Dñs super aquas multas. Vox Dñi in virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani. Et comminuet eas tanquam vitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicornium. Vox Domini intercidētis flammam ignis, vox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum Cades. Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam, Dominus diluuium in habitare facit, & sedebit Dominus rex in æternum, Dominus virtutem populo suo dabit, Dominus benedicet populo suo in pace.

IN PSALMVM XXVIII.

TITVLVS IN HEBRÆO. *לְדָוִד בְּצִבְיָוִן*, i. Psalmus Dauidis.

**Q**uo nihil aliud, quàm author Psalmi indicat. In Græca verò translatione, *καλῶς τῷ δαυὶδ ἐξέδου σονων*. Quod ad verbum sonat, Psalmus ipsi Dauid (vel Dauidi) egressi-

aterrum. In quibus nihil est quod nos admōdum remoretur, nisi quod vocatiuum, *Dominus*, de suo adiecisse videtur interpres Latinus, quum neque in Hebræo, neque in translatione Græca sit expressus, sed subintelligendus relictus. Deinde pro, *rege eos*, tam ex Græco quàm ex Hebræo, proprie quidem, transferendum erat, pasce eos: neutrum verò horū quicquam officit sententiæ Prophetæ. Quò minùs autem dubitemus, Prophetam nostrum cecinisse hūc Psalmum in spiritu de Christo, adituro supplicium crucis, cuius ipse Propheta, vt iam diximus, typus extitit: Videamus, quomodò ille apud Iohānem, prælio illo iam congressurus cum hoste, suos Deo patri commendat. Pater sancte, inquit, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnū, sicut & nos. Et paulò post: Sicut tu me misisti in mundum, ita ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnū sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint, &c. Ecce, quæ suauiter illa consonant ei quod hic ait Propheta: Saluum fac populum tuū Dñe &c. Iam verò nobis perpetuo studio hoc agendum est, vt inueniamur digni vocari populus & hereditas eius. Quod si fecerimus, pater ille celestis non poterit aliud facere, quàm quod tanto ardore petit filius, id est, in spiritu sancto: qui est Deus benedictus in secula seculorum, Amen.

Iohan. 17.

illinc egressi sequenti die facere debent: afferre nimirum filios arietum, masculos nuper natos: & gloriam, per laudationes & psalmos: & honorem, per regulam & religionem: atque hoc in aula templi, & non alio in loco. Iuxta anagogicum verò sensum, intelligi potest de egressu à corpore, quod Apostolus tabernaculum vocat. Est enim corpus, animæ tabernaculum. Admonet igitur hoc Psalmo Propheta, quid facere debeamus, vt præparemur ad exitum ab hoc corpore. Actiones etenim nostræ in hac vita, animæ tunc erunt viaticum. Hæc Euthymius. Alij *ἔξωθεν* hoc loco exitum interpretantur: exitum autem consummationem intelligunt. Vnde in vulgata translatione Latina Psalms huius hanc videmus inscriptionem: Psalmus David in consummatione tabernaculi. Porro consummationem hanc tabernaculi eam intelligunt, quam 2. Regum & 1. Paralip. 16. factam legimus, quum David arcam Domini, prius à Philistæis receptam, & in domo Aminadab positam, hinc transferret Hierosolymā, & in tabernaculo quod ipse tetenderat, poneret. Hoc apparet admodum credibile, dum caput illud Paralipome: conferimus cum huius Psalms verbis. Nam & in cantico, quod ibi canit Asaph cum fratribus suis, princeps cantorum à David constitutus, hæc verba sunt: *Afferte Domino familiæ populorum, afferte Domino gloriam & imperium: date Domino gloriam nomini eius.* Ibi supra modum præ gaudio exultasse Davidem legimus, adeo vt vniuerso Israele ducente arcam fœderis Domini in iubilo & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & citharis cōcrepantibus, ipse nō solum organis musicis caneret, verum etiam totis viribus ante Dominum saltaret. Illi itaq; lætitiæ pulchrè consonat hoc carmē panegyricon, quælia plura illic similis argumenti cantata esse, cum ex illo capite Paralipomenon, tum ex hoc libro Psalms intelligimus: Nam Psalms 104. bonā partem in illo Paralip. penè ad verbum legimus. Credo equidem eodē pertinere sequentes aliquot, quorum titulus est, Alleluia. Adde quod ad mysteria harum rerū respicienti, Propheta videtur carmine hoc in spiritu prælusisse ad illam inæstimabilis & incomprehensibilis lætitiæ panegyrim, quæ p illam translationem arcæ significabatur: qua, inquam, panegyri Ecclesia DEI Catholica, cuius arca illa fuit figura, dimissa ab incircuncisis illis & impijs Philistæis, qui Deum ignorauerunt, de domo Aminadab, quod est populi mei spontanei, vel, vt in Hebræorum libris scriptum est, *אֲבִירָב*, id est, patris mei

spontanei, per quem patrem Abraham, & quicumque huius fidem secuti sunt, intelligimus, nouo plaustrō, id est, nouo testamento imposita, per boues, id est, prædicatores Euangelij transfertur, donec tandem collocetur in tabernaculo, quod tetendit Dauid, id est, in cælo, vbi Dauid noster Christus Iesus tetendit tabernaculum, id est, præparauit Ecclesiæ suæ locum. Qui interea dum hæc deductio fit, principid in semetipso, deinde in suis fidelibus ministris vsque ad nuditatem & expoliationem omnium, quibus hic mundus superbit, ante arcam ludit ac saltat, donec ingrediatur locum suum. Cætera relinquo studiosis ipsis excutienda, & ad expositionem Psalms progredior. Porro in glossa quam vocant ordinariam, in cap. 6. lib. 2. Regum, pleraque ex grauissimis Ecclesiæ doctoribus sumpta leguntur de illarum rerum mysterijs.

IPSIVS PSALMI EXPOSITIO.

**A**fferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Prior pars huius versis, in Hebræorum libris non est. Posterior autem assumpto principio versis sequentis, complectitur primū versum Psalms hoc modo: *Afferte Domino filios arietum, afferte Domino gloriam & imperium.* Sic enim D. Hieronymus transtulit. In Hebræo scriptū est hoc modo: *הָבו לַיהוָה בָּנֵי אֲרִיִּים הַבּוֹרִיִּים הַבְּרִיָּה* Id ad verbum quidem licuerit vertere: Tribuite Domino filij fortium, tribuite Domino gloriam & potentiam. Sed sciendum est, illud, filij fortium, Hebraismum esse: pro, o vos viri fortes: vt sit sensus, O vos quicumque confortati pualuistis hostibus vestris, & post illam speciosam vestram victoriam, hunc tam lætum ac gloriosum triumphum estis consecuti: nolite vobis hæc tanta arrogare, sed omnia tribuite Domino, vniuersam, inquam, harum rerum gloriam & fortitudinem, qua superastis, agnoscite vos non aliunde quam à Domino habere. Neque enim sua virtute recuperauerunt arcam, sed Dominus percussos Philistæos plagis multis coegerat reddere eam. Septuaginta videntur primum hunc versum ita legisse in Hebræo:

*הָבו לַיהוָה בָּנֵי אֲרִיִּים הַבְּרִיָּה* Hoc enim Latine sonat, *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietū.* Et iuxta historiam quidem 2. Regum 6. & 1. Paralip. 16. de qua suprā diximus, simpliciter intelligi potest ipse Propheta exhortari populū Israeliticum, p filios Dei significatū, iuxta illud Exod. 4. Filius meus primogenitus Isra-

Israël: vt arca iam in tabernaculo reposita, certatim offerant Domino filios arietum, id est, agnos, & cætera quæ ad laudem cultumque pertinentia sequuntur in Psalmo. Allegoricè verò ipsos quidem arietes, Apostolos interpretantur: qui duces gregis Dominici, duobus testamentis, tanquam duobus cornibus, contra idololatrias, hæreses, omnemque superstitionem & impietatem pugnant. Horum autem filios, successores eorundem intelligunt, quos ipsi Apostoli per verbum Evangelicæ doctrinæ genuerunt: Hos, inquam, filios, vnā cum ipsorum patribus Apostolis, filij Dei, id est, veri Israelitæ secundum spiritū, asserunt Domino in consummatione tabernaculi, dum gratias agunt domino, quod eos per spiritum suum excitatos, Ecclesiæ suæ dederit duces. Quam oblationem arietum & filiorum arietum, etiam in terra hac adhuc degentes meditamur, dum Apostolorū, sanctorum martyrum, doctorum & cæterorum sanctorum natalitia celebrantes, Deum de illis laudamus.

*Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorete Dominum in atrio sancto eius.* De primo huius versis membro iam diximus, quomodo videlicet in Hebræo legatur, & primo versui, vt posterior eius pars, cohereat. Quod autem sequitur, *afferte Domino gloriam nomini eius, manifestam habet sententiam, nempe, tribuite Domino gloriam, quæ debetur nomini eius, vel, dignam nomine eius.* Possit autem commodius fortè ex Hebræo transferri, offerre (vel tribuite) Domino gloriam nominis eius. Neque obscuram habet sententiam quod hinc iam sequit, *Adorate Dominum in atrio sancto eius.* Nam per atrium, iuxta literam historia, tabernaculum illud fœderis intelligitur: iuxta spiritum verò, illa beatorum sedes, illud augustissimum templum, in cælo nobis à nostro Dauide, vt iam diximus, constructum. Græca translatio habet, *ἐν αὐτῷ ἁγίῳ αὐτοῦ*, in aula sancta eius. In Hebræo est: *בְּחַצְרַת קֹדֶשׁ* Hoc ad verbum sonat, in decore sanctitatis: siue, decore sancto: quo non aliud significatur, quàm in sanctuario specioso seu magnifico. Quod nostra translatio habet, *in atrio sancto eius*: Hebraicè dici posset, *בְּחַצְרַת קֹדֶשׁ* Sed eadem omnium horum est sententia.

*Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas.* Multa mirabilia legimus Deum operatum esse in aquis, statim in ipsius creationis initio spiritus Domini ferebatur super aquas, Gen. 1. Tēpore Noë, inducto aquarum diluuiō mundum pdidit.

In Aegypto aquas conuertit in sanguinem. Ibidem ex aquis pduxit ranas, quibus afflixit Aegyptios. Postea diduxit mare rubrum, vt transfret populū Israeliticus, & submersit exercitum Pharaonis. In deserto cōuertit aquas amaras in dulces. Percussa quoque petra, eduxit aquas vt biberet. Multa præterea alia, tum in veterē, tum in nouo testamento de aquis, & in his factis miraculis, legimus. Ipse etiam nubes, si non ita propriè, saltem per tropum aquæ dici possunt: super quas vox Domini videtur audiri, dum nos tonitru terret. Sed nō de illis aquis, neq; de voce illa loquitur Propheta. Aliæ nubes sunt, alia aqua, aliud tonitru. Nubem de terra ascendere fecit Deus, quā de visceribus virginē vteri, superueniēte spiritu sancto, nubem carnīs humanæ excitatam induit vnigenito filio suo. Qua nube tandem pluente, mundus vniuersus pluuia verè viuifica est irrigatus: adeo vt ex illius nubis pluuia ascenderint aliæ nubes pluuie, de quibus Esaias: *Qui sunt isti, qui vt nubes volant? Nam Esai. 60. & illic Propheta ille planè simile huic panegyricon canit: Omne, inquit, pecus Cedar cōgregabitur tibi: arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. Nubes illæ sunt Apostoli, & viri apostolici: quales de illius nubis pluuia ascendunt & irrigant terram, i. corda hominum, vsque ad consummationem seculi. Super has nubes vox maiestatis Domini intonat, quando elatos illos, superbos, duos, atque præfractos, qui pluuia salutaris doctrinæ non mollescunt, minarum fulmine terret ac conterit. Quis non contremiscat ad illud tonitru ipsius domini Matth. 23. Væ vobis scribæ & Pharisei hypocrite, quia clauditis regnum cælorū &c? Et ad illud Pauli Rom. 2. Existimas autem hoc o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? Et 1. Cor. 4. Quid vultis in virga veniam ad vos? &c. Et cap. sequēte: Ego quidem absens corpore, presens autē spiritu, iam iudicauī vt presens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cū virtute Domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi hominem satanæ in interitū carnis, vt spiritus saluus sit &c. Petrus Actorū 5. Ananiam & Sapphiram increpationis fulmine percussit, & illic expirarunt. Quin omnes omnium gentium populi fideles, aquarum nomine intelliguntur, quum dicitur Apocalypsis decimo quarto: Et audiui vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum, & tanq̄ vocē tonitruū magni. Item cap. decimo septimo: Aquæ quas vidisti, vbi meretrix fedet,*

fedet, populi sunt, & gentes, & lingua. Super has aquas Deus maiestatis in tonuit, quando misit illis verbum suum: per quod conuocauit eos ad solennem hanc panegyrim, atque translationem arcæ, i. triumphalem ingressionem Ecclesiæ Dei in tabernaculum Domini, quod est cælum. Neq; illud prætereundum est, quod per aquas baptismi Deus nos ex captiuitate diaboli tanquam Pharaonis liberat, exercitu illius, id est, peccatis nostris, demersis in profundum. Nam de hoc vel præcipue intelligendum esse hunc versum, sentit Diuus Hieronymus ad Suniam & Fretelam. Ecce, hæc sunt mysteria Prophetici huius carminis: quibus animaduersis, non erit difficile intelligere reliqua Psalmi.

*Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Verè magna est virtus, id est, potentia verbi Dei: quippe cui nulla vis potest resistere. Quod satis indè apparuit, quod duodecim duntaxat Apostoli, hoc tanquam gladio, cætera inermes, totum mundum subegerunt, idque in tanta magnificentia, siue splendore doctrinæ ac sapientiæ Dei, vt subitò nocte illa gentilis philosophiæ, & umbris legis Mosaicæ, tanquam coruscatione ac fulgure disruptis atque discussis, veritas toti terrarum orbi illuxerit. Quanta virtute vocis Lazarum quatruiduanum reuocauit in vitam? Sed quantam putamus virtutem illius vocis, quando canente tuba Domini, mortui resurgent incorrupti, idque in momento, atque in ictu oculi? 1. Cor. 15. quando aduentus filij hois fiet sicut fulgur, quod exit ab oriente, & apparet vsq; in occidentem? Mat. 24.

Iohan. 11.

*Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.* Per cedros significat potentes ac superbos huius mundi reges ac principes: qui percussi fulmine verbi Dei, eoufque confracti sunt & comminuti, vt prostrati in terram, crucè Christi & sepulcra sanctorum eius adorarent.

Psal. 2.

*Et comminuet eas tanquam vitulum Libani, & dilectus quem admodum filius vnicornium.* Huius versus obscurior videtur esse sententia. Augustinus explicat eam his verbis: Et comminuet eas tanquam vitulū Libani, id est, Et amputata superba celsitudine illorum, deponit eos ad imitationem humilitatis suæ, qui tanq vitulus per ipsam huius seculi nobilitatem ad victimam ductus est. Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Et dilectus sicut filius vnicornium. Nam & ipse dilectus, atque vnicus patri, exinaniuit se nobilitate sua, & factus est homo, sicut filius Iudæorum, ignorantium iustitiam Dei, & superbe iactan-

tium, tanquam singularem, iustitiam suam. Sed pro, tanquam vitulum Libani, in Græca translatione est, *ὡς τὸν μόσχον τῶν λίβανος*, id est, tanquam vitulum, Libanum: Quam lectionem secutus Euthymius, interpretatur priorem versus partem hoc modo: Et quemadmodum vitulum illum qui ab Hebræis in Choreb fabricatus est, comminuit ac dissipauit Deus p Mosen, sic etiam has cedros comminuet. Deindè punctus ponendus est, & per se legenda dictio, Libanum: vt sit sensus, quod comminuet eas cedros, ipsum nimirum totum Libanum. Non enim vnā aut alteram illius partem, sed totum atque vniuersum comminuet. Posteriorē autem, quæ est, *Et dilectus quem admodum filius vnicornium*, De Christo sermo est, inquit, qui dilectus quidem est, vt vnigenitus. Itā enim cum pater appellauit, dicens: hic est filius meus dilectus. Vnicornium verò filius, veluti inuictus atq; insuperabilis. Huiuscemodi enim naturæ esse legimus id animal apud beatum Iob, &c. Vide, si placet, ipsum Euthymium. Sed facilius fuerit versus huius explicatio, iuxta lectiōem Hebraicā q̄ habet, *וְיַרְסִימוּ כַּמֶּוּן עֵגֶל לְבָנוֹן וְשִׁרְיוֹן כַּמֶּוּן בְּנוֹ הַיְחִיָּים*.

Mat. 3.

Iob 39.

Hoc ad verbum transferri potest: Et saltare fecit eas tanquam vitulum Libani & Sireon, tanquam pullum vnicornium. Sensus huius est: Tanta est Domini potentia, vt possit concutere terram & montes, atq; in his arbores, vt tanquam vituli ac pulli monocerotum exiliant. Porrò nomen *וְיַרְסִימוּ* alij monocerotem, id est, vnicornem, alij rhinocerotem interpretantur: de quo diximus in Psalmo 21.

*Vox Domini intercedentis flammam ignis, vox Dñi concutientis desertum: & commouebit Dñs desertum Cades.* Commodius transferretur, Vox Domini intercedens flammam ignis, vt participium cohæreat nomini, vox. Hoc sensu D. Hieronymus transtulit, Vox Domini diuidens flammam ignis: Similiter apparet in illo versus præcedentis, *confringentis*, pro confringens: & in his quæ sequuntur: *concutientis*, pro concutiens: *preparans*, pro præparans. Qui putant Psalmum hunc in hoc esse scriptum, vt diceretur in tempestate tonitru ac fulguris, de voce ipsius tonitru, fulgurisque flamma hæc interpretantur. Alij verò putant, Prophetam respexisse ad historiam quæ est Num. 16. de secta Coreh, Dathan & Abiron, igne & hiatu terræ consumpta: quando Aaron obtulit thymiam, & stans inter mortuos & viuos, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Legimus & in Daniele cap. 3. quod flamma camini accensi, tribus illis Hebræis, Sidrac, Misac,

Misac, & Abdenago, in ipsam coniectis nihil nocuit: viros autem illos, qui eos in illam coniecerat, interfecit ignis. Verū hæc foris, oculis corporeis exposita, facta sunt. Sed est alia qdam intercisio flammæ, quam efficit vox Domini: dum verbo Dei dissecantur atque dispareunt incendia concupiscentiarum carnalium, quæ sequuntur in animam & spiritum. Audiamus & Apostolum Heb. 4. Viuus est enim, inquit, sermo Dei & efficax, & penetrantior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad diuisiōem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitandiū & intentionum cordis. Quod ait, *Vox Domini concutientis desertum*: Per metonymiam interpretantur, *desertum*, *feras deserti*. Si quis pingui (quod dicitur) Minerua, de tonitru fulmineque velit interpretari, nemo ignorat quid hæc operari soleant in altissimorum motuum, nemorum, sylvarumque deserta: quid in arduas quercus, ceterasq; arbores. Sed Prophetam mysticè loquitur de deserto huius mundi & ferarum gentium, quæ vox Domini, id est, sermo Euangelicus, concussit atque commouit, vt relictis idolis, Deum verum inquirent: & abiecta huius mundi superbia, crucem Christi supplices adoraret. Ac nē quis de vulgari aliquo, aut quouis deserto hæc dici putaret, adiecit:

*Et commouebit Dominus desertum Cades.* Vbi meminisse oportet, *וְיַרְסִימוּ* nomen esse vastissimæ illius solitudinis, per quam quadraginta annorum iter fecerunt filij Israël, quum relictæ Aegyptio, Palestinā peterent. Habet aut *וְיַרְסִימוּ* scortationis significationem. Expendendū itaq; num hæc eodē pertineant, quod illa Iohannis, Apocalyp. 17. Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magne, quæ sedet super aquas: cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitant terram, de vino prostitutionis eius. Certè quicquid in hoc mundo, in quo peregrinamur, meretricium est & scædum, horribili damnatione concutietur, quando arca Domini intrabit in requiem suam. Hieronymus tamē in fine commentariorum in Esaiam, aliter interpretatur *וְיַרְסִימוּ*, quum loquitur hoc modo:

Iob 7.

Et quia *וְיַרְסִימוּ* interpretatur tentatio, in possessione eius de palmis transimus ad aquas contradictionis vsque Cades, quæ interpretatur sancta: vt intelligamus nos etiam post victoriam mundi debere esse sollicitos, & semper in metu, & recordari illius versiculi: Tætatio est vita hominum super terram, & ad sanctitatē, impugnantibus aduersarijs, peruenire.

*Vox Domini preparans ceruos, & reuelabit condensam, & in templo eius omnes dicent gloriam.*

Per ceruos Euthymius & Augustinus, discipulos Domini intelligunt, quos Dominus per vocem verbi sui præparauit aduersus omne venenum pestiferæ doctrinæ. Ceterum in Hebræo pro, *preparans ceruos*, est *וְיַרְסִימוּ* id alij transferunt, parturire facit ceruas: & referunt ad tonitru, hoc sensu: Tam tremenda est illa vox tonitru Domini, vt in cussio metu, parturire & abortire faciat ceruas, alioquid ad partum difficilimas. Per allegoriam autem de potentibus & præfractis huius mundi hominibus quidam interpretantur, qui quum non acquiescant placidiori doctrinæ, minis tamē suppliciorum atq; gehennæ territi, ad opera pœnitentiæ conuertuntur. Tales erant ad quos dixit Iohannes Baptista: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à Mat. 3. ventura irasfacite ergò fructum dignum pœnitentia. Quod ait, *Et reuelabit condensam*, illi qui per ceruos intelligunt Apostolos, per condensam hæc, retrusiora scripturæ mysteria accipiunt: quæ per doctrinam Euangelicam deteguntur, vt conspicua fiant. Alioquid iuxta posteriorem illum sensum, condensam hæc aptè intellexerimus peccata in animis hominum, prauarum affectionum syluis operta. Nam & hæc reuelauit vox Domini, quando exibat ad Mat. 3. Iohannem Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Quid autem indè consecutum est? Illud nimirum quod subiicit Propheta, vt in templo eius omnes dicant gloriam: aded vt nulla sit creatura in toto mundo, q̄ non, pro suo quæque modulo, glorificet nomen Domini.

*Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit Dominus rex in æternum.* Post fulgura tonitruaque plerunquē sequuntur pluuie vehementes. Ad has alluisse videtur Propheta: nō tamen de his loquitur. Est lachrymarum imber qui comitatur tonitru verbi Dei de pœnitentia: quo imbre Maria Magdalena pedes Domini lauit: Sed est baptismi diluuium, quo abluuntur omnes peccatorum sordes. In hoc Dominus nos collocat, siue (vt habet Psalmus) habitare facit. Quin ipse Dominus in hoc diluuium habitat per Spiritum suum, regenerans nos in filios suos, vt regni sui participes faciat. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non poterit introire in regnum dei, Ioh. 3. Huic consonat, q̄ p̄ eo quod noster interpres dixit, *inhabitare facit*, in Hebræo est *וְיַרְסִימוּ* id est, habitat, siue inhabitat. Neque verò simpliciter, modo aliquo vulgari,

T ri,

ei, inhabitat ibi: sed regnat. Hoc enim significat quod sequitur: *Et sedebit Dominus rex.* Nā quod modo dixit, inhabitat, & hic *sedebit*, in Hebræo idem verbum est, *ישב*: Rex, inquam, sedebit non in annos paucos, sed in æternum. Illud nolim præterire, esse etiam diluuium afflictionum & persecutionū: de quo interpretantur eruditi quidam illud Psal. 31. Veruntamen in diluuiō aquarum multarum ad eum non approximabunt. Et hoc Dominus ipse baptisma nominauit, quum diceret: *Potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sum: aut baptisate, quo ego baptizor, baptizari?* Neque verò dubium est, quin in hoc quoque diluuiō Dominus habitet cū suis electis: hoc est, auxilio suo & gratia adsit eis, nē succumbant: quod per os huius nostri Prophetæ testatus est in alio Psalmo, his verbis: *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.* Quin etiā huius Psalmi versus postremus, qui iam sequitur, eodē tendit manifestē.

Mar. 10.

Psal. 90.

*Dominus virtutem populo suo dabit, Dominus*

PSALMVS XXIX.

**E**Xaltabo te Domine, quoniā suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Domine Deus meus, clamaui ad te, & sanasti me. Domine, eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me a descendentibus in lacum. Psallite Domino sancti eius, et confitemini memoriarū sanctificationis eius. Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebo in æternum. Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis? aut annuntiabit veritatem tuam? Audiuit Dominus, & misertus est mei, Dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, concidisti faccum meum, & circumdedisti me lætitia. Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

IN PSALMVM XXIX.

DE TITVLO.

**T**itulū huius Psalmi satis cōmodē trāslatum habemus, siue translationem Græcam, siue originem Hebraicam respicias. Nam ex vtraque itā sonat Latine: *Psalmus cantici, pro dedicatione domūs Dauid.* Augustinus nescio quid secutus, legit: *In finem Psalmi cantici dedicationis domūs ipsi Dauid.* Cæterum illud, *in finem*, neque in Hebræo, neque in translatione Græca Septuaginta, siue vulgata, legitur. Porro quod fuerit hæc, aut cuius domūs de-

*benedicit populo suo in pace.* Quasi dicat: *Etiā si ad præfens sinat suos tentationibus affligi, & tanquā aurum igne probari: non tamen interea subtrahit eis virtutem, ut queant sustinere.* Probatos autem, in pace beatissima collocabit. Ipse aditurus supplicium crucis, ait ad suos: *Amē amē dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem cōtristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudiū.* Acerbus luctus erat, & fletus amarus populo Dei, quum arcam illam sanctā rapuissent Philistæi: sed securum est gaudium ineffabile, quum eadem recepta, inuheretur in sanctam illam ciuitatem Ierusalē, & collocaretur in tabernaculo, quod illi erexerat Dauid. Quantum verò illud gaudium fore putamus, quo afficiemur nos, quandō ex barbaris gentibus huius mundi, Dei beneficio erepti, introducemur in cælum: & in illa regia, quam nobis parauit Rex noster CHRISTVS, vnā cum ipso regnabimus in æternum? Cui regi nostro vnā cum DEO Patre ac Spiritu sancto, laus, honor, & gloria in secula seculorum Amen.

Iohā. 11

1. Reg. 4

1. Reg. 4

2. Reg. 1

3. Reg. 1

1. Cor. 5

videmus, eidem opus tam nobile commēdasse consecrasseque, præsertim quum in spiritu non ignoraret, cuius rei domus illa esset figura. Cæterum quia verba Psalmi magis conuenire videntur homini ex graui aliqua afflictione, siue morbi, siue persecutionis, adeoque ipsa morte erepti, suspicantur Prophetam eo ipso tempore, quo domus illa iam perfecta, Deo erat dedicanda, à graui aliquo morbo conualuisse: vt de vtroque beneficio pariter gratias Deo hoc carmine egerit. Nam quod gradatim hunc Psalmum referunt ad dedicationem templi illius, quod postea construxit Salomon, id si cui placet, amplectatur: mihi nimis coactum videtur. Quin magis placet asurgere ad sensum mysticum & spiritualem. Nam Dauid noster Christus est. Is dum vel domum carnis suæ per sacrificium crucis dedicat Deo: vel domum suam regiam, hoc est, Ecclesiam credētium edificat, infirmatus est, & affligitur ipsa morte, eaque acerbissima. Ex qua tamen infirmitate cum clamaret ad Deum, & preces cum lachrymis ad eum qui posset illum saluum facere, offerret, exauditus est pro sua reuerentia: vt ipsa morte moriendo superata, rediuius ab inferis reuersus, omnibus factus sit author vitæ æternæ. Hoc itaque in spiritu præuidens Propheta, sub ipsius Domini nostri Iesu Christi persona Psalmū hunc cecinit. Nos quoque eum meritō ad laudem omnipotentis Dei cantamus, cum gratias agētes, quod ea in capite nostro præstiterit, tum nosmetipsos consolantes & confirmantes, nimirum scientes, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod edificationem ex DEO habemus, domum non manu factam, sed æternam in cælis.

ARGVMENTVM PSALMI.

**E**xprimitur itaque nobis in hoc Psalmo imago quedam hominis in hac vita cum morte luctati, sed auxilio Dei victoriam consecuti. Vnde gratias agit Deo, quod pro afflictione momentanea, gaudium dederit æternum: omnes sanctos inuitans, vt pariter secum laudent eum. Hinc suo exemplo docet, quomodo Deus exerceat sanctos suos, nunc se illis palam exhibens præsentem atque propitium, vt nunquam videantur vacillaturi: nunc veluti subducens se, & faciem ab eis auertens, vt infirmitatis suæ admoniti, clamēt ad ipsum, qui solus potest saluos facere. Hęc nobis tanquā in tabella depicta, in hoc Psalmo spectanda proponuntur: nisi quod hæc pictura etiam vocalis, dulcissimo carmine aures spirituales demulcet.

*Exaltabo te Domine, quoniā suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me.* Pro *suscepisti me*, in Hebræo est, *קָבַצְתָּ*, id est, erexit, seu exaltasti me. Hieronymus transtulit, *saluasti me.* Sensus idem est. Hunc commodē reddidit Iohannes Campensis, his verbis: *Laudibus efferam te Domine, quod seruaueris me: nec anam præberis hostibus meis insultādi cum gaudio mihi.* Porro à quātis malis & maioram periculis Deus sapē liberauerit nostrum Prophetam, iam alias aliquoties diximus. Christum ex ipsis inferis reductum, assumptum in cælum, & ad dexteram suam constituit. Quia verò Christus est caput nostrū, nos verò corpus eius, & membra corporis eius: Christi resurrectio, nostra resurrectio est: Christi ascensio, nostra ascensio: Christi regnum, regnum nostrum: vt de beneficijs à Deo patre præstitis vnigenito filio eius Iesu Christo Domino nostro, nos illū ipsum Deum patrem, tanquā nobis præstitis, laudare vti quē debeamus.

*Domine Deus meus, clamaui ad te, & sanasti me.* Quod ait, *sanasti me*, indicat quod ex morbo clamauerit & conualuerit. Psalmo 144. ait: *Propē est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate.*

*Domine, eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum.* Si sic accipias, quasi Dauid ex morbo corporis sanitati restitutus loquat, hyperbolen sapit, vt *eduxisti ab inferno*, dixerit, pro, seruasti nē descenderet in infernum: cui non malē conformat quod sequitur, *saluasti me a descendentibus in lacum*: vt hoc sit illius expositio, hoc sensus: *seruasti me, nē morerer.* Sed Ecclesia commodiūs de resurrectione Christi interpretatur: qua Deus animam eius ab inferis eduxit, & corpus è lacu, id est, sepulcro, viuificauit. Nam in hoc versu, pro *saluasti me*, in Hebræo est *חַיִּיתָ*, id est, viuificasti me. In cuius resurrectione quia nostra resurrectio inclusa est, exhortatur nos versu, qui sequitur ad laudandum Dominum, dicens:

*Psallite Domino sancti eius, & confitemini memoriarū sanctitatis eius.* Quia resurrexit caput vestrum, (inquit Augustinus) hoc sperate membra cætera, quod videtis in capite. Pro uerbium est antiquum & verum: Vbi caput, & cætera membra. Christus in cælum ascendit, quod nos secuturi sumus. Non remansit apud inferos: resurrexit: iam non moritur. Quum resurrexerimus & nos, iam non moriemur. Has ergo promissiones habentes, psallite Domino sancti eius. Et confitemini

riae sanctitatis eius. Quid est, confitemini memoriae? Obliti enim eratis eum, sed ipse vos non est oblitus.

Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Iram, securus Euthymium, castigationem seu punitionem interpretor, hoc sensu, quod castigatio in exandescencia Dei est: vita vero in eius voluntate, hoc est, quod licet ut iustus puniat, quoties exandescit, ut misericors tamen semper cupit ac vult misereri, ita ut alterum quod puniat, non ita ex electione Dei esse demonstretur: sed casu quodammodo, propter hominum delicta: alterum vero, quod vivificet, ex natura eius esse appareat & voluntarium: quemadmodum & alibi per Ezechielem docet, dicens: Non volens vobis mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Sed quod Graeca translatio habet & nostra vero hec Latina ira, in Hebraeo est *אֵרָא*, quod significat momentu, hoc est, brevissimu tempus. Quare ex Hebraeo ad verbum transferri poterit: Quoniam momentu in ira eius, vita in voluntate eius. Hoc est, interprete Iohanne Campensi: Momentanea est enim ira illius, amor vero quo persequitur suos, per omnem durat vitam. Nam voluntas hic amorem significat & benevolentiam, siue (ut nonnunquam transferunt interpretes) beneplacitum, Hebraice *חַסְדִּים*.

Ezech. 18.

Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinam laetitia. Hic versus in Hebraeo est vnus cum precedente. Sensus est, interprete Campensi: Si forte sub vesperam accidat flebile quicquam, illud in ipsa aurora commutabitur in gaudium. Sed hic quidem iuxta litteram. Secundum spiritum vero, Augustinus illum nobis explicat his verbis: Quid est, vesperam demorabitur fletus? Vespera fit, quando sol occidit. Occidit sol ab homine, id est, lux illa iustitiae praesentia Dei. Ideo quando expulsus est Adam, quid dictum est in Genesi, quum deambularet Deus in paradiso? Ad vesperum deambulabat Deus. Iam ille peccator texerat se intra lignum: nolebat videre faciem Dei, ad quam gaudere consueverat. Occiderat illi sol iustitiae: non gaudebat ad praesentiam Dei. Inde inchoata omnis vita est mortalis. Vesperam demorabitur fletus: diu eris in fletu, o genus humanum: nascaris enim de Adam, & sic est factum. Et nos ex Adam sumus, & quotquot creaverunt filios, & creaturi sunt, ex Adam sunt, ex quo & ipsi creati sunt. Vesperam demorabitur fletus. Et ad matutinam laetitia. Quando ceperit oriri fidelibus lux, qua occiderat peccatoribus. Nam ideo & Dominus Iesus Christus in matutino resurrexit de sepulcro, vt

quod dedicavit in fundamento, hoc promitteret domui. In nono vespere fuit, quia sepultus est: & matutinum, quia resurrexit tertia die. Sepultus es & tu vespere in paradiso, & resurrexisti tertia die. Quomodo tertia die? si feculu cogites, vnus dies est ante legem, secundus sub lege, tertius sub gratia. Quod triduo illo ostendit caput tuum, hoc triduo feculi ostenditur in te, quando in matutinum sperandum est, latandum est: sed perferendum modum, & gemendum. Hae Augustinus.

Ego autem dixi in abundantia mea, non movebor in aeternum. Si Prophetam in sua persona secundum historiam loqui putemus, facilis fuerit expositio, in hac sententiam: Quum mundus hic, rebus prosperis cadentibus, mihi applauderet, ego demens mihi placebam, quasi illa essent futura perpetua. Eadem fuerit sententia, si sub Ezechiae persona (quod Euthymius indicat Graecos nonnullos suspicari) accipiat: siue etiam in genere sub cuiusvis hominis persona. Solet enim hoc imprudentibus accidere, vt prosperitate rerum inebriati, suae conditionis obliuiscantur. Nos vero, cum Augustino paulo altius haec scrutemur. Adam, quum in paradiso rerum omnium copia felicissima abundaret, mandatum acceperat a deo, ne de arbore scientiae boni ac mali ederet, alioqui fore vt moreretur: sed non agnoscebat, quod illa tanta felicitas, vna cum ipsa immortalitate a solo Deo esset, credidit serpenti diabolo, se non modum non moriturum esse si illius fructus, verum etiam Deo similem esse futurum. Nequaquam, inquit serpens, morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum, Gen. 3. Quum autem gustasset, illico sensit se esse deceptum: atque illa felicissime immortalitatis dona non aliunde esse, quam a Deo: vt iam experientia doctus dicat, quod sequitur apud nostrum hunc Prophetam:

Domine, in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem. Hoc est, quod talis eram, tam vndique beatus, non a memetipso, neque ab alio quocquam, quam a tua benignissima voluntate habeam. Sed quod nostra haec translatio habet, praestitisti decori meo virtutem: in Hebraeo est *וְתָתַתְּ לִי חַסְדִּים*, hoc est, posuisti momenti meo fortitudinem, interprete Hieronymo. Quam lectioem si sequaris, per montem metaphorice intelliges firmum & immobile robur, atque regij dominij & principatus, siue in David inter Israelitas, siue in Ada inter oia animalia terrae, siue in Christo inter omnes, non

non modum homines, verum etiam angelos, eminentia. Sed Septuaginta haud dubie pro, *וְתָתַתְּ*, id est, monti meo, legerunt *וְתָתַתְּ*, id est, decori meo. Quomodo & David scripsisse credidero. Est autem procliuus mutatio *וְתָתַתְּ*, propter tenuissimum litterarum discrimen, *וְתָתַתְּ* mons, *וְתָתַתְּ* decor.

Aueristi faciem tuam a me, & factus sum turbatus. A David visus est Deus auertere faciem, quum vel in moribus, vel in peccatum, vel in varias afflictiones bellorum aut pestis incidere permitteret. Ab Adam, & in hoc a toto genere humano, quum eiectum est paradiso, innumeris calamitatibus, ipsiq; morti obijceret. A Christo, hoc est, humana Christi natura, quum tam duro supplicio mortis afficeretur. Vnde ipse in cruce pendens, exclamavit: Deus meus, Deus meus, vt quid reliquisti me? Videtur etiam auertere faciem suam, quando permittit iustum prolabi in peccatum, vt resurgat melior. Haec omnia sunt, vt admoniti nostrae conditionis & infirmitatis, discamus quod nobis sit confugiendum, vnde petenda salus. Hinc est quod sequitur:

Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Nimirum edoctus iam ipsa experientia, quod tu solus me saluum facere possis.

Quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annunciat veritatem tuam? Nam ita apud Hebraeos distinguitur, quasi hi qui apud nos duo sunt, apud illos vnus sit versus. Sensus non est obscurus. Quid profuisset Dauidi, effectum esse ad maiestatem regni, si statim fuisset extinctus? Sed quid omnino profuisset conditum esse a Deo Adamum, & ex hoc genus humanum, si morte aeterna perijisset? Si Christus non resurrexisset a mortuis, quae fuisset utilitas in sanguine, id est, humanitate eius? Quis laudaturus fuisset Deum de his, quae pro sua immensa bonitate operatus est ad salutem generis humani? Quia vero non dedit sanctum suum videre corruptionem, sed die tertia resuscitavit in vitam, eamque iam nulla vnquam morte turbandam, nobis certam spem praebet, fore vt & nos resurgamus in vitam aeternam, merito nos in illo, & ille in nobis annunciamus laudem & gloriam Dei, quod verax sit in promissis & omnibus verbis suis dicentes:

Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus. Manifestus est sensus, nempe se ita, vt iam dictum est, clamante esse exauditum. David in omnibus afflictionibus suis clamavit ad Dominum, & liberatus est.

Clamavit genus humanum in sanctis illis patribus & prophetis, & exauditum est. Misit enim Deus vnigenitum filium suum, & liberauit nos. Clamavit ipse vnigenitus filius in carne sua, & exauditus est. Quamquam hic versus in Hebraeo legitur modo deprecatio: Audi Domine, & miserere mei: Domine, esto adiutor. vt sit pars illius clamoris seu deprecationis: vt gratulatio illa, qua sibi gratulatur, laudans Dominum quod se exaudiuerit, hinc incipiat:

Conuertisti planctum meum in gaudium mibi: confidisti saccum meum, & circumdedit me laetitia. Hic nihil obscuri est. Quod ait, in gaudium, Hebraice est *וְתָתַתְּ*: quod alij, in chorum, alij, in tripudium, transferunt: sensus idem remanet, vt cunquam transferas. Confidisti saccum meum, nihil aliud est, quam, abstulisti luctum meum. Est enim saccus antiquitus vestis lugubris. Talis vestis seu saccus est nobis corpus hoc mortale, quod multis modis aggruat & contristat animam. Hoc autem conscisso ac dissoluto, DEVS induet nos corpore, eodem quidem hoc essentia, qualitate vero in multo melius commutato: quippe clarificato iam, & glorificato, & configurato corpori claritatis vnigeniti filij sui. Tunc absterfa omni lachryma, circumdabit nos laetitia, vt iam deinceps fiat quod sequitur in Psalmo:

Ut cantes tibi gloria mea, & non compungat. Domine Deus meus, in aeternum confitebor tibi. Ecce, hoc erit illud canticum nostrum, siue argumentum carminis nostri, in illa solenni dedicatione magne illius & regiae domus nostri Davidis Domini Iesu Christi, vt Dominum Deum, patrem Domini Iesu Christi, & per hunc ipsam, nostrum quoque patrem, de tantis, tam immensis, inestimabilibus & incomprehensibilibus beneficijs, in gaudio inestimabili laudemus, idque in aeternum, in summa securitate & pace, nulla conscientia peccati, neque metu vlllo nos compungente. Hoc enim est quod ait, & non compungat. Quamquam per hoc verbo in Hebraeo est *וְלֹא יָדַע*, id est, & non silebit. Porro quod ait, vt cantes tibi gloria mea: pronomem mea, de suo adiecisse videtur interpret, explicandi gratia: in Hebraeo enim non est expressum. Per gloriam intelligit illam claritatem, qua post illum resurrectionis diem fulgebimus in regno patris nostri. Cui cum vnigenito filio Domino nostro, & spiritu sancto, laus, honor, gloria, & imperium in omne aeternum, Amen.



**I**n te domine speravi, non confundar in aeternum, in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me. Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugij, ut saluum me facias. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me domine DEVS veritatis. Odisti obseruantes vanitates superuacue. Ego autem in domino speravi, exultabo & letabor in misericordia tua. Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spatiose pedes meos. Miserere mei domine, quoniam tribulor, conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus. Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrii vicinis valde, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt a me: obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt. Ego autem in te speravi domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis fortes meae. Eripe me de manu inimicorum meorum, & a persequentibus me. Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua domine, non confundar quoniam inuocaui te. Erubescant impij & deducantur in infernum, in superbia & in abusione. Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine, quam abscondisti timentibus te? Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuae, a contradictione linguarum. Benedictus Dominus quoniam in tabernaculo tuo, a contradictione linguarum. Benedictus Dominus quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Ego autem dixi in excessu mentis meae, proiecтус sum a facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti vocem orationis meae, dum clamarem ad te. Diligite Dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino.

IN PSALMVM XXX.

TITVLVS.

VICTORI PSALMVS DAVID.

**I**n hoc titulo nihil est, de quo non dixerimus iam antea. Augustinus secutus translationem Graecam, legit: In fine Psalmus David ecstasis. Interpretatur autem his verbis: In fine Psalmus ipsi mediatori manu forti in persecutionibus. Nam ecstasis quae addita est titulo, excessum mentis significat, quae sit vel

pauore, vel aliqua reuelatione. Sed nomen *ecstasis* in Hebraeo non est. Lyranus suspicatur ab aliquo docto viro esse additum, eo quod in hoc Psalmo legitur: Ego autem dixi in excessu mentis meae: excessus enim mentis, & ecstasis, idem significant.

**Q**UANDÒ, ET EX QVA OCCASIONE cantatum hunc Psalmum appareat: de quo argumento & persona loquentis.

Quant-

**Q**uandò, & ex qua occasione propheta cecinerit hunc Psalmum, variant (vt solent) coniecturae. Dauid Kimhi putat cecinisse, quum fugeret Saulem. In eadem sententia est Rabi Salomon. Sed quum saepe fugeret illud, putant nonnulli cecinisse hunc, quum in maximo angore esset in deserto Maon: de quo lege 1. Regum cap. 23. Euthymius ait in persecutione Absalon filij sui cecinisse. Vt cum quae haec habeant, satis apparet ex verbis Psalmi, in graui aliquo periculo, adeoque ipsius mortis pauore cantatum esse, ex quo nulla spes esset euadendi, nisi solius Dei auxilio. Quodcumque illud periculum fuit in Dauid; figura exitit pauoris, quem pro nobis, aditurus supplicium crucis, sustinuit Christus Dominus noster. Quam obrem de toto argumento Psalmi, & persona loquentis optime Cassiodorus, his verbis: Contra pauorem spes & oratio praemittitur, cum certitudine liberationis & gaudio. Hic Psalmus imbecillitate humanitatis exprimit, & beneficia Dei: vt, videns se, nemo superbiat: videns misericordiam, non pauet. Qui dignatus est pro nobis homo fieri, non indignatur nos tras figurare in se, & loqui verbis nostris, vt & nos loquamur suis. Moritur ergo ex nostro, non in se, sed in nobis pauebat. Quod enim pauet, tuum est, vt te agnoscas: quod speras, donum dei est. Loquitur Christus in propheta & membris: vna persona est sponsus & sponsa. Vnde Esaias: Sicut sponsus alligauit mihi mitram, & sicut sponsus ornauit me ornamentis. Erunt duo in carne vna: ergo & in voce vna. August. distribuit eum in personas plures, his verbis: Sed in hoc Psalmo pauor maxime apparet perturbati populi Dei persecutione omnium gentium, & defectus per orbem fidei. Sed prior loquitur ipse mediator. Deinde redemptus sanguine ipsius populus gratias agit. Ad extremum perturbatur diu loquitur, quod ad ecstasim perzinet. Propheta vero ipsius persona bis interponitur, prope finem, & in fine. His obseruatis, non ita difficile erit intelligere Psalmum.

**I**n te domine speravi, non confundar in aeternum: in iustitia tua libera me. Suo more beneuolentiam captat, a sua in Deum spe & fiducia: quoniam nos erudimur, quanta sit virtus, & quam grata Deo, spes: quae admodum est contraria non aliud peccatum grauius, quam de misericordia eius desperare, ac bonitati diffidere. Non confundar, dixit interpres, pro, non confundar: quod non modo ex Hebraeo אֵל אֲבִישָׁה, verum etiam ex translatione Graeca, μή με καταλείψει, facile intelligitur. Quod addit, in aeternum, bifariam intelligi potest: aut, non vnquam patiaris me confundi: aut, nunc quidem mihi tanquam a te

derelicto & confuso hostes insultant: tu tamen, o Domine, non patiaris hanc confusionem esse aeternam: sed in tua iustitia libera me ab ea. Quasi dicat, hostis me persequitur odio iniustissimo, atque extinguere nititur, non modo nulla vnquam iniuria leges a me, verum etiam beneficijs affectus multis. Tu itaque tanquam iustus inter nos iudex, vindica me ab illo.

**I**nclina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me. Quum ait, inclina ad me, pulcherrima & ad misericordiam mouenda aptissima antithesi significat, dominum quidem in alto siue (quod verbum eius est in alio Psalmo) in sancto habitare, quod nullus hostis accedere potest: se autem humiliatum, & in profundum afflictionum depressum atque demersum: quae quum grauissimae sint & intolerabiles, orat Dominum, vt acceleret ad eripiendum se.

**E**sto mihi in Deum protectorem & in locum refugij, ut saluum me facias. Manifesta sententia versus: proponit enim in eo petitionem suam. In Deum protectorem, Hebraismus est: pro, deus protector. Quam in Hebraeo est, פִּתְחוּ לִי דְּלֵת, id est, in petram fortitudinis, vel, vt Hieronymus transtulit, in lapidem fortissimum. De hac loquendi figura diximus alias. Pro, in domum refugij, Hebraeus habet לְבֵית מְצֻלָה: quod ad verbum sonat, in domum munitio-nis: sensus, in domum munitissimam. Nam quae talis est, tutum refugium esse potest.

**Q**uoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Ratio, quare non debeat sibi negare quod petit. Ea nascitur a laudabili, hoc sensu: Quum tu fortitudo mea ac refugium sis, atque hoc nomine ego te apud omnes praedicem, debes vtique me per tot hostium insidias deducere non capiar, & enutrire in fame, non moriar, quod nimirum tuo tam glorioso nomini respondeas. Idem paulo explicatius & fortius inculcat versu qui sequitur:

**E**duces me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. Hic nihil est difficultatis. Quod ait, protector meus, in Hebraeo est מְצַלְמִי, id est, fortitudo mea. In Graeca translatione adijcitur, ἄσπις, id est, dñe, vt legatur, quoniam tu es protector meus domine.

**I**n manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me domine Deus veritatis. Priore membro huius versus vsus est dominus in cruce iam iam traditurus spiritum: vt non sit dubium, prophetam hanc in persona Christi, spiritu prophetico esse locutum. Quod autem sequitur membro posteriore, putat Augustinus dici in persona populi redempti: qui vna morte mediatoris, illico in hanc gratiarum actionem eruperit, cuius haec sit sententia:

tentia: O nōne Deus veritatis, id est, qui verax es in omnibus promissionibus tuis, redemisti me iam per mortē vnigeniti filij tui, sicuti statim ab orbe condito promissisti. Porro: *Deus veritatis*, Hebraismus est, pro, Deus verax. Alij aliter: sed hęc Augustini expositio mihi magis arridet, quōd consonet Euangelio.

*Odisti obseruantes vanitates superuacue.* Pro *odisti*, in Hebræo est *אָדַשְׁתִּי*, id est, odi, in prima persona, vt loquatur de se ipso populus redemptus, secundū Augustinum: aut secundū Cassiodorum, Christus in propheta & membris suis de se, propheta & membris suis. Nā & Christus ipse tales odit, & quotquot ingenuē sunt Christiani, oderunt tales. Porro per obseruantes vanitates superuacue, quidam intelligunt eos qui dediti sunt artibus magicis. Nam ad hos vulgus hominū in afflictionibus confugere solet, verō Deo relicto, non sē idē idololatrię impietate, contra ipsius dei legem Deuter. 18. quę sic habet: *Quando ingressus fueris terrā, quam dominus deus tuus dabit tibi, caue nē imitari velis abominationes illarum gentium: nec inteniatur in te qui lustrat filium suū aut filiam, ducens per ignē, aut qui ariolos sciscitei, aut obseruet somnia atque auguria: nē sit maleficus, nē incantator, nē qui Pythones consulat, nec diuinos, & quęrat à mortuis veritatem.* Omnia enim hęc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera delēbit eos in introitu tuo. De his equidem præcipuē locū hunc intelligendum esse credidero, hoc sensu: *Quū homines stulti & impij, neū ignorantēs, ad superstitiones illas in afflictionib⁹ suis cōfugiant, idq; superuacue, hoc est, frustra, quū nihil eis hoc sit pfuturū: ego in domino speravi &c.* Alij extendūt ad omnes eos qui fiduciam ponunt in rebus carnalibus, præsidijs huius mundi, aut quacunq; re alia, quā in solo Deo. Sub horū expositione superior illa, tanquā sub genere species, cōtineri potest. Porro quod sequitur in Psalmo: *Ego autē in Domino speravi*, nulla eget expositione. Est autem in Hebræo cum præcedente versus vnus, vt hoc sit membrum seu hemistichium posterius. Indē iam sequentis versus initium.

*Exultabo & letabor in misericordia tua.* Ecce, his verbis exprimit, qualis debeat esse spes nostra: nempe, nequaquā tristis: quum tristitia desperationis argumentū sit: sed læta, adeoq; exultās. Vndē & Paulus Ro. 12. vbi nos monet & exhortatur, quales nos exhibere debeamus Deo, inter cetera ait: *Spe gaudētes, in tribulatione patiētes.* Hęc demū est patiētia deo grata, q̄ spe atq; fiducia in deū læta, tolerat aduersa.

*Quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti*

*de necessitatibus animam meam.* Humilitatem hic vocat afflictionē suam, quōd afflictiones humilient ac deprimant nos. Aliās, præsertim apud scriptores Ecclesiasticos, humilitas viri ea est, quę opponitur superbię. Saluasti de necessitatibus animā meam, id est, liberasti vitā meā ab vrgentibus periculis & malis, sine tuo auxilio præsidioq; inuitabilibus. Ex Hebræo transferri potuit, Agnouisti in afflictionibus animam meam. Sed huius prorsus eadē est sententia, q̄ nostrę huius, q̄ vtimur, translationis. Nā à Deo agnosci, salus est & vita: quę admodū mortis dānatio, ab illo audire, Nescio vos.

*Nec conculcasti me in manibus inimici: Statuisti in loco spatiose pedes meos.* Hoc est, ex angustijs illis, in quas redactus erā ab vrgentib⁹ me hostibus, tu me eripuisti, atq; in aperto, amplo, ac spatiose veluti campo, tutū extra omne periculū cōstituisti. Hoc iam in capite nostro dño Iesu Christo factum est, quando rediuius ex mortuis, assumptus est, & euectus sup omnes cęlos. In nobis autē futurum in magnō illo die dñi, quo fiet illa generalis omniū resurrectio.

*Miserere mei Dñe, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.* Querit hic aliquis: *Quū iam sibi gratulatus sit salutē ac securitatem, dicens, Posuisti in loco spatiose pedes meos: quī fit, vt nunc subitō in contrariū versus, itā loquatur, quasi maximis prematur angustijs?* Respondeo, iuxta Augustini sententiā, sumus vnus corporis membra omnes, sub vno capite dño Iesu Christo. Vn⁹ Christus est caput, corpus, membra, sponus & sponsa. Superiora itaq; illa, quibus se liberatū dicit, ad caput pertinent, atque ea mēbra, quę iam ex his afflictionib⁹ crepta, cum capite regnant in cælis. Hęc quę sequūtur, ad nos, qui adhuc in medio hostium cum malis & afflictionibus his luctamur. Quinetiam in hac vita alij sunt in afflictionibus, alij in pace viuūt, nisi quatenus cōpatiuntur afflictis. Præterea grauis est in animis piorum hominū afflictio, quum vident tam multos perire, eō quōd negliguat & cōtemnunt beneficia Dei. Possēt tamen quæstio hęc facile solui, etiamsi nō confugeremus ad hanc distinctionem capitis & mēbrorum, vt dicamus prophetā in spiritu loqui sub Christi persona, ea quę in ipso capite Christo futura prævidet, nepe vt humana eius natura multa acerba, ac tādē ipsam morrem pateretur: sed ex his omnibus virtute diuina emerfuram esse: neq; curāse prophetam, quid cui eorū in pphetia præponeret: quū spiritui qui in pphetis loquit, oīa sint præsentia. Illud interea ptereundū non est, sermonem hęc esse ambigū: Nā quod ait, *cōturbatus est in ira*, siue (vt vertit Hieron.) caligauit in furore oculus meus

meus: incertum est, vtrum suam dicat irā, quā sit ipse accensus ob hominum incorrigibilem malitiam: an implacabilem aduersum se hostium iram: an iram Dei in se, quā indē sibi colligere videtur, quōd itā se sinat affligi. Postremum hoc placet Euthymio: primum Augustino, itā in hunc locum scribenti: *Quis non irascatur, videns homines seculo verbis, & nō factis renunciantes? Quis est qui non irascatur, videns fratres insidiantes fratribus, fidem non seruantes osculo, quod insigunt in sacramētis dei? &c.* Augustini interpretatiōi suffragatur ipsa rerum natura. Nam ira quā nos ipsi commouemur, hęc efficit, vt oculi turbentur in capite, animus in pectore, totum denique corpus, quod per ventrem intelligimus, commoueat. *Quis enim ignorat, quę sint coniuncta cum ira? Item is, qui iam in Psalmo sequitur, versus:*

*Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.* Est enim is expositio illius. Hęc est enī illa tribulatio qua affligebatur: hęc illa seu indignatio, qua totus conturbabatur: hic dolor, in quo vitā suam defecisse, hoc est, consumptam esse conqueritur: hi gemitus, in quibus ætatis suę annos transegit, quōd quū nihil omiserit eorum, quę ad erudiendū, docendū, sanandū, conferuandū, exaltandū, adeoq; in deos quosdam transformandū homines pertinere possent, illi tamen ingratis, sua deplorata malitia excæcati & indurati, in malis computrescere maluerūt & interire, quā amplecti illa cælestia dona ac beneficia ipsius Dei, vt salui fierēt. *Quid dico, salui? imō vt filij excelsi omnes, ac dii quidam. Eodē pertinere videtur versus q̄ hinc sequitur:*

*Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt.* Nam is in Hebræo quidem non est à superiore separatus: & pro eo quod nostra hęc translatio habet, in paupertate, illic est, *אֲבַיָּוָה*, i. in iniquitate: & videtur hanc habere sententiam: *Tanta est hominum iniquitas, vt ego dum eam video, præ dolore & indignatione, animo concidam & contabescam, adeo vt ipsa etiam ossa mea, hoc est, ea quę in me sunt firmissima, concussa & conturbata non sustineant me diutius.* Ossa, inquit Augustinus, fortes intelliguntur Ecclesię: qui etiamsi non conturbantur persecutionibus alienorum, conturbantur tamen iniquitatibus fratrum. Septuaginta videntur pro *אֲבַיָּוָה*, id est, in iniquitate, legisse *אֲבַיָּוָה* vel *אֲבַיָּוָה*, id est, in paupertate: Transtulerunt & *אֲבַיָּוָה*, quod egestatem, inopiam, & mendicitatem significat. Potest autem hoc

verbum in eundem capi sensum, in quem id quod est in Hebræo. Nā vt hi qui verē pij sunt, & ingenuē Christiani, perpetuō dolent & indignantur, quum vident propter scelera hominum obscurari gloriam Christi, & quodāmodō irrita fieri, quę ille ad salutē nostrā est operatus: itā ijdē perpetua fame ac siti esuriunt ac sitiunt iusticiam ac salutem omnium hominum, illustratiōnem nominis domini ac Dei nostri. Et hoc est quōd conqueritur, infirmatam esse in paupertate virtutem suam, siue (vt legit Augustinus) infirmatum esse in egestate vigorem suum.

*Super omnes inimicos meos factus sum opprobriū vicinis meis valde, & timor notus meus.* Placet cū Augustino vocem esse Ecclesię, lamentantis quōd multos habeat pseudochristianos, qui sceleratius viuunt ethnicis & Iudæis, vt horū flagitijs illi qui foris sunt, territi, non audeāt sese in Ecclesiam dēdere. Hęc dum, secuti Augustinum, sic interpretamur: non inficiamur interea, præcessisse qualescunq; harum rerum figuras in Dauid, fugiente Saulem, quem nō nunquā non ausi sunt amici recipere: & ipsi Christo capiti nostro posse accommodari, dū affligitur, dolet, ingemiscit propter scelera nostra: dum propter tormentorum diritatem amici eius ac noti diffugiunt: dum hostes ei exprobrāt, quōd à deo desertus sit. *Quod ait, super omnes inimicos meos, id est, plus quā omnes inimici mei: & hunc sensum patitur, phrasis Hebræica אֲבַיָּוָה אֲבַיָּוָה: Qui autē sunt inimici illi Ecclesię? Respondet Augustinus, Pagani, Iudæi, & qui his omnibus peius viuunt mali Christiani. Est igitur sensus, Ego Ecclesię, quę sum sponsa filij Dei, ideoque meritō debebam esse in summa laude, veneratione & gloria apud omnes, facta sum opprobriū propter peccata populi mei, ob quę peius audio, quā audiant omnes illi hostes mei, quantunuis scelerati, flagitiosi, ac impij. Diuus Hieronymus tamen ex Hebræo pro, *super omnes*, vertit, apud omnes: vt fit sensus, omnes hostes mei me tanquā opprobrium habuerūt. Hoc eundem sensum habet cum eo quod quidam transferunt, A cunctis hostibus meis probrū factus sum, maximē etiam vicinis meis. In nostra hac vulgō vsurpata translatione, librariorum culpa omisa est coniunctio &, post nomen opprobrium, quę tam in Græca translatione, quā Hebræo legitur hoc modo: *Super omnes inimicos meos factus sum opprobriū, & vicinis meis &c.* Sententiam totius versus Iohannes Campensis in paraphrasi reddidit his verbis: *Metu hostium meorum (qui numero sunt plurimi) factum est, vt tanquā pro-**

probrosam exhorruerint me proximè vicini mei: & terrori fuerim illis, cum quibus quondam mihi fuit certissima familiaritas: quotquot videbant me, foras fugerunt, relicto me solo. Nam ita in hebræo distinguitur, ut quod sequitur,

*Qui videbant me, foras fugerunt à me.]* finis sit eius versus. A Christo, cum captus duceretur ad supplicium, fugerunt omnes discipuli eius. Petrus etiam abnegavit eum. Quam multi defecerunt ab Ecclesia: alij quod videret perfectiones, quas à tyrannis, & opprobria, quæ passim ab impijs patiebatur. Et hodie multos deterret, quod principio in ipso etiam clero, & multis monasterijs, in vulgo hominum, plurimi sic viuunt, ut nomē Domini blasphemetur apud eos qui sunt extra Ecclesiam. Hinc etiam accidit, ut multi deficiant ab ecclesia ad hæreticos.

*Oblivioni datus sum, tanquam mortuus, à corde factus sum tanquam vas perditum.]* Sic apud Hebræos distinguitur. Sensus est, Excidi à corde hominum, tanquam mortuus aliquis: nec pluris ab eis æstimatus sum, quam vasculum aliquod contractum: cuius nullus iam amplius usus sit.

*Quoniam audisti vituperationem multorum commorantium in circuitu.]* Hæc est ratio, quare sit ita contemptus: nempe quod multi circum ipsum commorantes, vituperaret eum, ac diffamarent. In hebræo tamen pro, commorantium in circuitu, est *בְּיַדְּיָם*, id est, paucior vndique. Cui lectioni non malè consonat quod sequitur:

*In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.]* Hoc ex hebræo paulò commodius verti posset, hoc modo: Dum inirent consilium aduersum me, ut auferrent animam cogitauerunt. Ita si transferas, manifestus est sensus, ut non egeat ampliori interpretatione.

*Ego autem in te speravi Domine: dixi, Deus meus es tu: in manibus tuis sortes meae.]* Manifesta sententia. Beati qui sic faciunt. Maledicti verò & infelicitissimi, qui spem suam & fiduciam ponunt in alio: qui sibi fingunt alios deos quam Dominum. Est autem hoc sibi Deum fingere aut facere, summam spei suæ atq; fiduciam in aliquo collocare. Quod ait, *in manibus tuis sortes meae:* pro, *sortes meae*, in hebræo est, *עֵצוֹתַי*, id est, tempora mea. Sed quantum ad sententiam attinet, parum interest. Per sortes enim, Euthymius mortis ac vitæ arbitrium intelligit: & Cassiodorus sortes interpretatur vitæ tempora. Alioquin cui liber plura legere de fortibus his, legat Augustinum in fine secun-

dæ concionis in hunc Psalmum.

*Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persecutibus meis.]* Manifesta sententia. Quam in tua manu sit vitæ mortisque mea: potestas, nè permittas ut hostes mei in me habeant potestatem: sed eripe, hoc est, libera me de manu illorum.

*Illustra faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in misericordia tua.]* Ita in hebræo distinguitur, ut hic sit integer versus. Illustrare faciem seu vultum suum super aliquem, nihil aliud est, quam declarare se beneuolum. Eadē figura Martialis dixit:

Quod si deus ore sereno

Annuerit, felix Candide solus eris.

Quod ait, *saluum me fac in misericordia tua:* indicat se agnoscere, quod quantum ex se, siue ratione suæ iustitiæ, indignus sit tantis beneficijs: sed omnia esse gratiæ & misericordiæ diuinæ.

*Domine, non confundar, quoniam inuocavi te.]* Hoc tanquam epiphonemate concludit ea quæ de suæ personæ miseria & afflictione pauoreque hætenus dixit, non sine ingenti affectu. Quæ sequuntur proximis duobus versibus, per antithesin dicuntur in odium hostium.

*Erubescant impij, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.]* Quasi dicat: Non est æquitatis tuæ ac benignissimæ misericordiæ, finire ut confundantur, qui te Deum suum agnoscunt, consententur, ac supplices inuocant. Illi verò merito confusi erubescunt, qui te deo vero relicto, (quæ est summa impietas) faciunt sibi idola, & in rebus vanissimis fiducia sua collocata, per dolos pessimos & superbam tyrannidem affligunt seruos tuos. Quod nosster interpretis dixit, *deducantur in infernum*, in hebræo est *לְשַׁאֵל לְיָמֵי*, quod Diuus Hieronymus translulit, taceant in inferno. Dauid Kimhi interpretatur, Excendantur, ut in infernum descendant. Hic per metalepsin accipere videtur hoc verbum: Nam *יָמֵי* propriè est silere. Porro per mortem excisis de terra viuentium, & in sepulcra deductis, adæpta est loquendi facultas. Per infernum sapè significari sepulcrum, aliàs monuimus. Translationi Hieronymi, qua verbi proprietates expressa est, consonat quod sequitur: *muta fiant labia dolosa.* Id apud Hebræos initium versus est, eius videlicet qui in nostra hac translatione hinc incipit:

*Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbiam & in abusione.]* Hoc est, quæ mihi impingunt ea, quorum sum innocentissimus. Quod ad ipsum Dauid attinet, huic impegerunt,

runt, quæ regnum affectaret, Saulis vitæ infidiaretur, atq; id genus alia: Christo, quod populum seduceret, legem Moysi colleret, prohiberet censum dare Cæsari, regem denique se faceret. Ecclesiæ sapè impegerunt, quod afflictiones bellorum & similibus malorum euenirent propter Christum: quibus in principio de ciuitate Dei, & alijs multis locis respondet Augustinus, & in sua historia Paulus Orosius, alijq; viri sancti. Quam multa nostræ ætatis hæretici impegerunt Ecclesiæ proceribus, & theologis, quæ ne per somnum quidem cogitarunt vnquam? Multa quidem fiunt in ecclesijs & monasterijs ab inutilibus sacerdotibus & monachis, quæ boni viri non sine suspirijs vident ac audiunt. Sed iniquissimum est, illa sine discrimine impingere omnibus illorū ordinum, etiam viris bonis. Denique quicquid ab his, qui sunt ingenuè Christiani, fit, quantumvis pio animo, homines sceleratissimi deprauant ac calumniant, tanq̃ vel hypocriticū, vel superstitiosum. Ecce, illa sunt labia illa dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem. Quando autem obmutescunt? In hoc seculo nunq̃, inquit Augustinus. Quando igitur? Respondet idem, Quando traducunt eos ex aduerso iniquitates eorum, sicut dicitur in lib. Sapientiæ: Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Tunc dicent illi: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisu, & in similitudine improperij. Quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est? Nos insensati, vitæ illorum æstimabamus insaniam. Tunc efficiuntur labia eorum muta &c. Quod nosster interpretis in fine versus ait, & *abusione*, in hebræo est *בְּיָבֵן*, i. & despectione siue contemptu, quo sensu & Græcus interpretis dixit, *καὶ ἐβουδύθησαν*. Quin Diuus Augustinus legit, Et contemptu. Solent autem superbi illi tyranni contemnere ac fastidire viros bonos ac innocentes. Campensis in paraphrasi vertit: Muta fiant labia quæ assueuerunt mendacijs, quæ contemptim loquuntur de iusto & cum fastu. Quia verò illi sic insanunt, quod futuri illius seculi bona ignoret, se ipsum & nos nomine illorum bonorum consolatur propheta, dicens:

*Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.]* Manifesta sententia. Pro, *quam magna multitudo dulcedinis tuæ*, Hieronymus ex hebræo ad verbum translulit, quæ multa est bonitas tuæ? Vocatiuus Domine, in hebræo non est expressus. Bonitatem hanc, seu bonitatis dulcedinem, abscondit, hoc est, reponit ad tempus timentibus se, dum vult patientiam illorū exerceri, quo sua-

uius illis postea perfruantur.

*Persecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.]* Hic versus in hebræo vnus est cum precedente. Diuus Augustinus ita distinguit & ordinat, ut illud, in conspectu filiorum hominum, referatur ad verbum, *sperant*, & nõ ad, *persecisti*: ut sit sensus, Persecisti magnitudinem illam dulcedinis tuæ eis, qui sperant in te in conspectu filiorum hominum, hoc est, non dubitant spem suam quam in te fixerunt, in conspectu filiorum hominum confiteri.

*Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum.]* Hoc est, tu illos lumine vultus tui, hoc est, temetipso, ita circumdabis & amplecteris, ut nulli homines possint deinceps eis nocere. Quod nostra trãslatio habet, à conturbatione hominum: in hebræo est *וְיִסְתִּירֵם*, quod ad verbum trãsferri posset, à superbis viri. Sed est hebraismus pro eo quod nos dicimus, à violentia quorumuis.

*Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.]* Hic versus in hebræo non est separatus à precedente. Porro quam diu sumus in hoc mundo, varias obrectationes & calumnias sustinere cogimur: quæ tamen nobis nihil nocere poterunt, confugientibus in tabernaculum domini, hoc est, ecclesiam. Hanc enim hic per tabernaculum intelligit Augustinus. Alij celum ipsum intelligunt, & referunt ad seculum futurum. Omnis protectio nomini, tabernaculū eius dici potest: ad quod tutissimum refugium est omnibus inuocantibus eum in veritate, ut ait Psal. 144. De hoc laudat Dominum versu sequenti:

*Benedixit Dominus, quoniam misericordiam suam mihi in ciuitate munita.]* Nam quod iam dixit tabernaculum, hic dicit ciuitatem munitam. Inexpugnabilis ciuitas est ecclesia Dei, ædificata super petram: ut ne ipse quidem inferorum portæ quicquam possint aduersus eam. Quidam per ciuitatem intelligunt Ceilam, in qua Dauid fuit in magno angore & periculo: vnde liberatū dixisse, quod dñs misericordiam suam, i. mirabiliter declarauerit erga se misericordiam suam.

*Ego autem dixi in excessu mentis meæ, proieci sum à facie oculorum tuorum.]* Excessum mentis quidam intelligunt illam trepidationem, in qua fuit Dauid in vrbe Ceila, quæ ciues illi essent tradituri Sauli. Dominus Iesus in cruce pendens, clamauit: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? De quo Psal. 21. Talia sapè clamat Ecclesia, tum in prophetis, tum in apostolis, martyribus, & ceteris sanctis, dum nulum videt persecutionum & afflictionum finem. Nos tamen interea discimus, quod tunc

Matt. 27.  
Marc. 15.

nobis proximus est Dominus Deus, quando nos eouſque humiliati ſumus, vtiã indignos æſtimemus nos quos ille reſpiciat:citra deſperationem tamen. Nã hinc eſt quod ſequitur:

*Idẽ exaudiſſi vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.*] Idcõ, nempe quõd agnoſcerem me quidem tam indignum conſpectu tuo: & tamen fretus fiducia miſericordiæ ac bonitatis tuæ, non deſinerem clamare ad te.

*Diligite Dominum ois ſancti eius, quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.*] Hoc ſub ſua perſona loquitur propheta, vt monet Auguſtinus. Exhortatur autem nos ad diligendum dominũ, & viriliter pugnandum ſub proteccionẽ eius. Quod ait, *quoniam veritatem requirit Dñs*, conũctio *quoniã*, non eſt expreſſa in Hebræo: non malè tamen ab interprete addita eſt: & pro *veritatem requirit Dominus*, in Hebræo eſt *יהוה אלהים נאמן*, i. fideles conſeruat dominus. Quod ſequitur, *& retribuet abundanter facientibus ſuperbiam*, ambigam habet ſententiam. Nam Auguſtinus legit, & retribuet his qui abundanter faciunt ſuperbiam. Huic ſuffragatur translatio Græca, quæ habet: *καὶ ἐνταῦθα ἡ δόξα τοῦ κυρίου ἡ ἀποδομις τῆς υπερβίας*, i. & retribuit ijs qui abundanter faciunt ſuperbiam: & Græcus commentator Euthymius, itã ſcribès: Cum ijs igitur, qui ſimpliciter ſuperbi ſunt, Dñs longanimis eſt: cum ijs verò qui nimij ſunt in eo vitio, condigna (nec ſerò) delictis retribuit ſupplicia. In eandem ſententiam Hieronymus tranſtulit ex Hebræo: & retribuet his qui fatiſ operantur ſuperbiam. Paulus

quoquẽ ſurgẽ epifcopus exponit his verbis: Viriliter age, quia qui abundanter ſuperbiũt, punientur. Alij aduerbium *abundanter*, referũt ad verbum *retribuet*, ſiue retribuit, (nam in Hebræo & Græca translatione eſt præſentis tẽporis) vt ſit ſenſus: Dominus ille ac neus noſter, qui veritatem requirit, ſeu fideles conſeruat, idem retribuit abundanter illis qui operantur ſuperbiam. Hebræa ſic habent: *יְהוָה יִשְׁלַח עִנְיָן עַל הַיִּשְׂרָאֵלִים*, i. Quod ad verbum transferri poſſet hoc modo: & reſpondit pro ſuperbia facienti ſuperbiam. Quia *יִשְׁלַח* etiam ſuperbiam ſignificat, vt ſit ſenſus: prout quiſq; ſuperbè ſe geſſit in hac vita ſeu hoc ſeculo, itã reſpondit illi Dominus.

*Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.*] Hoc eſt, quum hæc itã ſint, quid aliud reſtat, q̃ vt magnis virilibusq; animis, atq; inuictõ pectore ſuſtineatis nunc hoſtium illorum incurſus? vos, inquã, qui non vt illi, inflati eſtis potentia ſuperbaq; tyrannide huius mundi: ſed ſperatis in dño, certi nimirũ, q̃ quemadmodũ abundẽ retribuet illis digna ſuperbia ac tyrãnide ſua, itã vos in medijs hoſtium graſſationibus ſit conſeruatũrus, citoq; indẽ ereptos recepturus ad ſe in aulam in illã ſuam regiã, quõd nullus patet aditus vlli hoſti: ſed in ſumma ſecuritate, pace, & gaudio ineffabili laudãt illum ipſum dñm, in quo hĩc ſperauerunt, vnã cum vnigenito filio eius, ac ſpiritu ſancto: cui omnis debetur honor, gloria, maietas, & imperium in omne æuum. Amen.

PSALMVS XXXI.

**B**Eati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniam tacui, inueterauerunt offa mea, dum clamare tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi, cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meã dño, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Veruntamen in diluuiõ aquarum multarũ ad eum non approximabunt. Tu es refugium meũ à tribulatione quæ circumdedit me, exultatio mea erue me à circumdantibus me. Intellectũ tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui nõ approximant ad te. Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in dño miſericordia circumdabit, Lætamini in dño, & exultate iuſti, et gloriãmini omnes recti corde.

IN

IN PSALMVM XXXI.

TITVLVS.

*לְדָוִד מְשִׁיבִיל*. Hoc alij transferunt, Dauidis eruditio: Alij, Dauidis intellectus: Alij Dauidis, erudiens: & ſubintelligunt, carmen, vt ſit, carmen Dauidis, erudiens. Nonnulli ſuſpicantur *מְשִׁיבִיל* eſſe nomen harmoniæ, qua Dauid voluerit pſalmum hunc cantari. Alij, nomen instrumenti muſici. Quæ harum opinionum ſit veriſſima, alijs diſcutiendum relinquo. Mihi reſpicienti ad originem & genuinam ſignificationem nominis *מְשִׁיבִיל*, quæ eſt, intelligentia ſeu intellectus: deindẽ ad id quod agit in pſalmo, placet, Dauidis eruditio, (nã hæc parũ differunt) vt hæc ſit ſententia tituli: Carmen Dauidis, quo diuinitus eruditus aperit veram intelligentiam de iuſtificatione, qua homo ex peccatore fit iuſtus.

QUA OCCASIONE HVNC CECINERIT.

Hic quoquẽ, vt ſolent, alij alia coniectant. Nicolao Lyrano, Euthymio, & nonnullis alijs placet ſententia Rabi Salomonis Iudæi, nempe quõd hunc Pſalmum cecinerit, quum poſt admiſſum adulterium & homicidium, & ſuper his auditam propheticam correptionem, dixiſſet ei Nathan, Dominus quoquẽ trãtulit peccatum tuum: non morieris, &c. 2. Reg. 12. Nec video quid nos impediãt, quõd minus hæc ſententiam amplectamur.

ARGVMENTVM PSALMI CVM ANTIDOTO.

**Q**uemadmodũ pſalmo primo deſcripſit virum per innocentia iuſtũ, itã in hoc trigefimo primo deſcribit eos qui iuſti ſunt per remiſſionem peccatorum. Hoc eſt argumẽtum Pſalmi. Cuius explicacionem anteq̃ aggrediamur, monebimus ſtudioſos, quõd primus ille Pſalmus propriẽ ſoli Domino noſtro Ieſu Chriſto conuenit. Is eſt eſt, de quo ſcribit Eſaias, quõd iniquitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius. Hic autem trigefimus primus conuenit nobis, de quibus idem propheta: Omnes nos quaſi oues errauimus, vnũſquiſq; in viam ſuã declinauit. Quomodò igitur iuſtificati? quomodò conſecuti eximiũ hũc titulum, vt dicamur beati? Per remiſſionem peccatorum. Beati enim quorũ remiſſæ ſunt iniquitates. Quomodò remiſſe? docet Eſaias, dicens: & dominus poſuit in eo iniquitatem omniũ noſtrũ. Quid igitur? ſecuriam ſumus ac tuti, vt impunè peccemus? Minime gentium. Non hoc docet nos ſpiritus ſanctus in pſalmo: quod in ver exponendum clarè videbim. 15: neq; hæc fuit ſententia Pauli Apo-

ſtoli Rom. 4. vbĩ citat pſalmum hunc. Quem locum multi non intelligentes, in ſuũ & multorum exitium interpretati ſunt: quos multis locis repræhendit Auguſtinus in hunc ipſum Pſalmũ ſcribens, cuius inter alia plurima hæc ſunt: Reſpondeo ergò tanq̃ contra Apoſtolũ, & dico de ipſo Abrahã, quod inuenimus etiã in epiſtola alterius Apoſtoli, qui volebat corrigere homines qui malè intellexerunt iſtum Apoſtolum. Iacobus enim in epiſtola ſua contra eos qui nolebant benè operari, de ſola fide præſumentes, ipſius Abrahæ opera cõmendauit, cuius Paulus fidem. Et poſt aliquot verba: Quomodò ergò iuſtificabitur homo per fidẽ ſinẽ operibus? Reſpõdet ipſe Apoſtolus: Propterea hoc tibi dixi õ homo, nõ quaſi de operibus tuis præſumere videreris, & merito operum tuorũ te accepiffe fidei gratiam. Noli ergò præſumere de operibus ante fidem. Noueris quia peccatorem te fides inuenit: & ſi te fides data fecit iuſtum, impium inuenit quõd faceret iuſtum. Ac tadẽm concluditur eã diſputationem Auguſtinus, Paulum vnã cum propheta interpretatur his verbis: Si vis eſſe alienus à gratia, iacta merita tua. Ille autem videt quid ſit in te, & nouit quid cui debeat. Ei verò qui non operatur, quid? Ecce pone aliquẽ impium peccatorem: non operatur, quid autẽ credit? Credit autem in eum qui iuſtificat impiũ. Ex eo enim quia non operatur benè, impius eſt. Et ſi bona videatur facere, tamẽ quia facit ſinẽ fide, nec bona vocanda ſunt. Credẽti autẽ in eum qui iuſtificat impiũ, deputatur fides eius ad iuſtitiam, ſicut & Dauid dicit, cui Deus acceptõ fert iuſtitiam ſinẽ operibus. Iuſtitiam quam? fidei, quam bona opera nõ præceſſerunt, quam bona opera cõſequuntur. Intẽdite ergò vos, alioqui malè intelligẽdo projicitis vos in illã voraginẽ impunè peccãdi, & ego liber ſum, ſicut ipſe Apoſtolus ab omĩbus malè intelligentibus liber ſuit. Libẽter enim malè intellexerũt, nõ bona opera ſequerẽtur. Nolite eſſe de numero talium fratres. Dicitur in quodã pſalmo de quodam homine tali, i. de tali genere quaſi de vno, Noluit intelligere vt pſal. 35: benè ageret. Non dictũ eſt, non potuit intelligere. Vos igitur oportet, vt velitis intelligere vt benè agatis. Intellectus eſt vobis nõ deerit manifeſtus. Quis eſt manifeſt? intellectus? nemo iactet bona opera ſua ante fidem: nemo ſit piger in bonis operibus, accepta fide. Dat Deus ergò indulgentiam omnibus impijs, & eos iuſtificat ex fide. Hæc Auguſtinus inter alia multa, quæ relinquimus ſtudioſis ipſis legẽda. Nos hæc decerpta ante expoſitionẽ pſalmi loco antidoti dedimus, ad præſeruandũ lectorẽ à veneno ſerpentis, qui in iſtiusmodi late-

Y 3 bris

bris sese occultas, gaudet lethale virus afflare transeuntibus.

EXPLICATIO PSALMI.

Beati quorum remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Sensus manifestus est. Verba possent ex hebraeo paulo aliter transferri, sed sententia non potuit comodius. Remissa, i. condonata. tecta, vt non appareant, imò vt ne sint quidem. Tegendo enim extinguuntur, vt exercitus Pharaonis in mari rubro. Extinguuntur, inquam, tegedo, non si nos quorum sunt peccata, dissimulando texerimus ea. Nā hoc ipsius Psalmsi verbis clarè refellitur: sed quando dominus auertit faciem suam ab eis, nē videat ea: iuxta id quòd alibi ait, Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Psal. 50.

Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatū, nec est in spiritu eius dolus. Nemo nostrum est qui non peccauerit. Si dixerimus, inquit Iohannes, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Hinc est quod iam sequitur in Psalmo:

1. Iohann. 1.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Sed priusquam huc versum explicemus, videamus quid sit quod ait, nec est in spiritu eius dolus. Hoc Augustinus interpretatur his verbis: Nec in ore suo habet ostentationem iustitiae, cum conscientia eius peccatis plena est. (vbi hoc obiter admonendum, quòd pro, in spiritu eius, vt habet nostra translatio, suffragante scriptura Hebraica וְרוּחַ יְהוָה, Augustinus legit, in ore eius, idque ex Graeca translatione, ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Dolum plerique doctorum, secuti Augustinum, interpretatur simulationem iustitiae, quum sint iniusti. Est etiam dolus, quo simulant se confiteri peccata, qui confiteri nolunt. Quum enim audierint illud Salomonis Ecclesiastae 7. non est homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Et illud Iohan. Apostoli, quod iam diximus: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus &c. facile intelligunt summam impudentiam esse, si quis neget se vnquam in aliquo peccasse. Vt autem hanc impudentiam notam effugiant, non tantum in colloquijs familiaribus, datis occasionebus, agnoscunt peccatoris nomen: verum etiam sacerdotes, tanquam confessuri, adeunt. Sed nihil preter illud quod omnibus commune est, confiteri sustinent, nempe se peccatores esse, & petere absolutionem. Si quæras, in quibus ergo peccauerint, negant se debere enumerare peccata, neque id

1. Iohann. 1.

fieri posse, quòd propheta hic noster alibi dixerit, Delicta quis intelligit? Quòd si tu neges, illud verbum prophetae in eam sententiam esse dictum, in quam ipsi detorquent, (neque enim ad patrocinandum superbe illorum contumacia, sed ad accusandum ignauissimam hanc nostram tarditatem pertinet, qua negligimus vitam nostram & actiones exigere & examinare ad regulam doctrinae & mandatorum Dei. Nam hoc si faceremus eo quo decebat studio, fieret utique vt intelligeremus delicta.) Hic tamen nihil habent quod cum ratione respondeant, quiduis tamen malum, quam intelligere verè & ex animo respicientis esse esse peccatorem, verum etiam ad regulam illam, quam dixi, vitam suam examinam expendere, huiusque correctionem serio meditari: & hoc concepto proposito, in conspectu Dei & angelorum, necnon ipsius Ecclesiae, si ita res postulet, humiliare se ad pedes sacerdotes Christi, & huic tanquam medico vulnera animae suae exponere clarè & aperte, longissimè remoto omni hypocritico dolo. Sed hic rursus mihi videor audire illorum aliquem magno cum cachinno respondentem: Ha, ha, ego ne sacrificulo secreta mea reuelarem? Non ita fecit propheta. Psalmsus enim ita habet: Delictum meum cognitum tibi fecit tibi, inquit, hoc est, Domino Deo, non sacrificulo aut monacho. Sed non animaduertunt, ita illi fuisse loquendum in Psalmo, vbi illi sermo est cum ipsius Dei persona. Nam aliàs non ad Dominum, sed ad Nathan prophetam ait: Peccaui Domino. Neque dubium est, quin hanc confessionem quae illic duobus duntaxat verbis notatur, plurimis & verbis & lachrymis explicatam compleuerit. Quis enim ignorat sacrae scripturae in eiusmodi locis loquendi consuetudinem? Nec est quod sacerdotem Christi in comparatione prophetae contemnamus: quum, teste Malachia, sit angelus Domini exercituum: confirmante illud in Euangelio ipso domino Iesu, quum ait: Sicut misit me pater, & ego mitto vos: & Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. Sed non est nunc institutum haec persequi. Est & in illorum spiritu dolus, qui ex consuetudine confitentur quidem: sed nolunt recedere à malo, nec facere quod bonum est. Sic Euthymius interpretatur de illis, qui post baptismum reuertuntur ad superioris vitae peccata, his verbis: Nec est in ore eius dolus: Nec post baptismum mentitus est, aut violauit pacta, quae cum DEO habet.

Dolum

Dolum enim hic pro mendacio intelligere debemus. Proficetur enim qui baptizatur, operibus demonum renunciare, & Christi mandatis se adiungere. Mat. 18. legimus de quodam, cui dominus remisit decem millia talentorum, hoc est, vniuersum debitum. Quid obstitit, quominus ille esset beatus? hoc nimirum, quòd in spiritu eius erat dolus. Quisnam erat ille dolus? quis, nisi quòd quum tam benignum & clementem in se expertus esset dominum, ipse in proximum suum siue conferuum, animo esset crudeli? Ideò iratus Dñs tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet vniuersum debitum. Noster autem propheta beatos predicat illos, quibus Deus remisit peccata praeterita: quique iam spiritu mentis suae innotati, induerunt nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Hinc & idem hic propheta noster alibi, quum praeteritorum peccatorum remissionem petisset his verbis, Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele: continuo subiicit, Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Iam quod sequitur:

1. Iohann. 1.

Psal. 50.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Quomodo tacuit dum clamaret? Respondet Augustinus: Tacuit confessionem, clamauit merita sua. Tacuit, quae pro dolore animi cum rugitu clamare ac deplorare debebat: clamabat quod oportebat tacere. Indè factum est, vt inueterauerint, i. emarcuerint, atque defecerint, ossa eius, id est, interiores animae virtutes.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina. Hoc est, dum ego demens, mihi tanquam iusto placebam ac blandiebar, tu domine pro singulari tua bonitate, tanquam sapiens, pius, ac bonus pater, manum tuam flagello paterno armatam super me extendens grauasti: neque inutilis mihi fuit tua correctio. Conuersus enim sum in arumna mea, hoc est, afflictione correptionis tuae, vt agnoscerem peccatum meum: dum configitur spina, id est, interprete Augustino, dum conscientia: stimulus admonet me, quibus illa flagella meruerim. Pauli verbum est 1. Corint. 11. Quòd si nosmetipsos iudicaremus, non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Posterior huius versus pars, quae est: Conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina, in Graeca translatione legitur, ἐστράφη ἐν τῷ πνεύματι μου ἐν ἀνομίαις μου. Hoc est, (vt verbum verbo reddam) Conuersus sum in miseriam, dum insigit mihi spina, in hebraeo autem sic:

וְהָיָה לִישְׁרֵי בְּתָרְבוֹתַי סִדְּךָ מִלֵּךְ. Hoc ad verbum verti potest: versus est succus meus in siccitates aestiuas, selah. Huius hic videtur esse sensus: ab eo tempore, quo tu coepisti stringere in me flagella, praeter terrore angoreque: coelsumpto succo vitali exarui, quemadmodum flagrante calore solis aestiuo, exarescunt in culmis arista. Sic Dominus quoque Lucae vigesimoprimo, de his quae diem iudicij praecedent, loquens, ait: Arescentibus hominibus praeter timore & expectatione eorum quae superuenient vniuerso orbi. Guilhelmus Lindanus hoc loco veterem translationem defendit: quem vide libr. 1. de Opt. gen. interpre. script. cap. 8. Vt autem intelligamus pauorem illum grauiorem esse, quam qui verbis pro rei grauitate magnitudineque fati queat exprimi, accinit suo more in fine versus וְהָיָה דֵּךְ. de quo ante fati diximus.

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Hoc est, ita salutari illa tua correptione admonitus, tandem coepi agnoscere & confiteri in conspectu tuo, quam enormiter aduersus diuinam legem ac voluntatem tuam peccaui. Vt autem intelligamus, quam grata sit Domino Deo talis confessio: & quam paratus sit recipere in gratiam peccatorem sic respicientem, subiicit propheta:

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Dixi, hoc est, in corde meo proposui. Hic sanctus Augustinus miro studio nos admonet, vt obseruemus, quam obuius sit Deus peccatori respicienti: adeo vt confessionem eius intus adhuc in ipsis penetralibus cordis conceptam, antequam per os erumpat in vocem, exaudiat. Sic & in Euangelio leprosi illi, dum irent ostensuri se sacerdotibus, in viam undati sunt, antequam peruenirent ad sacerdotes, Lucae decimosextimo. Idem Augustinus ex occasione eius quòd ait, aduersum me, grauitate eos perstringit, qui fatentur quidem se peccasse, sed conantur à se remouere crimine, dicentes, Quia ita Deus voluit: aut, Hoc fuit in meis fati: aut, Sub malo sidere natus sum. Quotquot enim sic loquuntur, non se, sed ipsum Deum, tanquam auctorem sui peccati, accusant. Idem faciunt, qui liberum arbitrium ab homine tollunt. Illud interea dissimulare nolo, quòd nostra haec translatio habet, aduersum me iniustitiam meam, in Hebraeo esse וְהָיָה לִישְׁרֵי בְּתָרְבוֹתַי סִדְּךָ מִלֵּךְ, quod quidam transferunt, super prauitatibus meis: Felix Praten, super transgressi-onibus meis. Sed sensus idem manet. Septuaginta.

ginta videntur pro **לֵךְ** legisse **לֵךְ**: hoc em significat aduersum me. Itaque mihi maxime placet hoc loco nostra hec traslatio: Dixi, cofitebor aduersum me iniustitia mea Domino: & tu remisisti impietate peccati mei. Hoc autem tam obuia bonitatis ac misericordiae diuine opus, quantum sit, quamque alte infigendum memoriae, assiduaque cogitatione voluendum, quanta cum gratiarum actione perpetuo predicandum, indicauit propheta, adiecto in fine versus **לֵךְ**. Idem confirmat versus qui sequitur:

*Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.* Pro hac, hebraismus est: pro eo quod Latine dicitur, pro hoc, id est, hac re, nempe remissione peccati. *Orabit omnis sanctus.* Na quum iuxta verbum Solomonis, non sit homo super terram, qui faciat bonum & non peccet, omnis sanctus cogitur orare pro remissione peccati. Verum id facere oportet in tempore opportuno, i. tempore gratiae. Vnde Apostolus exhortatur nos, dicens: ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Quodnam est illud tempus? Hoc nimirum, quo nobis natus, crucifixus, mortuus, sepultus, ac rediuiuus ex mortuis, sedensque ad dextram patris Christus Dominus, factus est aduocatus noster apud Deum patrem, & propitiatio pro peccatis nostris. Hic est ille sol iustitiae, qui suo salutari exortu aduexit nobis diem salutis: Qui si non fuisset ortus, nullum esset tempus opportunum ad orandum Deum pro remissione peccatorum. Cauendum autem nobis est, ne hanc temporis opportunitatem negligamus. Quamquam enim hic sine peccato non viuatur, semper tamen cum inuocatione hac de qua loquimur, conari debemus, ut ex his peccatorum sordibus aliquando elutemur, & pure mente dominum Deum contemplemur. Nam hoc si negleximus, elabatur nobis hac opportunitas & peribit, actantumquam ianua claudetur, frustra tunc plorantibus atque clamantibus: domine domine, aperi nobis. Tunc enim ille responsurus est illud horribile verbum: Amen dico vobis, nescio vos. Quod ne nobis eueniat, Dominus ipse nos admonet, dicens: Vigilare itaque, quia nescitis diem neque horam. In Apocalypsi demuliere quadam dicit: Dedi illi tempus ut poenitentiam ageret, & non vult poenitentiam agere. Ecce tales non orant ad Dominum pro remissione peccatorum in tempore opportuno. Iam ad id quod sequitur in psalmo:

*Verumtamen in diluuii aquarum multarum ad*

*cum non approximabunt.* Multis rationibus obscura est huius versus sententia: Principio, quid intelligat per diluuium aquarum deinde, quoniam sint illi, aut quae illa, quae non appropinquabunt: postremo, quis ille, ad quem non appropinquabunt. Augustinus per diluuium aquarum intelligit varietatem doctrinae, quae in varias sectas distrahit homines, ut non possint appropinquare ad Deum. Ad hunc enim non peruenitur, nisi per simplicem doctrinam veritatis, in omni humilitate ac modestia animi, exclusa omni ambitiosa contentione. Huic non est dissimilis expositio Dionysij Carthusiani, nisi quod per aquas non doctrinas, sed peccata intelligit. Verba eius sunt: Homines in fluxu luxuriae, & superfluitate gulae, ac caeteris vitij carnalibus seu spiritualibus perseuerantes, ad eum, scilicet Deum, non approximabunt, quoniam peccata eorum diuidunt inter eos & Deum, &c. Alij per diluuium aquarum multarum, intelligunt inundationem afflictionum seu reationum: ut neget propheta has quicquam posse nocere illis, qui se totos Deo dederint, crediderintque. In hac sententiam interpretatur Euthymius, his verbis: Dicitio *verumtamen* hoc in loco pro coniunctione sumenda est, ut sit sensus, quod & in inundatione tentationum (per aquas enim hoc in loco tentationes ac calamitates intelligenda sunt, quemadmodum & alibi), libera me de aquis multis, quod in huiusmodi, inquam, inundatione nullae aquae ad eum approximabunt, qui sic confessus fuerit, & cui hac ratione remissae fuerint iniquitates & tecta peccata. Approximare autem seu appropinquare, hoc in loco, idem est quod attingere & laedere. Hae Augustinus. Idem indicat & aliam quandam expositionem: sed non est nobis propositum, omnes omnium opinioniones persequi. Porro illa Euthymij interpretatio quam ascripsi, mihi quidem minime displicet, ut illud *verumtamen* non tanquam aduersatiuum, sed assertiuum accipiat. Videtur autem propheta alludere ad diluuium illud noe, quo impij quidem perierunt omnes, Noe vero cum sua familia seruatus est. Sic Deus semper seruat suos ab omni malo, & ex istiusmodi conflictibus clariores reddit. Hinc & noster hic propheta ita pergit in psalmo:

*Tu es refugium meum a tribulatione qua circumdedit me: exultatio mea, erue me a circumdantibus me.* Quid. Confugiant alij, malis ingruentibus, vel ad idola, vel ad magos aut ariolos, vel ad opum, potentiaeque praesidia, aut quocumque alia: ego ad neminem alium confugio, quam ad te. Tu es meum refugium, siue ut est in hebreo, **לֵךְ**, protectio mea, interprete Hieronymo.

mo. Alij aliter, sed eadem sententia, **לֵךְ** abscondere significat. Vnde Ioh. Campen in paraphrasi traslulit: Tu prouidentia tua occulta, a malo, proteges me. Quod noster interpres dixit, a tribulatione que circumdedit me, in hebreo est, **לֵךְ**, i. ab afflictione custodies me: Quod ait, Exultatio mea, erue me a circumdantibus me, hebraice est **לֵךְ**. Hoc ad verbum transferri posset, Canticis liberationis circumdabis me, hoc est, exhilarabis me canticis illis, quibus exhilarari solent, & oblectare se, qui deuictis hostibus, liberati triumphant. Septuaginta translulerunt quasi legerint: **לֵךְ**. Porro quanta sit ea futura letitia, qua perfruemur exultabimusque, quum deuictis omnibus hostibus, regem nostrum Dominum Iesum Christum triumphantem sequemur in regnum eius caeleste, id quia superat omnem captum mentis humanae, accinit propheta in fine versus **לֵךְ**. Iam quo modo peruenire quis queat ad illud tam inestimabile bonum, ad illam tam diuinam felicitatem, indicat versibus qui sequuntur: quorum haec est sententia, quod neque sine gratia Dei fieri id queat, neque Deus gratiam hanc largiatur in hoc, ut nos de omnibus securi, improvidi atque supini nihil operemur. Quin eos qui tanquam equus & mulus, hoc est, animalia bruta, non agnoscunt gratiam sibi datam, neque assurgunt, ut per industriam ea aliquid lucrentur, sed in suis peccatis fordescent ignaui, grauiam manent supplicia. De gratia sic loquitur:

*Intellectum tibi dabo, & instrua te in via hac qua gradiens: firmabo super te oculos meos.* Hoc est, prudentem faciam te, & docebo quo pacto viuere oporteat te, quin etiam studiosissime obseruabo te oculis meis, ne quid tibi aduersi accidat. Hoc si quis penitus scrutari, & latius explicare perrexerit, is inuenit quam nihil omiserit Deus eorum quae ad nostram salutem pertinent. Dedit nobis ingenia, ut natura sumus capaces caelestis illius doctrinae: dedit innumerabiles discendi occasiones, ex parentibus, magistris, concionatoribus verbi diuini, libris, sanctis colloquijs, ex ipsa mundi creatura, ut interea taceat arcanos ipsius spiritus afflatus, & multa alia: ut hoc vnum restet, ne nos desimus nobis. Hinc est quod iam sequitur:

*Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Nam his verbis nos admonet, ne tantis dotibus ac caelestibus bonis ornati atque ditati, eoque dignitatis euecti, ut veluti numina quaedam videri queamus, nimirum ipsius

summi Dei filij, deiciamus nos ipsos in eam ignominiam secessissimam, ut brutis pecudibus & iumentis similes efficiamur, quae non intelligunt horum quicquam.

*In camo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Quum equi & muli minerit, pulchre perstat in metaphora, quae ex ea similitudine fluit. Quae admodum enim equi & muli non alia ratione ferunt sefforem, & eod quod tendit prouehunt, quam si freno regantur: ita multo maxima pars hominum, non facit ea quae recta sunt, neque obediunt praeceptis Dei, nisi acri disciplina & multis afflictionibus dometur. Camus & frenum, inquit Euthymius, idem sunt, & iuxta Graecarum dictionum etymologian, alterum (puta **καμὸς**) sic dicitur **καμὸς** **καμὸς**, i. quasi flectens ceruicem: Nam & vinculi genus est, quo serui deliquerat, castigari solebat. Vnde ille apud Plautum in Casina: Deos quae, ut quidem hodie camum & furcam feras. Capistrum quidam interpretantur. Frenum vero, **καμὸς** **καμὸς**, id est, quod mittatur in os. In hebreo versus hic non est separatus a precedente. Legitur autem his verbis:

**בְּמִוְתָא וְרִכְוֹ עֵינַי לְבָלֹם בַּל קָרוֹב אֵלַי.** Hoc est, cuius os camo & freno coercetur, ne accedat ad te. Id hoc sensu cum precedente coheserit: Nolite similes effici equo & mulo: qui quum sine intellectu ferociant, & quod ipsa eos rapit ferocia, ferantur cum impetu, camo & freno coercendi sunt, ne accedat ad te, hoc est, quenuis hominem, ac mordeant. Hac ratione fuerit numeri personaeque enallage. Quid si hoc modo transferas? In camo & freno os eius coercendum, qui non accedit ad te. Ut intelligas ante **בַּל** relatiuum **אֵלַי**. Iam per omnia fuerit eadem cum nostra translatione sententia. Sed ut cunquē transferas, sententia remanet propemodum eadem, eademque minime obscura: nempe prophetam admonere nos, ne duritia nostra & indomita insolentia demus occasionem Domino, ut plagis & afflictionibus nos cogat ad faciendum ea quae sunt officij nostri: sed potius tanquam boni & cordati filij, sponte patris nostri voluntatem faciamus. Nam hac ratione obtinuerimus, ut liberi a plagis, magna cum voluptate animorum nostrorum, in domo optimi patris nostri cum laude & gloria versetur. Hoc enim nobis promittit verus qui sequitur:

*Multa flagella peccatorum sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.* Prius hemistichium sanctus Hieronymus ex hebraeo traslulit hoc modo: Multi dolores impij. Sunt certe impij, quos Graeci **ἀσπίς** dicunt,

Hebraei **דעש**, qui Deum prorsus abnegant, ut Epicurus, Lucianus, & ceteri qui horum infaniam secuti sunt aut sequuntur. Hos horribilia manent supplicia, qualia per Moysen praedixit dominus Deut. 32. Ignis, inquit, succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima. &c. Item, si acuro ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam ultionem hostibus meis, & ijs qui oderunt me, retribuam: Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, &c. Talibus ne spes quidem est vlla misericordiae diuinae. Quid enim sperent ab eo quem abnegarunt? Verum sunt serui Dei: imò sunt filij, qui tamen per fidem, spem, & charitatem Deo arcte adherent, labuntur tamen interim per infirmitatem carnis in ea quae vetuit pater: atque hac ratione merentur flagella. Quae quum adhibentur, agnoscunt suum peccatum, & iustitiam Dei: neque iuste flagellantem, sed semetipsos iniuste peccantes accusando reprehendunt, non desperantes interea de misericordia eius in qua crediderunt, & quem non destiterunt amare: hos misericordia circūdabit. cui huiusmodi sunt, hos ad patientiam hortatur Apostolus Heb.

## PSALMVS XXXII.

**E**xultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. Cōfitemini domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in vociferatione. Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam & iudicium, misericordia Domini plena est terra. Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Timeat Dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium, reprobatur autem cogitationes populorum, & reprobatur consilia principum. Consilium autem Domini in aeternum manet, cogitationes cordis eius in generatione & generationem. Beata gens cuius est Dominus deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi. De caelo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum. De preparato habitaculo suo, respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit singulatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suae. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suae non saluabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Ut eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame. Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor

12. vsurpans ad id verba Salomonis Prouerb. 3. Fili mi, inquit, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filijs vobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis. &c. Iam per totum hunc psalmum audiuius, quomodo homo ex peccatore fiat iustus. Quod qui consecuti sunt, his merito gratulatur propheta, dicens:

*Lætamini in Domino, & exultate iusti, & glori-  
amini omnes recti corde.* Hoc est, O vos, quicumque per remissionem peccatorum, à misericordia bonitatisque diuina consecuti estis gloriosam hoc nomen, ut vocemini iusti: & quicumque recto corde iam decreuistis deinceps facere iustitiam, & in nouitate vitae ambulare: vobis, inquam, dico, lætamini, non in vobismetipsis, quasi vestra industria hæc sitis consecuti: sed in Domino, qui hæc omnia in vobis operatur. Vnde huic debetur omnis honor, gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

iator noster & protector noster est. Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus. Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

## IN PSALMVM XXXII.

## DE TITVLO.

**P**salmus hic apud Hebræos nullum habet titulum. Hoc & Græcus interpres admonuit his verbis: *Ύμνος τῷ Δαυὶδ, ἐν τῷ ψαλμῷ 32.* Porro quod à David compositus sit, quum ipsa totius Psalmi phrasis satis arguit, tum quod ita excipit præcedentem, ut ab eisdem ferè verbis incipiat, in qua ille definit.

## ARGVMENTVM.

**Q**uemadmodum in præcedente psalmo docuit, quomodo homo ex peccatore fiat iustus, ita in hoc docet, quid ita iustificatis faciendum sit: & ad hoc ipsum exhortatur nos, nempe ut sine intermissione cum gaudio & exultatione laudemus Dominum, non iam veteribus nenijs tristitia, sed cantico nouo gaudij, quippe exuti iam veterem illum Adamum, & induti nouum. Cuius rei rationem reddit, ab operibus, quæ Deus ad salutem & vium generis humani est operatus, iuxta promissiones verbi sui. Quemadmodum autem iustis & rectis corde benignus & amabilis est Dominus, ita impijs formidabilis: idè inquit: Timeat eum omnis terra &c. Horum consilia dissipat, & quicquid gigantea illa sua ferocia machinantur, reprobatur: ut quicumque alijs viribus quam Domini fidunt, fallantur: Beati verò, qui generoso illo ac filiali timore timet Dñm, ac plena fiducia sese in illum conijciunt. His prophético spiritu precatur misericordiam Domini, quam haud dubiè consequentur. Hæc est summa eorum quæ hoc psalmo aguntur.

## EXPOSITIO PSALMI.

**E**xultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. Hoc est, o vos, qui antehac graui illa & execrabili peccatorum sarcina pressi, in dura seruitute & captiuitate, sub crudelissimo tyranno diabolo, vel genuistis atque luxistis, quæ miseriam vestram intelligeretis: vel etiam (quod longè est horribilius illo) præ timore infano non intelligentes mala vestra in illis ipsis, in quibus lugere ac flere debuistis, exultastis, nunc redempti, atque iustitiæ libertatem consecuti, exultate in Domino, qui liberavit ac iustificauit vos, & ex prauis rectos fecit. Tales ita decet collaudatio, hoc est, ut de tanto beneficio pariter illum qui id pro sua incomprehensibili bonitate gratis in vos contulit, laudetis. Verum hæc dum nostrum aliquis, qui tot pec-

catorum ac tantæ infirmitatis nobis adhuc sumus conscij, vel legit, vel audit, fortè contristatus animo dicat: Quid igitur miser ego? qui nondum sentio in me vllam iustitiam ac rectitudinem cordis, ut mihi sit exultandum, sed magis plorandum ac lamentandum est: quæ mihi queat esse spes, me vnquam eò emer surum, ut inter illos liceat consistere, quibus dicitur, Exultate iusti in Domino? Quisquis hæc secum cogitat & loquitur, haud dubiè modestè, ut Christianum decet, de se loquitur ac sentit: dummodò non abijciat se in desperationem. Quare diuus Augustinus tales consolatur his verbis: Nemo dicat, Quis ergò iustus? Nolite vos abijcere, aut desperare de vobis. Homines estis, ad imaginem Dei facti estis: qui vos homines fecit, pro vobis homo factus est, ut multi filij ad hereditatem sempiternam adoptarentur, sanguis vnici pro vobis effusus est. Si vobis ex terrena fragilitate viluistis, ex precio vestro vos appendite, quid mādūcetis, quid bibatis, quo subscribamini, tamen dignè cogitate. Nunquid hoc vos monemus, ut superbi sitis, & vobis aliquam perfectionem audeatis arrogare? Sed non iterum ab omni iustitia vos putare debetis exules fieri. Nolo enim vos interrogare de iustitia vestra. Fortassis enim nemo vestrum mihi audeat respondere, iustus sum: sed interrogo vos de fide vestra. Sicut nemo vestrum audeat dicere, iustus sum: sic nemo audeat dicere, fidelis sum. Nōdum quæro quid viuas, sed quæro quid credas. Responsum es, credere te in Christum: non audisti Apostolum, Iustus ex fide viuunt? Fides tua, iustitia tua: quia utique si credis, caues: si autem caues, conaris: & conatum tuum nouit Deus, & voluntatem tuam inspicit, & luctam cum carne considerat, & hortatur ut pugnes, & adiuuat ut vincas, & certantem inspicat, & deficientem subleuat, & vincentem coronat. Ergò exultate iusti in Domino, hoc dixerim: Exultate fideles in domino: quia iustus ex fide viuunt: Ecce, hi sunt iusti, quos excitat propheta, ut exultet in Domino. Iam quod addit, *rectos decet collaudatio*: rectos idè Augustinus ita definit: Qui sunt recti? Qui dirigunt cor secundum voluntatem Dei: & si eos perturbat humana fragilitas, diuina consolatur æquitas.

*Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem*

*cem chordarum psallite illi.*] Confiteri Domino, est laudare Dominum, & gratias illi agere de beneficijs. Porro quod ad instrumenta hæc musica attinet, adeo variat scriptorum sententia, ut nondum videat quid certi possit adferri. Quod citharâ dixit interpret, Hebraicè est *קנור*: Quod psalterium, *קנול*. Huic hoc loco tanquam epitheton adherere videtur *קנור*, i. decachordû: ut sit, in psalterio decachordo, quum neq; interposita sit cõiunctio, neq; repetita præpositio in: sed continenter scriptû, *הורו ליהוה קנור קנול קנור קנור*. Quod ad verbum sonat: Confitemini Domino in cithara, in psalterio: (vel nablo:) decachordo psallite illi. Hoc illi, qui nostra ætate profitentur Hebræa, ita distinguendum esse contendunt, ut subintelligatur coniunctio & nê decachordum adhaereat psalterio tanquam epitheton, sed ipsum sit instrumentum decem chordarum, diuersum à psalterio seu nablo. Certè in Psalm. 91. qui Hebræis est 92. tanquam instrumenta diuersa ponuntur, Hebraicè, *קנור קנול קנור*, id est, in decachordo, & in psalterio. Ego quum nusquam inueniam certas horum definitiones, relinquam ea coniecturis doctorum. Illud sapienter ac piè admonet Augustinus, nê hic somnitemus aut affectemus musicam illam theatricam, quæ dulciter quidem per aures illabitur, sed perniciosè titillat animi cogitationes ad lasciuiam: vndè & Diuus Hieronymus non vult, ut puella Christiana vnquam audiât organa. Spirituales est ea, de qua hic agitur, musica: cuius, illa Iudaica, figura quædam extitit, quemadmodum & cætere illorum cæremoniarum rerum spiritualium figuræ extiterunt. Augustinus ait citharam in inferiore parte habere quo resonat, psalterium in superiore. Quo significari putat, quod DEVM laudare debemus de omnibus his, quæ nobis in hac inferiore, id est, terrena vita eueniunt, siue ea prospera sint, siue aduersa: atque hoc quidem esse, confiteri Domino in cithara. In psalterio autem decem chordarum psallere illi, nihil aliud esse, quam nomen eius sanctificare per obseruationem doctrinæ caelestis, quæ de cælo allata, & in monte tradita, decè præceptis continetur. Iam ad id quod sequitur in psalmo:

*Cantate ei canticum nouum, benè psallite ei in vociferatione.*] Quid aliud est, cantare Domino canticum nouum, quam gratias illi agere, quod per nouum illum suum Adamum Dominum nostrum Iesum Christum, reparauit & recuperauit nos, qui perieramus

per veteris illius Adami peccatum? Quid, nisi iuxta præceptum Apostoli, deponere se-Ephes, secundum pristinam conuersationem, hominem veterem, qui corrumpitur secundum desideria erroris: & renouari spiritu mentis, atque induere nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis? Quid autem, benè psallere ei in vociferatione? Hoc antequam explicemus, (si modò à nobis explicari potest) admonendum videtur, id quod noster interpret vertit, in vociferatione, in Hebræo esse *קנור קנור*: quod non quamlibet vociferationem significat, sed eam quæ ex ingenti & ineffabili aliquo animi affectu cum exultatione erumpit: qualis illa populi Israelitici in euerfione Hiericho, Iosua 6. Vndè rectè vertisse videntur Septuaginta, *ἐκκατακνύει*. Est autem *קנור קנור*, auctore Euthymio, vox militum, qua se mutuo exhortantur ad profligandum hostem. Nonnulli iubilationem hoc loco verterunt: Ea est, quando significamus nos eloqui non posse: quæ cõcepto animo gestimus eloqui, qualibus in mysticis cantionibus plerumquæ utitur Ecclesiâ, ut de ineffabili Deo, vel inexplicabilibus operibus eius, ut in All-luia, & multis alijs.

*Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.*] Hoc est, interprete paraphraste Campensi, æqua sunt quæ loquitur & mandat Dominus, & quicquid facit, optima illud fide facit. Porro verbum, quod Hebraicè *קנור*, in scripturis diuinis non ad sermonem tantum refertur, sed sæpè significat rem, aut negocium: Ut Luca secundo, Transeamus vsque Bethlehem, & vi deamus hoc verbum quod factum est, quod fecit dominus, & ostendit nobis: hoc verbum, id est, hanc rem quæ accidit, &c. Est itaq; prophetæ sententia, quod omnia quæ Deus instituit, facit, loquitur & mandat, irreprehensibilia sunt: & quod optima fide operatur ac præstat, quæcunque siue per semetipsum, siue per angelos, siue per prophetas, siue quocunque modo promisit aut elocutus est. Eius rei hoc ipsum abundè magnum est argumentum, quod miseris nos prolapsos in peccatum & mortem, erexit, restituit, ac iustificauit, remissis atq; deletis, per sanguinem vnigeniti filij sui, peccatis nostris. Hoc quum olim multifariam promiserit, tempore, æterno suo cõsilio ad hoc definito præstitit. Hæc est causa, ob quam dixit noster hic propheta: Exultate iusti in Domino, &c.

*Diligit misericordiam & iudicium: misericordia Domini plena est terra.*] In Græca translatione post *iudicium*, adiicitur *ἀκρίβεια*: ut sit: *Dili-*

*Diligit misericordiam & iudicium Dominus.* Quod vtrum Septuaginta de suo adiecerint explicandi gratia, an ex glossemate aliquo per librarios additum sit, equidem ignoro: certè in Hebræo non est expressum, sed relictum ex præcedentibus subintelligendum. Potest autè multifariam intelligi, quod nomen diligere dicitur misericordiam & iudicium, ut indicat Euthymius, & multis differit Augustinus. Vt rem compediò dicam: Deus diligit misericordiam, hoc est, delectatur nobis exhibere misericordiam suâ, dum peccatores inuitat ad penitentiam, & conuersos recipit in gratiâ. Sed inter hæc nō obliuiscitur iudicij, ut neq; præterita peccata puniat, neq; discrimè habeat inter eos qui cõuerfi, iam deinceps iuste viuunt, & eos qui cõuerfi recusant: sed obstinati perdurant in scelere suis. Nam nê maneret impunitum peccatum, ipsum vnigenitum filium pro peccatis nostris percussit, quantum sibi dilectum, & in quo sibi benè complacuit. Per huius sanguinem iustificauit nos, ut obtureret os calumniatori, alioqui dicturo, Deû iniquo iudicio, aut etiam sine iudicio, recipere in regnum suum, olim propter peccatû iusto iudicio eiecit. Vides mirabilem coniunctionem misericordiae & iudicij, quæ alioqui videri possent contraria. Porro nê quis iam deinceps securus sibi blandiatur, quasi propter illam filij Dei mortem liceat impune peccare, etiam hoc ipsum immensa illius misericordiae est opus, quod vbiq; in scripturis diuinis tanto studio nos admonet, quam horribile sit recidere in peccatum: ut nemo negare queat, iusti ssimo iudicio perire eos, qui sic momentè & inuitantem renuunt audire & sequi. Hæc est (ni fallor) genuina sententia horum verborum: tamen optimè monuit Augustinus, quod etiam in nobis diligit misericordiam & iudicium, hoc est, velit & nos ea in re sibi esse similes, ut ita sumus misericordes, ut tamè à iudicio non recedamus: atq; idè malè facere eos, qui quum iudices sint inter homines constituti, pauperes interdum in causis ipsorum iniustis, contra diuites iniquo iudicio subleuât, prætextu misericordiae peccata illorum contegentes, contra præceptum dei Deuteronomij vicelimo tertio: Pauperis quoque non misereberis in iudicio. Et si recto iudicio rem expendamus, inueniemus neminem grauius nocere pauperi, aut cuius reo, quam eum qui iniusto iudicio illum in causa iniusta iustum pronunciando, obstinatorem facit in iniustitia, ut tandem iusto iudicio Dei, quod nemo potest effugere, in condemnationem incidat. Hanc saluberrimam doctrinam, propter occasionem verborum, & Augustini au-

thoritatem, putavi non esse prætereundam. Porro quod pro eo quod Septuaginta verterunt, *Diligit misericordiam*, in Hebræo est, *אֲהַבָה יְיָ*, id est, diligit iustitiam: non officit huic, de qua dixi, doctrinæ, quum statim de misericordia subijciat propheta: *misericordia Domini plena est terra*. De quo idem noster Augustinus: In terra abudat hominis miseria, superabundat dñi misericordia. Miseria hois plena est terra, & misericordia Domini plena est terra. In caelis verò quia nulla est miseria, non dicit illos plenos esse misericordia Domini: sed,

*Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritus oris eius omnis virtus eorum.*] Secunda hæc est ratio, quare tantoperè laudandus sit dominus, quia ipse omnipotenti verbo suo caelorum hanc pulcherrimam machinam fecit, & omnem ornatum, exercitum, & virtutem, siue potètiâ eorumdem caelorum. Sic enim nos docet historia Gene. primo: Dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux. Item, Dixit quoque Deus, fiat firmamentum &c. Porro quod noster interpret dixit, firmati sunt, Septuaginta, *ἐσφραγίσθησαν*, in Hebræo est *שִׁמְרָה*, id est, facti sunt. Et quod, *virtus eorum*, *ἀνακτοῦ*, Hebraicè,

*צְבָאוֹת*, id est, exercitus siue ornatus eorum: quales, sol, luna, stellæ, & horum omnium virtutes siue vires, quas exercent in omnes has inferiores creaturas: de quibus plurima commentati sunt philosophi. Augustinus hæc tanquam per allegoriam dicta, pulchrè accommodat apostolis, per quos tanquam caelos, pluuiam Euangelij sui in totum terrarum orbem diffudit, ac data illis potestate remittendi peccata, renouauit faciem vniuersæ terræ. Hos, inquam, caelos fecit Dominus, id est,

DEVS pater, verbo suo, id est, filio: (is enim ait, sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos) & spiritu oris sui, quæ est persona tertia in sancta illa Triade, omnis virtus Apostolorum fuit, quum ex se nihil aliud essent, quam homines infirmi. Hoc satis indè apparuit, quod ante acceptum spiritum omnibus laborarent affectibus & erroribus, quibus etiam infirmus quisque ex plebe. Accepto verò spiritu, ilicè profilièrunt in publicum, annunciantes verbuni, vndè neque minis tyrannorum deterri, neque tormentis arceri aut prohiberi potuerunt. Hæc quum verissima sint, omnibusque Christi fidelibus nota, quumq; haud dubiè hæc sint, de quibus noster hic propheta hortatur iustos, ut exultent in Dño, & rectos, ut vnanimiter eundem collaudent: quis non libenter allegoriam hanc, diuinis scripturis tam vlitatam, quas ipse etiam Paulus

Iohan. 20.



per allegorias interpretatur, & interpretandas esse magna auctoritate affecerat, amplectatur? Equidem non ignoro, iuxta historicum sensum idem posse intelligi per verbū domini, atque per spiritū oris eius: sed mihi voluntas est sequi eos, qui ex his literę salebris & verpibus expediti, cum spiritu euolant ad illa celestia atq; diuina.

*Congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos.* De hoc quoque Genes. 1. sic scribit Moses: Dixit verò deus, congregentur aque quę sub cęlo sunt, in locum vnum, & appareat arida. Et factum est ita. Inclusit itaque Deus virtute verbi sui aquas terminis suis, quas, si ipsi visum sit, potest reducere in terrā: quod declarauit tempore Noë, Gen. 7. Hinc est quod ait illum tanq̄ in thesauris repositas habere abyssos. Porro vt remotis aquis fecit extare aridā, vt in ea viuāt animalia q̄ in aquis viuere non possunt, ita virtute verbi sui, quāddō vult, repellit à nobis afflictionum abyssos: sed quas tanquā in thesauris repositas reducit in nos iusto iudicio suo, si malitiam illorū, quos illo diluuiio perdidit, imitemur. Hinc est quod merito sequitur in Psalmo:

*Timeat Dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.* Huius versūs sententia manifesta est: nisi hoc admonendum videatur, quod coniunctio *autem*, non est in hebręo: & posterius hemistichium, est expositio prioris. Neque aliud significat, quum, continente pro contēto posito, dixit, Timeat Dominum omnis terra: quā, ab eo commoueantur omnes inhabitantes orbem. quare pergo ad eum qui sequitur:

*Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.* Neq; huius est obscura sententia. Illud fortē sunt admonēdi studiosi, q̄ pro, & facta sunt, in Hebręo est, *וַיִּבְרָא*, id est, & factus est, vt referatur ad orbem. & pro, & creata sunt, *וַיַּעֲשֶׂה*, i. & fecit. Est itaq; sensus: Ideo omnis terra timeat Dominum, hoc est, ab eo commoueantur qui inhabitāt orbē: Quia tāta est virtus domini, vt simplici verbo mundum hunc totum fecerit, & quum dominus iuberet, ilicō in suo hoc vigore ac omni pulchritudine cōfliterit: ipse, inquam, orbis, & quicquid eo continetur.

*Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.* Et hoc opus est, argumentumque tremende potētīe domini, quod ipse facillimo momento, adeoq; simplici nutu dissoluit ac dissipat, quicquid gentes mundana illa sua sapientia, qua turgent inflati, deliberant

atque instituunt: & irritum facit, quicquid omnes, vel totius mundi populi aduersus electos Dei, barbaris illis suis ac tyrannicis cogitationibus machinantur. Quanto magis illi fremebant aduersus Christum & ecclesiam, horrendis excogitatis supplicijs, vt hanc vnā cum ipso illius nomine extinguerent, tanto magis Dominus dilatauit eam, donec totum occuparet orbem terrarum. Postrema huius versūs pars, & reprobat consilia principum, non est in Hebręo. In Græca translatione legitur, *καὶ ἀπὸ βασιλέων ἐχθρότων.*

*Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.* Propheta suo more id quod priore versūs parte dixit, posteriore repetit: Porro quū Deo tribuit cor & cogitationes, per tropum loquitur, accommodans siue temperans sermonem ad infirmitatem intellectūs humani, talia imaginantis: quorum tamen nihil in deo est: sed cogitationes cordis, prædestinatiōem dicit: quæ manet in æternum immutabilis. Coniunctio *autem*, ab interprete addita est, quum in Hebręo non sit expressa.

*Beata gens, cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi.* Miro compendio rem omnium maximam dixit ac docuit. Nam quum nullus hominum viuat, qui non optet esse beatus, neq; aliud quærant, q̄ vt beatē viuant: huc suas cogitationes, studia, labores, etiam flagitia sua dirigant, (putant enim se boni aliquid his consecuturos,) propheta noster compendiosissimam ad hoc, eamque certissimam viam ostendit: nempe vt agnoscamus, quod dominus cęli ac terrę sit vnicus verusque Deus noster: hunc eligamus, amplectamur, totique ab hoc pendeamus, omnia tum huius, tum futurę vitę bona ab hoc vno petamus & expectemus: qua ratione efficiemus, vt ille & nos eligat in hereditatem sibi. Hac coniunctione nihil beatius, neque in cęlo, neque in terra esse potest. Posterior pars versūs in Hebręo videtur accipitem habere sententiam. Sic enim legitur *וְיִשְׂרָאֵל לַיהוָה*. Quod transferri posset: populus qui elegit in hereditatem sibi: vt subintelligamus, Dominum. sitque totius versūs hæc sententia: Illa demum beata gens est, quæ sibi dñm elegit in deum: & beatus populus, q̄ sibi non aliam constituit siue elegit hereditatem, quā ipsum Dominum. Sed magno consensu transferunt, vt nostra habet translatio: idque sensu pio & commodo, vt iam indicauimus.

*De celo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum.* Eadem figura dixit Psal. 13. dominus de

de celo prospexit super filios hominum, atque perato videlicet sermōe ad sensus vulgi, imaginantis deum de cęlo tanquā de specula emittens inspectare hominum vitam, vt ex arcibus solent principes huius mundi. Quin sanctum patriarcham Iacob per istiusmodi visionē docere dignatus est Deus Gen. 28. quum illi in somnis appareret innixus scalæ, à terra in cęlum vsq; porrectæ. Sed re vera plurimum interest. Deus enim vbique præfens, nō emittens tanquā de specula, sed intus corā omnia inuenerit, etiam cogitationes hominum, quantum arcanas. Porro ille de quo hinc agitur, respectus, misericordiæ est & benignitatis in nos diuinæ: qua respicit nos in laboribus & afflictionibus, vt eruat nos.

*De preparato habitaculo suo respexit super oēs qui habitant terram.* Preparatum dicit habitabile & commodum, atq; ita compositum, vt facile inde perspiciat omnia.

*Qui finxit singularem corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.* Ecce, hic proprijs verbis eloquitur, quod præcedentibus duobus versibus figuratē dixit. Quum deus finxerit vniscuique cor, qui potest ignorare qd in ipsis cordib' lateat: qui distribuit hominibus quos finxit, gratiæ suæ dona, vt docet apostolus 1. Cor. 12. quomodo non intelligat, quid cuique dederit, & an aliquo præterea habeat opus? Nostri est hæc agnoscere, atq; cum grata firmāq; fiducia, omnia ab illo petere & expectare. Nam qui Deo diffisi, confugiunt ad humana, aut quęcunq; huius mundi præsidia, falluntur. Verissimum est enim quod sequit in Psal.

*Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.* Hoc est, victoria salusq; regis non est sita in copioso exercitu: neq; gigantis, in illo tam vasti corporis immani robore. Hoc verissimum esse, quum ipsa ratio apud eos qui ratione vt nouerunt, satis euincat, tum exemplis multis doceri posset. Gedeon, quum haberet ingentes copias, quibus adorturus erat Madianitas, audiuit à Domino: Multus tecum est populus, nec traderet Madian in manus eius, nē gloriatur contra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum &c. Et coactus est dimittere totū exercitum, trecentis duntaxat viris exceptis, cum quibus aggressus innumerabiles hostiū copias, ad interfectionem eadem cecidit. Iudic. 7. Noster hic propheta Dauid, quum esset puer, minimus omnium fratrum suorum, pastor ouium, inermis, aggressus ingentem illū Philistæum Goliath, virum bellatorē ab adolescentia sua, omni armorū genere instructissimū, prostrauit ictu vnus lapidis, suo ipsius (hostis dico) gladio obruncauit, spolia de-

traxit, speciosissimam lætissimamque victoriam ad populum Israëliticum reportauit: quod copiosè scriptum legimus 1. Reg. 17. Talia multa leguntur in historijs sacris: sed hæc nobis abundè sufficiunt, ad ostendendū confirmandūq; quod spiritus sanctus hinc per os prophete proloquitur. Porro quod ait, in multitudine virtutis suæ, pronome *sua*, de suo adiecit interpretes, cum non sit in Hebręo expressum: subintelligendum tamen, nē quis putet nos repræhendere interpretem, q̄ adiecerit.

*Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.* Hoc est, Et illi decipiuntur, qui fidunt fortitudini velocitativę caballi, quo vehuntur in prælio. Quantunvis enim ille robustus velocq; sit, non tamen saluabit scissorem suum. Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine virtutis suæ, (inquit in suo cantico Iudith) cuius multitudine obturauit torrētes, & equi eorum cooperuerunt valles. Dominus autem omnipotens tradidit eum in manus sceminae, & confudit eum. Porro quod nostra hæc translatio habet passiue, *saluabitur*: in Hebręo est actiuum, *יִשְׁלַח*, id est, saluabit, vt subintelligas, equitem, siue insidentem ipsi equo. Quum itaq; in istiusmodi non sit nobis ponēda fiducia, neq; à talibus expectanda salus hominis, quoniam iubemur confugere? Sequitur id iam apud prophetam:

*Eccē oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.* Hoc est, Dominum Deum timeamus, & in misericordia eius speremus: atq; ille conuertet ad nos oculos suos. Quamobrem? nimirum, vt faciat quod sequitur:

*Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.* Aperta est, verissimāq; sententia. Quicunq; hac fiducia cōfugiunt ad eum, his certa parata est salus. Sic Iudith scemina & vidua, aggressura potentissimum illum tyrannū Holoferne, inter cetera precabatur: Non in multitudine est virtus tua Domine, neq; in equorum viribus voluntas tua. Nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

*Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor & protector noster est.* Sustinet, i. per tolerantiam expectat. Loquitur autē in persona oīm verē in Christum credentium: & animam pro toto homine posuit, vt sit sensus, Nos qui per fidem amplexi sumus siue induimus Deū, per patientiam aduentum eius expectamus, certi videlicet, q̄ adiutor & protector noster sit.

*Quia in eo latabitur cor nostrum, & in nomine sancto*

*sancto eius sperauimus.] Sperauimus* legendū est, non sperabimus, suffragantibus, non tantum scriptura Hebraea, ac translatione Graeca, verum etiam emendatioribus codicibus Latinis. Sententia est, quod gaudium nostrum in hoc mundo, non in alio est, quam in spe futurorum bonorum. Nam alioqui in mundo pressuram habemus: sed spe gaudentes, confidimus quia princeps noster Iesus Christus, cui nomen dedimus, & cuius nomen inuicta constantia profitemur, vicit mundum. Iohan. 16. Quotiescūque hostis assultum, aut quicquid illud sit aduersi, sentimus, ad illum clamamus, vt sequitur in Psalmo:

## PSALMVS XXXIII.

**B**enedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisiui dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Gustate & videte, quoniam suavis est dominus, beatus vir qui sperat in eo. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites egerunt & esurierunt: inquirentes autem dominum, non minuetur omni bono. Venite filij, audite me: timorē domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuertere a malo, & fac bonum: inquire pacē, & persequere eam. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Multae tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. Mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustum, delinquent. Redimet Dominus animas feruorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eo.

## IN PSALMVM XXXIII.

## DE TITVLO.

**Q**uod noster interpres ex Graeco recte transtulit, Psalmus David, quum immutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit: ex Hebraeo ad verbum sonat, Davidis, cum immutasset rationē suam corā Abimelech, & expelleret eum, & abiit: Hoc est, Psalmus hic est Davidis, quē cepit, quum immutata ratione, hoc est, dissimulato iudicio mentis, furore autem simula-

*Fiat misericordia tua Domine super nos, quem admodum sperauimus in te.] Sic autem clamantes certē exaudit. Quoniam, inquit alibi, in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Hac itaq; tam certa spe gaudentes, iuxta verbum nostri prophetae, à quo hunc psalmum exorsus est, exultamus in Domino, eidemque in citharis, psalterijs, omnibusque tam corporum quam animorum nostrorum organis laudem coninimus, in secula seculorum, Amen.*

to, efficeret vt tanquam furiosus à rege Abimelech expulsus, liberē quod vellet, posset abire, ne qua vis sibi à rege, aut eius ministris inferretur. Extimuit enim valdē à facie Achis regis Geth, vt habet historia 1. Reg. 21. Vbi sciendum est, quod Achis non est alius, quam qui hic in titulo Psalms dicitur Abimelech. Sed Achis nomen est proprium illius regis, coram quo ita se gessit David. Abimelech autem, nomen commune omnibus regibus Philisteorum: quemadmodum Pharaō, Aegyptiorum:

rum: Cæsar, Imperatoribus Romanorum: vt quemadmodum nos dicimus, Carolus Cæsar: ita illi dicerent, Achis Abimelech. Hinc fit vt Abraham quoque, & filius eius Isaac, ratione vxorum suarum, apud Abimelech periclitati esse legantur, quum quiuis facile intelligat, non potuisse eundem esse, cuius in hoc titulo fit mentio: quum illi multis seculis fuerint ante hunc nostrum prophetam David. Sciendum & illud, rationem, in hoc titulo non significare causam, aut respectum, aut supputatiōem, aut aliud aliquid eorum quē id vocabulum significare potest & solet: sed illam vim animi, qua homo (dictus in dē rationalis) differt à cæteris animalibus, hoc est, brutis: quāq; ob id à dialecticis differentia hominis appellatur. Hanc David coram Abimelech immutauit, quando simulauit se ea destitui, atq; furore mētis correptū obbrutescere. Legimus aut talia de alijs quoque in historijs gentium, vt de L. Iunio Bruto, primo Romanorum Consule, qui ob hoc ipsum cognominatus est Brutus, hoc est, destitutus ratione, quod simulauerit dementiam, ne à Tarquinio Superbo aunculo suo, septimo Romanorum rege, propter prudentiam diuitiasque quibus pollebat, occideretur. Vlysses quoque se insanire finxisse legitur, ne cogereetur cum cæteris Graecie principibus proficisci ad bellum Troianū. Cæterum ea de qua nos hic loquimur, immutatio vultus, hoc est, simulatio demētiae, non vacat magno mysterio reconditaq; doctrina. David typus est dñi nostri Iesu Christi, atque sanctorum omnium, qui spiritu Christi aguntur. Saul persequens hunc, populus Iudaicus est, hoc est, caro & omnis affectus carnalis. A quo tanq; sibi metuens Christus, & quiuis homo Christianus, spiritu Christi afflatus, cofugit ad Achis Abimelech, regem Philistaeorum: quod significat torcular, figura synagoga Iudaeorum: e qua Christus tanquam homo insanus eiectus est. Porro Achis Abimelech, si cōiuncta interpretaris Latine, sonat, quomodo est pater meus rex? q. d. Nonne æquū est me percipere fructum vineae, cuius pater meus rex est ac Dñs, & plātauit eam? Illi verò ministri Achis, dicunt, Hic est haeres: venite, occidamus eum. Hic Achis, illa quoque hominis dignitas intelligi potest, illaq; potestas regia, quam à Deo accipit, quum audiret: dñamini piscibus maris & volatilibus caeli, & vniuersis animantibus quē mouentur super terram, Gen. 1. Ab hoc regio dñio, quo sibi subiecta habet illa, nō leue periculum est homini, qñ seditionis motibus caro insurgit aduersus spiritum. Sedit imminere sibi stimulos tanq; hastā Saulis: fugit in Gath, quærit quomodo ibi regnet pater suus, vt fretus

vineae fructibus, seruetur à fodiente se hastā famis, aut cuiuscunq; appetitis. Sed quia spiritualis est, statim intelligit etiam hic sibi fieri insidias, blandiēte videlicet terreni huius dñij applausu. Quid igitur agit, ne captus occidat? Imitatur regem suum dñm Iesum Christū, qui quum in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c. Vnde ab Herode tanq; demens est spretus: itemq; à cæteris huius mundi tyrannis, per hunc Abimelech figuratis. Hunc, in quā, imitatus, immutat vultū: simulat se mēte captū, prorsusq; ignorare, qd haeres sit horum omnium: sed tanq; stultus, nihil ad se pertinere putans, contēnit. Hæc elegantissimis illis vtriusq; etiam testamēti figuris & exemplis expressa, Paulus apostolus nudis atq; apertis verbis monuit, quū ita scriberet 1. Cor. 7. Hoc itaq; dico fratres: tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanq; non habentes sint: (nonne & hic agnoscimus Abraham & Isaac dissimulantes vxores suas apud Abimelech, in quibus typus ille Christi & Ecclesiae, nequaquam excludit hanc doctrinam moralem?) & qui sicut, tanq; non sicut: & qui gaudent, tanq; nō gaudentes: & qui emunt, tanq; non possidentes: & qui vtunt hoc mundo, tanq; non vtantur. Præterit enim figura huius mudi. Quin ipse Apostolus, quū veniret ad Corinthios, non venit in sublimitate sermonis aut sapientie, tamen esset egregiè doctus, sed non iudicauit se scire aliquid inter eos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, 1. Cor. 2. Vnde eosdem admonēs, ne arrogāter de se quisq; sentiat, inquit: Si quis aut se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire, 1. Cor. 8. Mundus quidem sapiētes iudicat eos, qui istiusmodi rebus affluunt: stultos autem, qui neq; habent, neq; curant habere. Sed aliter iudicāt hi qui sunt spirituales, contenti his quibus ad necessitatem aluntur atq; teguntur. Ecce hæc est illa immutatio vultus, qua vtis David corā Achis Abimelech: & euadit saluus ac tutus ab omnibus insidijs atq; periculis. De quo deinde laudat dñm, vt in psalmo videbimus. Hæc de titulo. Quæ si cui fortē videant *em pood' id vna*, is conferat ea cū ipso psalmo, deinde iudicet.

## ARGVMENTVM PSAL. XXXIII.

**P**incipiū summa cum exultatione laudat dñm, quod se ex illo periculo liberauerit. Deinde suo exemplo hortatur nos, vt in afflictionū tempestatibus ad eundē dñm deū confugiamus. Ad hoc persuadendum, vtitur argumentis aliquot. Tertio loco monet, quomodo nos compositos esse oporteat, quando ad dñm confugiemus, dum ait: Prohibe lin-

Y quam

quam &c. Oratio est generis panegyrici. Tot habet versus, quot sunt literae in alphabeto hebraico: à quibus ordine suo incipiunt: nisi quod nullus incipit à vau. Quod damnū pefatur adiecit post finem alphabeti versu vno qui incipit à phe. Vide dictata in Psal. 24.

EXPOSITIO PSALMI.

**B**enedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Hoc est, per oem vitā, semper laudabo dñm. Est autem exordium animi exultantis, & in subitum gaudium erumpentis, q̄ sentiat se ex periculo mortis in vitam beatissimam tutissimamq; translatum. Hoc cum David contigerit in figura, Christo resurgenti à mortuis contigit in veritate: & per Christum nobis omnibus continget, si modò simulationem demētiā eius apud Abimelech fuerimus imitati.

In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & latentur. Quod ait, laudabitur, in Hebræo est *לְהַלְלוֹ*, id cōmodiūs transferretur, gloriabitur: vt consonet illi Paulino, Qui gloriatur, in dño gloriatur. In dño, inquit, non in semetipso, aut alio quoquā, q̄ in dño. Alioquē vana erit eius gloria. Porro quod addit, *audiant mansueti & latentur*, mansuetos intelligit illos, de quibus apud Matthæū dicit dñs: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrā. Sensus prophetae est: Quicumq; mansuetudinem meam imitati, cedendo vincunt huius mundi fastum atq; tyrannidem: atq; suis mundiq; p̄sidijs diffisi, confugiunt ad dñm, audiant q̄ feliciter hoc mihi cesserit, idq; gratuletur mihi, letantes quod ipsi similiter faciētibus similia parata sint à dño. Sed quia gaudio hoc ineffabili tanq̄ inebriatus est, mutata persona, conuertit se ad ipsos amicos suos, eosq; tanq̄ p̄sēns alloquitur, dicens:

Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Magnificate, hoc est, magnificē predicantes laudate. In idipsum, i. simul, pariter, vnanimiter, non dissecti in factiones.

Exquisiui Dominum, & exaudivit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Breuis expositio est eius, quod ait sibi p̄stititū esse à dño: de quo vult vt secum laudent dñm. Est autem generosissimi, adeoq; diuini animi argumentum, nolle solum esse felicem atq; beatum, sed similem fortunam optare ceteris hominibus omnibus. Hinc ait:

Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Quibus verbis hortatur & nos, vt eodē confugiamus, vbi ipse inuenit salutem. Solet, inquit Euthymius, afflictio mentem hominū confundere, atq; obtenebrare. Vos igitur q̄ in afflictionū tenebris constituti estis, accedite ad eum, vt quēadmo-

1. Cor. 7.  
2. Cor. 10.  
Matt. 5.

dum ego feci, vos pari modo cum exquiratis, & illuminamini: ipsa nimirum lætitia atq; alacritate, calamitatum tenebras ac caliginē dissipante, nē cōfundamini etiam spe spe, in quā, salutis. Sententia hæc, iuxta Septuaginta translationem, luculenta est & cōmoda. Alij aliter transferūt. S. Hieronymus hoc modo: Adp̄citate ad eum, & confluite: & vultus vestri non confundentur. Sed hoc quidē loco nulla mihi trāslatio cōuenientiōr videtur, q̄ Septuaginta. Cuius rationem hebraicē docti, si attēderint, faciliē animaduertent. Quare omis illis tam varijs translationibus, quarum nonnullæ etiā ineptæ sunt, pergo ad versum qui sequitur:

Isse pauper clamauit, & Dñs exaudivit eum: & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Exhortatio ab exemplo. Loquitur aut, secundum literam quidem siue historiam, de semetipso, per enallagen personæ. q. d. Ego, quum essem pauper, hoc est, in afflictionibus & angustijs, (hebr. *אָבְנִי*) inuocauī dñm, & exaudivit me &c. Secundū spiritū verò de Christo, qui ad eō pro nobis factus pauper, vt quū vulpes habeat foueas suas, & volucres cæli nidos, ipse nō habuerit, vbi reclinaret caput suum, Luc. 9. & afflictus, vt vermīs visus sit, & nō homo, Psal. 27. inuocauit dñm, & exaudivit est pro sua reuerentia, inquit apostolus Heb. 5. vt nos certos faceret salutis nostræ, quū ipse ex illis afflictionibus, quibus non possunt esse aliæ terribiliores, non modò ereptus sit saluus, verum etiam exaltatus in cælu, & constitutus ad dextrā patris. Porro nē quis aio pusill⁹ ac trepidus, putet se min⁹ impetraturum, q̄ David, aut etiā ipse filius Dei Dñs Iesus Christus, (is enim p̄ nobis deprecatus est patrem, atq; etiam nūm, confidens iam in dextra patris, interpellat p̄ nobis, vt fieri non possit, vt patiamur repulsam) indicat nobis propheta modū, quo Dñs Deus timentes se & inuocantes, saluos facit.

Immittet angelus Dñi in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Quod noster interpres dixit, immitteret, in translatione Græca est, *παρουσιασθαι*. Id verbum iuxta compositionis quidem formā & proprietatem, significat immittere, seu interponere: sed est præterea castrēse verbum, pro eo quod est castrametari: q̄ milites, dū castrametant, tentoria suis ordinibus distincta collocant, vt inter se paribus spatijs, congruētiq; positu, vt inquit Budæus, respondeant. Porro hoc significatu hīc positū esse verbum græcū, satis arguit hebræum *מַחֲנֵהוּ*, i. castrametatur. Est itaq; sensus prophetae, interprete Euthymio: Castra ponit dñs circa vnumquemq; hominum, qui modò timeat Deū, illum nimirum aduersus oem noxiam muniēs aduersitatem. Porro

Matt.

Iohan. 6.

Matt. 4.

Deut. 8.

Porro angelū illum Dñi, qui hæc, iussus ab Imperatore Deo, facit Augustin⁹ ipsum Christū intelligit, q̄ is dictus sit ab Esaiā, magni cōsiliij angelus. Hoc etiā Euthymius sensisse videri posset, q̄ in cōmentarijs dixerit, Castra ponit dominus: pro, angelus domini: nisi statim de alio angelo loqueretur. Basilius verò, ceteriq; magno consensu, de alio angelo, putā Michaēle, aut illorum ordinum aliquo, intelligunt. E quibus alij, qui Archangeli dicuntur, p̄sunt Ecclesijs, hoc est, ceteribus & publicis hoīm cōgregationibus: supra quos emnens Michaēl, totius ecclesiæ catholicæ custos esse credit. Alij singulis hoibus, vt singuli singulos protegant. Quos qui diligenter ac religiosè obseruāt, sæpē manifeste operationum argumentis præsentia eorum sentiunt. multis etiā visibili specie apparuerunt: quod multis locis docent scripturæ diuinæ vtriusq; testamenti. Nullus aut hoīm tam est impius, quin habeat sanctū. Aliq; angelū custodē: & qui à multis etiā peccatis eū retineat: quod in hunc locū, p̄phetę monet Dionys. à Kickel Carthu. Gustate & videte, quoniā suauis est Dñs: beatus vir qui sperat in eo. Hoc D. August. refert ad sacramentū Eucharistiæ: de quo quū loquens dñs Iesus Iohā. 6. diceret: Si quis māducauerit ex hoc pane, viuēt in æternū: & panis quē ego dabo, caro mea est, p̄ mundi vitæ litigabāt Iudæi adinuicē, dicētes: Quō potest hic nobis carnē suā dare ad manducandū? His itaq; visus est insanire, quēadmodum David Achis regi & ministris eius. Et sicut hi eiecerūt à se Davidē tanq̄ insanū: ita multi, etiā ex discipulis, audientes illa verba Iesu, dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest eum audire? Et descuerūt ab eo multi. Quæ vt eruditissimè differuit Augustinus, nō tantum in hūc versum, verum multò etiam copiosius in titulum Psalms: ita ad eō non impediunt, vt etiā iuuent nostrā illā interpretationē moralē. Quemadmodum em illi, somniantes cruentam laniationē corporis nñci, ac viscerationē aliquā, quales in vsu esse legunt apud anthropophagos, audierunt à dño, obiurgante eos propter errorē: Spiritus est qui viuificat: caro nō prodest quicquā: ita idē hic dñs noster Iesus Christus, quū esuriens tentaret à diabolo, dicēte: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant: respōdit, Scriptū est, Nō in solo pane viuūt homo, sed in oīi verbo quod procedit de ore Dei. Itaq; & nos, cū intūs pungit nos appetitus carnis huius: foris aut insidiat satā, capturus nos & interfectorus per illa ipsa, q̄ Deus nobis ad huius vitæ sustentationē dedit, & super q̄ nos tanq̄ reges cōstituit, prudētē dissimulare debemus regiā hāc potestātē nostrā, nē his abutamur ad luxū ex

consilio satanæ, aut etiam hoīm carni gulęq; ditorū: sed ex consilio spiritūs sancti, cum oīi frugalitate ac sobrietate vtamur ad necessitatem, memores nō in his esse vitam nostrā, sed in oīi verbo, quod procedit de ore Dei. Hoc, quō oēs intelligant, aperiāmus exemplo nobis oibus noto: Ecclesia Dei catholica, docta à spiritu sancto, indixit certis diebus ieiunia, non solum ad castigationē carnis, vt hæc subiecta fiat spiritui, verū etiā ad saluberrimā doctrinam aīæ. Habēt enim illa ieiunia magna mysteria: quod nouerunt, qui D. Augustinū, ceterosq; ecclesiæ doctores legerunt. Ceterū vbi iam ieiunantē cœperit haīta sua inuadere Saul, quod nomen nihil aliud q̄ concupiscētiā sonat, à verbo *שָׂוָה*, i. concupiuit, appetiuit, apud Achimelech quidē sacerdotem (qui iuxta noīs interpretationē, est frater me⁹ rex, nimirum dñs Iesus Christus, qui post ieiuniū cibari nos pane sacro corporis sui) benignē atque salubriter pastus panibus sacris, quos propositionis appellant: præterea armatus gladio Goliath, hoc est, quē ipse David, ereptū supbo illi Philisteo Goliath, in ipsius iugulū cōuerterat, quo significat verbū dei, quod diabolus sæpē arripit, vt eo dolosē cōtorto iugulet milites Christi: nos aut illud ei ereptum, in ipsius iugulū cōuertimus: sic, in quā, pastus & armatus, transit ad Abimelech, scilicet vbi paratæ sunt illi insidiæ. Est enim pater quidē ille & rex, sed terrenus & carnalis. Et quēadmodum illius ministri dixerunt, nunquid nō iste est David rex terræ? Diabolus aut ad Christū, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant: ita ad hunc hæreticus: Si Christianus es, nōsti illud, quod ingredit per os, non inquinat aīam: & illud Pauli, Omne quod in macello venit, manducate. Quid aut hic contrā? Non in solo pane viuūt homo. Et, Oīa quidem sunt mūda: sed malū est homini qui per offendiculū māducat. Et, qui nō audierit ecclesiā, sit tibi tanq̄ ethnicus & publicanus. Absit igit vt ego vescar cōtra mandatū ecclesiæ, atq; tot millia fratrum offendam. Mea voluptas, meus appetitus non est in sapore istius cibi, sed in dño. Gustate em, & videte quoniā suauis est dñs. Ecce, gladius Goliath, per David militem Dei superbo gigante ereptus, & in ipsius iugulum conuersus. Quid dicimus? Nonnē hæc sensisse vidēt sancti illi, quibus sumpturis cibū, placuit ex hoc psalmo auspicari benedictionē mensæ: & sumpto iam cibo, gratiarum actiōem? Quinetiam pulchrē consonant his q̄ sequunt in psalmo: Timete Dñm oīes sancti eius, quoniā non est inopia timentibus eum. O compendiosam ad maximas opes certissimāq; diuitias viam. Quid igitur solliciti sumus? Quid, relicto Deo, ad ar-

1. Reg. 21.

1. Reg. 17.

Matt. 4.

Matt. 15.

1. Cor. 10.

Rom. 14.

Matt. 13.

tes & imposturas, quas excogitauimus ipsi, cōfugimus? Nō est hoc figmentū poetæ alicuius, neq; somniū hoīs, qui videri voluerit philosophus. Doctrina est spiritūs sancti, hoc est, ipsius Dei, cui nō credere blasphemia est, hoc est, peccatū inexpiabile, tum in hoc, tum in futuro seculo. Doctrina, in quā, confirmata grauiusimè ab ipso filio Dei. Ideo dico vobis, inquit, nē solliciti sitis aiæ vestræ, quid manducetis, neq; corpori vestro, quid induamini. Et post multa in hanc ipsam sententiā: Quærite ergo primū regnū Dei & iustitiā eius, & hæc oīa adijciuntur vobis. matt. 6. Nō eget hic versus latiore explicatione. Nam quod interpret de suo adiecit signum vniuersale, omnes, quū in Hebræo non sit, sed indefinitè, Timete vñm sancti eius: explicandi gratia fecit, quū in istiusmodi semper sit vniuersalis pronuntiati sententia. Porro sanctos dicit eos, qui Deo oblati, atq; ei sanctificati sunt.

*Disiites egerunt & esuriuerunt: inquirentes autē Dñm, non minuentur omni bono.* J. *naç d'hoç* hoc est apud vulgus hoīm, adeo vt vix inuenias qui credat, quū videatur sibi videre oīa cōtraria, nempe diuites illos in hoc mundo, in omni abundantia viuere ac mori, adeoq; iā mortuos magnis pompis ad sepulcra deduci, & preciosis sepulcris recondi. Atq; his rebus maximè abundare rapacissimum quēq; & per omnia iniquissimū, alienissimumq; à Deo. Cōtrā verò, humiles, mites, Deum timentes, iustitiā sectantes, in paupertate & egestate viuere, mori, ac sepeliri. Ceterum hæc ita, vt dixi, videntur vulgo, omni recto iudicio destituro, adeo que cæco: Doctis autē celsitūs in lege dñi, vereq; sapientibus, longè aliter. Hi enim vidēt illas meras esse prestigias, quibus diabolus stultis illudit: verissimum autē esse verbum prophetæ. Quem enim vnq̄ vidimus ex diuitibus huius mundi, qui non videre sibi adhuc egere? qui nō esuriret, hoc est, concupisceret plura? Alexandro illi macedoni, siue, vt vtar poetę verbo, Pelleo iuueni non vnus sufficit orbis.

Neq; mentitus est Flaccus quum diceret: Crescit amor nūmi, quātū ipsa pecūia crescit. Et Ecclesiastes, Auarus non impletur pecunia. Rectè igit monuit Basilius Magnus, illos facere neo iniuriā, qui noīant eas diuitias bona. Inquirentes autē dñm, non minuentur omni bono. Questus magnus est, inquit apostolus, pietas cum sufficientia, hoc est, aīo sua forte contento. Sunt etiā animę diuitię, nempe virtutes: quibus cōtrariū quiddam accidit, atque illis quę iam diximus, vt videlicet hi maximè egeant eis, qui sibi abundare vident: cōtrā verò abundant, qui sibi vident egere. Exemplo sunt pharisæus & publicanus, Luc. 18. Vnde

Eccles. 5.

1. Tim. 6.

apud Matth. 5. beatos pronunciat eos, qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur. Quin popul' ille Iudaicus olim diues erat vtriusq; generis boni, nos pauperes. Nunc cōtrā: quod illi abiecerunt timorem dñi, quem nos sumus amplexi. Huc itaq; nos inuitat propheta eo quod sequitur:

*Venite filij, audite me: imorem Domini docebo vos.* J. Vox præceptoris seu magistri, palam doctrinæ suę genus profitentis. Nē quis aut hoc genus doctrinę tanq̄ humile despiciat, sciat in hoc esse summā omnis sapientię. Oīs sapiētia (inquit Ecc. 19.) timor Dei. Et 23. eiusdem: Et agnoscat q̄ derelicti sunt, qm̄ nihil melius est q̄ timor Dei: & nihil dulcius, q̄ respicere in mandatis domini. Sed pergamus audire ipsum hunc nostrum prophetam.

*Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* J. Q. d. Nonnē hoc oēs hoīes desiderāt? Audiāt igitur qua ratione id cōsequi possint. *Prohibe linguam tuā à malo, & labia tua nē loquantur dolum.* J. Breue quidem præceptum, si verba respicias: sed re vera maximum. Neque malè dixit quidam:

Virtutem primam esse puto, cōpescere linguā. Et Salomon: Qui custodit os suum, custodit animā suam: qui autē inconsideratus est ad loquendum, sentiet malū. Prou. 13. nñs quoque Matt. 12. Dico autē vobis, quoniā omne verbū ociosum, quod locuti fuerint hoīes, reddent rationem de eo in die iudicij. Si hoc futurum est de omni verbo ocioso, quid fiet de verbo malo, pernicioso, atq; dolofo? Porro huic de cōtrā lingua pcepto, proximum est quod ad operationem manuum pertinet. Vnde sic pergit propheta:

*Direrte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.* J. Sic Tobias quoque filiū suum Tob. 4.

docet: Noli timere fili mi, inquit: pauperē quidē vitā gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deū, & recesserimus ab omni peccato, & fecerim' benè. Porro quod ait, Inquire pacem, & persequere eam, Basilius Magnus in hanc sententiā accipit: Apprehende vitā, à carnis & huius mundi turbulētis tumultibus remotam: atq; adeo ipsum Deum, qui verè est pax nostra. Sed cuius hoīs vel mens comprehendere, vel lingua effari poterit, quanta sit huius verbi virtus? Significatio quidē nominis pax, etiā pueris nota est: sed vitā nām æquē nota esset ipsius rei natura ac bonitas. Nā hac ratione futurū esset, vt q̄ nunc tanq̄ furij infernalibus incitati, prūit ad dissidia, rixas, lites, pugnas, & funebria bella, pestes videlicet oīs felicitatis humanę, his talibus relicts, imò remis velisq; euitatis, vnanimi studio ea q̄ amabilissimè dulcissimèq; pacis sunt, sectarent. Est autem

Cel. 11.

Matth. 10.

Ecc. 4.

Eph. 4.

Mat. 10.

aut pax secura, tuta, atq; trāquilla quies à bello. Et quēadmodū bellū summa est & oceanus quidam oīm malorū, q̄ vsquā in rerum natura esse possunt: ita pax est fons, parens, alitrix, ampliatrix, tutatrix rerū bonarum omnium, quas vel cælum habet, vel terra. Ceterum nē hic accadat nobis, quod solet insipienti vulgo in captandis bonis, vt à malis fallaciter imitantibus decipiantur, ostendamus de qua pace hic loquatur propheta, quū non sit vnus dūtaxat generis pax. Est em̄ pax quēdā de qua dicit Dñs Matt. 10. Nolite arbitrari quia pacem venierim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladiū. Quānam obsecrò hæc tādē pax est, quā ipse pacificator, qui per sanguinem suum pacificauit omnia, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt, noluit mittere in terram? Quæ, in quā, hæc pax? Ea haud dubiè, quæ est inter infideles & iniquos, vt in quibus est vna malitia, sit vnus ad male faciēdum consensus. Hanc pacem execratur dñs: propterea venit mittere gladiū, quo eam discindat. Veni, inquit, separare hominē aduersus patrē suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurū aduersus socrum suā: & inimici hominis, domestici eius. Quod si te vel pater, vel mater, vel socrus, vel ex domesticis tuis aut familiaribus quiuisset aliquid facere iubeat, quod aduersetur deo & mandato eius, atq; dira minetur, nisi facias quod vult: multo melius est cum tali bellum suscipere, quā retinere pacem. Qui amat (inquit ibidē) patrē aut matrem plus quā me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, nō est me dignus. Est præterea pax, quam homo habet in diuitijs huius mundi, quum contra præceptum huius ipsius prophete Psal. 61. his apposuerit cor. Ne hac ait Ecclesiasticus: O mors, quā amara est memoria tuī homini pacē habenti in substantijs suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum? Quiuis itaq; faciliè intelligit, non hanc pacem nobis commendari à propheta.

Tertium genus pacis est, quam homo habet cum semetipso, omnia probans & faciens, quę suis sensibus pulchra, dulcia, bonaq; vidētur. Hanc Græci φιλανθρωπία vocant, etiam ab ethnicis, neq; ex his, doctis tantū, verū etiam ex indocta plebe, saltem cordatioribus, damnatam. Porro quā obstet ea his qui properant ad Christum, satis monuit Christus ipse, quū diceret: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Quid aliud est, abneget semetipsum, quā, indicat sibi metipsum, hoc est, sibi suæ, bellum? Si enim secundum carnem

vixeritis, inquit apostolus, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. Caro enim, inquit alibi, concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quęcunq; vultis, illa faciatis. Videamus & hac parte bellum nobis cōmendari, non pacē.

Supereft omnium teteirimū genus quartū. Hæc est, quū quis pacem conciliat cum hoste cōmuni & capitali totius generis humani diabolo. Quod faciunt, qui se illi vel per desperationē gratiæ ac misericordię diuinę: vel quod fanitatem corporis, lucrū, vindictam aduersus inimicos, aut istiusmodi aliquid ab eo sperent & quærant, deuouēt: qui prophetas eius ariolos, augures, maleficos seu incātatores, somniorum coniectores, diuinos, pythonas, magos consulunt, vt noua inquirāt, secreta rimentur, futura præfagiant, & perdita recuperent. Quicūq; hæc faciūt, hi deserto rege suo vero, & vnigenito filio eius Iesu Chro, transfugiūt, & pacem conciliant cum hoste diabolo: plectendi iuxta legem quę extat Leuitici cap. 20. Homo de filijs Israel, & de aduenis qui habitāt in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, &c. Et illā ibidē: Anima quę declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponā faciē meā cōtra eam, & interficiā illā de medio populi sui.

Cum istis itaq; nunquā nobis quærenda pax est, sed, quod Græco prouerbio dicitur, *ὁ σπουδὸς ἐστὶν ζωῆς*: vt verissimè dixerit beatus Iob, Iob 7.

Militia est vita hominis super terram. Quānam igitur est illa pax, quam hic nobis tam grauius commendat propheta? Ea nimirum, quæ huius militiæ, omnium bellorū horū & victoriarū finis est: vera videlicet, legitima, genuina, perfecta, certa, atq; æterna pax. Nā ea quę cum illis de quibus iā diximus, cōtrahitur, falsa & adulterina est: propterea dixit: Anima quę fornicata fuerit cū eis, et quæ falsa est, nō potest esse perfecta, neq; certa, neq; æterna: imò ne diuturnā quidē: sed, vt ait apostolus, 1. Thess. 5.

Gal. 5.

Iob 7.

1. Thess. 5.

quenquam decipere vult, vt non possit alia cū eo contrahi pax, q̄ ea quam diximus verā &c. Quā pace nihil beatus esse potest: quē admodū nihil infelicius miseriusq̄, q̄ illum habere inimicū. Inimici facti eramus per peccatū: reconciliati sumus per vnigenitū filiū eius Iesum Ch̄m. Omnia, inquit Apostolus, ex deo, qui nos recōciliauit sibi per Ch̄m. Iā igit hoc restat, vt in hac pace maneamus. Sicut dilexit me pater, inquit, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea: Quomodō verō manebimus? Hoc ipse nos docet ibidē, quū itā subiicit: Si p̄cepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei p̄cepta seruaui, & maneo in ei⁹ dilectiōe. Porro huic paci, quam habemus cum deo, proximē coniuncta est, adeoq̄ inclusa, pax cum proximo nostro: cum deus nullā admittat recōciliatiōnē nobiscum, sinē reconciliatiōne proximi. Si offers munus tuum ad altare, inquit, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade prius recōciliari fratri tuo: & tūc veniēs offer munus tuū. Idē satis expressē docuit, quū interrogatus de magno mādato, respondit: diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximū & primum mandatū. Secundum aut̄ simile est huic: Diliges proximū tuū sicut teipsum. In his duobus mādatis vniuersa lex p̄det & p̄phete. Ecce, interrogat⁹ de vno dūtaxat, eoq̄; maximo mādato, de duobus respōdet, eaq̄; itā inter ipsā cōparat & cōnectit, vt satis ostēdat neutriū sinē altero seruari posse. Porro quū p̄ infirmitatē humanā subindē accidat, vt vel offenso deo, vel pximo alicubi Ieso, vtranq̄; pacē violemus, tanta est atq̄; tam arcta vnus cum altera coniūctio, vt vna sinē altera fāriri non possit. Quare quū docuisset orare, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris: statim subiicit, Si em̄ dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. Quo verbo & illud aperuit dñs, quē debeamus intelligere per pximum, nēpe oēm hominem, non eos solos, qui sanguinis gradu nos contingunt: ac ne bonos quidē solos, verūmetiā malos. Ne qua re doctē pieq̄; disseruit Augustinus cum alijs locis multis, tū in epistola 52. q̄ est ad macedoniū de vera felicitate, hoc est, eo ipso argumento, de quo h̄c agit p̄pheta. Et in epistola 54. ad eundē macedoniū scripta, laudat Senecam, q̄ meritō dixerit, omnes odit, qui malos odit. Et tamen (quod ibidē monet Augustinus) ideo diligēdi sunt mali, vt non sint mali: quemadmodū non vt permanent, sed vt sanentur, diliguntur ægroti.

2. Cor. 5.  
Ioh. 15.  
Mat. 5.  
Matth. 22.  
Mat. 6.

Neq; verō his aduersatur, quod iā antē diximus de gladio, quē dñs venit mittere in terrā. Ille em̄ dissecat consensum in malo: amabile aut̄ ac salutarē consensum in bono cōciliat, dum refecat diaphragma, hoc est, interstitium illud quod impedit illos, quo min⁹ videat & amplectantur nobiscum quod bonū est. Neq; em̄ gladius de quo loquimur, ferreus est: sed gladius ille spiritūs, sermo videlicet dei viuus & efficax, & penetratior om̄i gladio accipiti, & pertingens vsq; ad diuisionē animę ac spiritūs, cōpagum quoquē ac medullarū, & discretor cogitationū & intentionū cordis. & cum nos malitię eorū qui adamātina corda habēt, vt non admittāt huius gladij aciē, consentire nolimus, semper tñ optamus eorum salutē, nēpe vt conuertantur ac viuāt. Vndē & Apostolus non simpliciter, sed sub conditione dixit: Roma Si fieri potest, quod in vobis est, cū oībus hominibus pacē habete. Si illi nolunt imitari virtutes nostras, neq; audire salutare admonitiōnes, non nra, sed illorū culpa fit, quō min⁹ cōeat pax. Nos nihilomin⁹ imitabimur prophetā nostrū, ac dñm Iesum Ch̄m, cui⁹ ille extitit figura. Ille sic in alio psalmo canit: Cū his qui oderūt pacē, eram pacificus: quū loquebar illis, impugnabāt me gratis. Hęc itaq; pax, dei videlicet ac proximi, perpetuo studio nobis est inquirenda atq; sc̄tanda: & sicubi læsam aut ruptam ferimus, illic refarcienda.

Iam ex illa pace q̄ est cū deo, nascitur aliud genus pacis, quod est homini cum semetipso, longē diuersum ab illa philantia, de qua paulō antē diximus. Illa em̄ fit, vt homines stulti id in se ament quod terrenū est & momentaneum: hoc autē, vt sapiētes, id quod diuinū atq; æternū. Illa effeminare nititur spiritū, vt homo ē spirituali degeneret in animalē: adeoq̄; ex rationali in brutum: hęc contrā castigādō carnē, & in seruitutē redigendo, ipsam q̄ iam animalis est, paulatim transformat in spirituale, vt totus homo fiat spiritualis, similis vnigenito filio dei; atq; idoneus, vt cum eo possideat regnum Dei.

Porro qui sic fuerit in pace cōciliatus cum deo, & cū pximis suis hominibus ceteris, huic nihil periculi fuerit, neq; à diuitijs huius mūdi, q̄ alioqui multos suffocāt: neq; à diabolo, quantunuis ille perpetuō circumeat tanq̄ leorugiens, quærēs quem deuoret. Ab hoc enim illum tuetur deus: illis autem tanq̄ donis Dei cum omni gratiarum actione vititur ad necessitatem corporis, vt illud non in voluptatibus carnīs, sed in cultu dei sustētēt, impartiens interim pro ratione facultatum suarum egenis in omni charitate fraterna. Itā fit, vt vndiquē inueniat pacem, tutus atque securus ab omni

quorūcunq; etiā hostiū infestatione. Tameñ hanc pacem, dum in hoc peregrinamur, perse- cū habere non possumus. Ceterum in illa patria nostra cælesti perfectissimam habebimus. Propterea propheta non dixit, habe hęc pacē, & posside eam: sed, inquire pacē, & perseque- re eam. Hęc enim perpetuō, ardenti, & indefatigabili studio eā inquirere debemus & persequi, donec illic comprahēdamus. Interea tamen dum hoc facimus, gustum quandam eius multō suauissimum percipimus, non sinē magna consolatione ac delectatione animorum nostrorum, adeo vt etiam ipsi gemitus, ipsa deniq; lachrymę, quibus eam cum summo desiderio experimus, nō careant sua delectatiōne ac voluptate, quę longē superat omnem huius mundi voluptatē: quod scio mihi testatos esse, quotquot hui⁹ pacis pio desiderio tenēt, eamq; à deo, qui solus eā dare potest, petere consueuerunt. Quin diuus Apostolus Paulus clarē testatur, quū eā suis Philippen- sibus optat his verbis: Et pax dei, quę exuperat omne sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu Dño nostro. Ipse quoquē dñs Iesus iā abiturus ad patrē, & relicūrus charissimis discipulis monumentū, inquit: Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quomodō mūdus dat, ego do vobis. Qd̄ nihil ad hęc meam pacem pax huius mūdi. Testatur & sponsā, quū itā incipit cāticum illud suum, quod meritō dicitur Canticū canticorū: Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino, fragrātia vnguentis optimis. Sed q̄ fuerit finis huius rei testimo- nijs colligendis, quū ex biblijs sacris vtriusq; testamētī, tū ex monumentis sanctorū patrum? Conati sum⁹ bona fide explicare, qd̄ sit quod ait propheta, Inquire pacē, & persequare eā. Id si cōsecuti sumus, non nobis ea debet laus, sed misericordię dei, qui nobis pulsantib⁹ dignatus est aperire sensum scripturę. Sin min⁹ cōsecuti videmur, pij siue lectoris, siue auditoris est, piū hunc nostrū conatum boni cōsulere. Spero tñ gratiā dei nobis hęc nō defuisse, neq; defuturam in his quę sequūtur, explicandis.

Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Iustos illos ipsos dicit, qui faciūt quod veribus illis duobus qui iā p̄cesserunt, p̄cepit, hoc est, prohibēt linguā &c. & diuertūt à malo, & faciunt bonum: Inquirunt pacem, & persequantur eam. Super tales oculi dñi defixi sunt, vt videlicet eos ab omni malo custodiat, nihilq; rerum illis vtiliū deesse sinat. Et aures eius in preces eorū, subaudi, inclinatę sunt & attentę, vt exaudiat eos, & quod petūt, p̄stet. Porro quod p̄, preces eorū, in Hebręo est *וַיִּשְׁמַע*, quod verbum ē verbo sonat, clamor-

Phil. 4.  
Ioh. 14.  
Cant. 1.

rem eorum, minutū est, quum hic clamor nihil aliud sit, quā precēs. Vt autem hic versus compendio cōprehendit iustitię p̄mia, itā is qui iam sequitur, p̄nam iniustitię.

Vultus autē Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriā eorū. Vultum illū terribilem dicit, quo veniet vindicaturus peccata. Hęc defixus est super facientes mala. Ad quid? vt perdat, siue (vt est in Hebręo *וַיִּכְרַחֵם*) vt eradicet siue extirpet de terra memoriā eorū. Vndē in 36. Psalmo: Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat: quęsiui eum, & non est inuentus locus eius.

Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. Hęc in priori hemistichio interpres de suo adiecit, iusti, & eos, quō apertior esset sententiā. Vtranq; em̄ necessariū erat subintelligere: quū in Hebręo nō sint expressa. Nihil p̄tereā in hoc versu video, quod opus habeat explicatione: nisi fortē hoc admonēdi sunt rudiores hui⁹ doctri- nę, clamorē hunc non in boatu vocis esse sitū, sed in ardenti desiderio mentis, quo sp̄tis ac superatis terrenis hisce atq; carnalibus, ferunt ad illa cælestia atq; diuina. Hoc innuit ipse p̄pheta versu qui iam sequitur:

Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Quod noster interpres dixit, tribulato corde, t̄a ex Gręco q̄ ex Hebręo verti potuit, cōtrito corde. Augustinus legit: Iuxta est dñs his qui obtriuertit cor. Sunt autē hi, qui agnoscentes peccata sua, ex animo dolēt, q̄ illū offenderint, cui plus q̄ omnis honor & obediētia debetur: & cui seruire, regnare est: ideoq; se sub illius potenti manu humiliātes, patienter ferūt afflictiones, quas agnoscunt suis peccatis deberi. His iuxta est dñs, hoc est, p̄sens & paratus ad consolandū & liberandū eos. Nā alioqui deus vbiq; est. Similiter dixit Psal. 50. Cor contritū & humiliatū deus non despiciet. Rectē monuit Euthymius, humiles spiritu dixisse prophetā humiles animo. Nā corpore tantum, aut gestu, seu verbis, aut alia quauis necessitate humiles, deo gratos non esse.

Multa tribulationes iustorū, & de omnibus his liberauit eos dñs. Permittit quidē eos dñs in virtutis gymnasiū descendere, inquit Euthy. sed nō finit superari à laboribus. Paulo Apostolo datus erat stimulus carnis, angelus satanę, qui eū colaphizaret. Propter quod quū ter Dñm rogāset, vt discederet à se, audiuit: Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficitur. Quū autē iā sentiret adesse hui⁹ p̄lij finē, audi quęso, quāta cum exultatione scripsit ad charissimum discipulū suum Timotheum: Tēpus refectio-

2. Cor. 12.  
1. Tim. 4.

resolutionis mee instat: bonum certamen certavi: cursum consummaui: fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius.

*Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur.* Non de ossibus huius corporis haec, aut eorum temporali contritione, sunt accipienda. Quis enim statim iniustitiae damnauerit eum, cuius os aliquod vel casu per imprudentiam, vel à tyranno propter confessionem nominis Christi fuerit contractum? praefertim cum ex ipso euangelio constet, etiam illius latronis ossa, quem Dominus ipse iam in cruce iustificarat, contracta esse, quemadmodum & alterius illius, qui in sua blasphemia expirauit. Sed ossa sunt firmamenta fidei, inquit Augustinus. Quomodo enim in carne nostra ossa faciunt firmamentum, sic in corde Christiano fides facit firmamentum. Patientia ergo quae est in fide, ossa sunt interiora. Ipsa sunt quae fragili non possunt. Praefiguratum quidem hoc olim fuit in agno illo mystico Exod. 12. de quo dicit: Nec os confringetis in eo: & in agno vero Domino Iesu Christo, cuius ossa non fregerunt in cruce, sed spiritualibus spiritualiter loquitur scriptura. Quod si cui crassiori adhuc, forte non sufficiat, metuisti tibi corpus sui, huic & illud ausi fuerim? promittere, fore ut ne minimum quidem totius corporis eius ossiculi conteratur: imò verò, ut ne pilus quidem de capite eius pereat. Neque enim statim ipsis rebus, hoc est, ipsi rerum substantiae accidit in oculis domini, quod externis illis & accidentarijs formis accidit in oculis nostris. Neque confringant, conterant, commolant, comburantur, & quiduis pretereà patiantur, Dominus nihilominus res ipsas, hoc est, ipsas substantias seruat incolumes in die resurrectionis, ut eas reddat animabus & spiritibus suis, non modò integras & incolumes, verum etiam clarificatas, ac transformatas ad similitudinem corporis glorie suae. Trademini, inquit, etiam à parietibus vestris, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficiet ex vobis: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. Et apud Matthaeum: Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nihil est igitur quod formidet iusti. Peccatoribus autem formidandum est quod sequitur:

Luc. 23.  
Iohan. 19.

Iohan. 19.

Luc. 21.

Matt. 10.

*Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum, delinquent.* Quod noster interpretes dixit, *pessima*, in Graeca translatione est *πονηρία*, hoc est, mala, quod Euthymius interpretatur laboriosa atque molesta. Tunc temporis etenim, inquit, certius dignoscunt poenas sibi fore repositas.

PSALMVS XXXIII.

Iustorum autem mors suavis est, quia gaudia sibi sentiunt preparata. In Hebraeo est,

*מִיָּשָׁרִים יָשָׁעַתְּ*, hoc est, interprete Hieronymo, interficiet impiam malitiam. Est autem antithesis eius quod praecessit de iustis. His enim, quae accidunt mala, nihil nocent. Iniustus autem qui accidunt, interficiunt eos. Et qui oderunt iustum, nimirum quòd ipsis dissimilis sit, delinquent, hoc est, illud ceteris peccatis suis accumulabunt, quod illum quae amare debebat, oderunt. Quod nostra haec translatio habet, *delinquent*, in Hebraeo est, *יִשְׁמָרוּ*: quod non male transferretur, delinquent: Hieronymus, culpabuntur: Felix, desolabuntur, siue destituentur. Sed est antithesis eius quod in sequenti versu dicit, & non delinquent omnes qui sperant in eo.

*Redimet Dominus animas seruatorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eo.* Quòd mors peccatorum pessima est, idè est, quod tali animae per hanc mortem ad aeternae mortis cruciatum transferretur. Iustorum verò mors optabilis etià, quod per hanc dominus animas illorum liberat ac transferat ab afflictionibus omnibus in requiem suam. Quòd ait, Et non delinquent omnes qui sperant in eo, non ita accipiendum est, quasi nunquam peccent. Sed, ut inquit Augustinus, iste est modus humane iustitiae, ut vita mortalis quantumlibet proficiat, quae sine delicto esse non potest, in hoc non delinquant, dum sperant in eo, in quo est remissio delictorum. Similiter Basilius: Si, inquit, qui domino seruiunt, misericordiam inuenientes, eius precioso sunt sanguine redempti: idè nullis sunt delictis obnoxii, qui dei auxilium ac gratiam continuò sperant. Porro delinquent, in Hebraeo idè verbum est: de quo iam diximus in praecedenti versu. Vnde Felix translulit: Et non desolabuntur. Illud sciendum est, quod huius, de qua loquitur propheta, spei velut anima est charitas. Quam qui non habet, huius mortua est spes. Vnde paulò antè dixit: *Et qui oderunt iustum, delinquent.* Verè iustus est Christus ipse, qui etiam nos iustificat. Hunc qui diligit, assiduo studio meditatur in mandatis eius, quod nolit offendere quae diligit. Quotquot tales sunt, ex Deo nati sunt, ideoque non peccant: quoniam semel dei in eis manserunt, & non possunt peccare, quoniam ex deo nati sunt. Peccant quidem nonnunquam in oculis suis, dum sentiunt se per infirmitatem humanam admittere quod non oportuit: sed non peccant in oculis Dei, qui non imputat eis peccatum, dum manent in charitate, ideoque in adoptione filiorum, imò in ipso Deo, & Deus in eis, 1. Iohan. 4. Huic igitur patri nostro, vna cum filio eius Iesu Christo, & spiritu sancto, sit laus & gratiarum actio in secula seculorum. Amen.

Iudica

**I**udica Domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic animae meae, salus tua ego sum. Confundantur & reuerentur quærentes animam meam. Avertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus Domini coarctans eos. Fiant viæ illorum tenebrae & lubricum, & angelus Domini persequens eos. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, superuacue exprobrauerunt animam meam. Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quae abscondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum. Anima autem mea exultabit in domino, & delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi? Eripiens in opem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animae meae. Ego autem, cum mihi molesti essent, inducbar cilio. Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Quasi proximum & quasi fratrem nostrum, sic complacebam, quasi lugens & contristatus sic humiliabar. Et aduersum me lætati sunt, & conuererunt: congregata sunt super me flagella, & ignoravi. Dissipati sunt, nec compuncti, tentauerunt me, subannauerunt me subannatione, fruderunt super me dentibus suis. Domine, quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam. Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Non supergaudeat mihi qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia terrae loquentes, dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, eugè eugè, viderunt oculi nostri. Vidisti Domine, nè fileas Domine, nè discedas à me. Exurge & intende iudicio meo, deus meus & Dominus meus in causam meam. Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus, & non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis, eugè eugè animae nostrae, nec dicant, deuorabimus eum. Erubescant & reuerentur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me. Exultent & lætentur, qui volunt iustitiam meam: & dicant semper, magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

IN PSALMVM XXXIII.

**T**itulus in Hebraeo, *מִיָּשָׁרִים יָשָׁעַתְּ*: hoc est, dauidis. Quo significatur, Dauidem esse authorem psalmi.

DE OCCASIONE CANENDI HVNC, PERSONA LOQUENTIS, atque totius psalmi argumento.

Dauid Kimhi putat Dauidè & hunc psalmum cecinisse, quum fugeret Saulè, quæ fuga quum diu duraret, essetque varia, non esset mirum ex huius occasione multos prophetas cecinisse psalmos.

Sed hæc relinquamus Iudæorum coniecturis. Nos nihil dubitamus quin sit propheta de afflictionibus Christi, sub cuius persona in spiritu loquitur propheta, magno animi ardore, atque ingenti fiducia inuocans deum, ut à crudelissimis illis hostibus vindicet se. Vbi sub imprecationis forma prophetat, quæ horrida supplicia maneant hostes suos: se verò per manum omnipotentis Dei ab illis ereptum iri. Quorum omnium causas iustas interfert, nepe quod illi obstina-

Z

obstina-

obstinata malitia sibi reddiderint pro bonis mala: ipse verò contrà, illis pro malis bona. A quorum malitia non seipsum solum, verum etià qui sibi sunt adhæsuri, liberari precatur, q̄ pars ad nos pertinet, in quorum persona, ipse tā tutus ab omni persecutiōe, dixit: Saule Saule, quid me persequeris? Porro qd̄ pro tantis beneficijs rep̄surus sit, postremo versu, quo psalmum concludit, indicat: *Et lingua mea* (inquit) *meditabitur iustitiam, tota die laudem tuam.*

EXPLICATIO PSALMI.

**I**udica Dñe nocentes me, expugna impugnantes me. Iudicare, hoc loco nō est de causā cognoscere, & sententiam ferre, vt solent iudices: sed iudicio contendere more litigantium. hoc factis indicat nō solum hebr̄a, verum etiam Gr̄ecum verbum *δικαιο*. Hebr̄a sic habet: *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יִשְׁפָּט*: quoad verbū sonat

Luc. 23.

Esa. 53.

Math. 27.

1. Pet. 2.

Deut. 32.  
Rom. 12.  
Heb. 10.

Latinè, Litiga nōne lites meas. Hoc est, suscipe causas meas litigiosas, & p̄ me cōtra aduersarios meos iudicio cōtēde. Precaatio per omnia digna, principid̄ quidē iuxta literē historiam, propheta nostro dauid, qui adeo nolēbat ipse vindicare iniurias ab hostibus sibi illatas, vt etiā ministros & amicos suos phiberet, nē vindicaret. Vide 1. reg. 24. & eiusdē 26. & 2. reg. 16. Deindē (atq; hoc quidē maximē) Dño nostro Iesu Christo, qui quū de tribunali vno ad aliud tribunal, de vno iudice ad aliū subindē raperetur, & à s̄uissimis iniquissimisque accusatoribus acerbissimē accusaretur, adeo nō defendit se, vt ne verbo quidē respōderit: ac tādēm, iuxta Esaiā vaticiniū, sicut ouis ad occisionē ductus sit, & quasi agnus corā tondente se obmutuerit, & non aperuerit os suum. quū accusaretur à principibus sacerdotum, inquit Mattheus, & senioribus, nihil respōdit. Quod cum admiratus Pilatus diceret illi: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? nō respōdit ei ad vllum verbum: itā vt miraretur preses vehementer. Hęc itā præfigurata sunt in Dauid, & in Ch̄so perfecta, & ad nostrā doctrinam scripta, vt nos hinc discamus quā sit optima tutissimaq; ratio vincēdi, vel aduersarios in iudicijs, vel in p̄lijs hostes. Talia enim Ch̄s passus est pro nobis, nobis relinquēs exemplū, vt sequamur vestigia ei⁹, vt docet princeps Apostolorū Petrus. Hoc quicunq; ea qua decet religiōe ac pietate faciūt, his cōueniunt hęc verba, p̄phete: & horū causam ne recipit, p̄ his litigat, pro his pugnat, fidelissimus inuictissimusq; patron⁹, defensor atq; protector. Neq; pecunia vendit hęc suā defendendi operam, more hominum, sed gratuitō, vltro ad se inuitas eos qui opus habent: mihi, inquit, vindictam, & ego retribuam.

*Apprehende arma & scutum, & exurge in adiuto-*

*rium mihi.* Hypotyposis est accingentis se ad plium, vt eruat ab hoste inuocantē se, & auxiliū implorantē. Quod noster interpres dixit, Apprehende arma & scutum, in Hebr̄o est, *אָרְמָה וְשָׂמְרָה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ*: q̄ verba quandā *siuam* habēt, quā nō itā facile est in linguā nostrā trāferre. Nā *אָרְמָה*, nō est simpliciter apprehendere, sed validē seu fortiter arripe. *שָׂמְרָה* aliorum interpretatiōe clypeus est rotundē figurā, quales pedites olim gestare solebāt: parma aliās dicit. Quidā hoc loco telum trāstulerūt: sed mihi placet prior interpretatio. *אָרְמָה* scutum maius esse aiūt, quāliā erant equitum. Hęc omnia, & q̄ præterea sequuntur, humano more tribuit deo, vt exprimat terribilē vltionē, quę manet impios illos oppressores seruorū eius. *Effunde frameā, & conculce aduersus eos qui me persequuntur: dic anima mea, salus tua ego sum.* Effunde frameā, hoc est, (vt rectē exponit Euthym.) exime gladiū ē vagina, suffragate scriptura hebr̄a. Porro quod noster interpres dixit frameā, gr̄cē *ἐκποτα*, in hebr̄o est *הַרְבֵּי*, quod est genus teli lōgioris. D. K. suspicaf̄ fuisse genus lanceę, quod tamē in vagina circūferretur. Nam quē nos gladiū dicim⁹, Hebr̄eis est *חֶרֶב*. Verū siue gladiū interpreteris, siue lanceā, nihil interest, quantum ad prophetę sententiā, implorātis auxiliū dei, quocūq; armorū genere id fiat. Quod ait, *& conculce aduersus eos qui me persequuntur*, Euthy. aptē interpretat, obstrue viam ante eos, itā vt effugere amplius manum tuam nō possint. Neq; ineptē quidam Hebr̄orum, in hanc sententiam: interclude viam inter me & illos, nē possint ad me accedere vt mihi noceant. Quod sequitur,

*Dic anima mea, salus tua ego sum.* Hanc habet sententiā, Confirma me, & conforta aduersus eos qui dicūt aīa meę, non est salus ipsi in deo ei⁹. Cōtra hos tu mihi ostēde auxiliū tuū, atq; declara, q̄ sis p̄sens omnibus inuocātibus. Quū illi putauerint me victū & occisum, tu reuocabis & resuscitabis in vitā, eāq; verā & immortalē. Hęc dñs noster Iesus Ch̄s secūdum naturā suā humanam petijt & impetrauit à deo patre: neq; id sibi soli, sed & nobis oibus, quotquot vera fide illi adhæremus. Quinetiā nos ipsi, quotiescūq; sentimus minas atq; terrores tētationū siue à tyrānis hui⁹ mūdi, siue à concupiscentijs carnis nr̄ę, siue ab ipso diabolo, aut angelis ei⁹ nobis imminere, his verbis inuocabim⁹ dñm, certa concepta fiducia, q̄ nunq̄ sit nobis negaturus q̄ perimus. Neq; em̄ ob aliud voluit illū vnigenitū atq; dilectissimū filiū suū in illas tētationes afflictionesq; descendere, q̄ vt nos in illo, omnipotenti illa dextra sua protecto

recto atq; seruato, certos faceret salutis nr̄ę. *Confundatur & reuertatur, quæretes animā meā: auertantur retrorsum & confundantur, cogitantes mihi mala.* Sic apud hebr̄eos distinguitur. Sēsus manifestus est: Cōfundantur, i. erubescāt: & reuertant, i. ignominia afficiantur, (hoc em̄ significat verbū hebr̄eum *יָשׁוּב*) qui q̄runt animā meā, i. qui student mihi vitam eripere. Auertatur retrorsum, i. agatur in fugā, retrocedere cogantur: & cōfundantur, hoc est, opprobrijs afficiantur, siue, vt vertit Cāpens, fiant infames cogitantes mihi mala, i. qui meditantur me p̄dere. Illud hęc disertē monet august. quod & nos in argumēto psalmi monuimus, ea q̄ hęc figura optādī dicūtur, animo, p̄phetādi explicari. Neq; em̄ docet nos propheta, aut spiritus sanctus: quū dñs in Euāgelio p̄cepit orare p̄ illis. Ego autē dico vobis, inquit, diligit inimicos vestros: bened̄ precemini deuotib⁹ vos, &c. Et si rē intueamur p̄piūs, hoc ipso declarat suā erga illos dilectionē Deus, q̄ hęc voluit in p̄phetis extare, vt legētes sibi cauerēt, nē istis sceleribus iustā irā dei in se, puocaret: aut saltē patris iā scelerib⁹ admoniti, respiscerēt, & pœnitentiā agendo deū placarēt.

*Fiat tanq̄ puluis ante faciē venti, & angelus Dñi eos uolans eos.* Hoc psalmo I. indicandi modo enūciauit futurū, quū diceret: Nō sic impij, nō sic: fiat tanq̄ puluis, quē proijcit ventus à facie terrę. Horribile suppliciū dicit, quū illis adeo adimit oēs resistēdi vires, vt leuissimi etiā puluisculi siue festucule similes faciat, quā tenuis etiā aurē flatus facillē disijcit, nē dicā validus vētus: nec tñ quū tā leues, hoc est, infirmi futuri sint, nō vēti alicuius p̄cella eos disijciet: verū angelus dñi: quorū tanta est virtus, vt vel vnus eorū, ipsum etiam terrarū orbem facili momēto cōcutiat: si itā vel mādauerit, vel permiserit dñs. Quod noster interpres dixit, *conarctas eos*, in hebr̄o est *יִרְדָּו*, i. impellēs siue propellens, subaudito pronomine, eos.

*Fiat via eorū tenebra & lubricū, & angelus Dñi persequens eos.* Omnē effugiendi spem adimit eis, quēadmodum versu p̄cedenti resistendi. Nā in tenebris nemo videt quā sit fugiendū: in lubrico nemo potest figere pedē, nē collabāt: angelus autē persequens, multo celerior est, q̄ vt quisquā eū possit effugere, etiā clara luce & cōmodissima via: tm̄ abest vt in tenebris & lubrico. Quānā igitur est tā horrēdā vltionis ac supplicij cautā: hęc subiicit, p̄pheta his verbis:

*Quoniā gratis absconderūt mihi interitū laquei sui: superuacue exprobrauerunt animā meā.* Metaphora sumpta à venatoribus, qui istiusmodi inidias feris ponūt. Quod ait, *gratis*, hebraicē

*חִנָּם*, idē est ac si dicat, sinē causā, nulla videlicet iniuria lēsi. Pro interitū laquei sui, verti potuit, foueā retis sui. Solēt autē illi, qui feras illas grandiores, seuas ac formidabiles venātur, præter retia, foueas quoquē facere, in quas per insidias eas inducūt: alioqui facillē, ruptis retibus, s̄uitturas in venatores. quōd ait, superuacue exprobrauerunt animę meę: aduerbiū *superuacue*, in hebr̄o idē est, quod in priore versu parte dixit, *gratis*, hebraicē *חִנָּם*. Pro *exprobrauerunt animā meā*, i. hebr̄o est *לִפְנֵי פְנֵי*, i. foderūt animę meę: quod eandē habet sententiā cum mēbro priore, nēpe, *foderūt ante me foueā*, vt in eā imprudēs illapsus, ab illis caper.

*Veniat illi laqueus quē ignorat: & captio quam abscondit, apprehendat eū, & in laqueum cadat in ipso.* Hic pro *laqueus*, in hebr̄o est *שֶׁמֶט*, i. calamitas, desolatio, siue exitiū. Et captio quā abscondit, ex hebr̄o sonat. Et rete quod tēdit. Et in laqueū cadat in ipso, incōmodius trāslatū est, quum ex hebr̄o sonet: incidat in eā ipsam calamitatē, vt subaudias, quā mihi parauit. Equidem sic ex hebr̄o totū versum trāslatū ferrem: Eueniat illi calamitas quā ignorat: & rete ipsius, quod tēdit, cōprehendat ipsum: incidat in eam ipsam calamitatē. Campeñ paraphrastes trāstulit sententiā hoc modo: eueniat vniciq; eorū calamitas de improviso: & rete illud quod expandit in perniciē meā, irretiat ipsum: in eandē illā foueā quā mihi parauerat, incidat ipse. Memorabilis est & verissima S. Augustini in hunc locū sentētia: nemo malus non sibi prius nocet. quēadmodum fax qua aliquid incēditur, prius ipsa ardet. Et sepē fit, vt cui nocere vult homo malus, ei nō noceat, eō q̄ non possit. Vt autē sibi ipsi nō noceat, fieri nō potest. Quinimō nemini potest nocere, nisi ei qui ipse quoq; sit malus, vt cui⁹ malitia alteri⁹ malitiā accēdat. Quare cum a postulo nos exhortet, dicēs: Noli vinci à malo, sed vince in bono malū: nihil aliud hortatur, q̄ vt maneamus cōstantes in bono: neq; patiamur nos malorū iniurijs superari, vt retaliādo iniurias, efficiamur & ipsi mali. Nā si hoc p̄stiterim⁹, tūc malitia hostiū nostrorū reciderit in caput ipsorū: nos autē salui cum exultatione euaserimus. hoc em̄ est quod iā sequit in psalmo:

*Anima autē mea exultabit in Dño, et delebitur super salutare suo.* Hoc est, Cum exultatiōe gratulabit̄ sibi salutē, quā quū à solo dño expectaret, nō est fraudata spe sua & expectatiōe: sed abundē, quod sperabat, adeptā. Relatiuā suo, iuxta p̄prietatē sermonis hebr̄i, rectius vertisset per eius, vt referat ad vñm, hoc sensu: super salutare ei⁹, nēpe dñi, quod videlicet salutare, siue quam salutē dñs sperati in se cōtulit.





quum videlicet videntes crudelissimè à militibus Pilati tractatum, exclamauerunt ad ipsum Pilatum: tolle tolle, crucifige eum, &c. hæc est huius translationis genuina sententia. Cæterum ex hebræo ad verbum sonat hoc modo: Proscindebant, & nō silebant: per impiorū sannionum subsannationem, frendendo super me dētibus suis. Hæc est cōmoda, & scripturæ hebraicæ consona translatio. Nam id quod nos vertim⁹ subsannationē, in Hebræo est כַּרְעִי, quod d. כ. pro scommate accipit & subsannatione. Alij quidam deriuatum putant ab כַּרְעִי, quod significat panes sub cinere coquere, vt sit panis subcineritius. Secundū horū sententiā transferendū esset: Proscindebant me per impios sannioes panis subcineritij, hoc est, pane subcineritio cōductos. Sunt plures interpretationū huius versūs formæ: sed longū est oēs persequi, neq; operè precium: quum nemo nō videat cōmodissimā esse eam quam nos dedimus, siue proprietatē sermōis hebræi spectes, siue argumentū quod hīc tractat, ppheta. Cōqueritur enim in persona Christi, se conuicijs, ludibrijs & subsannatiōibus diuexatum atq; profcissum esse. idq; per hoīes abiectissimos, quales sunt, scurræ, sannioes, parasiti, & id genus hoīes, omnia ad gratiam diuitum faciētes, sui ventris causa. Quod ego trāstuli, per impiorum sannionū subsannationē, in hebræo est כַּרְעִי לְעַיִי כַּרְעִי לְעַיִי: pro quō Septuaginta transtulerunt: tentauerunt me, subsannauerūt me subsannatione: quasi legerint in hebræo, כַּרְעִי לְעַיִי כַּרְעִי לְעַיִי.

*Domine, quando respicies? restitue animam meā à malignitate eorum, à leonibus vnicā meā.* Huius versūs sententia nō est obscura. Est em inuocatio dñi, vt tādē velit se respicere oculis illis, quibus solet dilectos sibi in afflictioibus respicere, vt liberet eos. Habet autē hæc inuocatio prophetiam de resurrectione: vbi dicit, restitue aīam meam à malignitate eorum: siue vt ex hebræo sonat, reduc aīam meam à desolationibus eorū. Quod ait, à leonibus vnicā meā, metaphora sãuitiā eorū exprimit: in hebræo est בְּכַפְיֵי לֵיּוֹן, i. à catulis leonum. Vnicā suā, dicit aīam suam: quæ vox affectūs significatiōnē habet. Porro quō magis fleat in preces suas dñm, promittit se gratū fore, dicens:

*Consistebo tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te.* Statim à resurrectione cōfessio hæc, i. laudatio Dei, cœpit per apostolos, ceterosq; discipulos Christi: & per horū successores etiānum durat, idq; ad cōsummationē vsq; seculi, in ecclesia magna, quippe toto terrarū orbe diffusa: in populo graui, hoc est, forti: quod egregiè declaratū est in martyribus: qui

nullus tormentis superari potuerunt, vt desinerent cōfiteri dñm. Perficiet autē hæc cōfessio in regno illo cœlesti, vbi nunq̄ habebit finē.

*Non supergaudeant mihi, qui aduersantur mihi iniquē: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.* Hoc est, Nē finas res meas eō redigi, vt mihi insultent læti, qui præter oēm equitatem mihi sunt inimici: qui sinē causa oderūt me, & nutu oculorum suorū subsannant me. Tametsi postremum hoc, & annuunt oculis, potuit ex hebræo modo optādī transferri, nē annuāt oculis, hoc sensu: nē detur illis occasio nutu oculorum testandī voluptatem, quam ex nostris malis capiant.

*Quoniā mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terra loquentes, dolos cogitabant.* Quoniam mihi quidē &c. i. blādis quidē verbis ad me sunt vsi. Quod sequitur, in iracundia terra: genitiuum terra, Græca translatio non habet: sed tantū, & in ira dolos cogitabant. Quorū verborum sententia manifesta est. Sed ex Hebræo aliter legitur: Prior pars versūs hoc modo: כִּי לֹא שָׁלוֹם דִּבְרָתָם: hoc est, qm̄ non loquūtur pacē. Septuaginta vident pro לֹא, i. nō, legisse לִי i. mihi. Posterior autē pars i hebræo sic

עַל דְּבַר אֲרִי דִּבְרֵי בְרִיחוֹת יְהוֹשֻׁבוֹת. Hoc variè transferunt. D. Hieronymus: Sed in rapina terræ verba fraudulenta concinnat. Alij, Et super scissuras terræ &c. Interpretatur autem, in locis secretis. Sed mihi placuerit hoc modo vertere: Et aduersūs māfuetos terræ verba dolosa excogitant. vt totius versūs hæc sit sententia: Non enim pacem loquūtur: sed aduersūs māfuetos qui sunt in terra, pacis videlicet amici, verba dolosa concinnant.

*Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, Eugē eugē, viderunt oculi nostri.* Huius versūs clara est sententia. Porro quomodō impij sãuitissimiq; Iudæi dilatauerūt os illud suū blasphemum super dominū Iesum, manifestius est ex historia Euangelica, q̄ vt opus sit à nobis hīc explicari. Quod in fine versūs dicūt, Viderūt oculi nostri, sermo imperfectus est. Appāret autē hanc habere sententiam: Eccē, quē vulgus vt Messiam ac Deum suspexit, hunc viderunt oculi nostri contumelijs & verberibus, deniq; supplicio crucis itā deformatū, vt nē hoīs quidem noīe dignus videat. Porro eugē eugē, hebraicè הֲיֵא הֲיֵא, vox est hostiliter insultantis.

*Vidisti Dñe, nē sileas: Domine, nē discedas à me.* Vidisti, s. quā dignè me tractēt illi tui meiq; hostes. Nē sileas, id est, nē diutiūs dissimules hæc te videre: sed excitare, vt proferas iustum tuum inter me & illos iudicium, meq; à

meq; à tam atroci iniuria vindices. Nē discedas à me, id est, nē differas auxilium tuum: nē me in his afflictioibus destituas. Immoratur autē propheta sententiæ huius petitionis, verbis sequentibus cam alijs alijsq; verbis repetendo.

*Exurge, & intende iudicio meo, Deus meus & Dominus meus in causam meam.* Exurge, id est, excitare, qui vidēris hostibus nostris tanquā dormire. Pro eo quod noster interpres dixit, & intende iudicio meo, ex Hebræo sonat, expergefas ad iudicium meum. Est autē in his omnibus singularis quadam, tum singulorum verborum, tū totius orationis & figurarū grauitas: qualis nimirū istiusmodi causis conuenit.

*Iudica me secundū iustitiam tuam Dñe Deus, & non supergaudeant mihi.* Miror quī factum sit, vt hoc loco S. Augustinus & Euthymius legant, secundū iustitiā meam, quum tam in translatione Græca vulgō vsurpata, q̄ in Hebræo sit, secundū iustitiā tuam, כַּדְּרֵי הַיְשׁוּבוֹת. Porro q̄ petit se iudicari secundū iustitiā Dei, potius q̄ secundū misericordiam: vel, vt legit Augustinus, secundū iustitiā suam, quam non aliā q̄ innocētiā intelligere possumus, euidens argumentum est, prophetā non sub sua, sed Christi persona loqui. Hic enim solus intrepidè tutoq; hoc potuit orare, q̄ solus esset sinē peccato. Quod ait, & non supergaudeant mihi, idem est ac si dicas: Nē patiaris illos de me triumphare.

*Nō dicant in cordibus suis, eugē eugē anima nostra: nec dicant, deorabimus eum.* Hoc est, nē itā me dedas illorum tyrannidi, vt sibi gratulentur de me tanq̄ victo: atq; itā destituto, vt ab illorum ferocia videar deoratus. Illa anadiplosis, eugē eugē, non est in Hebræo: sed semel duntaxat הֲיֵא, i. eugē: de quo iam dixi-

**D**ixit iniustus, vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius. Quoniā dolosè egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odiū. Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere vt benè ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, adstitit omni viæ non bonæ, malitiam autē non odiuit. Dñe, in cælo misericordia tua, & veritas tua vsq; ad nubes. Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa. Homines & iumēta saluabis Dñe, quæadmodū multiplicasti misericordiā tuam Deus. Filij autē hominum in tegmine alarū tuarū sperabūt. Inebriabuntur ab vbertate domūs tuæ, & torrētē voluptatis tuæ potabis eos. Qm̄ apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumē. Prætende misericordiā tuā scientibus te, & iustitiā tuam his qui recto sunt corde. Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt qui operant iniquitatē: expulsi sunt, nec poterūt stare.

mus. Porro eugē anima nostra, vox est gratulationis sibi, quā voti sui compotes facti sint. Quod nostra lectio habet, deorabimus eum, suspicor deprauatū esse, futuro scripto loco p̄teriti. Est enim tam in translatione Græca, q̄ in Hebræo verbum præteriti temporis: idq; magis conuenit huic loco.

*Erubescant & reuerentur simul, qui gratulantur malis meis.* Hic nihil est difficultatis. Quod interpres dixit, reuerentur, iuxta proprietatē verbi Hebræi est, pudefiant. Gratulantur malis meis, dixit pro, gaudent.

*Indignantur cōfusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me.* Reuerentia dixit interpres pro ignominia.

*Exultent & letentur, qui volunt iustitiā meā: & dicant semper, magnificetur Dñs, qui volunt pacem serui eius.* Qui volunt iustitiā meam, i. quæ approbant innocentiam meam, eamq; saluam & illæsam esse optant. Et dicant semper, magnificetur Dñs, qui volūt pacem serui eius: hoc est, facti compotes voti sui, laudent dñm, q̄ profligatis hostibus, pacem dederit seruo suo. Pro eo quod nostra translatio habet, qui volūt pacē serui eius, in Hebræo est הַחַיִּים שְׁלוֹם עַבְדֵי יְהוָה. i. qui vult pacem serui sui. vt sit sensus, Laudent dñm, q̄ videant illum fauere seruo suo pacem. Porro pacē dicit omnium rerum prosperitatem, siue ipsam vitæ beatitudinem.

*Et lingua mea meditabitur iustitiā tuam, totā die laudem tuam.* Hoc est: Quin egometipse non desinam prædicare iustitiā tuam, qua me ab iniquitate hostium meorū vindicasti: vnde per omnem vitam laudē tibi decantabo. Hoc vt in regno patris nostri faciamus & nos, largiatur nobis ipse pater: cui cum vnigenito filio eius Iesu Christo & spiritu sancto, sit laus & gloria in secula seculorum. Amen.

**לְיָהוּוֹה לְעֹבֵד לְמִצְוֵיָהּ**. Hoc est, Victori, serui domini Dauidis. Cuius inscriptiois hæc est sententia: Psalmus hic est carmen Dauidis, qui proficitur se esse seruum domini. Ab hoc, inquam, Dauide compositus est Psalmus, traditusq; victori, hoc est, illi qui in canticis victor, consecutus est præfecturam inter ipsos cantores. Porro quod se seruum dei in inscriptione hac nominat, voluit hac nota discerni ab illis, de quibus loquitur in psalmo: qui tota vita sua declarabant, se excussisse timorem Dei, cum omnibus illis, quæcunq; ad veram religionem cultumq; Dei pertinent.

QUANDO, ET EX QVA OCCASIONE cecinerit hunc.

**E**Vthymius putat hunc Psalmum à Dauide esse cantatum, quando Saul redijt ad seuitiam suam, vt persequeretur ipsum Dauidem, quum iam clara atq; voce cū fletu cōfessus esset, se iniuste persequi innocentem. Quod inde collegerat, quod in spelunca Engaddi non interfecerit se: quum id absq; omni difficultate possit. De quo vide i. Regū 24. Nos hæc doctorum coniecturis relinquētes, progrediemur ad argumentum Psalmi.

ARGVMENTVM PSALMI.

**D**Vo in hoc Psalmo agit propheta. Principio impiorū hominum malitiam describit, deinde ex aduerso misericordiā ac bonitatem Dei, Cassiodorus censet illorū errorē hoc Psalmo damnari, qui peccata hominum tribuunt naturæ & creationis vitio, & fato, & constellationibus, & prouidentia Dei: bona verò quæ agunt, ipsorum libero arbitrio. Quum cōtrā homines suo ipsorū vitio peccent: Quod autem iusti sunt, & operantur bona, gratia est atq; donum misericordiæ bonitatisq; diuinæ. Non quod his verbis abroget liberum voluntatis humanæ arbitriū, sed quod doceat hoc sine gratia Dei nihil posse.

EXPOSITIO PSALMI.

**D**ixit iniustus vt delinquat in semetipso, nō est timor Dei ante oculos eius. Bisariā huius versus verba ordinant, & interpretant. Augustinus in hac sententiā: Iniustus, hoc est, homo qui ex sua malitia iniustus est: dixit, hoc est, proposuit, in semetipso, vt delinquat. Atque huius tam nefarij propositi ratio est, quia nō est timor Dei ante oculos eius. Atq; hoc quidem genus hominum iniustissimum est, iustæ damnationi obnoxium. Nam aliud est genus, quod non ex malitia, neq; consultō operatur malum: sed labitur interim in peccata per imprudentiam & infirmitatem: non tamen recedens à timore Dei, sed statim agnito peccato,

per pœnitentiam resurgit. Hoc genus nō merito dicitur iniustus. Iustificatur enim à Deo assidua remissione peccatorum, expiatione facta per Christū. Alij hoc modo: Iniustus dixit vt delinquat, i. proposuit peccare, & operari malum, in semetipso, hoc est, secretō, vt nemo sciret, ac ne Deus quidem. Ex his duabus expositionibus prior mihi quidem magis arridet. Ceterum vt nunc habent libri hebræorū, alius videtur esse sensus. Itā enim ad verbum translatur sonat: Dixit scelus impij in medio cordis mei, non esse timorem Domini ante oculos eius. Huius hæc est sententia: Quū video scelera quæ patrat homo impius, sic mecum cogito: homo ille nō timet nōminum. Diuus Hieronymus translulit: Dixit scelus impij in medio cordis eius, non esse timorem dñi ante oculos eius. Hic itaq; pro לְיָהוּוֹה, i. cordis mei, vt nunc habent libri hebraici, videtur legisse לְיָהוּוֹה, i. cordis eius, vel sui: vt sit sensus. Ipsum hominis impij scelus, in medio cordis eius susceptum, satis apertē locutum est ei, quod non timeat dominum.

Quoniam dolose egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Hoc est, ipso deo præfente, vidente, atq; verante, ausus est fallaciter agere, ac dolos in proximum suum versare. Vnde euenit vt inueniatur iniquitas eius ad odiū: hoc est, malitia eius fiat odibilis deo & sanctis dei, faciatisq; ipsum hominē qui talis est, odio & execratione detestabilem. Nam, vt paulō antē diximus, qui non malitioso dolo peccant, sed per imprudentiam aut infirmitatem labuntur, horum iniquitas inuenitur nō ad odium & condemnationem, sed ad misericordiam & iustificationē. In hebræo & translatione Græca, sermo est ambiguus. Ex Grego transferri potest, vt legit Augustinus: quoniam dolose egit in conspectu eius, vt inueniret iniquitatem suam, & odisset. Eius hæc est sententia: Ipse impius in hoc declarauit, nō esse timorem Dei ante oculos suos: quoniam ausus est in ipsius Dei conspectu dolose agere, simulando se studere inuenire & cognoscere iniquitatem suam, & odisse eandem: quum re vera nollet intelligere, vt ageret benē. In eandem sententiam accipi possunt hebræa, atque hoc modo trāsferri: Quoniam blando sermone vsus est ad eum in oculis eius, inuenturū se iniquitatem suam, vt odio habeat. Possumus & hoc modo interpretari hebræa: Nam blanditus est sibimetipso, vt inuenta sit iniquitas eius odio digna. Hoc est, Eousquē sibi blanditus est impius, donec tandē iniquitas eius omnibus facta sit odibilis. Paraphrastes Chaldaicus in hanc sententiam est interpretatus: Per-

Esa. 47.

Ma. 5.

Iob 21.

Perfuadet improbitas improbo mala esse bona, vt designet iniquitatem ad fastidium vsq;. Cæterum Augustini lectionē & interpretationē videt confirmare, quod sequit in Psalmo:

Verba oris eius, iniquitas & dolus: noluit intelligere vt benē ageret. Horribile dictū. Inuenias qui legendo edificandq; scripturas, sanctimoniam simulent, quasi hoc faciant vt iuste viuāt: quū ex his venentur quibus flagitiosam vitā suam vt cunquē tegant: quum eos qui ordinatione diuina in Ecclesia docent, audire nolint, vt quæ sit vera scripturæ sententia, intelligāt, & secundum voluntatem Dei quæ iusta sunt, operentur. Hos increpat Esaias, quum ait: Sapientia tua & sciētia tua deceperunt te. Et idē alibi: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Alij peccatis assueti, dum suauiter sibi in his viuere videntur, abhorrent ab omni doctrina sana, nē tanq; à medico vlcera eorum tangantur. De talibus ait sanctus Iob: Dixērunt deo, recede à nobis: scientiam viarum tuarum nolumus. Vtriq; sanē sunt execrabiles: sed magis illi priores, propter hypocrisisin.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo: adstitit omni viæ non bonæ: malitiam autem non odit. Quod ait, iniquitatem meditatus est in cubili suo, nihil aliud significat, q̄ non tantum foris in hominum turba, vb̄ difficile est itā versari, vt nusquam impingas in peccatum, verum etiam intus in penetralib; & quiete lecti sui, vb̄ de respicientia & meliori vita cogitandum erat, suas cogitationes huc intēdit, vt inueniat quibus dolis & imposturis alios circumueniret. Adstitit omni viæ non bonæ, i. post impias illas meditationes suas apprehendit omnes occasiones malefaciendi: neq; odio habuit malitiam, sed in ea sese oblectauit etiam.

Domine, in celo misericordiam tuam, & veritas tua vsq; ad nubes. Hæc tēm̄ de impiorum hominum malitia: nunc contrā de immensā misericordia Dei. Sententia versūs hæc est: (vt simpliciter dicam) Domine, tāta est misericordia tua, vt non solum terram, verum etiam ipsum cælū impleat: & veritas propositi tui, promissorumq; tuorum fides, nō tantum in terra, rebusq; hisce infernis cernitur, verum etiam in supernis, ad ipsas vsq; nubes. Porro nubes, hoc quidem loco, ipsum cælum intelligit, auctore Euthymio, sermone videlicet ad vulgi sensum tēperato: cui nubes videtur ad ipsum vsq; cælum pertingere, quum re vera lōgē infra maneant. Qui vitæ huius terrenæ bona oīa agnoscunt esse dona Dei, cuius omnipotente bonitate terra secunda est, cæteraq; elemēta varijs mirabilibusq; mutatiōibus, nostris vsibus seruiūt, orbis illi cælestes, pulcherrima il-

la lumina, sol, luna, cæteræq; stellæ ac sidera, nobis oriuntur, nobis lucent, nobis deniquē per omnia seruiunt: hæc, inquam, qui agnoscunt, hi sunt qui confitentur cum propheta misericordiā dñi implere terram, & quæ supra hanc sunt vsq; ad ipsum cælum. Et laudē merentur hi quidem, si conferantur cum illis qui relicto Deo, confugiunt ad dæmonia, & horū ministros fortilegos & mathematicos, vt ab his quærant ea, quæ pertinent ad vsum huius vitæ. Sed nisi asurgant & euolent altius, vt his bonis de quibus iam sumus locuti tanq; itinere vtentes, cum gratiarum actione, contendāt euolare ad illa cælestia, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, infirmiores adhuc sunt, & humi repunt, opūs habentes vt doceantur, quanto præstantiora sint illa quæ illic preparauit Deus diligentibus se. Augustinus per allegoriam hæc eleganter edisserit, per nubes intelligens prædicatores verbi veritatis. Sed hæc relinquam studiosis ipsis legenda.

Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa. Gemina similitudine docet, iustitiam & iudicia Dei altiora esse & profundiora, q̄ vt à nobis comprehendī queant. Montes Dei dicit, q̄ altitudine sua à nulla creatura, sed à solo Deo conscendi queant. Abyssus multa, est immēsa inaccessaq; profunditas. Hæc admiratus apostolus Paulus, in hanc exclamationē erupit: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et quemadmodum noster propheta in priore huius Psalmi parte exaggerauit malitiam hominū, in posteriore autem hac misericordiam Dei extollit: itā illic apostolus de Iudæorum & gentium incredulitate differens, itā tandē pronunciat: Conclufit enim D E V S omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Deindē in illam admirationis exclamationē erumpit. Nemo igitur, enormitate peccatorum territus desperet veniam: sed potius resurgat, atq; ad huius misericordiæ tribunal confugiat, certa concepta fiducia, quod veniam atq; salutem sit consecuturus. Sic enim pergit noster propheta:

Homines & iumenta saluabis Domine. Quæ pars in hebræo adhæret versui præcedenti. Videtur autem per hyperbolen dictum esse, hoc sensu: Etiam ipsa iumenta, quæ ad vsus vitæ humanæ in his terris creāti, saluabis: tantum abest vt ipsos homines perire velis. Non quod iumētis daturus sit vitam æternam: sed quod vitam hanc & salutem temporalem non aliundē q̄ à Deo accipiant. Quidam per homines hoc loco Iudæos intelligunt: qui in lege diuina instituti, Deum agnouerunt. Gentes autem, per iumenta: quum de his, imò ad hos

A A iam

1. Cor. 12.

iam conuersos, ita scribat apostolus: Scitis autem quoniam quum gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes. Nonne qui sic ducuntur, iumenta magis videntur, quam homines? Est etiam ingens discrimen inter nos ipsos, qui baptizati in Christo, crucem Christi frontibus nostris impressam circumferimus: dum alij nocte dieque meditantur in lege domini, anhelantes ad patriam illam caelestem: alij contra, tanquam pecudes, depressi capitibus in terram, vix vix videntur de caelestibus illis cogitare. Quamquam his, nisi respuerint, quis audiat promittere salutem? Nolite, inquit alibi, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quos vitae suae ratio cogit arare, terram fodere, atque id genus labores seruales exercere, hi tamen omnia illa debent facere in timore Dei, memores illius: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Gen. 3.

*Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.* Pro quemadmodum, rectius vertisset tam ex Graeco quam Hebraeo interpretis, qui, ut sit admirantis, equidem ex Hebraeo vertere malle, quam praecleara est misericordia tua Deus?

*Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.* Hoc in Hebraeo cum praecedente vnus est versus: atque in linguam Latinam verbum, ad verbum sonat hoc modo: Et filij Adam in umbra alarum tuarum sperabunt. Sensus manifestus est: Quum talis ac tanta sit misericordia tua o Deus, quod melius confugiant, aut in quo tutius spem suam reponant, quam in protectione misericordiae tuae?

*Inebriabuntur ab vbertate domus tuae, & corrumpent voluptatis tuae potabis eos.* Domus dei, inquit Dionysius Carthusianus, intelligi potest Ecclesia militans vel triumphans. Vbertas militantis ecclesiae, est affluentia gratiarum spiritus sancti, quibus Deus implet electos in vita praesenti: quemadmodum ait apostolus: Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra. Vbertas autem triumphantis ecclesiae, est beatitudo sanctorum. Itaque filij hominum in tegmine alarum Dei sperantes, inebriabuntur, id est tam copiose implebuntur affluentia gratiarum spiritus sancti, ut a seipsis abstrahantur ac alienentur, & in Deum absorbeantur per charitatis feruorem in via. In patria vero beatitudine implebunt tanta, ut sine interruptione & sine perfectissime transformentur in Deum, per assimilationem dei formam, iuxta illud: Similes ei erim, quia videbim eum sicuti est. Torrente voluptatis tuae, hoc est, temetipso, quod es fons & origo spiritualis illius & ineffabilis voluptatis, qua exhilaratur electi tui. Hoc, inquam, torrente potabis eos, qui in te sperant. Haec est illa ambrosia, hoc illud nequiter, ad quod nos inuitat Cant. 5. qui ait: Cede dote amici, & bibite, & inebriamini charissimi,

1. Iohan. 3.

iam conuersos, ita scribat apostolus: Scitis autem quoniam quum gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes. Nonne qui sic ducuntur, iumenta magis videntur, quam homines? Est etiam ingens discrimen inter nos ipsos, qui baptizati in Christo, crucem Christi frontibus nostris impressam circumferimus: dum alij nocte dieque meditantur in lege domini, anhelantes ad patriam illam caelestem: alij contra, tanquam pecudes, depressi capitibus in terram, vix vix videntur de caelestibus illis cogitare. Quamquam his, nisi respuerint, quis audiat promittere salutem? Nolite, inquit alibi, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quos vitae suae ratio cogit arare, terram fodere, atque id genus labores seruales exercere, hi tamen omnia illa debent facere in timore Dei, memores illius: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Ceterum ad illud tam latum conuiuium non licet sordidatis accedere: sed his duntaxat, qui merentur audire: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Vnde apud Ieremiam ait: Laua à malitia cor tuum Ierusalem, ut salua fias.

*Quoniam apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen.* Deus ipse est fons omnis vitae. Idem nobis largitur lumen, quo illuminati, videmus ipsum verum & aeternum lumen, atque ut vitam, ita & omnis luminis fontem. Dedit nobis lumen intellectus. Atque hoc ipsum illustrauit fidei dono. Dedit vni genitum filium suum, lucem videlicet veram, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Per quem non solum nos homines, verum etiam ipsi angeli vident & laudant Deum. Effudit in nos spiritum sanctum, cuius charismatibus illuminamur quotidie, ad cognoscendum ipsum, & ad amandum inflammamur. Tametsi hinc quidem adhuc videmus illum per speculum in enigmate. Quum autem venerimus in patriam illam nostram caelestem, videbimus faciem ad faciem. Quod aspirantes & anhelantes, non cessamus clamare quod sequitur in Psalmo:

*Procede misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde.* Quod nos ter interpretis dixit, *procede*, tam ex translatione Graeca *προσέρχου*, quam ex Hebraeo *קָרַב* malle vertere, extende. Sensus est: Copiosius effunde misericordiam tuam dona in eos, qui te per fidem agnoscunt: & iustitiam tuam in eos qui recto sunt corde: ut in hac vita eis iustitia augetur, quod digniores & apertiores fiant ad percipiendum premia vitae future, quae tu iustus iudex redditurus es unicuique: secundum ea quae gefit in corpore suo.

*Non veniat mihi pes superbiae, & manus peccatoris non moueat me.* Hoc bifariam intelligere possumus: aut, arce à me quam longissime homines superbos; ne mihi vel pedibus suis insultent, vel sceleratis violentisque manibus vim afferant: aut, ne permittas me ipsum prolabi in affectum superbiae: neque exemplis moueri sceleratorum hominum, ut illos imitatus operer mala.

*Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.* Ibi, hoc est, in pede superbiae. Nam omnis ruinae principium fuit superbia. Per hanc Lucifer decedit de caelo, per hanc Adam & Eva de paradiso: per hanc corrumpunt omnes qui operantur iniquitatem. *Expulsi sunt*, inquit, & non potuerunt stare. Nam qui poterunt consistere, quibus ipse Deus resistit: humiliemus itaque nos sub potenti manu eius, ut exaltet nos in tempore visitationis, illisque coniungat qui canunt illi gloriam in secula seculorum. Amen.

PSAL.

**N**oli aemulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam foenum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident. Spera in domino, & fac bonitatem, et in habita terram, & pasceris in diuitijs eius. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem: subditus esto Domino, & ora eum. Noli aemulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Desine ab ira, & derelinque furorem: noli aemulari ut maligneris. Quoniam qui malignatur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram. Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quares locum eius, & non inuenies. Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum detibus suis Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quod veniet dies eius. Gladium euaginatuerunt peccatores, intenderunt arcum suum: ut decipiant pauperem & inopem, ut trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos Dominus. Nouit Dominus dies immaculorum, & hereditas eorum in aeternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt. Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Mutuabitur peccator & non soluet, iustus autem miseretur & tribuet. Quia benedicentes ei, hereditabunt terram: maledicentes autem ei, disperibunt. Apud Dominum gressus hominis dirigitur, & viam eius uolet. Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. Iunior fui, etenim senex: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem: Tota die miseretur & commodat, & semetipsum in benedictione erit. Declina à malo, & fac bonum, & in habita in seculum seculi. Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos, in aeternum conseruabuntur. Iniusti punientur, & semen impiorum peribit. Iusti autem hereditabunt terram, & in habitabunt in seculum seculi super eam. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Expecta Dominum, et custodi viam eius: et exaltabit te, ut hereditate capias terram: cum perierint peccatores, videbis. Vidi impium superexaltatum, et eleuatum sicut cedros Libani. Et transiit, et ecce non erat: et quæsiui eum, et non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam, et vide æquitatem, quoniam sunt reliquiae homini pacifico. Iniusti autem disperibunt, simul reliquiae impiorum interibunt. Salus autem

AA 2 iustorum

iustorū à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.

IN PSALMVM XXXVI.

Titulus in Hebræo.

**וְיָ** Hoc est, Dauidis. Quo significatur Dauidem esse psalmi auctorem.

ARGVMENTVM.

**P**salms hic est pareneticus: quo exhortatur nos propheta ad fiduciam in Deum, constantiam in beneficiendo, tolerantiamq; eorum quæ accidunt in hoc mundo: ostendens ubique adesse suis præsentissimum Deum, nõ tantum amplissima victorie præmia proponentem, verum etiam opem, auxilium, vires, & omnia quibus ad hoc certamen est opus, suppeditantem. Impiis autem omnia euenire contraria. Neminem verò debere offendi, si videantur hi interim pijs in hoc mundo fortunatior. Dolosam enim eam esse & falsam fortunam. Porro ex qua occasione scripserit hunc, tametsi quidam suas proferunt coniecturas, mihi non libet inquirere: quòd non videam qui possit hinc certi aliquid inueniri.

Illud autem nolim præterire, quòd & hic psalmus apud Hebræos ordine alphabetico procedit, binis (vt apparet) versibus sub singulis literis conclusis. Præter 29. qui neq; geminus est, neq; à sui ordinis litera, quæ est **ו**, incipit. Hoc quid habeat mysterij, dicat, cui fuerit reuelatum. Mihi respicienti ad argumentum psalmi & literarum significatiõem, subit coniectura, iustitiæ diuinæ subesse mysteriũ. Deest enim litera **ו**, quæ & fontem significat, & oculum. Huius loco ponitur **א**. quæ significat iustitiam, quasi voluerit propheta significare, omnium eorum quæ toto psalmo canuntur, fontem esse & originem iustitiæ dei: cuius diuinis oculis cum pateant omnia nuda & exposita, non patietur iustis neque in hac, neq; in futura vita, sua deesse præmia, neq; iniustos effugere pœnam. Hoc confirmare videtur, quòd totus ille versus iustitiæ significationem habet. Sic enim sonat ex Hebræo: Iusti hæreditate possidebunt terram, & habitabunt in seculum super eam.

EXPOSITIO PSALMI.

**N**oli emulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. Quod noster interpretes dixit, *Noli emulari*: in Hebræo est, **אַל תתחר**, i. Nè cõmouearis, siue succenseas. In malignantibus, i. ob eos qui quum malitiosè viuunt, fortunati tamen intereã in hoc mudo videntur. Neq; zelaueris facientes iniquitatem, i. neq; inuideas illis prosperũ rerũ successum.

Quoniã tanq; scannum velociter arcescent, & quæ-

admodum olera herbarũ cito decident. Ratio est, q. d. Nihil em habet, quod meritò quis eis inuideat, quòd sint infelicissimi. Quod exprimit gemina similitudine. Nã alij eorũ similes sunt sceno: quod lætum quidẽ è terra assurgit: sed vbi adoleuerit, statim à merente succiditur. Alij etiã citius, in primo virore decerpti marcescunt. Quod noster interpretes dixit, *arcescent*, in Hebræo est **יִצְרְחוּ**, i. succident, vel rescabuntur. Quod ait, *olera herbarum*, Hebraicè est **אֵשׁוֹרֵי אֶרֶץ**, i. olus virens, siue germinans, siue tenerum adhuc à radice.

*Spera in Dño, & fac bonitatem, & inhabita terrã: & pascere in diuitijs eius.* Observandũ est, qd nõ solum nos sperare in dño iubet, sed adjicit, *fac bonitatem*. Neq; em nos supinos, ociosos, & ignauos esse vult dñs, atq; ita in se sperare. Sed vult, vt gratiã ac potestatem benè agendi, seu bona operãdi, quã ipse nobis dedit, nõ patiamur in nobis esse vacuum, vt verbo Pauli vtar: neq; talentũ cum seruo illo nequã defodiamus in terrã. Porro qui, quantum in ipsis gratiam dei est, operant benè, hos magna cum fiducia habitare in terra cõuenit. nunq; em eos destituit Deus. Pro eo quod noster interpretes dixit, *Et pascere in diuitijs eius*: in Hebræo est **וַיִּשְׂכַּח**, quod variè interpretant. Hieronymus vertit, & pascere fide. Quòd si vertaris, et pascere verè: idẽ fuerit sensus cũ nostra hac translatione: nempe qd dñs deus nunq; sit admittitur, vt desint tibi vitæ necessaria. Tametsi eadẽ non abhorrent ab illa qd est S. Hieronymi, vt sit sensus: & pascere fide: hoc est, vt re beneficijs Dei ac donis eius, non in solitudine, aut curis huius mundi, sed fide in dñm Deũ. **וַיִּשְׂכַּח** enim tum fidẽ significat, tum certam veritatẽ. Atq; hanc translationẽ patiunt verba Hebræa. Porro versus q sequitur,

*Delectare in Dño, & dabit tibi petitiões cordis tui*: in hebræo coheret cũ precedenti, idq; interposita cõiunctione, hoc modo: Spera in dño, & fac bonitatem, & inhabita terrã, & pascere verè, (vel, vt Hieron. & pascere fide) & delectare in dño: & dabit tibi petitiões cordis tui. Sensus est, Et oblecta te in dño, hoc est, delicie tuæ & oblectationes sint in dño, vt agnita bonitate & sapientia eius in operibus, illũ admireris & ames. Hac ratione impetrabis, vt det tibi petitiones cordis tui. Nã qui intelligunt & agnoscunt sapientiam & bonitatem eius, eademq; amant atque suspiciunt, non petunt quicquam quod illum talem dedecat: ideoq; nõ possunt

possunt nõ impetrare quod petunt. Verè em dixit Augustinus: Ille placet deo, cui placet deus.

*Reuel. Dño viam tuã, & spera in eo: & ipse faciet.* Viam intelligit vitæ institutum, atq; de hoc ipso deliberationes. Hæc iubet nos reuelare Dño, siue (vt ex Hebræo vertit Hieronymus) voluere super dñm, hoc est, cõmittere & cõmendare dño, & cum fiducia orare, vt ipse sua diuina sapiëntia bonitatemq; disponat, dirigat, & ad bonũ exitũ deducat: & ipse faciet.

*Et educet quasi lumen in tenebras tuas, & iudicium tuum tanquam meridiẽ.* Qui malitiosè viuunt in hoc mundo, opprimentes, depredates, & quibuscunq; rationibus possunt, spoliantes infirmiores, plerunquẽ conspicui sunt in oculis hominũ, pijs interim per humilitatẽ obscuraris. Sed dñs scenã hanc facillimò momẽto conuertit, vt horũ iustitia, atq; rectũ animi iudicium erupat, omnibusq; fiat conspicuum, & cõtra malitiam illorum omnes execrentur.

*Subditus esto Dño, & ora enim: noli emulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias.* Sic apud Hebræos distinguitur. Quod interpretes dixit, *subditus esto*, in hebræo est **וְיִשְׁכַּח**, i. tace, hoc est, noli obmurmurare Dño, vt illum in operibus reprehendas: vt faciunt qui conueruntur illum alijs indulgere nimium, alios affligere grauius, idq; præter vtroq; merita: quòd iustos affligere videatur, iniustis verò indulgere omnia: non intelligentes, illum hoc & sapientissimè & iustissimè facere. Pro, *& ora enim*, in hebræo est **וְיִתְחַלְלֵךְ**, i. & expecta eum, interprete Hieronymo, q. d. Noli ante tempus de operibus eius iudicare: sed sustine & expecta finem & exitum, vt videas æquitatẽ & sapientiam eius in omnibus. Noli emulari, i. nè conturberis, nève succenseas in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias, i. dum vides hominẽ iniustum prospero rerum successu in hac vita frui. Quod noster translulit iniustitias, in Hebræo est **וְיִתְחַלְלֵךְ**, i. cogita. Hieronymus vertit, quæ cogitat, vt sit sensus: dum vides hominem malũ perficere ea quæ malitiosè cogitat.

*Desine ab ira, & derelinque furorẽ: noli emulari in malignis.* Ira & furorẽ intelligit indignationem eã, qua conturbantur imperiti, quum vidẽt plausibiles illos rerũ successus in hominibus malis: quibus & ipsi tentantur, & inuitari videntur ad malefaciendum. Nã malignari dixit malefacere.

*Quoniã qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes aut Dominũ, ipsi hæreditabunt terram.* Qui malignantur, hoc est, malitiosè viuunt, mala operantur: exterminabuntur, i. excindẽtur, eijcienturq; è terra. Qui verò sustinet, expecta-

tes redemptorem suũ dñm, ipsi hereditariam, i. æternam, accipient possessionẽ terræ. Quod Arnobius admonet non de hac terra, spinarũ atq; serpentium matre, intelligẽdum esse: sed de illa viuentiũ, in qua regnat æternitas. Quãquam ne in hac quidem terra, in qua iam peregrinamur, ferox, immitis & iniustus dñs, hoc quod videtur habere, verè possidet: sed misere feruit tum illis ipsis agris, pecunijs, atq; id genus alijs, tum fœdissimis dominis cupiditatibus suis: cum quibus longè citius opinione sua excindetur, & in ignem conijcitur: iustis intereã, mitibus & mansuetis, tum in semet-ipsis, tum in liberis ac posteris suis, cum delectatione animorum suorum in Domino, longæuam hinc vitam ducentibus, donec eadẽ hinc migrent in illam æternam.

*Et adhuc pascillũ, & nõ erit peccator: & quares locũ eius, & nõ inuenies.* Hoc est, ille impius, quĩ nũc ita florere videtur, mox disperibit ad eũ, vt ne vestigiũ quidẽ eius, aut locus in quo cõstitit, queat inueniri. Pro eo quod noster interpretes dixit, *& nõ inuenies*: in Hebræo est **וְיִתְחַלְלֵךְ**, i. & non erit: quod per hyperbolẽ dictum videtur, in hanc sententiam: Etiam ipse locus eius cum ipso interijisse videbitur.

*Mansueti aut hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Neq; huius est obscura sententia. Est autem non vulgaris delectatio, quam percipit homo ex illa pace, quã dat Deus: quæ per remissionem peccatorũ coalescit nobis cũ Deo, & qua nos inuicẽm mutua charitate cõplectimur. Hanc Paulus non immeritò dixit superare omnẽ sensum, etiam in hac vita. Quid igitur dicemus de ea, quũ iam perfecta fuerit in illa æterna?

*Observabit peccator iustum, & stridabit super eum dentibus suis.* Manifesta sententia. Homo impius considerat iustum, atq; dolosè cogitat quomodò euertat eum: & ad hoc ipsum acuit dentes suos super eum, vt fera.

*Dñs autẽ iridebit eũ, quoniã prospicit quòd veniet dies eius.* Humano more loquitur, alioquẽ Dñs neminem irridet. Sed significat prophetã dñm nihili facere machinationes impiorũ: quas ipse simplici nutu, aut si quid nutu facilius est, disperdit vniuersas. Coniunctionem autem, interpretes de suo adiecit: sed non malè.

*Gladium euaginauerunt peccatores, intendent autẽ arcum suũ.* Hoc est, armis telisq; se instruxerunt ad eadẽ. Cuius causam finalem subiicit ipse, quum ait:

*Vt decipiant pauperẽ & inopẽ, vt trucident reftos corde.* Hic suspicor librariorũ incuria scriptũ esse, *decipiant*, pro deiciãt: quum in Hebræo sit **וְיִתְחַלְלֵךְ**: quod Græcus siue l. x. rectè vertunt

AA 3 runt

runt *κατακαλιε*, quod proprie significat deiciant, siue prosternant. Pro corde, in hebreo est, *לֵב*, i. via, vt sit sensus, vt trucident eos qui ingrediuntur per rectam viam. Quod ad sententiam attinet, parum interest, siue dicas rectos corde, siue eos qui recta via ingrediuntur.

*Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur.* Ita sit, vt quicumq; studet nocere proximo foris, prius semetipsum vulnerent intus: de quo alias plura diximus. In Hebræo legitur numero plurali, & arcus eorum confringantur. Similiter in Græca translatione, *κατακαλιε*.

*Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.* Imperitum ac stultum vulgus beatos iudicat eos, qui amplas habent possessiones, quacumq; etiã ratione partas. Sed multo suauius habet homo iustus in sua frugalitate, cum gratiarum actione fruens illis, quæ neuis illi largitur per iustos ac pios labores, etiam si illa tam sint modica, vt ad vitæ huius sustentationem videantur necessaria. Nam quod homines improbi ided accumulât opes, quod pecunie videntur actionum humanarum nervi, somnium hominis est, si quis oculo spirituali penitus introspectiat. Verissimum est enim quod sequitur apud prophetam:

*Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos Dominus.* Brachia potestiam illorum dicit.

*Nonit Dñs dies immaculatoꝝ, & hereditas eorum in æternum erit.* Nescio quo casu factum sit, vt iuxta veritatem Hebraicam rectè hic verterit nos, *dies*, quum in Græca translatione sit *εὐδαιμονία*, i. vias, vt sit sensus, Nouit, i. approbat Dñs vias, i. rationem vitæ immaculatoꝝ, i. innocentium. Alioquò comodus est sensus iuxta id quod in Hebræo, & hac nostra translatione est. Non est quæ quis commoueat, si quando differre videatur dñs bona quæ suis promittit. Ipse enim nouit dies immaculatoꝝ, & quãdò sit tempestiuu illos percipere sua præmia. Tunc dabit illis ea, non vt ad breuè aliquod tempus possideant, vt sua illa bonoꝝ somnia & præstigias impij, sed in hæreditate æternã, vt nunquam ab eis auferantur. Nihil tamen vetat etiam dies immaculatoꝝ accipere pro vita, vt sit, nouit dies, i. approbat vitam.

*Nō confundentur in tēpore malo, & in diebus famis saturabuntur.* Hoc est, interprete Euthymio, non superabuntur in tēpore afflictionu. Habent enim adiutorē deum. Vel tempus malū, futurum appellat iudiciū: quod peccatoribus grauissimum erit ac molestissimum. Sed prior interpretatio magis conuenit argumēto psalmi. Quod ait, & in diebus famis saturabuntur, tã de cibo corporali quæ spirituali verū est: quod

Eliæ, danielis, & multoꝝ alioꝝ exemplis doceri potest, vt taceã promissiones Christi Matt. 5.

*Quia peccatores peribunt, inimici verò Dñi mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quæ ad modum sumus deficient.* Sic apud Hebræos distinguitur: neq; est vlla obscuritas in verbis, nisi quæ paulo aliter ex Hebræo trãsserri potest. Recetiores interpretes transferunt ferè in hæc sententiam: Quandò impij peribunt, & inimici dñi tanquã adeps agnorum absumentur, tanquã sumus absumentur. Hoc modo si trãsseratur, erit similitudo sumpta ab holocaustis: quoru pinguedo igne adoletur, & euanescit in fumū. Quod si quis diligentius fuerit perscrutatus, fortassis inuenierit aliqd recõditionis doctrinæ. Verum id quicquid est, relinquã illis quibus datū est videre talia. Illud verò nolim præterire, Septuaginta translatione nõ ita longè recedere ab eo quod est in Hebræo, si quis intueatur pius. Nam quod recetiores transferunt, tanquã adeps agnorum illi verò, mox vt honorificati fuerint & exaltati, Hebraicè est *בְּיָמֵי יְשׁוּעָה*. Prioris verbi radix est *יָשַׁע*, quod significat in honore esse. Posterius verò Septuaginta nõ accepit vt nomē pluralis numeri, cuius singulare *יָשַׁע*, i. agnus: verum vt verbū hiphil, à *יָשַׁע*, quod significat sublimè esse: vt sit *בְּיָמֵי יְשׁוּעָה* p syneresin dictū pro *בְּיָמֵי יְשׁוּעָה*, quod nõ malè transluleris, quū exaltati fuerint. Verum de his nõ est operæ precii cõtendere, quū vtraq; interpretatiõne idem significetur, nempe homines impios velociter perituros, pijs in æternū in summa beatitudine permanentibus.

*Mutabitur peccator, & nõ soluetur iustus aut miseretur, & tribuit.* Tribuit legendū est, nõ retribuet, suffragate nõ solum scriptura hebræa, verum etiã trãssatione græca. Sententia memorabilis est, & quã nos ipsi videmus & experimur quotidie esse verissimã. Homines iniusti, quantum locupletes, malignissimè soluunt suis creditoribus. Iusti verò ac pijs cõtã, nõ solum fideliter soluunt quod debet, verum etiã misericordia moti, largiuntur egeno, cui nihil debet. Tanto beator est in sua mediocritate iustus, quàm impius in suis opibus etiã amplissimis.

*Quia benedicentes ei, hereditabunt terrã: maledicentes aut ei, disperibunt.* Benedicentes ei, i. nõ, hoc est, qui laudat Dñm, & gratias ei de beneficijs ac donis agunt, hos cõfirmabit dñs in possessione iure hæreditario. Maledicentes aut ei, hoc est, impij, quõ nõ agnoscunt beneficia, ad eod nõ agunt gratias, vt etiam blasphemant execranturq; eum. Hi propter hanc suam impietatem meritò disperibunt. Atq; hæc quidè est huius translationis sententia. Cæterum in Hebræo p benedicentes & maledicentes ei, legitur passiuè, bene-

benedicti ab eo, & maledicti ab eo, vel, si placet verbū è verbo, Quia benedicti ei hereditario possidebunt terrã, & maledicti eius excindentur. Huius quoquè manifestè est sententia. Qui sua obedientia ac fidei vitæq; in tegetate sibi cõciliant fauorē dei, his in æternã hereditatē largitur possessionē terræ. Qui verò malitia & impietate sua prouocant in se iram eius, hi vnã cum sua stirpe excindentur. Nõ est opus hic renouare, quæ iam totiès diximus de hac & illa viuentium terra.

*Apud Dñm gressus hominis dirigetur, & viã eius volet.* Rectius tam ex Græca translatione quæ ex Hebræo vertisset interpres nos, A Dño, quæ apud Dñm. Sensus est: gressus, i. actiões, hominis si iusti, dirigentur à dño: & Dñs volet, i. probabit ac diliget, viam, i. vniuersam vitæ rationē, eius, s. hois iusti. Quicquidq; ex animo diligit deū & proximos suos, iusti sunt, & ex deo nati: & nõ possunt peccare: quæ ex deo nati sunt, i. Ioh. 3.

*Quis ceciderit, non collidetur: quia Dñs supponit manū suã.* Quis ceciderit, vel in aduersam fortunã, vt S. Iob: vel in peccatum, vt hic nos, non David: non collidetur, i. non frãgetur illa ruina. Ratio: quia Dñs supponit manū suã: vel, vt tam ex Græco quæ ex hebræo verti potest, & Augustinus legit, firmat manum eius, i. fulcit eū. Sed vtrunvis legas, sensus metaphore manifestus est. Etiam si patiatur Dñs suos interdum labi, nõ tamen patietur eos collidi aut frangit sed erigit eos, vt resurgant firmiores melioresq; quàm fuerint ante casum.

*Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustū derelictū, nec semē eius querens panē.* Ex hebræo verti potuit: Iunior fui, & senui. Augustinus solita pietate, nec minis eruditè tractat hunc locū, tribuens sermonem hunc Christo, in persona corporis mystici, quæ est Ecclesia: quæ gradus ætatis suæ habet, pueritiã in Abele, Noë, & similibus patriarchis & sanctis hominibus: adolescentiam sub lege, virile robur sub euangelio. Habet & senectam suã in diebus hęc nouissimis, refrigerante charitate multorum. Possumus aut & simpliciter interpretari, vt intelligamus Deum nunquã vlla re bona suos destituere, tam quæ ad corpus, quæ ad animã pertinet. Permittit quidem illos incidere in difficultates: id quod videmus in Noë, Abraham, Loth, Iacob, Ioseph, Iob, & alijs multis: sed nõ deserit eos. manifesta est pmissio, cum in multis locis alijs, tum Mat. 6. Quam rectè monet Augustinus, vt cogitationem erigamus à carne ad spiritum, à terrenis ad cœlestia: neq; affirmemus gratiam Dei ex diuitijs huius mudi.

*Tota die miseretur & commodat, & semen eius in benedictione erit.* Aperta sententia: quam Campeñ paraphrastes expressit his verbis: Af-

fiduè in oēs misericors est iustus, & mutuo dat: quare posterius illius diuitijs abundabunt. Alij referunt hoc ad posteritatem spiritualem. Sed verum est de vtraq; carnali dico & spirituali: modo iusti patris fidē, vitã, & mores fuerint imitati posterius. Alioquò nihil profuerint quantum amplas possessiones à parçibus relicte. Frustrã se macerãt homines curis ac sollicitudinibus, quum non mentiatur vnquã qui dixit: Primum querite regnū dei & iustitiam eius, Matt. 6. & hæc omnia adiicientur vobis.

*Declina à malo, & fac bonum: & inhabitabit in seculum seculi.* In æternū habitabunt in terra viuentium, qui abstinent à peccato, & operantur iustitiam. Rationem huius subiicit ipse.

*Quia Dñs amat iudiciū, & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur.* Inipientibus sæpè videtur iniquè fieri, quod impij diuitijs abundant, pijs verò egere videntur. Dominus autem multo est amãtiõ æquitatis & iusti iudicij, quàm vt electos suos destituat, siue in hac, siue in futura vita. exerceri finit eos, & flagellari interdum: quia (vt audiuit ab eo Apostolus) virtus in infirmitate perficitur. Hoc ad augendum gloriam eorum facit.

*Iniusti punientur, & semen impioꝝ peribit.* Ex græco sonat, Iniqui expellentur, & semen impioꝝ exterminabitur. In Hebræo illud, iniusti punientur, non est: sed tantum, & semen impioꝝ excinditur: estq; vnus versus cum præcedente.

*Iusti autem hereditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam.* Clara, quum ex his ipsis verbis, tum ex superioribus sententia. Propheta iterum iterumq; repetendus immoratur ei, quod altiùs legentium audientiumq; animis eã imprimat. Qui vicerit, (inquit in Apocalypsi) dabo ei federe meū in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Victoria hæc est iustitia. Et nõ quæ de obtinenda ea diffidat, intueatur verba, quæ apud Iohannem præcedunt: Ecce sto ante ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Quid quæso facilius atq; beatius, quàm talem hospitem, vltro se offerentem, recipere? Quid inhumanius, imò quid furiosius, quàm talem excludere? Pulsat per doctores Euangelij sui, tum in Ecclesijs, tum in scholis: per admonitiones pioꝝ hominum, per prospera, per aduersa huius vitæ, per tacitas inspirationes spiritus sui. Quibus si quis acquiescat, is aperit ostium, & recipit hospitem: si quis respuat, is occluso ostio, excludit hospitem longè suauissimū, ac retinet impurissimoru crudelissimorumq; latronum detestandam colluuiem.

Os iustum meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Stulta atq; scurrilia verba deuitant iusti, semper in hoc occupati, vt ali- quid proferant, quod faciat ad institutione & edificacionem proximi. Vnde fit vt cum iudicio loquantur, habentes discrimen inter vtilia inutiliaq; verba.

Lex Dei eius in corde ipsius, & no supplantabitur gressu eius. Inscriptam habet in corde suo legem dei, & in ea meditatur die ac nocte, vt inquit Psalmus. Hinc fit, vt non supplantetur gressu eius. Deus eni dirigit eum per vias rectas, & remouet omne offendiculum, nec ubi impingens ledatur: Quinctiam a latronibus, qui obident vias, tutum conseruabit. Hoc est enim quod sequitur:

Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum. Per peccatore, inquit Euthymius, non tantum in iustum hominem, sed ipsum etiam demonem intellige, veluti eum qui causa est & pater peccati.

Dns autem non derelinquet eum in manibus eius, nec dānabit eum quum iudicabitur illi. Permittit quidem dñs sepe iustorum virtute, impiorum hominum insolentia, ipsiusq; diaboli tērationibus exerceri, vinci verò nō permittit. Tyrāni sequunt in corpora martyrum, & occidūt, animas autē non possunt occidere. Ac ne corporū quidem vel p̄sum ledere possent, nisi Dñs illud permitteret. Neque hic illud permitteret, nisi hoc ipsum electis suis esset versurus in occasione salutis atq; maioris gloriæ. Et quantum ad calumniandū instructi sint aduersarij viri iusti, non tamen permittet dñs vt iniustitiz conuincant eum. Hinc apud Mattheum: Tradent vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad p̄sides & ad reges ducentini propter me, in testimoniu illis & gentibus. Cum autem tradēt vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri q loquitur in vobis. Possēt hęc multis p̄claris exēplis vtriusq; testamenti probari & illustrari: vt Ioseph, ob impudicæ mulieris calumniā coniecti in carcerem: Danielis, ob impiorum hominū calumnias obiecti leonibus: Susannę, a senibus impurissimis adulterij accusatę. Petri & Iohannis, ob sanatum claudum, & cōciones habitas ad populum, in custodiam cōietorum, & posttridie in conciliū productorū. Cuiusmodi nusquam non occurrunt in Actis apostolorū, & historijs Ecclesiasticis. Sed oīa superat exēplum ipsius Christi, de quo pleni sunt Euangelistarum libri. Quod ait, quum iudicabitur illi: idem est ac si dicat, quandō causa eius versabitur in iudicio. Quidam referunt hoc ad extremi iudicij diem: quo prorsus ex

Matth. 10.

Gen. 39.

Daniel. 6.

Dan. 13.

Acto. 5.

manibus impiorum, atq; ab omni infestatione liberabuntur iusti: & quum impij condemnabuntur ad æternos cruciatus gehēnæ, iusti audient: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Neq; horum sententia est absurda.

Expellat dñm, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hereditate capias terram: cum perierint peccatores, videbis. Quod ait, Expellat, in Hebræo est תִּפְּוּ: quod significat, cum toleratia expectare. In hac quidem vita, & in exilio hoc, & quod verè dicitur, valle lacrymarū, multa veniunt toleranda. Neq; eni hęc patria nostra est, sed exilij ac peregrinationis locus. Vnde nos tēpore opportuno, ipsi cognito, & ab ipso p̄finito, educturus est dux noster & princeps Iesus Chrs, vsq; in terram veræ promissionis, quā daturus est nobis in hereditatem æternā. Illuc ipse p̄cessit nos, rediturus huc, vt nos omnes eodem perducatur, quotquot in horū laborum & afflictionū patientia, reditum eius cū desiderio expectamus. Interea verò cauendū nobis est, nē imitemur eos, qui videntes q̄ morā faceret Moses de monte, congregati aduersus Aaron, dixerunt: Surge, fac nobis deos qui nos p̄cedāt. Mosi enim viro huic, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Illi eni non peruenerunt in illā promissam terram, sed perierunt in deserto. Itā & illis eneniet, qui quasi nunquam sit rediturus ad iudiciū Christus, conuertuntur ad opes & luxum huius mundi. Vnde ait noster propheta, quū perierint peccatores, videbis: pro perierint, ex Hebræo verti potest, excisi fuerint: & Græco, exterminati fuerint.

Vidi impium superexaltatum & elenatum sicut cedros Libani. Hoc in multis tyrānis visum est, & videbitur vsq; ad consummationem seculi de quibus pleni sunt libri historiarū, Iudeorū, Gentium, & Christianorū. Ne ab Ecclesiasticis quidē dignitatib; eminentijsq; tales arceat deus: vt videre est in Anna, Caipha, & alijs multis. Et sepe compertum est, episcoporū cathedras ab hominibus impijs fuisse occupatas: Quod credibile est p̄pter peccata populi euenire, iuxta illud Osee 4. Et erit sicut populus, sic sacerdos. Quæ quum vident homines imperitiac stulti, offenduntur, conuertunturq; ad obmurmurationes, seditiones, etiam ad blasphemias, vt negent mūdum à Deo gubernari: alioquin non passurum talia: negent, inquam, esse Ecclesiam dei, in qua tales p̄sident ant pontifices. Qui si audirent eundem illum prophetam in eodem illo capite, vbi ait: Veruntamen vnusquisq; non iudicet, & non arguatur vir: Populus enim tuus sicut ij qui cō-

Matth.

Exod.

Os 4

tradi-

tradunt sacerdoti, &c. prudentius agerent. Quin ipse hic noster propheta Dauid mox dabit nobis consiliū, quomodo nos in istiusmodi gerere debeamus. Quod ad hunc versum, quē nūc tractamus, attinet, is ex Hebræo verti potuit hoc modo: Vidi impium potentem, ac sese virore expandentem sicut laurum virentem. Hieronymus vertit, indigenam virentē. Nam תִּפְּוּ & laurum significat, & indigenā: à verbo תִּפְּוּ, quod significat oriri.

Et transiui, & ecce nō erat: & quasi in eū, & non est inuentus locus eius. Aperta sententia, omni opinioe citius perijt & euauit. Quod noster interpres trātulit, & transiui, verbum Hebræum est תִּפְּוּ, & trāsiuit, siue p̄terijt: hoc est, perijt, euauit. Atq; in hanc sententiam Dauid Kimhi interpretatur. Diuus Hieronymus, tum Felix Prateñ, atq; item Iohannes Cāpensis in sua paraphrasi, trāstulerunt in prima persona, trāsiui, p̄terijui. Hos suspicor magis attendisse vulgatā translationem, quā verbum Hebræum: quum Hebraei non soleant tali personarū enallage vti. Chaldaeus quoque in tertia persona vertit. Quin v. Chryostomus in 3. cap. epistolę Pauli ad Coloss. homilia nona, citans hunc locum, legit, & p̄terijt, i. & p̄terijt. Vnde credibile est Septuaginta vertisse, & p̄terijt, i. & trāsiuit, seu p̄terijt: libroriorum verò incuria deprauatum esse תִּפְּוּ, quod nunc habent exemplaria Græca, i. trāsiui. P̄terea quod in fine versūs additur, locus eius, nō est in Hebræo: sed ad verbum ex Hebræo transferendum erat hoc modo: Et p̄terijt, & ecce nō erat: & quasi in eum, & non est inuentus, vt referatur non ad locum, sed ad ipsum impium, qui quæsitus nō sit inuentus.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico. Hoc est, nē cōmoueat te impiorū in hoc mūdo momentanea illa quæ videtur, felicitas: quæ citissimē vnā cum ipsis euanescit. Tu custodi vitæ tuę innocentiam, & attende æquitatē: vt ad hanc tanq̄ regulā, vitæ tuę actiones exigas. Quicunq; em hoc agunt, neq; in terra cōtra deū, neq; cōtra opera eius, neq; contra eos qui in eminentia constituti sunt, siue boni siue mali, obmurmurāt: sed obsequitur pacificē, deo iudiciū de omni-

PSALMVS XXXVII.

Domine, nē in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Quoniā sagittæ tuę infixæ sunt mihi, et cōfirmasti super me manū tuā. Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuę, non est pax ossibus meis à facie peccatorū meorū. Quoniā iniquitates meę supergressæ sunt caput meum, et sicut onus graue grauataę sunt super me. Putruerūt

bus relinquētes: his in illa vita futura ac terra viuentium repositæ sunt harū virtutum reliquie, incomparabiliter preciosiores omnibus omnī diuitū atq; potentū huius mūdi diuitijs. Posterior pars huius versūs, in Hebræo ancipitem habet sententiā. sic enim scriptū est, בִּי אֲחִירָה לְאִישׁ שְׁלֵמִים. Quod secundum sententiā Septuaginta transferri potest, Quia reliquie viro pacis. quod idē est, atquē homini pacifico: vel, quoniā extremū viro, pax. hoc est, illi viro, qui in innocentia & æquitate vitā suam in hoc mundo finit, in fine reposita est. Quin totus versus ex Hebræo transferri posset hoc modo: Obserua eum qui est integer, & considera eum qui rectus est: quoniam extremum illius viri, pax est.

Iniusti autē disperibunt, simul reliquie impiorum interibūt. Iniustos vocat omnes eos qui prauē ac sceleratē viuunt, contrā q̄ regula innocentiz & æquitatis exigit: Hi penitus interibunt, vt ne reliquie quidem eorum remaneant.

Salus autē iustorū à Dño, & protector eorū in tempore tribulationis. Quasi dicat: Impij salutē suā repositā esse putant in diuitijs & voluptatibus huius mūdi. Verum hęc vnā cum ipsis in momento intereunt. Iustorum autē salus à Dño deo est, ideoq; nunq̄ interitura. Afflictiones autem horum in hoc mundo momentaneæ sunt: & in his ipsis adest eis Dñs, vt protegat eos, nē quid noceant afflictiones.

Et adiuuabit eos Dñs, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerūt in eo. Quū dicit, & adiuuabit eos: satis indicat, nobis laborandū esse & militandū contra tentatiōes & infestationes hostium: alioquin non dixisset, adiuuabit eos, sed militabit, seu pugnabit, siue laborabit p̄ eis. Idē indicatur verbo quod sequitur: & liberabit eos. Nemo enim liberatur, nisi à periculis & afflictionibus laboribusq;. Membrū quod sequitur, & eruet eos &c. paulō significantius in Hebræo scriptū est, omīssa coniunctiōe &, hoc modo: eruet eos ab impijs, & saluos faciet eos. Quare hoc faciet? Quia sperauerunt in eo. Ecce, hæc demum est certa obtinendæ victoriæ ratio, non esse ignauū aut fœcorderem in militia & p̄lio: nec tamen victoriæ spem in suis viribus, sed in solius Dei auxilio ponere. Cui omnis victoriæ laus & gloria in secula seculorum. Amen.

BB & cor.

& corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finē, tota die cōtristatus ingrediebar. Quoniā lūbi mei impleti sunt illusiōibus, & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebā à gemitu cordis mei. Dñe, ante te omne desideriu meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Cor meū conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorū meorū, & ipsum non est mecū. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquare runt & steterunt. Et qui iuxta me erant, de longè steterunt: & vim faciebāt, qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanq̄ surdus non au diebam, et sicut mutus non aperiens os suū. Et factus sum sicut homo nō audiens, et non habens in ore suo redargutiones. Quoniā in te Dñe spe rai, tu exaudies me Dñe deus meus. Quia dixi, nē quandò supergaudeant mihi inimici mei: et dum cōmouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniā ego in flagella paratus sum, et dolor meus in cōspectu meo semper. Quoniā iniquitatem meam annuncio, et cogitabo pro peccato meo. Inimici autē mei viuūt, et cōfirmati sunt sup me: et multiplicati sunt, qui oderunt me iniquē. Qui retribuūt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniā sequebar bonitatē. Nē derelinquas me Dñe deus me, nē discesse ris à me. Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ.

IN PSALMVM XXXVII.

DE TITVLO, PERSONA LOQVENS, & argumento psalmi.

**N**oster interpres ex vulgata translatione Græca transtulit, *Psalmus David in rememoratione sabbati*. Augustinus legit, psalmus ipsi David in recordationem sabbati. Cæterum illud, *Sabbati*, non est in Hebræo: neq; in psalmo quicquā legitur, quod videatur ad sabbatum pertinere: sed omnia habent doloris & afflictionis commemorationem. In Hebræo sic legitur: *לְהַזְכִּיר לַיהוָה אֱלֹהֵינוּ*: Hoc ad verbū sonat: Psalmus David, ad commemorandum. Diuus Hieronymus in epistola ad Algasia, in qua explicat vndecim quæstiones ab ipsa Algasia & Hedibia sibi propositas, scribit titulum huius psalmi esse, in commemoratiōem, vt doceat nos semper peccatorum nostrorum memores esse debere, & agere poenitentiam. Qui legunt additum, *sabbati*: propterea additum putant, quod intercā dum luctamur cum peccatis & afflictionibus. his; memores illius æterni sabbati, summo desiderio ad illud ferimur. Rabi Salomō opinatur prophetam psalmum hunc composuisse in persona totius populi Israëliti, ad recordandum peccata ipsius populi. Alij quidam de suis, hoc est, ipsius Davidis peccatis: quorum credible est illum per omnem vitā ab eo tempore quo patrauerat ea, non sinē graui dolore animi, solitum fuisse re-

cordari & facere mentionem. At qui quū pro pius intuemur psalmum, apertè videmus prophetiam esse de dño Iesu Christo, eūq; in psalmo loqui, iam in ipsa cruce pendente, atq; nostra peccata in se trāsflata cōsententē ac deplorantem, inq; horribilibus cruciatibus victima sui corporis expiatem. Et quia quēadmodū ille in semetipso, hoc est, capite, passus est semel, itā adhuc in sanctis membris suis patitur vsq; ad consummationem huius seculi, (vnde Paulus Apostolus ait se implere in carne sua ea quæ defunt passionū Chri, pro corpore ei, quod est Ecclesia) loquitur etiam sub horum persona. Quinetiam nos ipsi, peccatorum nostrorum sarcina grauati, propter quæ meritō etiam corripimur & flagellamur, nē cum hoc mundo cōdemnemur, rectè hunc psalmū nobis accommodamus. Totus psalmus cōsumitur in confessione ac deploratiōe peccatorū, & inuocatione misericordiæ & auxiliij Dei.

*Dñe, nē in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.* Idem est initiu psalmi sexti, nisi quod pro, in furore tuo, illic Hebræus habet *בְּאַפְּי*, i. in ira tua, hic autē *בְּאַפְּי*, i. in indignatione siue feruētī ira tua. Porro quod nostra trāsflatio habet, in ira tua, id in vtroq; psalmo hebraicè est, *בְּאַפְּי*, i. in furore tuo. Cæterum hæc non itā multum differūt. Illud monuimus in psal. 6. prophetam non deprecari simpli-

**Job.** simpliciter omnē correptionē: quū teste diuo Job, Beatus sit homo qui corripitur à dño, nimirum tanq̄ filius à patre: sed in ira & furore corripit deprecatur, tanq̄ hostis ab hoste. **Job. 18.** Quemadmodū Ieremias, Corripe me Dñe, inquit, veruntamē in iudicio, & nō in furore tuo, nē forte ad nihilū redigas me. n. Augustinus prius mēbrum interpretatur de Gehenna siue igne æterno: postorius, de igne Purgatorio: vt priori deprecatur gehennā, posteriore ignē purgatoriū: optans in hac vita pati afflictiones, q̄ ferēdē sunt, ppter peccata, quæ obiter admittuntur: nē opus sit illi horrenda illa afflictione purgari, quæ est in illo igne purgatorio: quæ ignē grauiorem esse dicit, q̄ quicquid potest homo pati in hac vita. Graue nimirum testimoniū tanti viri de illo igne, quē nostræ ætatis homines ausi sunt affirmare penitus esse nullū. Basilii Magni etiā sentit prophetā precari, vt in hac vita potius det poenas peccatorum suorum, quàm posthæc.

*Quoniā sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manū tuā.* Sagittas intelligit peccatas, quas Deus p peccatis infligit, quales sunt fames, sitis, labores, ærūnæ, morbi, cum innumeris afflictionibus alijs, atq; ipsa tādē morte, quas omnes sagittas toti generi humano infixit propter originale peccatum: graue videlicet iugum, quod inductum est super omnes filios Adæ, à die natiuitatis eorum, vsq; in diē mortis ipsorum. Quin propter peccata quæ ipsi facimus, quæ actualia Theologi vocant, multæ grauesq; nobis infiguntur sagittæ: de quibus aliās sepē. De vtriusq; intelligere possumus quod ait Job: Sagittæ dñi in me sunt, quorum indignatio ebibit spiritū meū, & terrores dñi militant contra me. Terrores dñi dicit, quibus minatur peccatoribus supplicia, quos etiā per sagittas hic intelligere possumus, cum Euthymio. Quod ait, *Et confirmasti super me manū tuā*: in hebræo legitur passiuè, & depreffa est super me manus tua. Manū autē flagellis armatā intelligit. Eā extendit ac deprimat super omnē filium quē recipit. Nā ab eo tempore, quo flagra illa contigerunt innocentem Iesum, salutis auctorem, facta sunt nobis salutaria: vt iam nō tam abhorreere ab illis debeamus, quàm ea tanquàm medicinā ab optimo medico propinatam, recipere.

**Eccl. 40.** *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorū meorū.* Hic rectè monet Euthymius, verba hæc, à facie iræ tuæ, & à facie peccatorum meorum, itē à facie insipientiæ meæ, per circunlocutionem dicta esse, pro eo quod est, propter iram tuam, propter peccata mea, propter insipientiam meam. Loquitur autē propheta (quod iā antè monui)

in persona Chri: qui quū nostra peccata trāstulisset in se expiada, ad eō pro his percussus est, vt à planta pedis vsq; ad verticem non esset in eo sanitas: Vulnus & liuor, & plaga tumēs, inquit Esaias. Quonquā is de populi peccatis, pro quib; percussus est Christus, loquitur. De ipso autē Chrii plagis idem propheta cap. 53. ait: Et nos putauimus eū quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum: ipse autē vulneratus est, ppter iniquitates nostras &c. neq; in corpore eius mystico, quæ est Ecclesia, cum qua ipse Dñs Iesus est vna caro, sanitas est, q̄ diū in his terris cū tot malis, intus & foris sauentibus, luctatur. Nos à minimo vsq; ad maximum non desinimus peccata peccatis accumulare. Vnde fit, vt deus nō cesset nos cōfigere sagittis suis, degrauareq; super nos dextrā suam flagellis armatā. Porro quēadmodū in corporib; nostris vitia & ægritudines carnis, etiam neruos & ossa labefactant: itā in Ecclesia stultæ & infirme plebis peccata eos etiā qui firmi sunt, & spiritu robusti, etiam si non ad peccandum, aut consentiendum peccatis inclinare possunt, tamen contristant, & in luctū & lachrymas conijciūt, propter coniunctionē quæ est inter vtroq; coniunctissima. Indè fit, vt fideles Ecclesiarū pastores, populi sui peccata deplorent, & pro eis tanq̄ pro suis deprecantur deū. Sic Danielē fecisse legimus: et posui, inquit, faciem meā ad dominum Deū meum, rogare & deprecari in ieiunijs, sacco & cinere, & orari Dominum Deū meum: & confessus sum, & dixi: Obscuro nomine Deus magnus, &c. Vide caput 9. Danielis.

*Quoniā iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sum super me.* Hoc est, totus immerfus sum peccatis, ad eō vt etiā super caput mihi coiērint. Quod ait, grauata sunt super me, Hebraismus est, & significat, grauiores factæ sunt, quàm vt ferre queā, Hebraicè *בְּרִיבָהּ*.

*Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Augustinus legit: *Compu truerunt & putruerunt liuores mei.* Sensus idē est. Quod noster interpres vertit, cicatrices, Hebraicè est *בְּרִיבָהּ*: quod posset transferri, rubera mea, siue liuores mei, à verbo *בְּרִיבָהּ*, quod significat colligere: q̄ vbi plagis cōtunditur caro, ibi colligit se sanguis, aliq; humores corporis, tandēq; putrescunt in pus. Idem accidit in cicatricib; si medici imperitia sinat in superficie coalescere cutem, anteq̄ sint solidè funditusq; sanata: vt non malè vertisse videatur interpres noster, cicatrices meæ: Septuaginta, *μάλωντος*, i. vibices meæ. Transferuntur autem hæc elegatè à propheta ad ani-

in persona Chri: qui quū nostra peccata trāstulisset in se expiada, ad eō pro his percussus est, vt à planta pedis vsq; ad verticem non esset in eo sanitas: Vulnus & liuor, & plaga tumēs, inquit Esaias. Quonquā is de populi peccatis, pro quib; percussus est Christus, loquitur. De ipso autē Chrii plagis idem propheta cap. 53. ait: Et nos putauimus eū quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum: ipse autē vulneratus est, ppter iniquitates nostras &c. neq; in corpore eius mystico, quæ est Ecclesia, cum qua ipse Dñs Iesus est vna caro, sanitas est, q̄ diū in his terris cū tot malis, intus & foris sauentibus, luctatur. Nos à minimo vsq; ad maximum non desinimus peccata peccatis accumulare. Vnde fit, vt deus nō cesset nos cōfigere sagittis suis, degrauareq; super nos dextrā suam flagellis armatā. Porro quēadmodū in corporib; nostris vitia & ægritudines carnis, etiam neruos & ossa labefactant: itā in Ecclesia stultæ & infirme plebis peccata eos etiā qui firmi sunt, & spiritu robusti, etiam si non ad peccandum, aut consentiendum peccatis inclinare possunt, tamen contristant, & in luctū & lachrymas conijciūt, propter coniunctionē quæ est inter vtroq; coniunctissima. Indè fit, vt fideles Ecclesiarū pastores, populi sui peccata deplorent, & pro eis tanq̄ pro suis deprecantur deū. Sic Danielē fecisse legimus: et posui, inquit, faciem meā ad dominum Deū meum, rogare & deprecari in ieiunijs, sacco & cinere, & orari Dominum Deū meum: & confessus sum, & dixi: Obscuro nomine Deus magnus, &c. Vide caput 9. Danielis.

*Quoniā iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sum super me.* Hoc est, totus immerfus sum peccatis, ad eō vt etiā super caput mihi coiērint. Quod ait, grauata sunt super me, Hebraismus est, & significat, grauiores factæ sunt, quàm vt ferre queā, Hebraicè *בְּרִיבָהּ*.

*Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Augustinus legit: *Compu truerunt & putruerunt liuores mei.* Sensus idē est. Quod noster interpres vertit, cicatrices, Hebraicè est *בְּרִיבָהּ*: quod posset transferri, rubera mea, siue liuores mei, à verbo *בְּרִיבָהּ*, quod significat colligere: q̄ vbi plagis cōtunditur caro, ibi colligit se sanguis, aliq; humores corporis, tandēq; putrescunt in pus. Idem accidit in cicatricib; si medici imperitia sinat in superficie coalescere cutem, anteq̄ sint solidè funditusq; sanata: vt non malè vertisse videatur interpres noster, cicatrices meæ: Septuaginta, *μάλωντος*, i. vibices meæ. Transferuntur autem hæc elegatè à propheta ad ani-

mi vulnera, i. vitia & peccata. Quae nisi à sapiē-  
tibus pastoribus tanq̄ medicis, per opera pœ-  
nitentię tanq̄ per nouacula & cauteria curentur  
in solidū, excisis & exultis, vt pure putrida;  
carne, lethalius illis peccandi affectibus  
ac libidinibus, acq̄iescētibus ad hoc ægrotis;  
sed per indulgentiā sinant concrefcere cutē,  
hoc est, recitata formula absolutiōis, recipiāt  
in ecclesiā, & ad sacramenta tanq̄ sanos admit-  
tant, quū intūs adhuc omnia fœdissima sanie  
madeāt: fieri nō potest, quin illa sanies indiēs  
magis magisq̄, gliscēs, latiusq̄; serpens, tādē  
in multo grauius vlcus ac vulnus erumpat, q̄  
fuerit prius: aut inflāmarum, etiā totū homi-  
nē tandē perimat. Quapropter v. Hierony-  
mus in 16. cap. Matt. breuiter quidē, satis tamē  
luculēter & grauius monet episcopos & pre-  
sbyteros, qui clauēs habēt ligandi atq; soluē-  
di, nē illis imprudenter aut pharisaico super-  
cilio abutantur: sed auditis diligenter & tanq̄  
inspectis peccatorum varietatibus, videāt qui  
ligandus sit, quive soluendus. Quinetiam vni-  
cuiq; nostrū sciendum est, & assidua cogita-  
tione versandum, nos in baptismo per virtutē  
sanguinis dñi nostri Iesu Christi sanos esse fa-  
ctos, remissis peccatis: manere tamen in nobis  
interea illum quem foritem vocant Theologi,  
qui nunquā delinit nos ad denuō peccā-  
dum extimulare. Cui si acquiescam⁹, sit quod  
ait propheta, vt putrescant & corruptantur  
cicatrices nostræ à facie insipientiæ nostrę.  
Opus est igitur sapientiæ doctrina, vt disca-  
mus quibus antidotis illi malo sit occurrendū,  
nē recrudescat in vulnus nouum. Eadē est  
opūs, quotiescunq̄ per salutarem pœnitēti-  
am restitutus est aliquis, nē relabatur in mala  
pristina. Opus est assidua imploratiōe gratię  
& auxiliij Dei, cum vigilantia nostra & virtu-  
tum omnium exercitijs, nē nos aduersarius &  
hostis diabolus ociosos & inopinatos oppri-  
mat. Quod si accidat, (vt cheu sēpē nimis ac-  
cidit) tamen ilicōd resurgēdum est, & cum pro-  
pheta confitendum ac deplorādum, quod pu-  
truerint & corruptę sint cicatrices. Et quia  
cum his malis nobis perpetuō luctandū est,  
gemendum atq; plorādum, meritō sic pergit  
propheta nostro omnium nomine:

*Miser factus sum, & curuatus sum vsq; in finem,  
tota die contristatus ingrediebar.* Quod noster  
translulit, *miser factus sum*: in Græca translati-  
one est, *τραυματισμένος*, quod significat, ærumnis  
laboribusq; affixi ac defatigauit me. Augusti-  
nus legit, miseris afflictus sum: Hieronymus  
ex Hebræo, afflictus sum. Quod sequitur, &  
curuatus sum vsq; in finē: idem est ac si dicas,  
valdē humiliatus sum: Hieronymus, incurua-  
tus sum nimis. Quod ait, tota die cōtristatus

ingrediebar, totam diem dicit totam hanc vi-  
tam, quā in his terris degimus, quę apud cor-  
datos nihil aliud est, q̄ luctus perpetuus, con-  
solatiōē suam expectās in patria caelesti. Vn-  
dē dñs beatos pronunciat eos q̄ lugent, quōd  
hi consolationem sint accepturi. Ridentibus  
verō dixit: Vg vobis qui ridetis nunc, quia lu-  
gebitis & flebitis. Quod noster translulit, cō-  
tristatus, in Hebræo est *אֲרִיב*: quod signifi-  
cat pullatum, seu sordidatum lugentium mo-  
re. Porro quāta nobis incumbat huius luctūs  
mœrorisq; necessitas, satis intelligi potest ex  
ratioē, quum subiicit propheta versū qui iam  
sequitur:

*Quonia lumbi mei impleti sunt illisomibus, & non  
est sanitas in carne mea.* Quod ait, *lumbi mei*, in He-  
bræo est *לְמַחְסֵי* id D. K. ait significari partes  
corporis, quæ sub lumbis sunt, renibus iūctę.  
Quidam illa transferunt, Symmachus latera-  
vtcunq̄ trāsferas, eam animæ partem signi-  
ficat propheta, quā, q̄ maximē cōcupiscentijs  
agitur, concupiscibile vulgō appellant phi-  
losophi. De quibus dñs quoquē ait: Sint lumbi  
vestri præcincti: Et Paulus: State ergo succin-  
cti lumbos vestros in veritate. Has partes ait  
plenas esse illisomibus, hoc est, fœdissimarum  
libidinum ardoribus. Nam huc tendit hebrai-  
ci nominis *לְמַחְסֵי* significatio. Hieronymus  
vertit, ignominia: quidā, ardore. Illud tamen  
ignorandū nō est, ex lumbis seu ilibus, totam  
carne intelligendū esse per synecdochen. hoc  
posteriori parte versūs indicat, ppheta, quum  
ait: *non est sanitas in carne mea.* Quod Paulus  
Romanorum 7. dixit: Non habitat in me, hoc  
est, in carne mea, bonum.

*Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugieba  
à gemitu cordis mei.* Sensus apertus. Pagninus  
vertit: debilitatus sum, & contritus sum vehe-  
mentissimē. Porro per Adā peccatum omnes  
debilitati sumus, & multis plagis grauissimē  
perculsi & humiliati, vt quicunq; hæc sentiūt  
& expendunt, non possint non ingemiscere,  
& cum rugitu cordis exclamare cum Aposto-  
lo: Infelix ego homo, qs me liberabit de cor-  
pore mortis huius? Hoc certē nemo potuit,  
præter solum deū. Is aut præstitit hoc per vni-  
genitū filiū suum Dominum nostrum Iesum  
Christum, idēd mox subiicit apostolus: Gra-  
tia Dei, vel, (vt ex Græco sonat) gratias ago  
Deo per Iesum Christum dominum nostrū.  
Per hunc itaq; & noster hic propheta liberari  
desiderans, inquit:

*Dñe, ante te omne desiderium meū, & gemitus meus à  
te non est absconditus.* Hoc est, tu Dñe, qui ipsa  
corda hominū corām intueris, nouisti & pa-  
lām vides quid desiderem, neque te latent  
gemi-

gemitus mei. Porro desiderium hoc, & gemitus  
hic, efficacissimæ sunt preces, & oratio illa  
de qua dixit Apostolus, Sinē intermissione  
orantes. Assidue enim orat, qui assidue esurit  
& sitit iustitiam: qui cum Paulo desiderat dis-  
solui, & esse cum Christo. Quin ipsa flagrantia  
charitatis, vt inquit Augustinus, clamor cor-  
dis est: si semper manet charitas, semp clamat.

*Cor meum conturbatum est, dereliquit me vir-  
tus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non  
est mecum.* Quod ait, cōturbatum est, nō ma-  
le vertit interpres. Tameñ verbum Hebræū  
*אֲרִיב* non simpliciter conturbatum esse si-  
gnificat, sed præsumma consternatiōe circū-  
rotari quōdāmodō. *Virtus mea*, tam ex Græca  
translatiōe q̄ ex Hebræo, fortitudinem, vim,  
sue robur significat. Quod ait, *lumen oculo-  
rum meorum, & ipsum non est mecum*, ex Hebræo  
sonat ad verbū quidē: & lumen oculorū me-  
orum, & ipsi non sunt mecum. Hoc paulō signi-  
ficantius vidēt, in hunc sensum: Et lumē ocu-  
lorum meorum, subaudi, dereliquit me. Imō  
verō ipsi etiam oculi meo destituerūt. Accide-  
runt aut hæc omnia primo nostro parēti Ada-  
mo, quum primū acquiesceret consilio dia-  
boli, & transgredereetur mandatum, tūc ilicōd  
in summā trepidationem incidit: Tunc dere-  
liquit eum viuida illa virtus, & successit omne  
genus infirmitatis et vt oculi carnis apti sunt,  
vt videret se esse nudum: ita animi oculi sunt  
excæcati, amisso lumine illo mentium, sole ius-  
titie, qui est deus in secula benedictus. Hæc  
omnia mala subitō irrurunt in illum & oēm  
posteritatem eius. Vndē nobis adiacent omnes  
hæc afflictiones, in quibus gemimus. A quibus vt  
nos liberaret, in carne sua tam acerbē passus  
est Dñs Iesus, vt aggressurus illum supplicium,  
dixerit: Tristis est anima mea vsq; ad mortē:  
quod & re ipsa declarauit, quū præ angore su-  
dorem sanguineum sudaret. Ibi virtus illa di-  
uina tanq̄ digressa, dereliquit eum in illis ine-  
narrabilibus tormentis, quæ extorserunt illi  
lamentabilem illum clamorem: Deus meus,  
deus meus, vt qd dereliquisti me? Hæc oīa, vt  
causæ & causarum euētus, in vnum vaticiniū  
conclusit propheta. Eodēd pertinet quod se-  
quitur:

*Amici mei & proximi mei aduersum me appro-  
pinquauerunt & steterunt.* Qui de ipso Dāide  
hæc interpretantur, referunt ad ea tempora,  
quibus à Saule & Absalomo persecutionem  
passus est. Sed si Basilium magnū audiamus, de  
toto genere humano intelligēdum est: à quo  
in peccata prolapsō recedunt amici eius angeli  
cum dolore, eminūs intuentes hominē, ac de-

plorātes casum & calamitatem eius. Sed mihi  
quidem maximē placet eorum sententia, qui  
de dño Iesu interpretant, quāddō amici eius &  
proximi, hoc est, discipuli, relicto eo fugerūt:  
alijs eminūs cum summa formidine intuenti-  
bus ea quæ fiebant, Petro etiam abnegante &  
abiurante eum. Qui d dicam q̄ Iuda prodente?  
Quāq̄ hic quidem nunq̄ fuit ex animo ami-  
cus dñi. Nam q̄ dñs iam tradentem se appellat  
amicum, vel ideō fecit, q̄ ille simularet ami-  
cum, quū oscularetur dñm: vel quod ipse dñs  
non desiēt esse amicus eius, dolens infelici-  
simū illum casum eius, q̄ proditiōe scelerati-  
ssima semetipsum perditū iret. Porro quōd  
noster interpres dixit, aduersum me appro-  
pinquauerunt & steterunt, non itā accipien-  
dum, quasi hostiliter id fecerint, sed præ timo-  
re. Quod clariūs indicant Hebræa,  
*אֲרִיב* *אֲרִיב* *אֲרִיב*: quę ad verbum sonant, &  
regione plagæ meæ stabant. (aut si māius fu-  
turum futuro reddere, stabant) Cui consonat  
quod sequitur:

*Et qui iuxta me erant, de longē steterunt.* Nam  
hoc in Hebræo præcedenti versū, vt altera  
eius pars, adhæret, & vt expositio eius. Quæ  
autem hinc sequuntur, apud illos hanc habēt  
distinctionem:

*Et vim faciebant qui querebant animam meam:  
& qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanita-  
tes, & dolos tota die meditabantur.* Horū aperta  
est sententia, nempe q̄ diffugientibus, nequę  
audentibus, neq; valentibus adiuuare propin-  
quis, amicis, discipulisq; ipse solus relictus sit  
manibus impiorum: qui deindē pro sua libi-  
dine atq; impia perulantia tractauerunt eum.  
pro eo quod noster interpres dixit, Et vim fa-  
ciebant, iuxta proprietatem verbi hebręi ver-  
tendum erat, & laqueos tendebant. Hierony-  
mus tñ translulit, & irruebant. Qui querebāt  
animam meam, i. qui conabantur interficere  
me. et qui inquirebant mala mihi, i. q̄ inuesti-  
gabant, & excogitabant falsa crimina q̄ mihi  
intentarent. potuit ex Hebræo verti, & qui in-  
uestigabant malitiam meam, hoc est, studebāt  
malitiosi aliquid facinoris in me inuenire, ob  
quod iure condemnari viderer. Quod ait, lo-  
cuti sunt vanitates, Hebræicē est *אֲרִיב*, i. ini-  
quitates: vel, vt Hieronymus, insidias.

*Et dolos tota die meditabantur.* Nimirū fal-  
sa testimonia contra me conquirendo, men-  
dacia & calumnias excogitando. Hæc omnia  
itā facta esse in Christo, luctulentissimē scriptū  
legimus apud Euangelistas, vbi de Passione  
Dominica scribunt. Quemadmodū & id  
quod sequitur:



*Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.* Quum accusaretur (inquit Matthæus) à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur preses vehementer.

*Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Hæc est expositio versûs præcedentis, eandem sententiam, quam ille, alijs verbis efferens. Sensus est: Similis factus sum homini surdo & muto, qui non haberet facultatem loquendi, qua se defenderet. Quare autem se huc demisit dñs Iesus, alioqui non modò non surdus & mutus, verum ipsius Dei sermo & sapientia æterna? Nimirum vt, p nobis plagas & contumelias ferret, nobisque fieret exemplum quo doceremur, in quo nobis sperandum sit, certa;q; reposita victoria. Non in sapientia, eloquẽtia, aut potẽtia huius mudi, sed in virtute & misericordia Dei. Hinc est quod sequitur in Psalmo:

*Quoniam in te Domine speravi, tu exaudies me Domine Deus meus.* Hic versus non habet opus expositione. Quod in posteriori membro ait, *exaudies me*: pronomen *me*, non est in hebræo expressum, neq; in translatione Græca.

*Quia dixi, nequando supergaudeat mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.* Quia dixi, i. mecum cogitabã, subaudi, opem tuam mihi expectandam esse: quare? Nequando supergaudeant mihi: hoc est, nequando de me tanq; victo lætentur & gloriẽtur. Quod addit, *inimici mei*, in Græca quidem translatione additum legitur: in hebræo non est expressum. Quod in posteriori mēbro ait, *& dum commouentur* &c. coniunctio *&*, nõ est in hebræo: neq; videtur hic habere locũ. Hebræa ad verbum translata, sonant hoc modo: quum nutaret pes meus, magna contra me iactarunt. Iudæi videntes infirmitatem carnis humanæ in Christo, contumelijs, flagris, supplicio crucis, & inenarrabilibus tormentis afflictam, omni genere petulantia insultarunt illi. Verum hæc patientissimè pertulit, certa concepta spe atq; fiducia, mox futurum, vt his malis & contumelijs succederet beatissimè resurrectionis gloria: atq; crudelissimo hosti diabolo eriperetur occasio gloriandi de genere humano, adhuc in huius terræ lubrico gradiente, vbi sæpè nutant pedes nostri, sæpè labimur, sed resurgimus semper virtute spiritus Christi, qui ex illo vt capite nostro, iam ad dextrã patris sedẽte, in nos oēs dimanans, nõ tantum viuificat nos, verum etiam sustentat, corroborat, & ex omni infirmitate lapsuq; ere-

ctos ducit, donec tandẽ statuat pedes nostros in atrijs illius cælestis Hierusalem, super solidam petrà, tutos ab omni lapsu. De quo in alio psalmo exultans canit: Letatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus.

*Quonia ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* Hæc videtur esse ratio eius, quod dixit, illos magna locutos esse aduersum se, quum commouerẽtur seu vacillarent pedes eius: quia ad flagellum paratũ videbant, hoc est, flagris & contumelijs expositum. Quod nostra translatio habet, *in flagella* in hebræo est *וַיִּצְוֶנִי*: quod nonnulli transferunt, ad claudicationem: Hieronymus, ad plagas. Porro quotquot ex Adã nati sumus, (sumus autem omnes) ad claudicationem parati sumus, i. infirmitatibus carnis expositi & innumeris flagellis. Atq; horum dolor meritò nobis perpetuò versat ob oculos: quia quàm diũ corpus hoc morti obnoxium circumferimus, mala hæc nunq; à nobis recedunt. Beati autem sumus, si patienter hæc ferimus, agnoscetes & cõfiterentes peccatis nostris ea deberi. Hoc nos docet propheta, quum ita pergit:

*Quoniam iniquitatem meam ego annuncio, & cogitabo pro peccato meo.* Satis aperta sententia. pronomen *ego*, in priore membro, & coniunctio *&*, in posteriore, non exprimuntur in hebræo. Quod ait, *annuncio*, significat se non occultaturum ea esse more hypocritarũ, qui dum videri volunt cõfiteri, nihil minus quàm confitentur: sed extenuando, excusando, obuelandoq; contegere nituntur peccata. Propheta verò palàm annuncianda esse, docet suo exemplo. Neq; verò satis esse id iã fecisse, nisi adiugatur anxia perpetuaq; cogitatio de ipsis peccatis: vt doleamus affligamusque nos propter ea quæ admisimus, & caueamus ne deinceps admittamus similia. Nam quod noster transtulit, *cogitabo pro peccato meo*: ex hebræo verti potuit, sollicitus ero de peccato meo. Cæpenis vertit: Nec dolorem remittere finit recordatio peccati mei.

*Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.* Pathetica doloris amplificatio, ab aduersariorum potentia & rerum successu, etiam in summa iniquitate. Sunt autem hic rursus alii quot verba in translatione nostra & Græca, quæ non sunt in hebræo. Diuus nic ronymus hebræa transtulit ad verbum hoc modo: Inimici autem viuentes confortati sunt, & multiplicati sunt odientes me mendaciter. Porro viuere, hoc loco significat validum esse atque potentem.

*Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebunt mihi, quonia sequetur bonitatem.* Manifesta sententia.

Ex

Ex hebræo transferri posset ad verbum quidem: Et qui rependit malum pro bono, aduersantur mihi, propterea quòd persequor bonum. Hoc est, eo magis mihi aduersantur, quo minus ego desino ipsis benefacere. Hoc quidem verè de se potuit dicere Dauid, tum propter Saulem, tum propter Absalomũ. Sed reuera pphetia est de domino Iesu, & populo Iudaico, qui illi pro tot beneficijs rependit supplicium crucis. Nobis autẽ, quotquot studemus piè viuere in Christo, similia sunt ferenda, quia certò euenient. Ad quod semper huiusmodi doctrina instruendus est, & confirmandus animus. In primis autem confugiendũ ad auxilium Dei, quod is nunquam negat inuocantibus se in veritate. Hinc & noster propheta sic psalmum finit:

*Nè delinquas me Domine Deus meus, nè disceseris à me.* Vel vt Hieronymus ex hebræo, nè elongeris à me.

*Intende in adiutorium meum, Domine Deus salus mea.* Hieronymus ex hebræo, Festina in auxilium meum Domine salutis meæ. Quum ait, festina, præsentiam & gratuitatem periculi significat: Quum dñm salutis suæ appellat, suã infirmitatem agnoscit, declaratq; se nõ aliunde quàm à Deo expectare auxilium: Hoc quicumq; eo studio fiduciaq; faciũt, quo hoc psalmo docemur, hos nunquam deserit Deus: sed in huius vitæ militia tuetur & adiuuat, donec collocet eos victores in dextra filij sui, sicut hunc ipsum victorem residere fecit in dextra sua. Cui cum eodẽ filio ac spiritu sancto laus & honor in secula seculorum, Amen.

## PSALMVS XXXVIII.

**D**ixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum confiteret peccator aduersum me. Obmutui & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi dñe finem meũ. Et numerũ dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. Eccẽ mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanq; nihilum ante te. Veruntamẽ vniuersa vanitas, omnis homo viuens. Veruntamẽ in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur. Theaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Et nunc quæ est expectatio mea? nonnẽ dñs? & substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui, & nõ aperui os meũ: quonia tu fecisti, amoue à me plagas tuas. A fortitudine manũ tuarũ ego defeci in increpationibus, propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animã eius, veruntamen vanè conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meã dñe & deprecationem meam, auribus percipe lachrymas meas. Nẽ fileas, quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.

## IN PSALMVM XXXVIII.

*לִמְנוּחַ לִידְרוֹתַי מִמַּוֵּר לִי*

Hoc est, victori Idithun, psal. Davidis. Huius tituli hæc est sententia secundum literam, vt loquimur: Psalmus à Dauide compositus, datusq; ipsi Idithun ad cantandum. De prima huius tituli dictione, quam alij in finem, alij ad victoriam, alij victori, alij præfecto cantorum trãserũt, diximus in titulo Psal. 4. Porro Idithun, qui apud hebræos *יִדְיָהוּן* dicitur, fuit vnus ex illis quos Dauid segregauit in mini-

sterium, vt prophetarent in citharis & psalterijs & cymbalis, vt legimus 1. Par. 25. sit etiam eius mentio in 16. cap. eiusdem libri, & alibi. Eraf. Rõte. qui in hunc psalmũ suauissimè commentatus est, longè lateq; hunc titulũ explicuit. Nos breui compẽdio per victorẽ Idithũ, intelligimus Christum dñm nostrũ. Is em̃ vt finis est legis, ita victor euasit per acerbissimũ eruentissimumque conflictum, eousque, vt calcato tandem hoste diabolo, atq; omnibus armis, machinis, satellitibus, & copijs eius superatis, transiierit omnia vsq; in thronum Dei patris;

patris: vbi ipse quidem iam refidet victor, in nobis nihilominus, vt membris corporis sui mystici, adhuc consilgens cū hoste: donec & nos ipsius auxilio virtuteq; victores, ac transilientes oēs has salebras, ad se recipiat. Interea verò hoc carmen nobis veluti classicū ad preliū canendū reliquit: qua admonemur quò congregiendum sit cum hoste, vt victoriā reportare, & ad ipsum transilire possimus. Porro Idithun pleriq; scriptores ecclesiastici interpretantur, transilientes eos. Cuius interpretationis rationem equidē fateor me nondū potuisse inuenire apud Hebræos. Video quosdam aliam reddere etymologiam: sed mihi non libet omnium coniecturis immorari.

## ARGUMENTVM.

**T**otus psalmus nihil aliud est, q̄ grauis quādam lamentatio de vita hominis, cū multis, magnis, atq; horrendis tentationum tēpstatibus, non sine ingenti periculo luctantis. E quibus Dei auxilium & misericordiam implorat. Auxilium, inquam, sine quo sentit se non posse his esse parē. misericordiam, quia agnoscit diuinitus hanc sibi immitti, ppter peccata.

## DE PERSONA LOQUENTIS.

Pleriq; putant prophetam hunc Psalmū sub sua persona cecinisse, quādō regno pulsus a filio suo Absalom, grauibus conuicijs & contumelijs impetitus erat a Semei, de quo diximus Psal. septimo, ex 2. Reg. cap. 16. Sed si mihi cōceditur ingenū meā sententiā proferre, puto prophetā loqui in persona Christi, siue (quod idem est) inducere Christum loquentem, nō tā suo, hoc est, capitis, nomine, (tametsi multa ac ferē omnia, huic cum doloribus mortis, & impiorum hostiū cōtumelijs luctanti possunt conuenire) q̄ totius generis humani, maximē verò electorum suorū: dum hi per huiusmodi afflictiones & praelia, caput, ducem, ac principem suum sequi contendunt.

## EXPLICATIO PSALMI.

**D**ixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.] Abruptum videtur exordium, inquit Erasmus, vt intelligas post variam diutinamq; cogitationem in hanc denique vocem erupisse æstuatis animi dolorē. Sed huiusmodi exordia non sunt rara apud hunc prophetam. Dixi, i. in animo meo statui custodiam vias meas, i. cohibebo verba & sermones meos, vt nō delinquā in lingua mea, i. nē quid quod nō oporteat, loquar. Sic Iob 9. Verebar oīa opa mea, scīs q̄ non parceres delinquenti. Nullum porro membrum hominis maiori habet opus custodia, q̄ lingua: vt optimē dixerit ille distichorū moralium author, quem Catonem dicunt:

Virtutem primā esse puto, compescere linguā.

Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere. Et vt semper difficilis est huius membri custodia, ita multo difficilima, si ex aduerso consistat peccator, & conuicijs, contumelijs, mendacijs, omniq; iniuriarū genere te ad loquendum defendendumq; te prouocet. Hinc est quod sequitur apud prophetam:

*Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me.* Pro, *posui ori meo custodiam*, in Hebræo est **מִשְׁמַרְתִּי לִפְּמִי**: quod ad verbum trāsferri potest, Custodiam ori meo obthuramentum. verbum Hebræum **מִשְׁמַרְתִּי** significat obthuro. Indē nomen instrumenti **מִשְׁמַרְתִּי** quo iumentis ora concluduntur, nē lædant: **מִשְׁמַרְתִּי** Græcē dixeris, quo vocabulo vtuntur etiam Latini scriptores. Alioqui non desunt Latina, obthuraculū, obthuramentū, & quo Plinius vtī, fiscella, lib. 18. sic scribens: Fiscellis capistrari boues oportet, nē germinum tenera decerpant. Item fibula, claustrū, repagulum.

*Obmutui & humiliatus sum, & filii à bonis: & dolor meus renouatus est.* Immoratur propheta huic loco, iterum iterumq; eandem rem alijs verbis efferens. Pro eo quod noster interpres dixit, *Obmutui & humiliatus sum*, rectius Hieronymus ex Hebræo transtulit, *Obmutui silentio*. Hoc iam nulla eget interpretatione: nisi fortē admonendum est, Hebraismum habere significationē grauiissimi doloris, siue anxietatis, cū silentio obmutuerit etiam: q̄ plus sit mutum esse, quā silere. Et filii à bonis. Cōiunctio **וְ**, non est in Hebræo expressa: verū hoc parū refert. Quod ait, *filii à bonis*: bifariam interpretantur: alij enim, non iactaui bona mea, quum ille mihi exprobraret mala, quorū innocens eram. Alij, filii à bonis, i. quicui ac desij benefacere illis, in quibus videbam oīa beneficia perire. priorem interpretationē nō improbat quidem Erasmus: magis tñ probat posteriorem, putatq; vocem esse hominis nō mali quidem, nondū tū eluctati ad perfectiōnem Euāgelicā. Ad hanc enim qui peruenerunt, hi studēt etiam inimicis benefacere. Sed mihi propijs attendenti phrasim Hebraicam, videt illud, à bono **בְּיַד**, per comparationē sumi posse, vt si idē ac si dicas, suprà q̄ bonum erat, hoc videlicet sensu: quū in afflictionibus quas vel innocētes, vel pro peccatis ferimus, optimum sit silentium, ego in meis afflictionibus eouēquē silentio me cōtinui, vt etiam omnem omnīs silentij bonitatem superauerim. Hac ratio erit ipsius silentij epitalis: nō aut peccatū, aut imperfectio aliq̄ ei⁹ q̄ siluit. Hęc mihi videt & cōmoda sententiā, & pprietati sermōis Hebræi cōsona. In quo si fallor, equo aīo

patiar

patiar reijci. Quod sequitur, *& dolor meus renouatus est*: pro *renouatus est*, Hieronymus inspecta proprietate verbi Hebræi, maluit vertere, conturbatus est: Sensus est, incurruit: quē admodū (vt ex poetā adducit Erasmus) tectus magis estuat ignis. Porro doloris huius æstus tunc fœuit maximē in hominis pectore, quādō videt ne silentio quidē miscere hostem: vt quum suo silentio Dñs Iesus in summam admirationem adduxisset Pilatum, aded vt is iam absolueret eum studeret, Iudæi magisq; clamando inualecebant: Crucifigatur crucifigatur, tolle tolle, crucifige eum. Quāquam huic grauius doluit hostium suorum semetipfos perdentium interitus, quā iniuriā quas ipse ab illis tulit: nobis autē necessarium est, discere & cognoscere violentiā horum affectuum, qui sēpē etiam iustus, vt apparet, de causis efferuescunt aduersus spiritū, vt exemplo Domini ac principis nostri, implo-rato ad id auxilio eius, compescamus eos, nē erumpant in linguā peccatum.

*Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exarsit ignis.* Graphicē expressit illum indignationis æstum: qui quo vehementior est, eo maioris virtutis est comprimere eum, nē erumpens, malum malo retaliet, & conuicium conuicio. Cum verò iam diutius non potest, videndum vt in talem vocem erumpat, qualis sequitur apud prophetam:

*Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi Domine finem meum.* Erumpit quidem vox, sed non in conuicium contra aduersarium: multo minus in blasphemiam contra Deum. Ab hoc petit, vt sibi tandē finem aliquem ostendat horū malorum: quæ vox est infirmitatis quidē humanæ, non tamen hominis iniusti aut mali, qui meditetur vindictam, sed qui optet liberari à malis. Hoc optare non est peccatum, quum ipsum etiam Dominū Iesum legamus tanquā pertesum malitiæ hominum, exclamasse: O generatio incredula & puerfa, quousquē ero vobiscum? vsquequō patiar vos? Et ipse hic noster propheta in Psalmo: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Iob quoquē: Tædet animam meam vitæ meæ. Et Paulus, quum scriberet: Suprà modum grauat sum supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Verissima sententia, quam ex-tulit Erasmus his verbis: Non est in nobis efficere, nē rebus naturæ molestis conturbetur animus: Sed is spe venturæ recreationis fulciendus est. Non est confugiendum ad vltionē aut desperationē, sed ad dominum deum ardenti precatōne, etiam proluxa, exemplo Domini Iesu. Pater, inquit, si fieri potest, transeat à me calix iste. Agnoscis vocem infirmitatis

carnalis: sed agnosce & spiritūs vocem, quum ita pergit: Veruntamen nō sicut ego volo, sed sicut tu. Principium huius versūs in Hebræo adhæret versui præcedenti: deindē sequitur tanquā vna periodus:

*Notum mihi fac Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi.* Primū huius periodi membrum sumus interpretati. Secundū manifestam habet sententiam, nempe quā diū victurus sit in hoc mundo, & cum his malis luctaturus. Quod noster interpres ex Græca translatione Septuaginta transtulit numerum dierum, nō inconuenienter fecisse videtur, quum soleamus in expendendo tempore numerare dies. Alioqui vox Hebræa **מִיָּמַי** propriē non numerū, sed mensuram significat. Tertio indicat voti sui finem: vt sciam, inquit, quid desit mihi, hoc est, quantū mihi adhuc restet laboris ac luctæ cum hisce portentis ac feris ante victoriā & requiem. Erasmus putat eum hoc in hunc finē optare, vt ante huius vitæ finem se repurgare queat ab his sordibus, & ita cōponere, vt cū finis aduenerit, expeditus hinc & purus euolet ad deum. Pro, *quid desit mihi*, in Hebræo est **מִיָּמַי**: quod ferē idem est, ac si dicas, quādō desiturus, vel quieturus sim. David Kimhi ait, **מִיָּמַי** significare tempus ætatis humanæ in hoc seculo, vt sit sensus: quantū futurū sit tēpus vitæ huius meę in hoc seculo: quasi sit metathesis literarū **מִיָּמַי** pro **מִיָּמַי**. Nam hoc posterius, ppriē significat tēpus siue ætatem huius seculi. **מִיָּמַי** verò verbum, significat desinere, cessare. Erasmus, vt dixi, putat illum hoc querere desiderio spatij, quo se præparet ad emigrandū: Ac pia quidē hęc est interpretatio. Alij tamen magno cōsensu putant illū desiderio finis harum afflictionū id querere. Ad quam quæstionem quasi acceperit respōsum, subiicit vitæ humanæ luculentam descriptionē, vt ostendat quā sint friuola ac momentanea, ob quæ se tot curis, sollicitudinibus, ac laboribus homines in hoc mundo macerent multo sapientiū facturi, si tota perfectaq; fiducia se suaq; cōmendauerint domino, ab hoc consolationem ac redemptionē expectantes.

*Eccē mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquā nihilū ante me.* Quod ait, *mensurabiles*, multo significantius est in Hebræo, **מִיָּמַי**, quod ad verbum sonat, palmārū: hoc est, tam breues, vt palmis siue pugillis metiri liceat. elegans metaphora, à corpore ad incorporeū. quasi dicat, admēsus es mihi palmis vitæ huius ætatē. *Et substantia mea tanquā nihilū ante me.* Substantia hoc loco nō est id, quod oppo-

nitur

Iob 7.  
Iob 13.

nitur accidenti, aut cui inhærent accidentia, quæ Græcè ἐπίστα, Hebraicè עָלָה dicitur: sed, ut ita dicā, subsistētia, duratio: Græcè ἐπιστασις, Hebraicè עָלָה. Sic enī habet Psalm⁹, עָלָה לְךָ: quod rectè transtuleris, Et ætas mea. Nā sensus est, quæ ætas hominis, hoc est, duratio vitæ humanæ in hac terra, collata vitæ æternæ, quā viuit De⁹, adeò breuis est & momentanea, ut quasi nulla sit, nec mereatur dici aliquid ætatis aut vitæ. Ad hanc tam inæqualium dissimiliumq; rerum cōparationem, tanq̄ ad spectaculum aliquod inuitat Deū per aduerbium, Eccè: ut ostendat ei, quā nō sit operæ precium, æternū & omnipotentē Deum, tanta seueritate uti in animalculum tam infirmū ac momentaneæ vitæ. Idē apertius dixit beatus Iob: Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei. Et alibi: Cōtra foliū quod vēto rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Et rursus: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, replet multis miserijs. Qui quasi flos egredit & conteritur: & fugit velut umbra, & nunq̄ in eodem statu permanet. Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Ecce sic ille disputauit cum Deo, argumentis efficacissimis ad flecendū illum ad misericordiam, quōd parceret afflictio. Sic nos ter hic propheta, spiritu nimirum, prophetico, inducit mediatorē nostrū, patronum, & pontificem Iesum, in conspectu patris orantem & interpellantē, p nobis, hoc est, populo suo, nō tantum persona nostra, verum etiam peccatis nostris in se translatis. Is hanc ipsam interpellandi formam nobis relicta voluit: in qua nosmetipsos tanq̄ in speculo contēplemur, ut vidētes quid simus, intelligamus & agnoscamus miserias nostras: & vnde atq; per quē & quomodō nobis petenda sit & expectanda consolatio, auxilium, ac salus. Ille in diebus carnis suæ, in acerbissimis afflictionibus, dolorib⁹ atq; tormentis, preces supplicationesq; ad eum qui posset illū saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est, p sua reuerentia. Sed ne adhuc quidē definit interpellare, p nobis per spiritū suum in nobismetipsis gemitibus inenarrabilibus. Nunc autē spiritu eius nō solum docti, verum etiā adiuti, easdē preces quas ipse in diebus carnis suæ p nobis iudit, fundimus & nos, in hoc ipso spem & fidutiā habentes nos exauditū iri, aut potius exaudiri iam: & quotiescunq; sic precamur, quæ talem pontificem habemus aduocatum nostrū apud patrem, qui ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ecce, ita spiritus Christi in Dauid, Dauid in ipso spiritu in persona Christi: Christus assumpta in-

Hebr. 5.

Rom. 8.

firmitate nostra, & peccatis nostris in sui corporis victima expiandis, pro se, nō qui peccauerit, ut necesse haberet: sed qui nostra peccata assumpserit volēs, & p nobis populo suo, pro quo ipse pontifex obrulit sacrificiū in sua pariter & nostra persona: nos in spiritu Christi, bonis omnibus, ardentibus votis pro eisdē causis, easdem preces fundimus: ita ut propter huius coniunctōnis vinculū, impossibile sit nos nō exaudiri. Itā in Psalmo loquitur Dauid, loquitur Christus, loquitur Ecclesia, loquitur vnusquisq; nostrū, quotiescunq; sentiētes afflictiones ac tentationes, eo, ut orando precandiq; forma nobis tradita, erectis ad Deum mētibus nostris, vtīmur. Hæc visum est paulò plixius fortassis psequi & explicare, ppter eos quos video torquere se, ut inueniant sub cui⁹ psona hæc dicantur: maximè verò, ppter eos, qui Iudaicū quiddā adhuc somniantes, in vni⁹ Dauidis persona hæret, inquirentes quid hoc fuerit morbi dolorisq; quo grauatur sic egerit cū Deo. Nunc itaq; ad ea q̄ sequunt in Psalmo: *Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.* Grauiissima sunt, & significatissima verba. Nō dixit, vana, sed vanitas, emphasi videlicet, quali, significantēs hominē vehemēter sceleratū, dicimus scelus. Porrò vanū dicit, inutile, inane, frustraneum, ac friuolum, indignū cui⁹ aliqua ratio habeatur. Nec simpliciter dicit, *omnis homo*: sed adiicit, *viuens*, hoc est, etiam ille qui viuus, validus, vigens, & in eminetia constitutus, videtur aliquid esse præ ceteris. Hoc enim significat verbum Hebræum עָלָה, quod L. XX. verterunt *id est, viuens*. Quia verò hæc talia sunt, ut assidue debeant obuersari cogitationi nostræ, adeoq; superare videantur captum humanæ mentis ac linguæ, idcirco propheta in Hebræo accinuit עָלָה. *Veruntamen in imagine ptransit homo, sed & frustra cōturbatur.* Hoc est, Quantunuis vniuersa quæ in hoc mūdo sunt, nihil aliud sunt quàm ipsa vanitas: tamē adeò desipiunt homines, ut in his rerū imaginibus & vmbris ita ambulēt, versentur, tumultuentur, belligerēt, ac sese mutud, studio occupandi has rerum vmbras, cōturbent atq; cōtristent, quasi eximia quædā sint bona: & magnū quiddam adeptus sit, qui illa occuparit. Nam p imaginē nihil aliud intelligit, quàm inanes quasdam vmbras rerū. *Pertrāsi*, Hebraicè עָלָה, Græcè *διενοήθη*, nihil aliud est quàm ambulat, hoc est, versatur. Atque has tantas curas, labores, ærumnas, turbas, miserias, delusus illa vanissima rerum imagine, suscipit frustra, hoc est, in vanum, nihil indē veri boni percipiens. *Theaurizat, & ignorat cui cōgregabit ea.* Hoc mani-

manifestam habet sententiam. In Hebræo nō est separatum à præcedenti versu. Hoc vnum forte admonendum, per thesaurum, nō solum aurum & argentum intelligi: sed quicquid hominibus in his terris preciosum videtur, & cuius ratione vulgus beatos dicere consuevit. *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea apud te est.* Ecce hæc est vox digna Idithun, siue transliētē interpreteris, siue dantem confessionem ac laudem. Is enim facillè transilit vanitates omnes huius mundi, atq; omnes vitæ humanæ salebras, qui desiderio ardenti rapitur ferturq; ad dominū Deum. Is dat confessionem laudis, Deo gratā, sibi verò salutarem, qui superatis ac spreis opibus gloriāq; huius mundi, à domino Deo magna cum fidutiā petit & expectat omne bonū, patienter interea tolerans afflictiones tentationesq; huius vitæ: donec nomin⁹ veniat & eripiat se, transferatq; in requiem & gaudiū regni sui. Cōiunctio &, in principio huius versus, emphasim habet ardentis affectus. Quod ait, *& substantia mea apud te est*, in Septuaginta quidem translatione Græca idem illud vocabulum est, de quo iam antè diximus, *επιστασις*: nō autem in Hebræo. Nam quod supra *επιστασις* dixerunt Septuaginta, Hebraicè עָלָה dicitur, quod ætatem seu durationem vitæ huius significat: Quod autē hoc loco, עָלָה, id est, spes mea. Totus versus ex Hebræo sonat hoc modo: Et nūc quid expecto domine? spes mea in te est. Quasi dicat: Quū videam omnia esse vanitate præter te domine Deus, ego posthac non cōmouebor. Si quid mihi accidat in hoc mundo damni, vel in facultatibus, vel in honoribus ac dignitatibus, vel etiam in valetudine huius corporis, vel denique in ipsa vita, ut moriar. Quia tu mihi spes vnica es: præter te nihil expecto: quem scio tempore opportuno venturum, ut eripias me. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobriū insipienti dedisti me.* Quū ab omnibus iniquitatib⁹ erui petit, indicat se agnoscere propter iniquitates hominibus immitti afflictiones, idq; iusto iudicio Dei. Quod in posteriore versus parte dixit modo indicandū, opprobriū insipienti dedisti me, in Hebræo modo petendū, in eo quem Grammatici imperatiuum appellant, legitur, opprobrium stulto nē ponas me. Insipientē, & stultum, eundem dicere videtur, quem antè peccatorem. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue à me plagas tuas.* Plena significatiōis & grauitatis verba. Non dicit, tacui, sed quod grauius est, *obmutui*: Et hoc ipsum incremento amplificat, quū ait: *& non aperui os meum*: hoc

enim plus est, quàm obmutescere. Deindē quāta cum emphasi profert huius tam alti silentij causam, dicens, quoniam tu fecisti? quasi dicat: quem scio nō flagellare hominē, nisi vel propter peccata, ut sanes: vel ad probandum, ut corones. Bifariam autē hunc locum distinguunt & interpretantur. Quidam enim illud, *quoniam tu fecisti*, referūt ad id quod sequitur, hoc sensu: Quoniam tu fecisti me, ut sim tuū figmentum, amoue à me plagas tuas, nē videlicet cōtusus ac perditus, frustra à te factus esse videar. Alij verò, & maximè Hebræi, ad id quod præcedit, hoc sensu: Ideò obmutui, nec aperui os meū aduersus eos qui conuiciabantur, & falsa crimina intendebant mihi: quia tu fecisti, i. ea me pati voluisti. Atq; tale quiddam de Dauide legimus 2. Reg. 16. quū Semei malediceret ei, atque Abisai filius Sarniæ diceret ipsi Dauid: *Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadam, & amputabo caput eius, respondit ei non sine obiurgatione Dauid: Quid mihi & vobis est filij Sarui? Dimitte eū vt maledicat. Dominus enim accepit ei, vt malediceret Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Sed (quod iam sepè monuimus) quemadmodum Dauid in illis afflictionib⁹ & patientia pfigurabat Christū, ita in his Psalmis mysticis prophetico spiritu loquitur in psona Christi. Hoc satis aperte, quum ex alijs multis, tum ex illo Esaiæ in-*

Esaie 53.  
Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est, ppter scelera nostra. Et paulò post: Sicut ovis ad occisionē ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Hæc vt à prophetis prædicta sunt, ita facta esse manifestissimum est ex historia Euangelica. Quæ si ille tam patienter pertulit, ppter peccata aliena, nempe nostra, quū ipse nihil vnquam peccauerit: qua patientia nos esse decet, quandō pro nostris ipsorum tam multis & enormibus peccatis iustissimè corripimur à Deo, nē cum impijs condemnemur? Itaq; quemadmodum ille pro remissione peccatorum nostrorū tanquàm suorum deprecatus est patrem, dicens, Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, antequàm peteret amoueri à se plagas Dei: ita & nos decet prius petere, vt eruamur à peccatis, nē his diutius obruti, tā impuris & feedis dominis, & crudelib⁹ tyrānis seruiamus: deindē, vt tollat à nobis plagas. Iā hominū multò maxima pars præposterè nunquàm nō deprecatur & abominatur plagas: cæterum de tollēdis iniquitatib⁹, vt iustè viuant, ne cogitāt quidē. *A fortitudine manūs tuæ ego defeci in increpationibus, propter iniquitatē corrupisti hominem.* Magis mihi placet Hebræorum distinctio. Illi

posterius membrum versus precedentis, cum priore huius tanquam vnum versum legunt, hoc modo: **הָאֵלֹהִים יָגִיד לְעַמּוֹתָא דְּבָרָא**, Amoue à me plagas tuas: à fortitudine manus tue ego defeci: quasi dicat: Ideò iam satis vapulaui, & equum est vt remoueas à me flagella: quia iam vsq; ad defectionem percussus, diutius sustinere nò possum. Quod nostra translatio habet, à fortitudine: Hieronymus propius ad proprietatē verbi Hebræi trāstulit, à contentione: alij, à prelio. significat actionem illam verberandi, seu flagellandi, hoc sensu: eousquē perseuerasti flagellare me, vt iam defecerim, nec sustinere queam amplius. Hinc iam sequens versus, siue periodus apud Hebræos sequitur hoc modo:

*In increpationibus propter iniquitatē corripuisti hominem: & tabescere fecisti sicut araneam animam eius.* In increpationibus, Hebraismus est: pro, p increpationes. Quod ait, *propter iniquitatem*, ostēdit se agnoscere & confiteri peccata sua: & iustitiam Dei in hoc ipso, quòd se corripiat: necnò misericordiam, quòd in hac vita, dum tempus gratiæ est, hoc faciat: nē quū dies iudicij aduenerit, incidat in condemnationem. Ad hoc ipsum commodè vsus est interpretis verbo, *corripuisti*, quod nò tam punire significat, siue supplicium sumere ad interitum, quàm increpare ad emendationem. Vndē quidam nò malè trāstulit, erudisti: quod in Græca translatione est *ἐκτρέφω*, in Hebræo **עָלַם**: quorum vtrunq; significat erudiendi causa corripere, vt solet præceptor discipulū aut pater filium, pro, hominem, in Hebræo est **אָדָם**, id est, virum: quomodò & Hieronymus trāstulit. Quod sequitur, *Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius*: pro, sicut araneam, in Hebræo est **אָרַנְיָה**, id est, sicut tineam. Sic alij magno cōsensu transferunt, etiam diuis Hieronymus. Quod ad rationem similitudinis attinget, nò itā multum interesse videtur. Vtrunque animalculum omnibus notum est, vtrunque imbecillimum est, vtrunque tabidum & tabificum. Pro, *animam eius*, in Hebræo est **נַפְשׁוֹ**, i. desiderabile eius: vt sit sensus: Etiā ea quæ speciosa ac desiderabilia videntur in eo, ad increpationem tuam contabuerunt & euauerunt, tanquam aranea seu tineas: quæ leui etiam vel minimi digituli compressu dirumpit ac diffluit. Vndē grauius epiphonemate hunc locum conclusit, dicens: Veruntamen vanè conturbatur omnishomo: quod etiam grauius quiddā sonat, ex Hebræo translātū ad verbū: Veruntamen vanitas est omnishomo, **אָדָם**, quasi dicat: Quis ego hisce qua-

libuscunq; similibus conor exprimere hominis infirmitatem, quum res tota vno simplici verbo dici queat. Omnis homo nihil est aliud, quàm ipsa vanitas? Hoc quo altius demittamus in animos nostros, depositorq; omni fastu, cum vanissimis huius mundi curis, conijciamus nos totos in eum, qui verè est ab æterno in æternum: quiq; sua inuolabili essentia sustentat, hoc est, in ipso (vt ita dicam) esse retinet quæcunq; sunt, accinit propheta suū illud **אֱלֹהִים**. Eodē pertinet illa ardens inuocatio, & cum graui lamentatione imploratio misericordiæ diuinæ, qua Psalmum concludit, dicens:

*Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe: lacrymas meas nē sileas.* In qua non sinè magno affectu alijs alijsq; verbis vnam rem expressit: **אָרְוָה**, id est, interpretationem, vocant Rhetores. Ex Hebræo ad verbum sonat: Exaudi preceationem meam nomine: & clamorem meum auribus percipe: ad lacrymas meas nē sileas: Hoc postremum est ac si dicas: vel ipsæ hæ lacrymæ meæ commoueant te, vt inuocantem exaudias.

*Quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Ratio est, qua illū vrget ad exaudiendum se: cuius hæc est sententia: Quum ad neminē alium confugiam, quàm ad te dominū ac deum meum, omneq; desiderium meum apud te sit: tamen hic in exilio, in aliena terra tanquam aduena & inquilinus, corporis huius mole grauatus detineoridq; peregrinus, id est, extorris, è paradiso videlicet ppter peccatū exturbatus, & in hanc lacrymarū vallem detrusus: neq; verò hæc calamitas cōpita à me primū, sed in eadem fuerūt omnes patres mei, etiā electi tui ac sancti, quales Abraham, Isaac, Iacob, ceteriq; pietatis elogio cōmēdati. Qui quātunūis amplas habuerūt diuitias, in tētorijs nihilominus habitabāt, subindē vertentes solum: quòd intelligerent se nò habere patriam, aut manēdi ciuitatē in terra.

*Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.* Quod noster interpretis dixit, *remitte*: Septuaginta Græcè, *ἀπέστρεψον*, in Hebræo est **שׁוּבוּ**, id est, recede, siue declina, aut abssite à me, & recollabor, priusquam abeam, & non sim. Potest autem hic esse sensus: Cessa paulisper à flagellando me: quò videlicet intelligam me tibi reconciliatum esse, eoq; lætior hinc demigrem. Vel, quò recreatus non nihil, ad reliquum prelium, si quod adhuc restat, integrior alacriorq; reuertar. Porro quod ait, *& amplius nō ero*: nequaquam sic accipiendum est, quasi propheta sentiat cum Epicureis & Sadducæis hominem totū interire morte, ne-

que

que animas superesse corporibus, neque corpora resurrectura esse; sed subintelligendum est, in hoc mundo, vitaq; hac mortali: de qua qui excefferunt, hi videntur hominibus non esse. Quo tropo dixit Ieremias: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Et alibi: Patres nostri peccauerunt, & non sunt. Iob luculenter quasi interpretans hæc, eandem sententiā expressit his verbis: Antequam vadam, & nō reuertar ad terrā tenebrosam, & opertā mortis caligine. Ecce quod Dauid dicit, non ero: Iob dicit, non reuertar ad terram &c. Videmus itaque iam finem huius Psalmi, nondū lectum: sed hominibus, in medijs adhuc afflictionibus petentis remissionem & requiem, ad recuperandum vires. Quæ verba vt aptè conueniunt hominibus, adhuc sub legis onere gementi, quiq; in ea veluti nocte ante exortum lucis Euangelicæ, carne circumdatus, cum his quæ diuinitus ad huius carnis defæcationem, **καὶ τὸ πρῶτον τὸ ἐπιθυμῶμεν**, immittuntur, tanquam Iacob cum angelo, lucretur, benedictionem ab eo postulat.

PSALMVS XXXIX.

**E**Xpectans expectaui Dominum, & intēdit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ & de luto fæcis. Et statuit supra petrā pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meū canticum nouū, carmen Deo nostro. Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Dño. Beatus vir cuius est nomen Dñi spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Multa fecisti tu Dñe Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerū. Sacrificiū & oblationē noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulāsti: tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legē tuam in medio cordis mei. Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo: Dñe, tu scisti, iustitiā tuam nō abscondi in corde meo, veritatē tuā & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à cōcilio multo. Tu autē Dñe, nē longè facias miserationes tuas à me, misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Quoniā circumdederūt me mala quorū non est numerus, comprehēderūt me iniquitates meæ, & non potui vt viderē. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. Complacat tibi Dñe, vt eruas me: Dñe, ad adiuuandum me respice. Confundantur & reuereantur simul, qui quærunt animā meam vt auferant eam. Auertantur retrorsum & reuereantur, qui volūt mihi mala. Ferant confestim confusionē suā, qui dicunt mihi, eugè eugè. Exultent & lætentur sup te omnes q̄rentes te, & dicant semp, magnificetur dñs, qui diligūt salutare tuū. Ego autē mēdicus sum & paup, dominus sollicitus est mei. **Adiutor meus & p̄tectōr meus tu es, de⁹ meus nē tardaueris.**

CC 3 IN PSAL-

## TITVLVS.

לְמַנְצֵחַ לַדָּוִד בְּיָמָיו

Id est, Victori, Dauidis Psalmus.

Huius tituli sententia, manifesta est ex illis  
quæ iam antè sunt dicta de titulis.

## ARGVMENTVM PSALMI.

**P**salms hic commodè admodùm excipit eum qui præcedit. Nam vt ille continet inuocatione auxiliij Dei ex afflictionibus grauiissimis, ita hic lætam habet gratiarum actionem, quæ auxiliium illud impetrauerit. Atque in hac quidem gratiarum actione, modo quodam panegyrico, prior Psalmi pars consumitur, vsque ad illum versum: Tu autem Domine, nè longè facias miserationes tuas à me. Nam hic recidit in implorationem auxiliij Dei, non dissimilem admodùm illi superioris Psalmi. Quid igitur hoc sibi vult? Exultat & epinicion cantat vt victor: & statim tanquam in medijs hostibus & mille periculis constitutus, implorat auxiliium. Quid sibi vult hæc tanta, ac tam repentina mutatio? Principiò, quæ inuocatur canit, referri potest ad Dominum Iesum Christum, caput ac regem nostrum, iam in cælo triumphantem, atque eam Ecclesiæ partem, quæ iam superatis his malis, cum ipso, regno cælesti fruatur. Quod autem recidit in implorationem auxiliij, ad nos, qui adhuc in exilio hoc cum malis luctamur, atque vndique horrendis hostium insultibus impugnamur. Hæc mihi quidem videtur esse genuina sententia huius Psalmi. Si quis tamen vtrunque mālīt referre ad Christum caput, vt sub huius persona Prophetam in priore parte Psalmi præuidens victoriam, cum exultatione gratias agat de eo quod se consecuturum videt: in posteriore, ad superandum ea quæ victoriam eam sunt præcessura, auxiliium imploret, cum hoc equidem non puto magnoperè contendendum. Vtraque sententia pia est: vtraque consentanea his quæ de Christo sunt: de quo certum est Prophetam in Psalmo loqui.

## EXPOSITIO PSALMI.

*Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.* Quod ait, *Expectans expectaui*: Hebraica phrasis est, qua significatur diuturna & cum patienti fiducia expectatio. Ex Hebræo ad verbum sonat, expectando expectaui. Quod ait, *& intendit mihi*, iuxta verbi Hebræi proprietatem est, inclinavit se ad me: nimirum vt exaudiret. vndè sequitur:

*Et exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miseriae, & de luto fecis.* Pro preces meas, in Hebræo est, clamorem meum. Per lacum mi-

seria, intelligit inundationem grauiissimarum tentationum. Ex Hebræo transferri potuit, & cisterna sonitūs, hoc est, in quam magno cum sonitu decedit aqua. Sermo est allegoricus, quemadmodùm & hoc quod sequitur, & de luto fecis, siue, vt ex Hebræo, de luto cœni: hoc est, alto, densissimoque luto. Quid queat esse horribilius, quàm si quis in altam demersus cisternam, pedibus tenacissimo limo infixis detineatur, vt ne mouere quidem se ad egrediendum valeat, interea verò supernè, in eum tanquam per cataraclas irruat aquarum inundatio? Quis hunc seruare queat, nisi solus Deus? Sic in nos luto iniquitatis infixos, irruerunt omnes tētationum afflictionumque inundationes, præsentissimam mortem intēntes. Quam nobis impossibile fuit euadere, nisi Deus nos hinc per vnigenitum filium, in hanc ipsam cisternam ad hoc demissum, extraxisset. Atque hunc quidem iuxta voluntatem patris huic nostro luto infixum, dum assumpta carne mortali, peccata nra in ea ipsa sua assumpta carne expianda assumpsit, Deus extraxit, hoc est, vt in Actis loquitur Petrus, suscitauit à mortuis, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Porro quemadmodùm vetus ille adam in hanc cisternam per peccatum delapsus & infixus, nos omnes eodem pertraxit: ita nouus Adā Dominus IESVS CHRISTVS, diuina virtute hinc extractus, nos omnes secum eduxit. Hinc quis intelligit facilè, quomodò capiti nostro Christo, & quomodò nobis membris eius conueniat Psalmus.

*Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.* Pulchrè opponit luto petram. In hac firmum est solum ac fundamentū, in quo quis fortis & immobilis consistat. In illud quisquis incidit, demergitur. De metaphora petræ iam sæpè aliàs diximus: quæ nō est opus hic repetere. Vt breuissimè dicam, petra Christus est, fundamentum videlicet præter quod nullum aliud poni potest, vt docet Apostolus 1. Cor. 3. rupes de monte sinè manuum opera decisa, omnibus hostibus inaccessa. Super hanc edificandum est ei, qui tutus volet esse ab hostium incurſu. Idem Christus via est, non lubrica, sed firmiter strata: vt quisquis per hanc viam graditur, tutus sit ab errore, quia & veritas est: & à lapsu, quia solida: ab ipsa denique morte, quia vita est: vt meritò dixerit noster Propheta, & direxit gressus meos.

*Et immisit in os meum canticum nouum, carmen DEO nostro.* Veteres illæ nenig luctum

In eum sonant ac lamentationes de lapsu generis humani & miseris calamitosissimis: qualem vidimus Psalmum qui hunc præcedit. Canticum nouum resonat hymnos latissimos & gratiarum actiones, de resurrectione & felicitate vitæ æternæ: qualis hic quem nunc interpretamur. Hoc canticum dedit in os nostrum Deus, quandò filium suum redemptorem nostrum resuscitauit à morte. Hoc carmen, siue vt in Hebræo & Græca translatione est, hymnum hunc, cantabimus Deo nostro, hoc est, in laudem Dei nostri, qui tanto beneficio nos affecit.

*Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Domino.* Videbunt, subaudi beneficium hoc mihi à Deo præstitum: & timebunt scilicet quod me tãquam percussum à Deo, quasi seductorem populi, persecuti sunt. Hoc factum esse aperte testatur Lucas Acto. 2. Ibi Petrus sic alloquitur Iudæos: Viri Israelitæ, audite verba hæc: Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis virtutibus & prodigijs & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut scitis: hunc definito consilio & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemisistis, quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni &c. Quibus auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Et paulò post: Fiebat autem omni animæ timor. Multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant: & metus erat magnus in vniuersis. Quod adijcit Propheta, & sperabunt in Domino, id in eodem illo loco scribit Lucas his verbis: Oēs etiam qui credebant, erant pariter & habebant omnia communia: possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Quotidiè quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum. Ecce quàm pulchrè respondet historia Apostolica verbis Prophetæ. Porro nè quis imitatus barbaros & impios idololatrias, irrideat hanc spem nostram quasi inanem, sequitur apud Prophetam:

*Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas.* Cuius est nomen Domini spes eius, Hebraica phrasis est, in hanc sententiam, qui non in alio sperat quàm in Domino. Verba Hebræa in exemplaribus nostræ ætatis paulò aliter sonant, eadem tamen remanente sententia: Nam pro eo quod

nostra translatio habet, cuius est nomen Domini spes eius, in Hebræo est, יהוה ברכתי, hoc est, qui posuit Dominum spem suam. Septuaginta videntur pro יהוה id est, posuit, legisse יהוה, i. nomen. Quod ait, & non respexit ad vanitates & insanias falsas: vanissimas tam Iudæorum quàm gentium superstitiones notare videtur, & consonat verbis Petri Actor. 4. Hic est lapis qui reprobatus est à vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hic quoque verba in Hebræo non nihil dissonant videntur ab hac translatione. Nam pro vanitates, Hebraicè est ריקנות: id est fastuosos, superbos, hoc est, non in Deo, sed in semetipsis fidetes: pro, & insanias falsas: Hebraicè est כבוד יקר id est, sectatores mēdacij: vt sit sensus: Qui nō est admiratus eos qui iactant vires suas, & sectantur fluxa hæc, quæ videntur aliquid esse, quum nihil sint.

*Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.* Exclamatio est, ex admiratione eorū quæ deus in gratiam hominis operatus est, profecta: qualis illa Apostoli: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quod nostra translatio habet, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi: hanc habet sententiam, Nemo est qui tanto studio ac sapientia cogitet de salute generis humani, quanto tu. Sed paulò aliter habetur in Hebræo. Vndè Diuus Hieronymus tranſtulit: & cogitationes tuas pro nobis, non inuenio ordinare coram te. Hoc si sequamur, sensus totius versūs erit: Tanta sunt atque tam multa tua erga nos beneficia, o Domine Deus, vt nemo hominum possit ea vel æstimare quanta sint, tantum abest vt aliqua ratio penfare: & cogitationes tuæ, id est, consilia tua de beneficiendo nobis, tam inscrutabiles sunt sapientiæ, vt nemo nostrum eorum neque principium, neque medium, neque finem queat inuenire.

*Annunciaui, & locutus sum: multiplicati sunt super numerum.* Hic versus non est in Hebræo separatus à superiore, Sēsus est: Cœpi quidem annunciare hominibus mirabilia tua erga eos opera, & consilia sapientiæ tuæ de seruando genere humano: sed statim apparuit, illa multitudine magnitudinēque longè superare omnem dicendi cogitandique de his virtutem.

Porro

Porrò, pro multiplicati sunt, rectius dixisset interpretes tam ex Græca translatione quam ex Hebræo, multiplicata sunt. Refertur enim ad mirabilia opera & consilia Dei.

*Sacrificium & oblationem noluit, aures autem perfecisti mihi.* Sic in Hebræo distinguitur.

Hactenus per confessionem laudis locutus est de ingentibus & inenarrabilibus Dei beneficijs erga genus humanum: iam dicturus est, quomodo illa nobis exhiberit Deus: nepe quod non per sacrificia Iudaica aut caeremonias legis, sed per mortem vnigeniti filij sui. Loquitur autem hæc Propheta spiritu Prophetico in psona filij Dei Dñi nr̄i Iesu Christi. Hoc apertè testat Apostolus ad Hebræos 10. vbi ita scribit: Impossibile enim est, sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

Ideò ingrediens mundum, dicit: Hostiam & oblationem noluit, corpus autem aptasti mihi: holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faciam Deus voluntatem tuam: auferit primum, vt sequens statuatur. In qua voluntate sanctificati sumus, p oblationem corporis Iesu Christi semel. Ecce, hæc est ipsius Apostoli clara huius loci expositio: vt impudentis sit ac impij hominis, velle hanc Prophetiam aliò detorquere. Illud placet monere studiosos, Paulum Apostolū illic citare Prophetiam hanc, non ex lectione Hebraica, sed ex translatione Septuaginta: q̄ hæc tunc omnium studiosorum scripturę diuinę manibus tereret. porrò nostrā hæc translatio, qua iam vulgò vtimur, neque satis cum Septuaginta conuenit, neque cum exemplaribus Hebræis. Ex Græca translatione Septuaginta transferendum erat hoc modo: Sacrificium & oblationem noluit, corpus autem perfecisti (vel adaptasti) mihi, holocaustomata & pro peccato non quæsiuisti. Horum sententia est, iuxta ipsius Apostoli interpretationem, quam supra ascripsimus, q̄ Deus pater noluit placari per sacrificia & oblationes legis Mosaicę, in quibus offerebat sanguis hircorum atq; taurorum: sed p oblationē corporis & sanguinis vnigeniti filij sui. Ideoq; adaptasse illi corpus humanū ex virgine Maria: cuius oblatione, totius mundi peccata expiaret in ara crucis. Verum pro eo quod LXX. verterunt, corpus autem pfecisti mihi, in Hebræo est, *אָפֶּטַח לְךָ בְּרִיבִי*, hoc est, aures fodi-

sti mihi: quod nostrā hæc translatio habet, aures autem perfecisti mihi. Hoc bifariam intelligere possumus: aut aperuisti mihi hominū aures, vt audientes verbum Euangelij, credāt in te Deum verum, & me vnigenitum filium tuum, quem in hunc mundum misisti, vt per

obedientiam fidei, iustitiam & salutem consequantur. Aut aperuisti mihi meas aures, vt audita doctrina legis tuę, perfecta obedientia tibi obedirem. Factus est enim Christus obediens Deo patri vsque ad mortem, mortem autem crucis, Phil. 2. Hęc videmus, quantum ad verba attinet, non nihil dissonare: ad eundem tñ finem sententię tendunt. Iā quod ait, holocaustum (vel, vt in Græco est, *ἱλοκαυ- ἱλοκαυ*) & pro peccato non postulasti: nõ est itā ordinandum & interpretandum, & non postulasti holocaustum pro peccato: sed vt diuersa sacrificia intelligenda sunt, sacrificium quod dicitur holocaustum, & sacrificium quod dicitur pro peccato, hoc sensu: non postulasti holocaustum, neque postulasti, p peccato. Hoc in Hebræo manifestius est, vbi sic scriptum est, *עָלָה רוּחָא לֹא שָׁחַתָּה*.

Quod ad verbum sonat Latinè, holocaustum & peccatum non postulasti. Vbi peccatum significat victimam quæ pro peccato offertur, quemadmodum apud Apostolum 2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit, hoc est, victimam pro peccato.

*Tunc dixi, ecce venio: in capite libri scriptum est de me: vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Hæc apud Hebræos itā distinguitur, quasi duo sint versus: & ad verbum hoc modo transferri possunt: Tūc dixi, ecce venio: in volumine libri scriptum est de me, Facere volūtatē tuā Deus meus volo: & lex tua in medio viscerū meorum. Horum satis aperta est sententia. Loquitur, vt iam diximus, filius ad patrem. Quū sacrificijs, oblationibus, holocaustis & victimis pro peccatis, quæ ritu legis Mosaicę tibi offerunt sacerdotes Iudæorum, placari nolis ð pater, mihi autem corpus humanum adaptaueris, siue aures aperueris, vt habeam victimā gratam quam tibi offeram, siue inueniam qui me missum à te audiant & credant: tunc dixi: Ecce venio, hoc est, ad sum paratus ad omnia quę tibi placent ð pater. Volo omninò facere voluntatem tuam. ideoq; legem tuam impressam habeo in visceribus cordis mei. Atq; omnia faciam quęcunq; per spiritum tuū reuelata sunt sanctis tuis patriarchis & Prophetis, & in volumine legis tuę de me scripta.

Porrò quod Latina translatio habet, in capite libri: non significat, in principio libri, sed in toto volumine. Hoc hebraica dictio *בְּרִיבִי* indicat, quæ significat, in volumine. Quin Euthymius Græcus commentator in hunc locū scribit hoc modo: Conscriptioes Hebræi libros appellabant, & inuolutas chartas volumina, iuxta illud: Fili hoīs, comedet hoc volumē.

Eze.

Eze.

men. Inuolutis enim chartis scribebant, & nõ quadratis libris, vt nos facimus.

*Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.* Dominus Iesus antequam pateretur, quotidie versabatur in templo illo Solomonis, & frequenti populo annunciauit Euangelium regni Dei. Post passionem autem & resurrectionem idem iam apertius etiam per Apostolos suos annunciauit toti terrarum orbi.

Rom. 1.

Hinc ille magnus Euangelij præco, ac veluti tuba Apostolus Paulus ad Romanos scribēs, ait: Non enim erubescō Euāgelium. virtus em̄ Dei est, in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. Vocat itaque hic noster Propheta Euangelium iustitię Dei p metonymiā, tum quòd hæc per illud reueletur, tum quòd Euāgelio credentes iustificentur. Quod ait, annunciaui iustitiam tuam, pronomen tuam, non est expressum in Hebræo. Reliqua huius versus consonant verbis Hebræis, neque habent obscuram sententiam. Vocat ipsum Dominum in testem eorum quę dicit: quòd hic optimè nouerit, quàm nõ cessauerit annuciare iustitiam eius in Ecclesia, eaq; magna, nimirum per totum terrarum orbem diffusa.

*Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi.* eadē est huius versus sententia, quæ præcedentis. Per iustitiam, veritatem, & salutare Dei, Euangelium intelligit. Hoc non abscondit Christus in corde suo: sed palam annunciauit omni populo. Vndē ab Anna pontifice interrogatus de discipulis suis atq; doctrina, respondit: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in Synagoga & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quod ait, *veritatem tuam & salutare tuum dixi*, significat se annuciāsse populo, Deum patrem iam prestitisse quod erat pollicitus patribus, nempe vt mitteret vnigenitum filium suum in hunc mundum, ad salutem generis humani. Eandem sententiam tertium effert versū qui iam sequitur:

Iohan. 18.

*Non abscondi veritatem tuam & misericordiam tuam à concilio multo.* In Hebræo præcedit illud, *misericordiam tuam*: deinde sequitur, *et veritatem tuam*. Porrò *misericordiam tuam*, Hebraicè est, *חַסְדִּיךָ*: quod propriè significat illam liberalem benignitatem, qua plūs etiam prestat, quàm quis promiserit. Quod noster interpretes dixit, *à concilio multo*: Hebraicè est, *בְּרַב רַבָּל*, id est, in Ecclesia multa siue magna, idem videlicet verbum, quo supra vsus

est Propheta, cum diceret, Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna.

*Tu autem Domine, nè longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.* Hæc est illa altera pars Psalms, qua ex illo læto victorię cantico recidit in lamentabilem imploratiõem auxilij, quasi relapsus in hostes. Rationem huius mutationis indicauimus in explicatione argumenti. Vbi non dissimulauimus, posse hæc per *שָׁמַעְתִּי וְשָׁמַעְתִּי* accipi, quasi ab ipso Christo sub tua persona, pro se, adituro crucis supplicium, dicta: magis tamen placet, quòd Ecclesiastici interpretes magno cõsensu accipiūt pro membris, quę luçantur adhuc cum his malis: vt propheta in persona Christi, in priore Psalms parte laudet Dominum Deum de victoria sua, hoc est, Christi: in hac posteriore oret, p membris suis, hoc est, nobis, quos, ascēsurus ad patrem, relicturus erat in hoc mundo. Pro eo quod noster interpretes dixit, *susceperunt me*: in Hebræo est *קִבְּלֵנִי*, id est, custodient, vel custodiant me.

*Quoniam circūdederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meę, & non potui vt viderem.* Quam innumerabilia mala circūdederunt ipsum Christum, manifestum est tam ex Prophetis, qui ea prædixerant, quàm ex Euangelistis, qui facta narrant. Quam innumerabilia etiam nūm circūdent corpus eius mysticum, quę est Ecclesia, (sub cuius persona dixit: Saule Saule, quid me

Act. 9.

persequeris?) videm⁹ & experimur quotidie. Horum omnium causę sunt nostra peccata: quę tamē ille in se recepta, sua appellat. Hinc est quòd ait: *Comprehenderunt me iniquitates meę.* Quin ipse iniquitates per se, mala sunt grauissima: vt non negauerim has per illa mala intelligi: vt posterior pars versus, interpretatio sit prioris. Hoc si recipias, eius quod in fine versus dicit, & non potui visu consequi multitudinem magnitudinēque iniquitatum mearum. Alioquē, si iniquitates tãquàm causas illorum malorum, hoc est, afflictionum, accipias, sensus esse potest: Iniquitates meę comprehenderunt me, & excecauerunt, vt nõ possem videre. Ea est enim peccati natura, vt

Sap. 2.

animum hominis excecet. Vndē ait: Hęc cogitauerunt, & errauerunt: excecauit enim illos malitia eorum. Et Ioannes epistolę primę capite secundo: Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebrę obcecauerunt oculos eius. Contrà verò de iustis & innocentibus ait Dominus: Beati mundo corde, Matt. 5.

DD

quo-

1. Johā. 2.

Quoniam ipsi Deum videbunt. Et Iohannes eodem illo epistolae loco: Qui diligit fratrem suum, in lumine manet: & scandalum in eo non est. Interpret noster pro eo quod ait, non potui ut viderem: commodius dixisset, non potui videre: tam ex Graeca translatione, quam veritate Hebraica.

*Multiplicati sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me.* Emendati codices habent, multiplicatae sunt: nō, multiplicati sunt. Nam ad iniquitates referendum est: quas comparatione capillorum innumerabiles esse conueniunt. Quoniam verò iam dictum est, peccatis excæcari iudicium animi: adiecit Propheta, & cor meum dereliquit me, hoc est, iudicium animi destituit me, amens & vecors factus sum.

*Complaceat tibi Domine, ut eruas me: Domine, ad adiuuandum me respice.* Verecunda sua visq; precatio. Sic & leprosus ille Matthæi octauo: Domine, si vis, potes me mundare. p eo quod interpret in fine versus dixit, respice: in Hebræo est *אשר*, id est, festina.

*Confundantur & reuerentur simul, qui quaerunt animam meam, ut auferant eam.* Pro eo quod noster interpret dixit, reuerentur: ex Hebræo transferri potuit, erubescant. Quod ad sententiam attinet, prophetia est de his qui Christum persecuti sunt, atque etiam nūm persequuntur Ecclesiam eius: siue homines hi sint impij, siue cacodæmones. Nam omnibus his euenit, ut cum summa ignominia atque dedecore supplicij æternis adiudicati discedat, Christo cum electis suis lætissimum gloriosissimumque de illis triumphum agente. Quam rem hypotyposi graphicè expressit author libri Sapientiae ca. p. 5. Quod ait Propheta, qui quaerunt animam meam, ut auferant eam: nihil aliud est, quam, qui conātus interficere me. Pro, ut auferant eam: ex Hebræo verti poterit, ut perdant eam.

*Auertantur retrorsum, & reuerentur, qui uolunt mihi mala.* Hoc est, conuertantur, in fugam, & ignominia confusi erubescant, (nam hoc significat uerbum Hebræum *אָפְּרָהוּ*), pro quo noster interpret dixit, reuerentur) qui malè uolunt mihi.

*Ferant confessam confusionem suam, qui dicunt mihi, eugè eugè.* Hæc nulla egent interpretatione: nisi fortè monendum est, quòd uerba paulò aliter ex Hebræo transferri possent: deuertentur propter confusionem suam, qui dicunt mihi, eugè eugè. Vbi amphibologiae non nihil est in, confusionem suam, quòd dubitari possit, utrum actiue capiendum sit, hoc

sensu, qua confusione me afficiunt: an passiuè, qua ipsi mox afficiendi sunt. Posterius uideatur placuisse Septuaginta, prius Iohanni Campensi paraphrastæ, qui transfuit: Pereat, mercede accepta pro ignominia qua me afficere conati sunt: & quotquot insultantes dicunt in aduersis meis, eugè eugè.

*Exultent & latentur super te omnes quaerentes te: & dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligit salutare tuum.* Exultent, hoc est, gaudeant, & latentur super te, uel (ut ex Hebræo) in te, hoc est, freti fiducia sua in te, omnes quaerentes te, hoc est, quotquot student placere tibi. Et dicant semper, magnificetur Dominus, id est, assidue laudent te o Domine, qui diligit salutare tuum, id est, quotquot sunt auidi eius salutis quæ a te est: Hoc est, qui cum desiderio expectant atque recipiunt filium tuum Iesum Christum, quem tu ad salutem generis humani missurus es in mundum.

*Ego autem mendicus sum & pauper, Dominus sollicitus est mihi.* Christus in hoc mundo tam fuit egenus, tam pauper, ut tanquam mendicus ex piorum hominum liberalitate ac munificencia se suosque discipulos sustentaret. Vnde Lucæ octauo sic scriptum legimus: Et duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatae à spiritibus malignis & infirmitatibus: Maria quæ uocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Iohanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Hanc paupertatem ac mendicitatem ultro in se recepit, quum alioquò Dominus esset cæli terræque, atque omnium quæ in his sunt, ut nobis exemplum daret, quo discamus renunciare diuitijs huius mundi, & adherere DEO: quoniam huic cura est de nobis: quemadmodum & hic ait, Dominus sollicitus est mihi. Quòd ad uerba attinet, quòd noster interpret dixit, mendicus, Graeca translatio habet *πενετός*, quasi *πενετός*, hoc est, qui cecidit, ut inopem intelligamus, qui ab omnibus fortunis opeque humana decidit. Eandem ferè vim habet Hebraica uox *אָפְּרָהוּ*, quæ humiliatum & afflictum significat. Hæc pulchrè conueniunt Domino nostro IESU CHRISTO, qui quum in forma DEI esset, humiliatum se usque ad mortem, mortem autem crucis. Quòd ait, pauper, rectè ex Graeco uertit, in quo est *πενετός*, *πενετός* *ἵνα* *πενετός*, id est, à laborando dictum. Hi enim proprie dicuntur pauperes, qui laboribus uitæ necessaria quaerunt. Tale quiddam apud Marcum de Domino IESU legimus, ubi hi qui audiebant

ebant doctrinam eius, admirantes dicebant: Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapientia quæ data est illi, & uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nonnè hic est faber, filius Mariae? &c. Ex quo loco colligunt uerba, Dominum IESVM primis aliquot annis exercuisse artem vitrici sui Ioseph, nimirum ut ex hac parte similis esset nobis, quibus dictum est in Adam: In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Hæc utinam expendemus, diligenterque consideremus nos delicatos, quos non solum piget, uerum etiam pudet humani laboris.

*Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus, nō tardaueris.* Postremis mundi temporibus grauissimas afflictiones futuras, cum alijs locis, tum Matthæi 24. satis apertè nos docet scriptura: adeò ut nisi abbreviati fuerint dies illi, non fieret salua omnis caro. Hoc & noster Propheta in spiritu prouidens, prophético more precatur, nè Dominus Deus, à cuius unius auxilio pendent electi eius, differat auxilium suum, sed statim ereptos transferat in regnū suum. Vbi illi laus & gloria in secula seculorum, Amen.

## PSALMVS XL.

**B**Eatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dñs. Dñs conferuet eum, & uiuificet eum, & beatum opem ferat illi super lectum doloris eius, uniuersum stratum eius uersat in infirmitate eius. Ego dixi, Domine, miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius? Et si ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit, non adiciet ut resurgat? Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. In hoc cognoui quoniam uoluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Benedixit Dominus DEVS Israel à seculo & in seculum, fiat fiat.

IN PSALMVM XL.

TITVLVS.

Victori Psalmus Dauid.

ARGUMENTVM.

**I**udei putant Dauidem cecinisse hunc quoque Psalmum in graui aliqua ægritudine, uel, ut Dauid Kimhi ait, de graui aliqua sua infirmitate. Nonnulli coniectant de eo cecinisse, quod 3. Regum 1. legimus ipsum Dauid senio confectum, non potuisse caleferi nisi in Abisac Sunamitidis complexibus, quando Adonias cœpit adspirare ad regnū, quod post patrem promissum erat Salomoni. Sed hæc sunt somnia illorum, qui ignorant huius Prophetiae mysteria. Ea nobis aperuit ipse Dominus Iesus Iohan. 13. dicens: Sed ut adimpleatur scriptura: Qui manducat mecum pa-

nem, leuabit contra me calcaneum suum. Vnde certò colligitur, Prophetam in spiritu loqui de paupertate & infirmitate Christi, & peccatis nostris, quæ ille in se expianda recepta, sua dicit: de conpiratione Iudeorū aduersus eum, de prodicione Iudæ, de morte & resurrectione Domini, atque regno eius æterno.

EXPOSITIO PSALMI.

**B**Eatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Quod Septuaginta uerterunt, *μακροχρόνιος*, id est, egenum & pauperem: in Hebræo est una dictio *אָפְּרָהוּ*, quæ significat afflictum, at- tritum, præ afflictione seu miseria arefcetem. Prioris itaque membri huius uersus hæc est

DD 2 vera

vera & genuina sententia: Beatus est ille homo, qui intelligit mysterium & rationem paupertatis siue afflictionis humilitatisq; in Christo: nimirum quod ille in hanc se vltro demisit, vt saluum faceret genus humanum. Alij moraliter interpretatur, in hanc sententiam: Beatus est, qui rationem habet pauperum, & eorum miseretur. Quod & huius miseretur sit Dominus &c. Quod ait, *in die mala liberabit eum Dominus*: bifariam intelligi potest: aut vt relatiuum, eum, referat pauperem, non solum in hoc, verum etiam in aliquot versibus sequentibus, hoc sensu: Dominus liberabit pauperem eum in die mala: Dominus conseruet pauperem eum &c. Aut vt referat eum qui intelligit super egenum & pauperem, hoc sensu: Ideo beatum pronuncio eum, qui intelligit super egenum & pauperem, quia hunc ipsum qui hoc intelligit, Dominus liberabit & conseruabit. Vterque sensus aptus est & pius. Quod ait, *in die mala liberabit eum Dominus*: diem malam, diem afflictionis & persecutionis intelligit. Aut diem extremi iudicij, quae est peccatoribus pessima: quibus dicitur: *Discedite a me maledicti in ignem aeternum, &c. Matt. 25.* Optima verò iustis, qui audient, *Venite benedicti &c.*

*Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in manum inimicorum eius.* Omnia haec verba, conseruet, viuificet, faciat, tradat, opem ferat, mallem ex Hebræo cum D. Hieronymo transferre per futurum indicatiuum, conseruabit, viuificabit, faciet, tradet, opem ferat. Atq; hac ratione conseruauerit ei quod in primo versu dixit, *in die mala liberabit eum Dominus*. Quamquam quod ad sententiam attinet, non ita multum inter est, siue in optatiuo, siue in indicatiuo ponas. Nam ea quae Prophetæ precantur, certò futura sunt: vt preces eorum nihil aliud sint, quam prophetiae, maximè quandò id faciunt sub Christi persona. Quid enim huic negare poterit pater? Est itaq; sensus: Dominus conseruabit, hoc est, custodiet eum, & viuificabit, hoc est, longa vita donabit: & faciet vt sit beatus in terra, principò quidem in hac, donans omnia vite humanæ necessaria: deinde verò in illa viuentium, beatitudine perfecta, quandò faciet eum accumbere in mensa sua, participem regni sui aeterni: & non tradet eum, hoc est, non permittet incidere in manum inimicorum eius, tam visibilibus quam invisibilibus. Hæc vt in Christo iam cõpleta sunt, ita complebuntur in omnibus illis, qui vera fide, firma spe & fiducia, atque ardenti charitate Christo adherent, agnoscentes paupertate

tem & afflictiones quas ille propter nos pertulit, & easdem in membris eius, quae adhuc super terram sunt. Gloriabantur quidem stultissimi gloria iudicij, quæ viderent Christum in cruce pendentem, quasi iam planè traditum in manus ipsorum. Sed ea gloria statim, etiamdum ipso in ipsa cruce pendente, versa est in confusionem, emicantem iam gloria crucifixi, per scissum velum templi, per terræ motus, per scissuras petrarum, per patefacta sepulcra, & mortuorum resurrectionem, per ipsius solis luctum, quæ ille, aliàs tam læto, iubare velato, lucem mortalibus subtraheret: per clarissima elogia multorum hominum, palam pronunciantium, illum verè fuisse iustum, adeoq; filium DEI. Quid dicemus de tertio illo die, quo resurrexit? Quid de illo, quo calum ipsum conscendit? Quid de illo, quo promissum spiritum in filios adoptionis effudit? Quid, quod statim per duodecim inermes & indoctos ministros suos Apostolos, totum terrarum orbem regno suo subiecit? Contra verò, inimicos suos induit confusionem horribili, per Vespasianum ac Titum: atque alia innumerabilia foedissimaque mala, quibus in hodiernum vsque diem affliguntur. Similia euenerunt in martyribus, & horum inimicis tyrannis. Illi quum viderentur in horum manus traditi, statim emicuerunt cum tanta gloria, vt principes & monarchæ non solum ossa eorum, verum etiam exuias & vestigia pedum exofculantes adirent, supplicesq; patrocinia, suffragia, opemq; eorum apud Deum implorent. Hæc qui vera fide docti & illuminati intelligunt, hos beatos pronunciat Propheta: ex aduerso significans in felicissimos esse, qui incredulitate malitiaque excæcati recipere nolunt.

*Dominus opem ferat illi super lectum dolorum eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.* Hieronymus ex Hebræo transtulit, Dominus confortabit eum in lecto infirmitatis: totum stratum eius vertisti in aegritudine sua. Posteriores versus partem variè interpretantur. Qui respiciunt ad argumentum prophetiae huius, quæ est infirmitas Christi secundum carnem, interpretantur in hanc sententiam: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius, hoc est, permisisti Christum pauperem in infirmitate carnis suae per omnia tentari, vt per stratum, ipsam carnem intelligam. Hoc consonat illi Apostolico ad Hebræos: Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autè per omnia, pro similitudine, absq; peccato. Quod itaq; propheta in spiritu de infirmitate

tate

tate Christi cecinit, d. Augustinus pulchrè admodum accommodat nobis, vt & nos hinc percipiamus doctrinam vite & moribus nostris vitalem. Placet hic ipsius Augustini verba ascribere. Quid est, totum stratum eius vertisti in infirmitate eius? Per stratum intelligitur aliquid terrenum. Omnis anima infirma, in hac vita quaerit sibi aliquid terrenum, vbi requiescat: quoniam intensiorem laboris & mentis extentam in Deum, difficilè potest perpetuò tolerare, aliquid sibi in terra conquirat, vbi requiescat, & quodammodò pascatione quadam recumbat: veluti sunt ista quae diligunt & innocentes. Neque enim de cupiditatibus malorum nunc loquendum est, quia multi acquiescunt in theatris, multi acquiescunt in circo, in amphitheatro, multi acquiescunt in alea, multi in luxuria popinarum, multi in libidine adulteriorum, multi in violentijs rapinarum, multi in dolo & insidijs fraudum. Acquiescunt in his omnibus homines. Quid est, acquiescunt? Delectantur illic. Sed remoueamus hæc omnia: ad innocentem hominem veniamus. Acquiescit in domo sua, in familia sua, in coniuge, in filiis, in paupertate, in prædilio suo, in noualia manibus suis constituta, in ædificio aliquo, suo studio fabricato. Acquiescunt innocetes in his: sed tamen deus volens nos amorem nõ habere, nisi vite æternæ, & istis velut innocentibus delectationibus miscet amaritudines, vt & in his patiamur tribulationes, & vniuersum stratum nostrum vertit in infirmitate nostra. Vniuersum stratum eius vertisti in infirmitate eius. Non ergò hoc conqueratur, quandò in his quae innocenter habet, patitur aliquas tribulationes. Docetur amare meliora per amaritudinè inferiorum, nõ viator tendens ad patriam, stabulum amet pro domo sua. Vniuersum stratum eius vertisti in infirmitate eius. Sed quare ista? Quia flagellat omnem filium quem recipit. Quare ista? Quia peccanti homini dictum est, In labore vultus tui edes panem tuum. Ergò quia correptiones istas in quibus vniuersum stratum nostrum vertitur in infirmitate nostra, agnoscere debet homo propter peccata se pati, conuertat se & dicat quod sequitur: Ego dixi, Domine, miserere mei &c. Hæc Augustinus.

*Ego dixi, Domine, miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi.* Vox est agnoscentis, afflictiones propter peccata nobis immitti. Admonet Augustinus, Verba quidem esse CHRISTI, sed in persona membrorum, hoc est, nostra, quorum peccata in se transtulit.

*Inimici mei dixerunt mala mihi: quandò mo-*

*rietur, & peribit nomen eius?* Inimici CHRISTI erant scribæ & pharisæi, ceterique Iudæi & homines impij. Hi dixerunt mala ei, hoc est, maledixerunt ei: vt Iohannis octauo: Nonnè benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Sæpè autem consultauerunt de interficiendo eo, & extinguenda memoria nominis eius, vt multis locis docent Euangelistæ. Pro dixerunt, in Hebræo est *דברו*, id est, dicunt, indefiniti videlicet temporis: vt significet nunquam defuturos, quam diù durabit hic mundus, qui cupiant CHRISTVM & memoriã Christi, & populum in ipsum credentem, extinguere.

*Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.* Et si ingrediebatur, scilicet inimicus meus, vt videret, hoc est, quasi visitaturus esset me in egritudine mea: Vana loquebatur. Vt Iudas proditor, quum cohortis pharisæicæ dux, ingrederetur in hortum ad IESVM, in summo animi angore inuocantem Deum patrem, vt si possibile esset, tolleret a se calicem illum, tanquam amicus & discipulus alloquutus est eum, dicens: Aue Rabbi: & in signum pacis osculatus est eum. Hanc pacem dum ore sacrilego & mendaci lingua simulabat, cor eius congregauit iniquitatem sibi, quomodo videlicet Dominum & præceptorem suum traderet impijs, accepta iam tanti facinoris mercede, triginta argenteis. Quinetiam antea in cena, quum Dominus dixisset, Vnus vestrum traditurus est me, post ceteros, tanquam innocens respondit, Nunquid ego sum Rabbi? Mox autem accepta buccella de manu domini, exiuit, nimirum vt scelus animo conceptum perpetraret. Nonnè hæc ad viuum expressit propheta hoc, & eo qui sequitur, versu? Egrediebatur foras, &c. Tametsi non est absurdum, quod alij de scribis, pharisæis, ceterisque hostibus Domini interpretantur, accepto numero singulari loco pluralis, in hanc sententiam: Et si ingrediebatur vt viderent opera quae faciebam, loquebantur vana, hoc est, calumniabantur, dicentes me per Beelzebub principem dæmoniorum ea facere. Et cor eorum congregauit iniquitatem sibi, dum videlicet meditabantur occidere IESVM.

*Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.* Quomodo Iudas egressus sit foras, iam diximus. Scribæ quoque & pharisæi, primoresq; sacerdotum, digressi à Domino Iesu, locuti sunt in idipsum, hoc est, consilia sua in vnum cõtulerunt.

DD 3

lerunt,



lerunt, vt occiderent eū: quemadmodum Iohānis vndecimo legim⁹: Collegerūt ergō pontifices & pharisæi cōcilium, & dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Apud Hebræos hæc ita distinguuntur, vt illa verba, *Egre diebatur forās, & loquebatur*, pars sint præcedentis versūs: in idipsum verō, initium sequentis, hoc modo:

*In idipsum aduersum me susurrabāt omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.* In idipsum, id est, simul, pariter. *Susurrabant*, id est, clanculū, ac veluti in aurem inuicem loquebantur, idēq; aduersum me, quomodo videlicet interficerent me.

*Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit, non adijciat vt resurgat?* Per verbum sermonem intelligit, qualis erat ille:

Iohan. 19. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.

Item: Crucifige crucifige eum. Item quem, cum iaceret in sepulcro, dixerunt ad Pilatum:

Match. 27. Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam.

Iube ergō custodiri sepulcrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius noctū, & furentur eum, & dicant plebi, Surrexit a mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ad hoc stultum verbum illorum respondet propheta: Nunquid qui dormit, non adijciat vt resurgat? quasi dicat: Vtique resurget, quantumuis vos custodiatis eum. In

Hebræo sic legitur: *בְּרֵיבָר בְּרֵיבָר בְּרֵיבָר*, Hoc ad verbum transferri potest: Verbum Belial diffusum est in eo: & qui cubauit, non addet vt resurgat? Hoc ita possumus intelligere, vt à Iudæis, siue in Iudgorum persona dicatur aduersus CHRISTVM, in hanc sententiam:

Verbum Belial, id est, vt vertit Hieronymus, diaboli, diffusum est in eo, id est, ea quæ docuit & fecit, à diabolo sunt. Et qui cubauit, hoc est, qui nunc iacet in sepulcro, in cruce à nobis interfectus, non resurget, quantumuis resurrectorum se die tertio, dixit: Pro eo quod nunc habent exemplaria Hebræa *בְּרֵיבָר בְּרֵיבָר*, id est, diffusum est in eo, Septuaginta videntur legisse *בְּרֵיבָר בְּרֵיבָר*: quod rectè transferri potest, Constituerunt contra me.

*Etenim homo pacis mea, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Hic rursus manifestè loquitur de Iuda proditore: quod indicat ipsius Domini IESV verbum Iohannis decimotertio: Non de omnibus vobis dico, inquit, ego scio

quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura: Qui manducant mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Vbi nemo dubitat illum de hac scriptura loqui. Etenim, ad verbum ex Græco transfuit interpret, vbi scriptum est, *καὶ ἕρπητος*: alioqui melius erat ex Hebræo *בְּרֵיבָר* etiam: Vndè Euthymius in commentarijs ita scribit: Coniunctio *etenim*, hoc in loco superflua est, & sensus est: ille etiam mihi aduersarius fuit, qui antea intimus mihi fuerat, & mihi maximè coniunctus. Per hominem autem pacis, Hebræi pacificum intelligunt. Ait igitur, homo pacificus meus, hoc est, amicus meus Iudas, in quo veluti in me ipso confusus sum, quem etiam simul cum alijs discipulis educaui, *magnificauit*, hoc est, roborauit, *supplantationem*, hoc est, contra me. Quod ex metaphora eorum dictum est, qui inter currendum calcaneo aliqueum dolose supplantant. Firmavit autem Iudas dolum aduersus CHRISTVM, eumque quodammodo supplantauit: conuentione nimirum ac conspiratione illa, quam cum scribis inijs, & cum pontificibus. Hæc Euthymius. Quæ tamen non sunt ita intelligenda, quasi Dominus IESVS ignorauerit perfidiam & furacitatem Iudæ: sed quod d dissimulans se hanc scire, eam illi beneuolentiæ exhibuerit, quam solemus amicis nostris: & eos crediderit loculos, quos non solemus nisi illis concedere, quibus per omnia fidimus.

*Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.* Hæc secundum humanam suam naturam loquitur: alioqui Christus habebat potestatem ponendi animam suam, & resumendi eam: id quod & fecit. Nam vt secundum humanam naturam mortuus est, (Deus enim non potuit mori, quatenus DEVS) ita suæ diuinæ naturæ potentia resurrexit. Est autem sub specie precatōnis, propheta de resurrectione Domini. Quod ait, *& retribuam eis*, nemo imagnetur minabundum hominis irati affectum: cum ad eod nihil tale fuerit in CHRISTO, vt etiam in cruce pendens, in maximis tormentis, pro crucifigenti-  
Luc 24  
bus se deprecaretur. Sed est hæc propheta de iusta vindicta Dei: quam stringit in eos, qui nolūt veritati acquiescere: sed obstinatis animis eam impugnant.

*In hoc cognoui, quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me.* Hoc est, per hoc scio quod ames me, quoniam non finis, vt inimicus meus de me gloriatur.

*Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo.* Et hoc secundum humanam suam naturam dicit, in qua non potuisset

tuisset nostra peccata expiare, nisi ipse fuisset innocentissimus. Pro *suscipisti*, in Hebræo est *בְּרֵיבָר*, id est, sustentasti, seu adiuuisti. Quod ait, *& confirmasti me in conspectu tuo in æternum*, significat sessionem in dextra: quasi dicat, & constituiisti me in dextra tua, regni tui confortem faciens in æternum.

*Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & in seculum, fiat fiat.* Aperta sententia, ex Hebræo

sonat ad verbum: Benedictus Dominus Deus Israel, à seculo & vsq; in seculum, amen amen. Intelligimus ex hoc versu, hanc fore actionē vitæ nostræ in regno illo cælesti, vt in æternū laudemus Deum. Id autem futurū est in gaudio ineffabili. Cuius desiderio ardentissimo tactus propheta, ingeminans ait, fiat fiat: siue quod idem est, amen amen. Id nobis largiat ut ipse Dominus DEVS, in secula benedictus, Amen.

## PSALMVS XLI.

**Q**uemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Situit anima mea ad Deum fontē viuū, quandō veniam & apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. In voce exultationis & confessionis sonus epulantis. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniā adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. Ad me ipsum anima mea conturbata est, propterea memorero tui de terra Iordanis, & Hermonijm à monte modico. Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarū tuarum. Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transfierunt. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicā deo, susceptor meus es. Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? Dum cōfringuntur ossa mea, reprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in DEO, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.

## IN PSALMVM XLI.

## TITVLVS.

*לְמַנְצֵחַ מִשְׁבָּחֵי לְבָנֵי סוּרָה*, Hoc est, interprete Hieronymo, Victori intellectus filiorum Core. Nomen illud *מִשְׁבָּחֵי*, quod Hieronymus & Septuaginta verterunt, intellectus: eod quod sit à verbo *שָׁבַח*, id est, intellexit, quidam transferunt, erudiens, alij eruditio: ut sit sensus totius tituli, Intellectus, siue eruditio, hoc est, Psalmus eruditione plenus, datus victori, hoc est, præfecto cantorum, vt is eum mandaret filijs Core cantandum. Dauid Kimhi admonet tres fuisse filios Core, quorum nomina leguntur i. Paralip. 6. Asir, Helcana, & Abiafaph, eosdemq; doctrina, prophetia, ac musica insignes. Porrò Core ille fuit author seditionis illius aduersus Moſen

& Aaron, de qua Numer. 16. horribilia leguntur. Et cap. 26. eiusdem libri: Factum est, inquit, grandemiraculum, vt Core pereunte, filij eius non perirent. Hieronymus in quæstionibus seu traditionibus Hebraicis in Paralipomenon de his ita scribit: Hi sunt Coritæ, super opera ministerij custodes vestibulorū tabernaculi. Isti custodiebant ostia tabernaculi exterius. Patres verò eorum, qui subtèr scribuntur, & qui in Psalterio titulos habent, ipsi custodiebant ostium interius tabernaculi Domini, & erant cantores castrorum Domini. Porrò de opinione eorum qui putant Psalmos eos, qui inscribuntur filijs Core, ab ipsis esse cōpositos, diximus in initio horū cōmentariorum, vbi de authore Psalmorum. Sentimus aut ipsam Dauidem esse authorē eorum, filijs autem Core datos esse ad decantandum.

Quod

Quod ad nomen Core, & huius mysterium attinet, **קורח** caluum significat: ut per filios Core, Christianos intelligam: quod is in loco caluarie sit crucifixus. Vide Augustinum. **QUA OCCASIONE CECINERIT** hunc Psalmum.

Aiunt David cecinisse hunc Psalmum, quia Saul fugiens, apud Philistaeos exularet, summoque desiderio teneretur redeundi Hierosolyma, ut in templo domini, una cum suis ciuibus, & sacrificijs coleret, & sacris carminibus celebraret Dominum Deum.

**MYSTERIVM EIVS.**

Noster David, Christus est: qui sese à caelesti illa Ierusalem in hoc exilium demisit: quod redeundi desiderio tactus, ait: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est.

**MORALIS INTERPRETATIO,**  
& Argumentum.

Docet nos in hoc Psalmo propheta, exemplo Davidis & Christi, ex his rebus terrenis adspirare ad caelestia. Neque opus est plura dicere de Argumento Psalmi.

**EXPOSITIO PSALMI.**

Quædam ad desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Ceruus à venatoribus fatigatus, supra modum affectant aquas, tunc potus, tunc refrigerij gratia: sed magis etiam quum vorauerint serpentes, hausto videlicet indè veneno. Nam Plinius lib. 28. capite nono, loquens de his quæ faciunt contra serpentes, ait: Exitio his esse ceruos nemo ignorat, ut si quæ sunt, extractas cauernis mandant. Hoc diuus Augustinus pulchrè nobis accomodat, his verbis: Serpentes vitia tua sunt: consume serpentes iniquitatis, tunc amplius desiderabis fontem veritatis. Quidam non ceruus, sed cerua, transtulerunt hoc loco, secuti translationem Græcam, quæ habet, **κέρως**, id est, cerua. Vox Hebraica **קָרְוֹ** est generis communis, tam ceruæ quàm ceruæ significans, quemadmodum & Græca, nisi quod hic articulus indicat genus.

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Sitiuit, id est, magno cum desiderio peruenire optauit. Quod vulgò habent exemplaria, **fontem viuum**, à scioquo deprauatum est, pro fontem viuum. Id non modò scriptura Hebræa, **קָרְוֹ יָדָה**, verum etiam Græca translatio **τὸν ἕρποντα** **ὕδωρ**. Porro **יָדָה** & fortem significat, & Deum: quumque Hebraicè scriptum sit **יָדָה יְהוָה**, verti posset, Sitiuit anima mea ad Deum, Deum viuum: ut sit **ἰνα ἀλάληται**,

amplificationis gratia facta. Magni autem desiderij significationem habet & ea, quæ sequitur, interrogatio: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Magno quidem desiderio David desiderauit redire Hierusalem: neque minore illi, qui erant per septuaginta annos capti in Babylone. (Nam ad hos quidam hunc Psalmum referunt) Sed multò maximè hi qui sunt filij Dei, agnoscentes exilium suum à patria caelestis illius Hierusalem, desiderant illuc venire, ut appareant ante faciem Dei. Illuc, in quâ, assiduis gemitibus & lacrymis adspirant, quemadmodum Paulus, quum diceret: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hinc est quod sequitur:

*Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Quomodo lacrymæ possunt esse panes? Respondeant illi, qui præ amore desiderioque Dei sapienter in lacrymas erumpunt, quid sapiant illæ lacrymæ: sint ne non solum panes, verum etiam quouis melle dulciores. Pascitur his anima sancta in hoc exilio, donec perueniat eò quod adspirat. Huiusmodi lacrymas ait sibi fuisse panes die ac nocte, hoc est, assidue, vel die, id est, in rebus secundis, ac nocte, id est, aduersis. Nam his qui ingenui sunt filij Dei, nullæ res in hoc mundo possunt esse tam secundæ, ut nõ tangantur ingenti etiam desiderio patriæ caelestis. Porro in aduersis vel quilibet hinc illic transire desiderat, cupiens ab afflictionibus liberari. Quum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Sic loquuntur idololatæ, qui nullum credunt Deum, nisi quem vident. Noster autem deus inuisibilis, solo intellectu per fidem cernitur: vnde titulus Psalmi est, Intellectus filiorum Core. Illi digitis monstrantes idola sua, dicebant: Ecce hi sunt dii nostri: vbi est Deus tuus? Similis locus est Psalm. 113. vbi ait, Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, Super misericordia tua & veritate tua, nequandò dicant gentes, vbi est Deus eorum? Quin ipse populus Israeliticus, videns quod morâ faceret Moses descendendi de monte, congregatus aduersus Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos qui nos præcedant. Mosi enim viro huic, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. & quum Aaron fecisset eis vitulum illum conflatilem, dixerunt: Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.*

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Hoc bifariam intelligi posse monet Euthymius, aut vt illud pronomen, hæc, referatur ad ea quæ præcedunt, hoc sensu: Recordatus sum hæc blasphema verba

verba illorum, quibus mihi insultantes dicunt, Vbi est Deus tuus? & effudi, hoc est, diffuere passus sum, in me animam meam præ mœrore & indignatione. Aut vt referatur ad ea quæ sequuntur, hoc sensu: Recordatus sum hæc, nempe quòd hinc transurus sim in locum tabernaculi admirabilis, &c. & effudi in me animam meam, hoc est, præ gaudio & fatuui cor meum, antea mœrore contractum. Per locum tabernaculi admirabilis, secundum litteram, Hierosolymam intelligunt: per ipsum admirabile tabernaculû, & domum Dei, templum Hierosolymitanû. Nos verò spiritu Dei in sanctorum scripturis edocti, per locum tabernaculi, cælum intelligimus: ipsum autem tabernaculum admirabile, carnem siue humanitatem Christi, in qua habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, vt ait Apostolus Coloss. 2. Domum dei, Ecclesiam illam triumphantem, de qua alibi dixit: In æternum exultabunt, & habitabis in eis. Iohannes quoque Apocalyp. 21. Ecce, inquit tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis &c. Verba huius versûs paulò aliter ex Hebræo sonant, eadem tamen ferè remanente sententia: Hæc recordor, & effundo super me animam meam: quoniam transibo in multitudine, ducâ eos usque ad domum Dei. David post occisum Saul, venit Ierusalem, 2. Reg. 5. sacerdotio iam antea ab Heli in Samuelem, regno autem à Saule in ipsum David translato. Iterum post occisum Absalom, 2. Reg. 19. & hoc quidem maxima populi multitudine, summa cum lætitia comitante eum. Noster autem David Christus, beatorum spirituum caterua comitante, cælum ingressus est semel, sacerdotio iam & regno in se translato à Iudæis. Nam hoc futurum in illis præfiguratum fuit. Indè aliquandò reuersus, iterum ingredietur comitantibus ipsum in ineffabili gaudio sanctis omnibus, interfectis iam hæreticis omnibus, & impijs in ipsum & matrè Ecclesiam filijs, per Absalom significatis, authore Augustino Epistola 50.

In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Pro sonus epulantis, in Hebræo est **הִרְוֵהוּ**, id est, populo diem festum celebrante. Est autem **הִרְוֵהוּ** ingens populi multitudo.

Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Consolatur & excitat semetipsum spe & expectatione futuræ felicitatis. Pro eo quod noster interpretes dixit, *tristis es*, in Hebræo verbum est significantius, **הִרְוֵהוּ**, hoc est, abijcis te.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. Quod ait, quoniam adhuc cōfitebor illi, id est ac si dicat: quo-

niam veniet aliquandò tēpus, quo gratias agā illi: nimirum quòd ille sit salutare vultus mei, & deus meus: hoc est, qui sublati omnibus afflictionibus, atque omni lacryma deterfa, daturus est salutē, eaq; ratione exhilaraturus vultum meum, nunc quidem tristē: atque declaraturus quòd ipse sit deus meus, contra insultationem impiorū hominum, dicentium, vbi est deus tuus? In Hebræo tamen pro illo, *salutare vultus mei*, est **יְשׁוּעַת פְּנֵי**; hoc ad verbū sonat, salutes vultus eius, vel saluationes vultus eius, vt sit sensus, propterea cōfitebor illi, quod benigno vultu suo respexerit me, saluū me fecerit. Quòd autē sequitur, Deus meus, apud Hebræos initium est sequētis versûs, hoc modo:

Deus meus, ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonijm à monte modico. Hoc est, O Deus meus, anima mea conturbata est ad me ipsum, hoc est, interprete Euthymio, in me ipso, nemine alio exterius mœrorem hunc meum sciente. Hieronymus pro, *ad me ipsum*: transtulit, in me ipso. Hebræa sic habent: **יְשׁוּעַת פְּנֵי הַיְרְדָן וְהַרְמוֹן מִמֶּנְדֵּק**, Hoc ad verbum transferri potest: deus meus, supra me anima mea abijcit sese. Campensis in paraphrasi transtulit: Mi De, anima mea cruciat sese intra me. Reliqua huius versûs satis comode translata sunt: propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonijm à monte modico. David Kimhi torū versum in hanc interpretatur sententiā: Propterea conturbata est anima mea aduersum me, quod memor sim tui de terra Iordanis, hoc est, Iudæa: in qua dum habitabamus, soliti fuimus ascendere Hierosolymā ad templū sanctū tuum: quod nobis iam in hac Babylonica captiuitate non licet. hinc, inquam, cōturbata est anima mea, desiderans eam felicitatem sibi restitui. Sed magis placet nostrorū expositio, quæ hanc habet sententiā: Propterea quòd anima mea conturbata est ad me ipsum, dum videlicet auersa à te, ad me ipsum conuertitur, hinc auxilium quarens, vbi nihil præter infirmitatem ac desperationē inuenit, ego memor ero tui, hoc est, recordabor studij, curæ, & auxiliij tui, quibus tu populum tuum ample xus es atque tutatus in terra Iordanis, quando diuisis aquis, sicco pede illos per arenam alueum duxisti. Et Hermonijm, siue, vt est in Hebræo, **הַרְמוֹן**, id est, & Hermonitarū, hoc est, eorum qui habitant iuxta montem Hermon, in terra Masphe, vbi multos barbarū gentium reges, cum copijs innumerabilibus, curribus, equis, & omni apparatu bellico instructissimis, tradidisti in manus Iosue, vt Iosue 11.

omnes ad internecionem occisi sint: qui parvus mons est iuxta Iordanem. Quanquam Salomon montem modicum intelligit, nō Hermon, qui est in Iudæa, sed Sinai, qui in Arabia, in quo Moses legem accepit: vt & huius beneficij se hic recordari dicat. Quod Septuaginta verterunt *μῆτις*, id est, modico, siue paruo, in Hebræo est *מִן הַר הַקָּטָן*, quod Dauid Kimhi & quidam alij putant esse nomen proprium montis, diuersi ab Hermon. Fatetur tamen Kimhi se de hoc monte nusquam alibi quicquam inuenire. Quare omisiss illorum tam incertis coniecturis, secundum orthodoxorum patrum quos approbavit Ecclesia dei, sententiam, pergamus ad ea quæ sequuntur in Psalmo.

*Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.* ] Abyssus, Græca vox est *ἄβυσσος*: significat autem aquam immensæ profunditatis, cuius nemo queat inuenire fundum, Hebraicè *אֲבִיִּס*. Porro per aquas sæpè afflictionum inundationem intelligimus: quod & Psal. 31. indicauimus. Deplorat itaque propheta præsentis vitæ miseriam: in qua calamitas vna inuitat aliam, vt nunquam sumus ab afflictionibus liberi. Quod ait, in voce cataractarum tuarum, pro, in voce, Hebraicè est *בְּקוֹל מַיִם*. Græcè *ἡς φωνῆς*, id est, in vocem, siue ad vocem, hoc est, ad imitationem vocis cataractarum tuarum. Vndè Campensis transtulit, sono, qualem edere solent cataractæ tuæ maximum. Sunt autem cataractæ ianux pensiles, quæ dissolutis funibus seu catenis, quibus suspensæ sunt, subito decidunt: quales ante urbium portas videmus, & illis locis, vbi pro hominum arbitrio, aquæ vel dimitti, vel sisti solent. Quin ipse aquæ ex alto cū impetu destuantes, cataractæ dicuntur: atque ita accipiuntur hoc loco. Ipsa quoque loca eminentiora, è quibus destuunt cum impetu aquæ, quemadmodum cataractas Nili dicimus: vndè in maximis imbribus, cæli cataractas apertas dicimus. Quod ad hunc locum attinet, cataractas Dei intelligimus esse apertas, ac horribili strepitu fremere, quando Deus permittit afflictionum ac tentationum procellas in nos irruere: quod nunquam fieri potest, nisi illo permitte. Alij aliter hæc interpretantur: sed nobis non placet recedere ab argumento Psalmi.

*Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transfuerunt.* ] Hic versus in Hebræo non est à superiore diuisus, nisi per colon. Sed huiusmodi tam multa occurrunt, vt iam pertæsum sit eorum posthac admonere lectorem: nisi forte ita incidant, vt faciant aliquid ad sententiam. Hic auget, ac veluti consummat id, quod in

præcedente dixit: Abyssus abyssum inuocat, q. d. adeo vt iam nihil aut afflictionis, aut tentationis, aut calamitatis restet, quod non irruerit transfueritque super me. Pro eo quod nos interpres dixit, Omnia excelsa tua, in Græca translatione est, *πάντα ἢ ὑψηλότητάς σου*, q. d. omnes sublimitates. Simpliciter proprieque loquendo, sunt omnia illa, quæ virtute astrorum ex his inferioribus terrarum aquarumque regionibus intumescunt atque leuantur: è quibus fulmina, tonitrua, grando, imbres, inundationes aquarum, atque id genus alia procreantur, quæ ab illa in sublime eleuatione dicuntur *αὐχίματα*. de quibus quatuor libris pulcherrimè scripsit Aristoteles. Apud Hebræos verbum est grauius *בְּרִיחַ*, quod diuus Hieronymus transtulit, gurgites tui: dictū à *בְּרַח*, id est, confregit, vt intelligamus illum tempestatum fragorem, quo se tum nubes ventique in aère, tum fluctus vndæque in mari mutuo confringunt: quæ omnia eleganter transferuntur ad ea, quibus in hoc mundo affligitur vita humana.

*In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.* ] Per diem rectè intelligitur tempus prosperitatis: per noctem autè, aduersitatis: vt sit sensus: Sicut Deus in rerum humanarum prosperitate ostendit hominibus palam misericordiam suam, vt omnes intelligant illi deberi gratiarum actionem: ita rebus aduersis non debent omittere cantica eius, quod etiam in his, tametsi obfcuris propter ipsorum hominum cæcutientiam, non minus declaret bonitatem suam, & amorem quoniam nos complectitur: dum corripit atque castigat, vt emendet & recipiat. Nescio qui factum sit, vt nostræ huius translationis distinctio, tam à Græca quam ab Hebraica discrepet. In his enim ita distinguitur, vt illud, *apud me*, adhæreat huic versui, non sequenti, hoc modo: *& nocte canticum eius apud me*: vt subintelligas, erit, aut simile aliquid. Indè iam sequitur, non vt alius versus, sed vt huius pars posterior:

*Oratio Deo vitæ mea.* ] Quod Euthymius exponit his verbis: Non modò illius canticū erit apud me, sed etiam *oratio*: canticum quidem, in gratiarū actione pro oportuna & iam diu expectata liberatione: oratio verò, ad accelerationem huius liberationis. Et quod ait, *Deo vitæ mea*, expone, id est, datori vitæ, vt illud, Deus salutis meæ, id est, Saluator meus. Sic Euthymius. Quod si Augustino credimus, illud *apud me*, hanc habet emphasim: Nō vt supplicem Deo, emprurus sum de transmarinis locis, aut vt exaudiat me Deus me, nauigabo vt de longinquo afferam thura & aromata, vt de grege

grege adducam vitulum vel arietem. *Apud me oratio Deo vitæ mea.* Inrūs habeo victimam quam immolem: Hinc iam iuxta distinctionem Hebraicam & Græcam, intūs habeo thus quod imponam, intūs habeo sacrificium quod flectam Deum meum. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Quod sacrificium contribulati spiritūs intūs habeam, audi: dicam Domino, susceptor meus &c.

*Dicam Deo, susceptor meus es: quare oblitus es me, & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?* ] Quod nos interpres dixit, *susceptor meus es*, Septuaginta verò *ἐν τῷ ἰσχυρῷ μου εἶ*, in Hebræo est, *בְּיָדִי*, petra mea, subaudito verbo, es, hoc est, refugium, siue rupes tutissima, hostibus meis inaccessa. Habet autem hanc sententiam: Quum in memetipso habeam, de quo Domino Deo in prosperis & aduersis tum sacrificium laudis, tum preces pro liberatione à malis offeram, quibus sacrificijs ille maxime placatur ac delectatur, non confugiam aliò, quàm ad ipsum dominum Deum meum, huiusmodi oratione apud eum visitus: O Deus, tu es susceptor, siue adiutor & refugium meum: quare oblitus es me? hoc est, quare tam diu differs auxilium tuum, quasi penitus me sis oblitus? quare finis me in hoc luctu ac merore incedere, propter afflictiones quas patior ab inimico?

*Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi, qui tribulant me, inimici mei.* ] Pulchrè mihi videntur Septuaginta reddidisse sententiam his verbis: *ἡ ψῆλα καταδάσσω τὰ ὀστέα μου*. Hoc est, dum confringuntur ossa mea. Significat enim propheta afflictionem grauissimam, qua non modò cutis & caro lacerentur, verum etiam ipsa ossa confringantur. In Hebræo

est *אֲרִיבֵנִי בְּיָדֵי הַבְּרִיחַ*: Hoc nobis difficile fuerit ad verbum transferre, nisi fortè hoc modo: In occisione in ossibus meis, hoc est, dum non contenti gladio confodisse concidisseque viscera mea, nisi eodem & ossa mea concusserint atque confregerint. Hieronymus vertit, Dum me interficerent in ossibus meis. Tam graues persecutiones & acerbas afflictiones dum patiuntur martyres CHRISTI, hostes illis insultantes exprobrant, quod talia patiantur quasi destituti atque deserti à Domino ac DEO suo. Porro quod nostri libri vulgò habent, *quī tribulant me inimici mei*: alterutrum, aut *quī tribulant me*, aut *inimici mei*, redundat. In Hebræo pro utroque est, *בְּיָדֵי הַבְּרִיחַ*: quod siue transferas, qui tribulant me, siue qui affligunt me, siue inimici mei, eadem manet sententia. Diuus Hieronymus vertit, hostes mei: Septuaginta, *ἐν τῷ ἰσχυρῷ μου*, quod idem est. Romana translatio habet, *Qui tribulant me*. Quod autem nostra hæc habet adiectum, *inimici mei*, illa non habet.

*Dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus?* ] Q. d. Contemptis & irrisis dijs nostris, gloriaris te cali terræque Deum colere: vbi igitur ille iam est? quur non venit, vt eripiat te ex istis cruciatibus? Hæc est illorum impia atque blasphema insultatio. Cōtra quā nunc postremo hoc versu seipsum excitat & confirmat propheta, dicens:

*Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.* ] Hunc versum iam supra sumus interpretati. Quare gratijs actis Domino DEO, ad sequentis Psalmi expositionem pergamus.

## PSALMVS XLII.

**I**Vdica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo et dolofo erue me. Quia tu es deus fortitudo mea, quare me repulisti, et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua. Et introibo ad altare Dei, ad DEVM qui lætificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus, quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei et deus meus.

## IN PSALMVM XLII.

**H**Vic Psalmo apud Hebræos nullus est præpositus titulus. Argumento, adeoque ipsius verbis, superiori persimilis est, adeo vt

pars eius videri queat. Vndè commentator Hebræus hunc refert eodem quò illum, hoc est, ad exules captiuitatis Babylonicæ. Nos ad

Ecclesiam, desiderantem ex huius mundi exilio & contaminatione, transire in patriam caelestis illius Hierusalem, & puritatem illius eternitatis tabernaculi, quae est domus Dei.

## EXPOSITIO PSALMI.

**I**udica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso eripe me. Quasi dicat: O Deus, quum iniustissimi sint iudicia hominum, tuum autem per omnia iustissimum, quaeso ut tu mihi iudex esse velis, & causam meam agnosceret: atque de hac tam barbara & impia gente, & iniquissimis, dolosissimisque hominibus me liberare. Pro eo quod noster interpres dixit, & discerne causam meam, in Hebraeo est *יְיָ יִשְׁפֹּטֵנִי*: hoc ad verbum sonat, & litiga litem meam. ut sit sensus: quum aduersarij mei iniustissimi, omnibus dolis instructi, meam innocentiam & litigandi imperitiam facile opprimant, tu mihi non solum iudex, verum etiam patronus esto, aduersus illorum malitiosam versutiam. Porro quod hic propheta in persona Ecclesiae precatur, id suis promittit Dominus IESVS Matthaei 10. his verbis: Quum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.

Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Hoc est, O Deus, quum tu sis fortitudo mea, in quo solo ego praesidium meum, omnemque fiduciam collocaui, qui sit, ut quasi repulsum a te, tam diu stas in his afflictionibus ab inimico meo diuexari?

Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Juxta historiam, inquit Euthymius, lucem appellat protectionem & custodiam Dei, quae summum quoddam laetitiae lumen secum affert, cuius splendore omnes afflictionum tenebrae dissoluntur. Veritatem autem exponit, id est, verum auxilium. Porro per protectionem, custodiam, & auxilium Dei, Dauid deductus fuit in montem Moriam, vbi erectum est tabernaculum, & postea aedificatum templum a Solomone. Juxta anagogen verò, eodem Euthymio, nec non Diuo Augustino auctore, per lucem & veritatem Christum intelligit, ut sit vox Ecclesiae, huius aduentum summo cum desiderio implorantis. Ego, inquit, sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habet lucem vitae. Et alibi: Ego sum via, veritas, & vita. Veniat ergo, inquit Augustinus, & eruat

Iohan. 8.

Iohan. 14.

nos, discernens modò causam nostram a gente non sancta: eruat ab homine iniquo & doloso: separet frumentum a zizanij, &c. Pro, deduxerunt, & adduxerunt, in Hebraeo est futurum: deducunt, & adducunt, siue perducunt: & ratio postulat, ut sint futuri temporis. Tamen si apud prophetas haec non obseruantur. Si nos haec sub nostra persona, atque nostrorum temporum ratione dicamus, possunt hanc habere sententiam: Emitte lucem tuam & veritatem tuam, hoc est, accelera aduentum vniuersi filij tui ad iudicium, ut nos ex his errorum, haeresum, iniquitatum & afflictionum tenebris in illam aeternam lucem patriae caelestis perducatur: quemadmodum primò eius aduentum lux & veritas tua, hoc est, verbi tui aeterni o Deus, deduxerunt & perduxerunt nos in montem sanctum tuum, hoc est, in Ecclesiam tuam, quae ex minimo lapide, de monte sine manibus abscessit, creuit in montem tantum, ut impleret vniuersam terram: & in tabernacula tua, hoc est, in illorum tentoria, qui hic sub tuis vexillis & auspicijs militant aduersus diabolum, mundum & carnem, & omnia quae tuae diuinae voluntati aduersantur. Tabernaculum enim vox est castrorum, qua admonemur vitam nostram esse militiam super terram, quemadmodum & sanctus Iob testatur.

Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui latificat iuuentutem meam. Quod ad historiam attinet, Dauid magno desiderio desiderat redire Hierosolymam, ut in tabernaculo quod illic tederat, offerret suo more holocausta coram Domino & pacifica, ut fecerat antequam illic esset eiecctus, ac pulsus in exilium a filio suo Absalò. Huc enim nonnulli referunt haec verba prophetæ. Qui verò capti erant in Babylone, ad quos alij referunt, non minore desiderio desiderabant redire eodem, & ad templum illud, & introire ad altare in illo erectum, ad offerendum sacrificia Domino. Nostra Hierusalem, Ecclesia est vniuersa. Tabernacula, vbi cumque Christi populus ad precandum laudandumque Deum congregatur. Altare mysticum, Christus ipse. In hoc altari quisque potest esse sacerdos & victima. Nam hoc demum est sacrificium hominis DEO gratum, quando semetipsum totum conijcit in Christum, & in hoc se Deo patri offert. Is enim neminem recipit nisi per filium. Quoniam per ipsum habemus accessum in vno spiritu, inquit Apostolus. Quod noster interpres dixit, ad Deum qui latificat iuuentutem meam: Hieronymus ex Hebraeo translulit, ad DEVM laetitia & exultationis meae. Sensus huius est, ad DEVM qui est gaudium & exultatio mea. Est tamen & pulchra sententia translationis Septuaginta

ta, ut per iuuentutem intelligamus illam renouationem nostram, qua renati in Christo, iuxta doctrinam Apostoli expoliamus nos veterem hominem cum actibus suis, & induimus nouum, qui renouatur secundum agnitionem dei. Quae renouatione consequimur id, quod paulò post ait Apostolus, ut pax Christi exulteret in cordibus nostris. Quae exultatione nulla potest esse neque laetior neque beatior. vnde & noster Propheta sic pergit:

Et confitebor tibi in cithara Deus Deus meus. Sic enim ex Hebraeo sonat: neque est apud illos initium nisi versus, sed posterius membrum praecedentis. Sensus est: Quam diu sum in exilio, non possum tibi cithara mea Psalms canere. Hoc enim dolor prohibet. Quum autem redieris me Hierosolymam, & in tabernaculum tuum, tunc redibo ad meam canendi consuetudinem.

Psalmus 136. ita incipit: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordamur tui Sion: In falicibus in medio eius suspendimus organa nostra: Quia illic inter-

rogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quibus illi respondent: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Accommodari possunt haec & illis, qui vel sub Turcarum, vel sub haereticorum tyrannide constituti, propter orthodoxam fidem, & verum cultum DEI patiuntur persecutiones. Magis etiam illis, qui prolapsi in enormia flagitia, eieccti sunt per excommunicationem ex Ecclesia: iusto verò poenitentiae dolore compuncti, redire desiderant. Denique nobis omnibus, qui ex huius mundi exilio adspiramus ad patriam caelestis illius Hierusalem, consolantes nos interea certa spe atque fiducia future illius felicitatis, iuxta id quod sequitur in Psalmo:

Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. Hoc iam antè interpretati sumus. Quamobrè ad Psalmum sequentem.

## PSALMVS XLIII.

**D**eus, auribus nostris audiuius, patres nostri annunciauere nos. Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. Manus tua gentes dispdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis: Tu es ipse rex meus & Deus meus, qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de afflictionibus nos, & odientes nos confundisti. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in seculum. Nunc autem repulisti & confundisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, & qui oderunt nos, diripiebant sibi. Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine precio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subannatiōem & derisum his qui in circuitu nostro sunt. Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meae cooperuit me. A voce exprobrantis & obloquētis, a facie inimici & persequentis. Haec omnia venerunt super nos, nec oblitus sumus te, et iniquè non egimus in testamento tuo. Et non recessit retrò cor nostrum, et declinasti semitas nostras a via tua. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, et cooperuit nos umbra mortis. Si oblitus sumus nomen Dei nostri, et si expandimus manus nostras ad Deum alienum,

EE 3 Nonne

Nonne Deus requiret ista? Ipse enim nouit abscondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis. Exurge, quare obdormis Domine? exurge, et ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis? obliuisceris inopia nostram & tribulationis nostrae? Quia humiliata est in puluere anima nostra, conglutinat us est in terra veter noster. Exurge Domine, adiuua nos, et redime nos propter nomen tuum.

IN PSALMVM XLIII.

TITVLVS.

לְמִנְחָה לְבָנֵי כֹהֵן מִשְׁבֵּיל

Hoc est, Victori filiorum Coreh intellectus. Sententia tituli huius satis manifesta est ex illis, quae diximus in titulum Psalmi 41. Eadem enim in utroque sunt verba: vnum duntaxat nomen מִשְׁבֵּיל, quod illic loco secundo positum est, hic ponitur vltimo.

QVA OCCASIONE, SIVE DE QVA AFFLICTIO HUNC CECINERIT: & de argumento.

Quidam etiam hunc Psalmum de captiuitate Babylonica cantatum esse opinantur. Iohannes Chrysostomus, Euthymius, & Nicolaus Lyranus, putant Prophetiam esse de persecutione qua fecit Antiochus, cognomento ἰσχυρῆς, hoc est, Illustris, tempore Machabaeorum: de qua copiose scriptum est in Machabaeorum historia. Caterum D. August. non dubitat filios Coreh in hoc Psalmo gerere typum Ecclesiae Christianae, cum afflictionibus & persecutionibus tyrannorum grauius luctantis. Hoc probat Apostoli Pauli testimonio, manifeste verba huius Psalmi referentis ad eos qui sunt vere Christiani, quum ita scribit ad Rom. 8. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis.) Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Omnes illae sententiae facile conciliari poterunt, si cogitemus omnes sanctos, qui fuerunt ab initio mundi, pertinere ad Ecclesiam Christi, & omnes compassos esse Christo, etiam ante natum ex virgine Christum, vt & cōglorificent: idemq; euenire his qui iam sunt, euenturumq; esse illis qui post nos futuri sunt, vsq; ad consummationem saeculi. Omnes enim, inquit ad Timot. qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Accipiamus igitur Prophetam in hoc Psalmo in persona Ecclesiae, cuiuscunq; etiam aetatis, ex grauisima afflictione loquentem, & inuocatem Deum, vt quemadmodum semper adfuit electis suis, sanctis patribus, das illis victoriam de hostibus omnibus: ita nunc

2. Tim. 3.

quoque sibi velit adesse, & largiri virtutem aduersum tam multos crudelissimosque Tyrannos, aduersus tam horribilia innumerabilium malorum portenta.

EXPOSITIO PSALMI.

DEVS auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis. Hoc modo non solum in Hebraeo, verum etiam ex translatione Septuaginta legendum est ac distinguendum. Coniunctio &, quam nostra exemplaria habent, librorum incuria irrepsit, quum neque in Hebraeo sit, neq; in translatione Graeca, neque sententia Prophetarum flagiter vt adijciatur. Nam dies patrum, ipsi sunt dies antiqui. Quod ait, Auribus nostris audiuimus, pleonasmus quidem est, quum nemo audiat nisi auribus, ijsque suis: hic tamen ille minime est ociosus, vt orationem vitiet, sed virtus & ornamentum, grauioris asseuerationis vim habens: qualis ille apud Comicum: Hic se oculis egomet vidi. Et apud Iohannem Apostolum: Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostrae contrectauerunt. Per patres qui annunciauerunt illud, Moysen, Iosue, caeterosq; Prophetas, & sacrorum librorum scriptores, potissimum intelligimus: aut etiam illos, qui per manus ea tradiderunt, antequam Biblia sacra scriberentur. Porro quidnam sit illud opus, quod in diebus patrum operatus est Deus, ipse Propheta exponit his quae sequuntur:

Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: affixisti populos, & expulisti eos. Hoc est, tu manu tua extirpasti gentes illas barbaras & idololatrias a terra Palaestina: & in loco illarum plantasti patres nostros, intulisti populis illis mala plurima, & expulisti eos ante faciem patrum nostrorum. Quod nostra translatio habet, Manus tua gentes disperdidit, paulo grauiori dicendi figura legitur in Hebraeo:

אֶתְּהָרַגְתָּ גוֹיִם הַרְשִׁיתָ. hoc ad verbum sonat: Tu manu tua gentes eiecisti. Vbi pronomen tu, discretionis causa exprimitur: quasi dicat, non ipsi patres nostri sua manu id fecerunt. Hoc ipse Propheta luculentissime explicat, quum ita subiicit:

1. Job.

N66

Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos. Hoc iam nulla indiget expositione. Quod ait, in gladio suo, Hebraismus est vtitissimus, pro quo nos sine propositione dicimus, gladio suo, vel per gladium suum. Porro per gladium, synecdochicos vniuersam armaturam & apparatus bellicum intelligit: quemadmodum per brachium, vniuersum robur & vim corporis.

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacisti in eis. Neq; in his quicquam est obscuritatis. Dextera & brachium Dei, potentia eius est. Illuminatio vultus eius, est declaratio praesentiae eius ad auxiliandum. Quod interpretis ait, Quoniam complacisti in eis, id est, quia bene voluisti ipsis patribus nostris: Hebraei hoc breuius & elegantius dicunt, הִרְצִיתָ בָּם: hoc est, quia amasti eos.

Tu es ipse rex meus & Deus meus, qui mandas salutes Iacob. Hoc est, tu idem ipse, qui illa es operatus in diebus patrum nostrorum, eo quod amaueris illos: meus quoque rex es & Deus, quemadmodum illorum fuisti: vt non debeas mihi negare simile auxilium. Quod ait, qui mandas salutes Iacob, hac videtur habere sententiam: qui solo verbo efficis, vt saluus sit Iacob. Porro per Iacob, intelligit posteros eius patriarchae, hoc est, totum populum illum Israeliticum. In Hebraeo non indicandi, sed imperandi, seu potius precandi modo scriptum est, הִרְצֵה, i. mada. sonatq; totus versus ad verbum hoc modo: Tu ipse (vel, tu es) rex meus Deus: mada saluationes Iacob. Vt sit simile illi, quod Mat. 8. ait centurio ille apud Euangelistam: Dic tantum verbo, & sanabitur puer meus.

Mat. 8.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. In te, id est, per virtutem tuam, ventilabimus cornu, id est, facillime profligabimus. Metaphora sumpta a ferocibus tauris, qui cornibus pugnant, eos quos comprehederint, cornibus ipsis in aera sublatos prosternunt, prostratos iam pedibus coculcant ac pterunt. Vnde verbum Hebraeum מַחֲרֵה, quod LXX. verterunt ἐξουδένωσαν, i. spernemus, vel nihili ducemus, S. Hieron. translulit, coculcabimus. Legit autem apud Hebraeos in vtraq; significatione. Quod noster interpretis dixit, insurgentes in nobis: relictus dixisset per accusatiuum casum, in nos, i. contra nos. Consolat se his verbis Propheta, fiducia liberationis futurae, de qua nihil dubitat. Quidam tamen haec etiam ad praeteritum referunt, & verba quae sunt in Hebraeo futuri temporis, ventilabimus cornu, & spernemus, seu coculcabimus, transferunt per praeteritum imperfectum, cornu ventilabamus, & spernebamus. Nos eo-

rum, quae de temporibus sunt apud Prophetas, iam saepe monuimus studiosos.

Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Hoc nulla indiget interpretatione. Apertè dicit, se neq; sua, neq; vlla virtute armaturaq; humana fretum, congressurum cum hoste, sed solius DEI virtute atque praesidio.

Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confundisti. Rationem reddit suae illius fidentiae, ab illis, quae iam antè pro populo suo fuerat operatus Deus. Quod ait, odientes nos confundisti: significat, eos qui nos odio prosequantur, dedecore affecisti, spe sua frustratos. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in saeculum. Pro laudabimur, in Hebraeo est הִלְלֵנוּ: quod Symmachus transtulit, gloriabitur. D. Hieronymus, In Domino gaudebimus tota die. Hi neglexerunt tempus verbi, quod apud Hebraeos est praeteritum. Sed ipse Propheta hoc non curauit. Nam quod sequitur, in nomine tuo confitebimur in saeculum: tam apud Hebraeos, quam apud interpretes, futuri temporis est. Illud praeterire nolim, quod huic verbi accinitur apud Hebraeos הִלְלֵנוּ in fine, ad

excitandum animos, vt cogitent, quanta felicitas sit, non in alio gloriari, quam in Deo: atq; in illorum esse numero & choro, qui gaudio ineffabili, dulcissimis canticis Dominum Deum patrem suum laudant ac celebrant, idq; in eternum: atque haec quidem felicitas manet electos Dei filios in saeculo illo futuro. Interea verò, dum in his terris ab illa tam beata patria exulant, multis iactantur afflictionum tempestatibus, ad eò vt multis videantur a Deo reiecti. Hinc est quod iam sequitur:

Nunc autem repulisti & confundisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris. Hoc est, ita pateris nos affigi, quasi repuleris nos plane a te: & finis confundi pudore vultus nostris, vt exprobrèt nobis hostes nostri, aut reiectos nos esse a te, aut te, quae nos gloriamur nos habere Deum, non esse Deum, sed illorum idola veros esse deos. Permittit autem Deus haec fieri, vt exerceat milites suos ad vera virtutè: doceatq; contemnere terrena, & ad caelestia aspirare. Gratis colendus est Deus, propter semetipsum: vt quemadmodum dixit ad Abraham, ipse sit merces nostra magna nimis: In dignissimum est enim, illum ratione harum rerum terrenarum & vilissimarum coli. Pro eo quod ait interpretis, in virtutibus nostris: in Hebraeo est הַיְדוּתֵנוּ, id est, in exercitiis nostris: in Graeca translatione, ἐν ταῖς ἀντιμαρτυρίαις, quod non male vertit noster interpretis, in virtutibus nostris: modò intelligamus, virtutes hic non

Gen. 15.

non

non esse eas quæ vitij opponuntur, sed potentias, siue vires, atque robur illud bellicum. In eo, & non egredieris Deus, interpret de suo adiecit, Deus, quum in hebræo non sit expressum.

*Aueristi nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos, diripiebant sibi.* Hoc est, permisti nostros inimicos & hostes præualere nobis, vt nos cogere illis dare terga ac fugere eos, & vt præda fieremus illis, qui nos tã iniquo & graui odio sunt persecuti.

*Destisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos.* Hoc est, tradidisti nos in potestatem hostium nostrorum, vt tanquam oues macent nos: & in seruitutem abductos, per omnes gentes dispergant. Talia non semel euenerunt populo Iudaico, vt videre est in Biblijs sacris, & historia Iosephi: idque propter peccata. Beati verò sunt martyres Christi, qui hæc innocentes pertulerunt propter nomen ipsius Christi.

*Vendidisti populum tuum sine precio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum.* Amplificat indignitatem eorum quæ passi sunt. Indignissimum videtur, aliquem ex populo Dei, imò ex electis & adoptatis filijs dei, tradi barbaris & idololatri gentibus in seruitutem. Et tamen hanc indignitatem non mediocriter grauat, si id fiat sine precio: vt seruitutis calamitatem etiam vilitas & contemptus augeat. Alioqui enim consolatio esse videtur, seruum haberi dignum luculento aliquo precio. Nam eo clementius habetur à domino. Pro eo quod noster interpret dixit, & non fuit multitudo in commutationibus eorum: ex Hebræo ad verbum transferri potuit, & nõ es dignior factus precio eorum.

*Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro.* Hoc est, exposuisti nos omni generi contumeliarum, vt probris afficiant, subsannent, atque derideant nos vicini nostri, & omnes qui circum nos habitant.

*Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populo.* Hoc est, eò nos ignominie reduxisti, vt fabula facti simus & parabola, vt gentes quæ circa nos habitant, mala imprecature alicui, dicant: Eueniant tibi ea, quæ populo illi Israelis: & vt nutu capitis illudentes, exprobrent nobis afflictiones nostras.

*Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.* Hæc omnia sententiam habent apertam. Quod interpret dixit, verecundia mea, in Hebræo est *קִלְקָלִי*, id est, ignominia mea.

*A voce exprobrantis & obloquentis, à facie ini-*

*mici & persecutentis.* Hoc est, eò quod hostis mihi meas afflictiones exprobrat, nomen sanctum tuum blasphematur, neque definit me omni iniuriarum genere persequi.

*Hæc omnia venerunt super nos, nec oblitus sum te, & inique non egimus à testamento tuo.* Digna vox inuictissimorum martyrum, quos nulla tormenta vincere potuerunt, vt desciscerent à Deo suo: quorum nomine Paulus quoque dixit: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? &c. quod ait, & inique non egimus à testamento tuo, significat, nõ violauimus fœdus quod percussimus tecum.

*Et non recessit retrò cor nostrum, & declinasti semitas nostras à vita tua.* Quod ait, *Et non recessit retrò cor nostrum*: manifestam habet sententiam, non defecimus à te ad deos alienos, hoc est, idola. Quod autem, & declinasti semitas nostras à vita tua: In Hebræo est, *וַחַוְּתָהּ*

*וַחַוְּתָהּ* hoc equidem mallem transferre, nec declinavit gressus noster à semita tua. Neque obest, quod in Hebræo non est expressa negatio, quum ex membro præcedente sit repetenda. Posset tamen transferri, & declinasti gressum nostrum à semita tua, vt sit sensus: Noluisti vt per delicias & pompas huius mundi veniremus ad te. Hi enim sunt gressus hominis sibi relicti. Sed mitior est superior interpretatio, & luculentior sensus, magisque consonans ei quod præcedit.

*Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.* Pro, afflictionis, in hebræo est *וַחַוְּתָהּ*, id est, draconum: vnde quidam transferunt totum versum hoc modo: Quum attereres nos in loco draconum, atque umbra mortis nos obtegeret. Huius translationis fuerit sensus: Quum grauissimè nos affligeres in eo loco, siue regione ea, in qua habitant homines draconibus feritate similes. Per umbram mortis, afflictionum magnitudinem intelligit, ipsam mortem representantium & intentantium. Augustinus tamen umbram mortis interpretatur mortem hanc temporalem: quæ comparata illi æternæ, quæ est damnatorum cum diabolo, non tam mors est, quàm umbra quædam & imago mortis.

*Si oblitus sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum.* Agnoscis martyrum vocem, gloriantium quod nullis tormentis adigi potuerunt, vt à Deo descicerent ad idola.

*Nonne Deus requirit ista? ipse enim nouit abscondita cordis.* Quali dicat: Vtiq; Deus requirit ista, vt iudex iustus, qui considerat viam vniuscuiusque nostrum, & omnes gressus nostros dinu-

ab 31  
iab 9  
Hab 9

dinumerat, vt ait beatus Iob. Quapropter alibi idem: Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Neque ea duntaxat requirit Deus, quæ fiunt foris: verum etiam ea, quæ quisque cogitat in corde suo. Hæc enim omnia nuda sunt & aperta oculis eius, vt ait Apostolus.

*Quoniam propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis.* Ecce hoc est illud testimonium à Paulo Apostolo ex hoc Psalmo citatum, ad exhortandum martyres, (inquit Augustinus) nõ deficiant in tribulationibus pro nomine Christi susceptis. Oves occisionis vocat macerationi destinatas.

*Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in sinem.* Nemo nostrum in tantâ demerentiam venit, vt putet Deum humano more dormire. Sed ita loquitur spiritus sanctus in scripturis, quãdò significat Deum veluti dissimulare, se videre suorum afflictiones. Vnde quod ait, *exurge*: nihil aliud est, quàm declarare incredulis & idololatri tyrânis, qui tam crudeliter nos persequuntur & affligunt, te neque dormire, neque deesse tuis in huiusmodi certaminibus. Habet autem acrimoniam quandã repetitio verbi, *exurge*: quemadmodum & ea quæ sequuntur, quali exhortatio cum Deo.

*Quare faciem tuam auertis? obliuisceris inopia nostra, & tribulationis nostræ?* Quod ait, *quare faciem tuam auertis?* eadem loquendi ratio est, qua paulo antè, quare obdormis?

PSALMVS XLIIII.

**E**Ructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe, velociter scribentis. Speciosus forma prælijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua intende prosperè, procede & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis, Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ confortibus tuis. Myrrha & gutta & cassia à vestimentis tuis à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo. Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Et filie Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus. Adducetur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi. Afferetur in lætitia & exultatione, adducetur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi

FF filij,

filij, constitues eos principes sup omnē terrā. Memores erūt noministui Domine, in omni generatione & generationē. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.

IN PSALMVM XLIIII.  
DE TITVLO.

Titulus huius Psalmi sic legitur apud hebreos: **לְמַנְצַח עַל שׁוֹשַׁנִּים לְבָנֵי קוֹרְחַ בְּיַד מִשְׁפָּחַת שִׁיר יְרֵדוֹת**

Quod ad verbum translatum, sonat hoc modo: Victori pro lilijs, filiorum Core intellectus, canticum amorum. Vel vt sanctus Hieronymus translulit, Victori pro lilijs filiorum Core, eruditionis canticum amantissimi. Septuaginta verterunt, In finem pro his qui commutabuntur, filijs Core ad intellectum, canticū p dilecto. Longū est, omēs omium interpretum opiniones de sententia huius tituli, hic recensere. Translacionem Septuaginta Euthymius pulchrè interpretatur his verbis: In finem quidem inscriptum est, ob Prophetias in Psalmo contentas, quæ ad finem tendebant. Pro ijs verò qui commutadi sunt, hoc est, pro Christianis, qui per baptismatis regenerationem innouadi erant, veterem exuentes hominem, & nouum induetes. Antiqua enim, inquit Propheta, transierunt, ecce noua facta sunt omnia. Hæc igitur commutatio transformatio est, & prioris conuersationis immutatio. Filij etiam Core id eod inscriptum est, quia eis datus fuit hic Psalmus à B. Dauid, vt eum canerēt, quemadmodum in proœmio operis declarauimus. Ad intelligētiam verò, quia ob reconditos Psalmi sensus, multa lectori intelligētia opus sit. Et canticū, quia non vnā cum musicis instrumentis, sed humana tantum voce canebatur. Postremò, quod dicitur, *pro dilecto*, totius inscriptionis summulam continet & caput: quia nimirum hic tractatur de Christo, qui & ipsi patri dilectus est, tanquam filius vnigenitus, & nobis pariter, quia omnium nostrum pater est studiosissimus. Vnde etiam de eo dictum esse legimus à patre: hic est filius meus dilectus. *Pro dilecto* autem, hoc est, de dilecto. Est enim prepositio pro prepositione, vt alibi sæpè à Prophetis vsurpari diximus. Hæc ad verbum ex Euthymio, quibz aptissimè cõsonat verba D. Hieronymi in explanatione huius Psalmi ad Principiã virginē: Rectè inqt, q in seculorum sine mutadi sunt, de quibus Apostolus loquitur, Omnes dormiemus, sed non omnes immutabimur: referūt ad finem. Et hoc ipsum mysterium lectorem pparat ad intelligētiam spiritalem. Vbi em̄ simplex & apertus est sen-

Esa. 43.  
2. Cor. 5.

Mar. 3.  
& 17.

1. Cor. 15.

sus, quid necesse est audientem intelligentiam pramonere, & dici ad eum, Qui habet aures audiendi, audiat? Canticū quoq; canitur charissimo atque dilecto: quia propter illum veniet sanctis promissa mutatio. Quæ quidem & in hac vita intelligi potest, q̄ exuimur veteri homine, & induimur nouo, qui renouat in cognitione secundum imaginem creatoris, & gloriam Domini contemplantes, in eadem imaginem transformamur, quasi à gloria in gloriam: nec est tempus vllm quo nō mutetur spiritus, præteritorum obliuiscens, & in futurū se extendens, quum interior noster homo renouetur de die in diem, & immutabilis Deus, qui loquitur per Prophetam: Ego Deus, & non mutor: propter nos mutauerit faciem suam, formamq; serui acceperit, & de Iudæa transmigras ad Philistiim, (qui interpretatur, poculo corruentes: inebriati enim fuerant aureo calice Babylōis) primū derisus sit, ppter stultitiam crucis, deinde susceptus ppter gloriam triumphorum. Charissimus autem ille est, de quo Esaias canit: Cantabo canticum dilecti vineæ. Et Euangelium: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacuit. ipsum audite. Cui non vnus Propheta, sed omnis chorus filiorum Core nunc laudes canit. qui sint autem filij Core, id est, Caluarie, in quadragesimo primo Psalmo competentibus disputatur. Et vt sciamus textum cantici titulo conuenire, mutationem de alio in aliud dicit, vt filia cui precipitur, vt antiqui parentis obliuiscatur, regis se amplexibus pareat. Victorem autem esse, qui dicit: Confidite, ego vici mundum: & ad quem ista adolescentis oratio est, à te victoria, & sapientia, & gloria, & ego tuus seruus: profectò nouit qui Domino vincente superauit, & est particeps triumphorum eius: & qui immarcescibilem gloriæ coronam de candore bonorum operum, & de veritate virtutum texuit saluatori. Hæc Hieronymus, secutus translationem Septuaginta, sed ita, vt non omittat interpretationem eius quod ipse maluit vertere ex Hebræo: Victori pro lilijs, dum innuit per victorem Dominum IESVM CHRISVVM esse intelligendum: per lilia verò, cadorem bonorum operum, & virtutum veritatem. Vt itaque compendiò dicam, titulus ex Hebræo ad verbum hoc modo translatus, Victori pro lilijs, filiorum Core intellectus, canticum amorum, hanc habet sententiam, psalmus hic datus est victori, hoc est, præfecto cantorum, vt ille mādaret filijs Core, vt

Mat. 4.  
Luc. 8.

Esa. 43.  
Mat. 17.

Iohan.

re, vt canerent eum pro lilijs. Dicitur autem **לְמַנְצַח**, id est, intellectus, propter mysteriorum arcana: & canticum amorū, hoc est, carmen amatorium siue epithalamiū, quippe de amore & nuptijs sponsi Christi, & sponsæ Ecclesiæ cantatum. Septuaginta illud **שׁוֹשַׁנִּים** verterunt **ἀλλουθουμίνων**, id est, qui commutabuntur, arbitrati deductum esse à **שׁוֹנָה**, quod significat mutare, siue alterare. Cateri, lilijs, **שׁוֹנָה** significet liliū, à numero foliorū, quod habeat **שׁוֹשַׁנִּים**, id est, sex folia, auctore Dauid Kimhi. Quòd ad mysteriū attinet, Victor ille Christus est, qui & præfectus est & antistes omnium eorum, qui spiritualibus canticis Deum collaudant. Hi dicuntur filij Core, hoc est, caluarie, quòd victor ipse in monte Caluarie obdormiscens, præbuerit latissimum aperendum, è quo formata est sponsa eius Ecclesia, vera illa Eua, omnium viuendum mater. Et quia sponsam hanc mirabili amore complexus est, & vicissim amatus ab illa, de hoc ipso amore inscriptum est canticum amorum. Canitur autem pro lilijs, hoc est, lilijs, qui candore & innocentia vitæ, & charitatis, bonorumque operum fragrantia ornant exhilarantque domum nuptialem huius sponsi & sponsæ. Hæc de titulo dixisse, non erit (ni fallor) inutile.

ARGVMENTVM. PSALMI.

Constat hic Psalmus quatuor partibus. Prima proœmium est, quo excitat auditorem, quum iubet expectare verbum bonū: & carmina sua, quæ vocat opera, regi quem laudaturus est, dedicat, atque linguæ suæ organum illi regendum commendat. Hæc pars duobus primis versibus absoluitur. Secunda, cuius initium est, Speciosus forma præ filijs hominum, continet præclaram descriptionem sponsæ. Huius initium est, Adstitit regina à dextris tuis &c. Quarta, huius tam suspiciendi admirandique coniugij sobolem & posteritatem, quam dicit in æternum regnaturā. Huius initium est, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Atque hi filij sunt illa lilia, aut iuxta Septuaginta translationem, illi qui immutabuntur, quorum in titulo fit mentio.

EXPOSITIO PSALMI.

**Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi.** Exordium siue proœmiū est, vt iam in argumento dixi: verbū Hebræū **שׁוֹנָה** non malè translulerunt LXX. **ἐκρούσθη**, hoc est, eructauit: quo significat Propheta, se Psalmum hunc non humano sensu, sed afflatu spiritus sancti, cor suum replentis & incitantis, canere. Quemadmodum enim eructatio

non hominis arbitrio, sed spiritus, intus in vetriculo concepti, & eluctantis, impulsu fit, suoque odore prodit, quo cibo ac potu ventriculum suum repleuerit homo ille: ita qui loquitur Prophetiam, non ex sui sensus ratiocinatione, sed ex afflatu spiritus cor occupantis, loquitur. Quandoquidē autē spiritus ille cor hominis occupat, rectè dixit, *Eructauit cor meum*. Per verbum bonum, ipsum carmen intelligit, quod de nuptijs huius sponsi & sponsæ canit, atq; tanq̄ Euangelium annūciat. Hoc plurimum differt ab illorum hominum carminibus & verbis, quorum corda occupauit spiritus ille veneris & cupido cecus. Qui tales sunt, illi eructant verba pessima, & pestilentissimum spiritum. Bonus homo (inquit apud Euangelistam Dominus) de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Illud verò rectè admonet in hunc prophetiæ locum Chrysostomus, quòd prophete non erant sicut vates. Illic enim quandò demon animam inuaserit, orbat mentem ac cogitationem, & rationem obscurat, & ita omnia ore suo loquuntur, mente nihil eorum intelligente que loquuntur, non secus ac si tibia aliqua inanimata loquatur. Hoc etiam dixit aliquis eorum qui sunt apud ipsos, philosophorum, ita dicens: Quemadmodum ij qui responsa cantit, & vates, multa quidem dicunt, eorum autem que dicunt, nihil sciunt. Sed non ita facit sanctus spiritus: sed permittit vt cor cognoscat que dicuntur. Si enim non cognosceret, quomodò diceret, quòd eructat verbum bonum? Demon enim, vt potè hostis & inimicus, cum hominum natura bellum gerit: Spiritus autem sanctus, vt qui curam gerat, & beneficio afficiat: facit, vt qui suscipiūt, sint sensus participes: & cum illorū intelligentia reuelat q̄ dicuntur. Illud tamen nolim dissimulare, q̄ nonnunq̄ spiritus sanctus prophetias loquitur, etiam per homines impios. Hos nonnunq̄ non intelligere ea q̄ per ipsos loquitur spiritus, non est incredibile. Et Iohan. 11. quū dixisset Caiphas, Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gens peat, subijcit Euāgelista: hoc autē à semetipso nō dixit, sed quū esset pōtifex anni illius, pphetauit q̄ Iesus moriturus erat p gente: & non tantum p gente, sed vt etiam filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Hic si suam prophetiam intellexisset, haud dubiè se aliter in eo negotio gessisset. Si em̄ cognouissent, inquit Apostolus, nūquam Dñm glorię crucifixissent, 1. Corin. 2. *Dico ego opera mea regi.* hoc est, profero carmen hoc

FF a meum

meum prophetiam, in honorem & laudem eius qui est rex regum. Neque enim cuius regi dicit opa sua, sed illi singulari, qui verè est rex omnium. Hoc significat additus apud Hebræos articulus. Neq; em simpliciter scriptū  $\text{קָרָא}$ , sed  $\text{קָרָאָה}$ : quod secuti LXX. translulerunt,  $\text{καὶ βασιλέω}$ . Latinus interpres non potuit eam orationis vim exprimere; quòd hæc lingua non habeat eiusmodi articulos.

*Lingua mea calamus scriba, velociter scribon-* *ti*. Ex his verbis indicat, ea quæ dicuntur, nõ esse ab homine excogitata, meditata, & cõposita, inquit Chrysofomus: sed ea esse diuinæ gratiæ: & se tamen linguam eis commodasse. Quasi dicat: Ille qui commouit siue inebriauit cor meum, ad eructandum verbum bonũ, vtitur linguã mea ad proferendũ ea q̄ suggestit cordi, tanquã scriba aliquis vtitur calamo ad scribendum: scriba, inquam, non indoctus aut alioqui tardus, quem excogitatio eorum quæ scripturus sit, remoretur: sed qui omnia in promptu habens, scribat velocissimè. Quid enim aut latere, aut remorari queat spiritum Domini? Quã obrem vetuit suos discipulos esse sollicitos, quibus verbis se defenderent producti ad principes atq; tyrannos huius mundi. Cũ autem tradent vos, inquit, nolite cogitare quomodò aut quid loquamini. dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.

*Speciosus forma prae filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.* Hæc tenens, vt dixi, exordium est huius epithalamij: hinc iam narratio incipit, siue expositio laudum sponsi. Loquitur autem per apostrophen ad ipsum spõsum: quoniã principid laudat à pulchritudine. Hæc em in sponso & sponsa solet præcipuè delectare spectantium oculos. Speciosus forma, inquit, prae filijs hominum: hoc est, formosus es tu, ac speciosus supra omnes oim hoim filios. Sed mouent hoc loco viri cælestis huius doctrinæ, studiosi quæstionem minimè absurdam, quæ posita sint hæc huius nostri prophætæ verba, constare cum illis Esa. cap. 53. Non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat adpectus & c. Respondemus, iuxta sancti Hieronymi sententiam, longè aliud esse epithalamij canere, quod hic facit citharædus noster Dauid, atquè  $\text{ἐπιθάλμιος}$ , quod illic Esaias: Ille enim Dominum Iesum eo loco talem est, contemplatus, qualis cædentium flagris, expuentium in faciem eius saluis, crucifigentium clauis,

insultantium conuicijs & probris, ceterisque iniurijs & contumelijs deformatus, erat futurus. Noster autem hic extra omnes illas afflictiones contemplatus est eum, nimirum ex illo sacrosancto corpore vndiq; virtutum radios exerentem, quales in eo sensisse Iohannes Baptista creditur, quum venienti ad baptismum diceret: ego à debeo baptizari, & tu venis ad me? Quin Diuus Hieronymus ait: Nisi habuisset & in vultu quiddam sidereum, nunquã eum statim secuti fuissent Apostoli: nec qui ad comprehendendum eum venerant, corruiissent. Sed nemo mortalium vidit illum speciosiorẽ, quã Petrus, Iacobus, & Iohannes in monte, quandò transfiguratus est ante eos, & respendit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Illa specie captus & absorptus Petrus, exclamauit: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, & c. Illud disertè admonent Hieronymus & Chrysofomus, non minùs nostrum hunc Prophetam de humana Christi natura loqui, quum ait, Speciosus forma prae filijs hominum: quã Esaias, quum diceret, Non est species ei, neq; decor: Nam speciem diuinæ eius naturæ comparare cum specie filiorum hominum, absurdum videatur, quòd illa hanc in infinitum superet. Tametsi Basilius Magnus aliter loqui videtur. Augustinus non dubitauit dicere, etiam in illis ipsis afflictionibus, de quibus loquitur Esaias, formosissimum fuisse: sed illis, qui contemplabantur eum non oculis Iudaicis, id est, carnalibus, sed oculis spiritibus, id est, fidei. Iudæi vulnera carnis intuebantur, quibus erat horribiliter deformatus: nos intuemur sacrosanctæ illius mētis virtutes, è quibus omnibus illi ineffabilis erga nos amioris carbunculi relucens, incredibili, eademq; saluberrima voluptate contemplantium oculos ad se conuertunt ac detinent. Squalebat quidem illud sacrosanctum corpus liuore plagarum, clauorum, spinarum, flagrorumque vulneribus, & concreto per vniuersam cutem sanguine: sed respendit summa innocentia, castitate, atq; ab omni vitiorum labe puritate perfectissima. Hæc gratissimo spectaculo sanctorum oculos pacitur: illa hominum carnalium & impiorum oculos offendunt, atq; à Christo deterrent. Pergã, si prius illud admonuero, pro eo quod ait interpres, *speciosus forma* in Hebræo verbũ esse duplicatum, cuius virtutem nullus interpres satis exactè reddere queat,  $\text{קָרָאָה}$ , quod significat insigni quadam pulchritudine excellere, idq; lógissimè. Porrò quòd nonnulli

verbum

verbum hoc, *speciosus forma*, referunt ad calamus scribæ, hoc est, linguam, id neq; Basilio, neq; Chrysofomo, neq; Hieronymo placet.

*Diffusa est gratia in labijs tuis.* Pulcherrimũ in viro ornametum est gratia sermonis: quod nõ ignorauerunt etiã poëtæ ethnici, qui quos maximoperè voluerunt excellere, his tribuerunt eximiam aliquam eloquentiam, vt Homerus Nestori & Vlyssi, Vergilius suo Aeneæ. Ceterum etiam si vera fuissent ea, quæ illi quanta excogitare potuerunt, sunt ementiti, nihil tamẽ fuissent ad hanc, quæ in huius sponsi labijs residens, diffusa est gratia sermonis. De Nestore quidem sic ait Homerus:

$\text{τῷ, καὶ ἐπὶ γλώσσῃσι μίλιον ἔλαττορ σφὴν ἀνδρῶν.}$

Hoc est, à cuius lingua melle dulciore fluxit oratio. sed audiam⁹ quid de nostro hoc sponso Esaias propheta: Quomodò descendit imber & nix de caelo, & illuc vltra nõ reuertitur, sed inebriat terrã, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti: sic erit verbũ meũ, quod egredietur de ore meo: Nõ reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quæcumq; volui, & prosperabit in ijs ad quæ nisi illud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: Montes & colles cantabunt coram vobis laudẽ, & omnia ligna regionis plaudent manu, & c. In hunc sponsum non vnã aliquam suæ gratiæ partem effudit Deus pater, sed sinè mensura vniuersam, vt, quemadmodum ait Iohannes, de plenitudine eius acceperimus nos omnes. Quã dulcem huius orationem esse putamus, de quo sic loquitur sponsa: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est? Sed hoc non tam orationis, quã intus concepti amoris virtute factũ arguetur aliquis. Audiamus itaque quid de gratia sermonũ eius dicant etiam inimici. Venerunt enim ministri, qui missi erant, vt comprehenderent eum, ad pōtiffices & pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquã sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Vndè sic pergit propheta: *propterea benedixit te Deus in æternum.* Quum audis, *Benedixit te Deus*, intelligis prophætã loqui de humana Christi natura, vt monet Chrysofom⁹. Hæc enim benedictionẽ accepit à Deo, quum diuina nõ habeat opus benedictione, quòd ipsa sit super omnia benedicta, atque omnis benedictionis fons & origo. Est enim hoc loco benedicere, diuitè, potentem, beatum & laudabilem facere. Nec displicet mihi hoc loco verbũ Nicolai Lyran: Ista benedictio, inquit, est gloriæ corporis collatio, & ad cælos assumptio: quã nõ habuit Christus à principio, sed ex virtutis merito. Benedixerat gentẽ Iudaicam Deus, quũ daret

terram Palæstinam: sed non in æternum. Christo autẽ, & genti Christiane dedit possessionẽ regni cælorum in æternum. Hoc est quod ait: propterea benedixit te Deus in æternum.

*Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime, specie tua & pulchritudine tua.* Sic apud Hebræos distinguit, vt hucusquẽ tanquã vnus sit versus. Est autem hic tertius locus laudum sponsi. Primus erat à pulchritudine, secundus à gratia linguæ, tertius hic est à potẽtia regni. Porrò regis est gestare gladiũ. Hinc est quod ait, *accingere gladio tuo*, hoc est, amplectere regnum à DEO tibi datum. Nam per gladium  $\text{ουνοκρατίας}$  regnum intelligim⁹, è quo gladio verbi sui tyrannum diabolum erat pulsurus. Pulchrè hæc explicat Euthym. his verbis: Cũ forma speciosum eum esse dixerit & pulchrore, nunc strenuum etiam esse militẽ demonstrat. Et illa quidem signa integritatem eius & doctrinam significabant: hæc verò pugnam eius & certamen denotant aduersus dæmonem. Aduocat enim propheta ad certamen cum dæmone, vt nos, iam diũ peccato captiuos liberaret, & de exuiijs erigat trophæum. Atque vt terribilem ac magis formidabilem dæmonibus eum cõstituat, primò humanum in morem armis eum munit. Milites quippe ensẽ femori accingunt. Armare, inquit, & congregare in pugna aduersus tyrannum. Per arma autem, Christi facultatem puniendi intelligimus, qua contra inimicos suos vti solet. Potentè verò eum appellat, ob vnitam ac coniunctam diuinitatem.

*Specie tua & pulchritudine tua.* Et hoc interpretatur Euthymius his verbis: Accingere, inquit, gladio tuo simul cũ decore & pulchritudine tua, vt gladio inimicos terreas, & virtutum pulchritudine amicos trahas. Nec ab re est, speciẽ & pulchritudinẽ idẽ significare. Vel per gladium, Dei verbũ, & per femur, incarnationem intellige: quæ incarnatio iuxta alium sensum dictionis Græcæ, facta est in tempestiuitate, hoc est, in tempore opportuno. dicitio em  $\text{ἀπὸ τοῦ θεοῦ}$  & speciem (hoc est, pulchritudinem) significat, & tempestiuitatem. Hæc Euthymius, secutus in hoc, presertim postremo, Basiliũ Magnũ, qui ait  $\text{ἀπὸ τοῦ θεοῦ}$  id est, speciosum id dici, quod temporis opportunitati quadrat ac seruit, ad propriam consequendam perfectionẽ, quæ admodum speciosum seu tempestiuũ frumentũ: & messium tẽpestiuitas & fructuũ, quãdò ad maturitatis pfectionẽ per anni tẽp⁹ & ad vsum venit. καλῶς verò, hoc est, pulchrum, in membrorũ cõpositione & harmonia, gratia vigens. Hieronymus hunc versum ex Hebræo trãstulit ad verbũ hoc modo: *Accingere gladio tuo super femur fortissime,*



gloria & decore tuo. Quod quidam admonēt per appositionem accipi posse, hoc sensu: accingere gladio tuo, qui gladius est gloria tua & decore tuus, quippe quo deuictis hostibus decus & gloria tibi comparabis. Porro femur, Hieronymus ad virginem scribens, nuptiarū opera interpretatur: eamque interpretationem ita concludit: Gloria ergo & decore suo, siue specie & pulchritudine diuinitatis suae, carnis opera mortificans: & natus ex virgine, futuris virginibus virginitatis princeps fuit. Sic itaque apud Hebræos distinguitur, vt *specie tua & pulchritudine tua*, sit posterior pars huius versūs. Qui verò iam sequitur, incipit ab eadem dictione, in qua hic definit, hoc modo:

*Et pulchritudine tua in me prosperè procede & regna.* Tamen hic apud Hebræos nō est à sequeti distinctus, sed continē legif hoc modo:

*Et pulchritudine tua intende prosperè procede & regna: propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.* In his nulla est difficultas. Significat enim, siue indicat propheta, quibus virtutibus Christus deuicturus sit hostem, & regno à patre sibi destinato potiturus. Verba duntaxat paulò aliter ex Hebræo sonāt. Hieronymus translulit hoc modo: Et decore tuo prosperè ascendē, propter verbū veritatis, mansuetudinem iustitiæ: & docebit te terribilia dextera tua. Huius translationis eandē esse sententiam quam nostrae, qua vulgò vtimur, monuit ipse Hieron. Cohortat autē his verbis more panegyrici propheta (quod idē Hieron. admonet) armatū ad preliū, vt semel arrepta bella nō deserat, & sup hostium strages victor incedens, praearet sibi regnum in his, quos de diaboli potestate suo copulauit imperio. Oporteret autē sic intelligere, inquit Basilius, quod postq̄ in mēdacio sunt res humane, vt feras veritatem, regna in hominibus peccato subiectis: vt quū tu sis ipsa veritas & mansuetudo, omnes exemplo tuo in mansuetudinē & bonitatem reducātur: breuiter, tua virtute, quicquid voles, efficias: regnes ac domineris sup omnes, qui tuo imperio vnquam restiterunt: ita fiet, vt dextera illa tua inuicta, mirabiliter deducat te ad fastigiū regni, siue (vt ex Hebræo) terribilia doceat, hoc est, omnibus manifestū faciat, quanta sit potētia tua, & quā formidabilis omnibus tibi resistere conantibus. Nec mirum est, tam prosperum esse & gloriosum belli euentū, quū cum tibi scopū seu finem pponas. Tyranni huius mundi pponūt sibi magna dominia, opes, & voluptatem quam capiunt ex inimicorū suorum strage & sanguine. Tu verò pugnas p veritate, vt eam plantes in terra: & pro mansuetudine, vt eos qui sunt feris immanio-

res, mansuetos efficias: & eos in quos tyrānidē exercet iniquitas, iustos facias, primum quidē ex gratia, deindē ex rectē factis. Sic Chrysoft.

*Sagittae tuae acutae (populi sub cadent) in corda inimicorum regis.* Hyperbaton est in hoc versu, transgressio Latine. Ordo & sensus est, *Sagittae tuae acutae* (subaudi, penetrabunt) *in corda inimicorum regis*, hoc est, inimicorum tuorum, qui ex rex: populi sub te cadent. Vel hoc modo: *Sagittae tuae acutae cadent in corda inimicorum regis: populi sub te, sub. cadent*: vt verbū, *cadent*, per zeugma referatur ad vtrunque membrum. Porro per sagittas intelligimus verba doctrinae, quae dum per linguam neruum excussae, cadunt seu inuolant in corda inimicorum regis, qui est Christus, salubriter eos vulnerant, vt cōuersi à tyranno diabolo, subiiciant se regi regum ac domino dominantū. De his sagittis etiam in 119 ait: *Sagittae potentis acutae, cum carbonibus desolatorijs.* Quin etiam rex ipse patris est iaculū. Sic enim apud Esaiam loquitur: *Posuit me quasi sagittā electā: in pharetra sua abscondit me.* Ipse etiam Apostoli sagittae quaedam fuerūt, quibus corda inimicorum vulnerauit.

*Sedes tua Deus in seculo seculi: virga directio- nis, virga regni tui.* Per sedem intelligit thronū regium, & per consequens regnū ipsum, vt sit sensus: Regnū tuū erit aeternū. Hoc est quod etiam apud Daniele ca. 7. legimus: *Potestas eius potestas aeterna quae non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.* Vnde & angelus ad Mariam: *Et regnabit super domū Iacob in secula, & regni eius nō erit finis.* Praeterea obseruandum est, quod propheta hic sponsum, hoc est, Christū, vocat Deum, spiritu prophético edoctus, praedicens illum fore nō solum hominē, verum etiam Deum. Virgā regni, sceptrum intelligit. Quod id vocat virgam directionis, hoc est, sceptrum iustitiæ, significat regnum eius cum summa iustitia fore coniūctum. Neque enim cōniebit rex ille ad principū, potentium, ac diuitem flagitia tyrannica, vt opprimāt pauperes, & innocentiū sanguinē fundant. Nā tales tyrannos non admittit in regnū suum, sed ad illū tyrannorū tyrannum diabolus reijcit. Iustos esse necesse est eos, quos noster hic rex in suū regnū est recepturus. Hinc est quod sequitur apud prophetam:

*Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae praefortibus tuis.* De dilectiōe hac iustitiæ, & odio iniquitatis, pulchrē disserit in hunc locum Augustinus, grauius admonens nos, vt in hoc imitemur regem hunc nostrum, diligendo videlicet iustitiam, quā ipse in nobis formauit, & odiendo iniquitatem, cuius nos ipsi sumus

autho-

authores: atque vt peccata nostra puniamus ipsi in nobis, nē puniat ille, quia nō possunt impunita manere. Quemadmodum autem in superiori versu sponsum expressē nominauit deū, quum diceret, *sedes tua Deus in seculo seculi*: ita in hoc satis manifestē ostendit, eundem esse verē hominem. Vnctiō enim accepit, nō vt Deus, sed vt homo: quum D E O, quatenus Deus est, nulla possit accidere vnctiō. Neque tamē quis arbitretur duos esse diuersos, & nō vnū eundemque Christū, de quo dixit, *Sedes tua Deus in seculo seculi*, & hunc de quo, *Dilexisti iustitiam* &c. etiam in hoc ipso versu, in quo per vnctiōnem indicat hominē esse, Deum quoque appellat, quū ait, *Deus Deus tuus*. Duas enim personas (vt ait Hieronymus) eius qui vnctus est, (hoc est, personā filij dei) & qui vnxit, (hoc est, patris) intellige. Vnde & Aquila *וְיָחִידֵנוּ* verbū Hebraicum, non nominatiuo casu, sed vocatiuo interpretatur, dicens, *Dei* Sicutque ordinabis & interpretaberis: O deus fili, tu etiam ea parte qua homo es, *dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea Deus pater vnxit te*, hoc est, humanitatem tuam, *oleo laetitiae praefortibus tuis*: quod oleum nihil aliud est, quā spiritus sanctus. Vnde ipse dixit: *Spiritus Domini super me, eō quod vnxit me.* Lucā 4. ex Esaiā 61. Et Petrus Actorū 10. Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eum deus spiritu sancto & virtute. Hunc spiritum vocat oleum, quod in Sacramento vnctiōnis, oleum sit signum spiritus sancti: res autem significata & necessaria, spiritus ipse. Oleum porro laetitiae, siue (vt ex Hebræo Hieronymus) exultationis, quia hoc demum est verum ac solidum gaudium, quo tanquā inebriantur illi, qui hunc spiritum hauriunt. Hoc & Apostolus sensit, ad Galatas scribens hoc modo: *Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, &c.* Hoc, inquam, oleo vnctus est Dominus Iesus in humana sua natura, siue loquitur Nicolaus Lyranus) ab instanti creationis animae, siue (vt Chrysostomus) quando tanquā in columbae specie spiritus super eū venit. Vnctus est autem praefortibus suis, hoc est, supra omnes quicumque vnquā participes facti sunt eius vnctiōnis. Hi enim partes duntaxat acceperunt, hoc est, certa quaedā dona illius spiritus, prout ipsi spiritui placuit dare vnicique. Super Iesum autem sinē mensura totus ille spiritus cum vnueris donis suis effusus est: vt sit verbum illud caro factum, plenum gratiae & veritatis, ad eū de plenitudine eius nos omnes acceperimus.

*Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis à demibus eburneis, ex quibus deleuerunt te siliæ regum in honore tuo.* Recenset aliquot aroma-

ta, quibus vnguenta suauissimi odoris fiunt. De myrrha vidē Plinium lib. 12. cap. 15. & 16. gignitur in multis locis Arabia: arbori altitudo ad quinque cubita, inquit Plinius. Hanc olim in sepulturis adhiberi solitam fuisse, vel ex illo Iohannis Euangelista intelligimus, vbi de sepultura domini loquens, ait: *Venit autē*

Iohan. 19.

& Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primū, ferens mixturam myrrhae & aloës quasi libras centum. Porro gutta, Graecè *καρυδά*, vnguentum est preciosissimum, vel ex myrrhae arbore spontē sudans, priusquam incidatur, cui nulla praefert, authore Plinio: vel ex myrrhae flore expressum, quod etiam eximij cuiusdam odoris est, & magni precij, si credimus Dioscoridi. Sed nobis abundē satis est Basilij Magni sententia, qui in hunc locum commentatus est hoc modo: *Gutta verò & ipsa myrrhae species est tenuissima.* Ex hoc enim aromate contuso, omne quod exit liquidum, in guttam separatur: reliquū quod restat crassius, myrrha appellatur. Itaque Christi quidem odor myrrham ob mortem spirat: guttam verò, quod non immobilis nec ociosus in sepulcro permāserit, sed illis diebus ac noctibus in infernū descenderit, ac omnia circa resurrectionē mysteria, nē quid eorum quae ab ipso agenda erant, relinqueretur, absoluerit. Haec de myrrha & gutta. Tertium aroma hic apud prophetam, est casia: frutex videlicet in Arabū regione media nascens, authore Theophrasto, tenui cute verius quā cortice, vt inquit Plinius. Amplitudo fruticis trium digitorum. Sed varia sunt eius genera: de quibus Plinius, Dioscorides, Hermolaus, & alij qui de plantis scripserunt. Diuus Hieronymus ait prophetam loqui de ea quae ab alijs *σάπυρα* id est, fistula nuncupatur: quam tamen admonet eruditi quidam non esse eam, quam nunc vtuntur medici ad expurgandum bilem vltam, Cassiam fistulam nominātes, quod hanc putent antiquis illis medicis fuisse ignotam: sed quae lignea dicitur, & aromatica. Quanquā & ea de qua Hieronymus intelligit, expurgandi vim habet. Sic enim scribit: *Casia est ipsa quae ab alijs σάπυρα, id est, fistula nuncupatur, vocalis in laudes D E I, & omnes pituitas & rheumata voluptatum suo calore excoquens.* Illud verò nolim praeterire, quod & Diuus Hieronymus admonet, vbi in nostris codicibus scriptum est, *gutta*, vel *stacte*, in Hebræo legi *שֶׁמֶן הַשֵּׁמֶן*: quod plerique aloen interpretantur: vt cōsonet ei quod scribit Iohannes Euangelista, Nicodemum venisse, & attulisse mixturam myrrhae & aloës quasi libras centū. Dauid Kimhi opinatur id esse quod Arabicè dicitur *Sandal*, nostri pharmaco-

macopolæ sandalum vocat vulgò: quidam citrum esse putant. Non est meum pronunciaré, quænam harum interpretationum sit verissima: nisi quòd animus magis propendet ad eam quæ est Hieronymi, quòd consonet verbis Euangelistæ, & quòd sponfus ad sponsam Cant. 4. enumerans aromata & vnguenta, inter cetera dicit: Myrrha & aloë cum omnibus vnguentis primis. Qui more Iudaico literè inhærentes, Psalmũ hunc interpretantur de rege Salomone, aiunt eũ hîc cõmendari à splendore & fragrantia vestium: quibus illum insignem fuisse, etiam ex Euangelio Matthæi colligere est, vbi scribit dominum docuisse abijcere sollicitudinem de rebus vitæ huic necessarijs, his verbis: Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodò crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Nam hac comparatione non esset vsus, nisi constitisset Salomonem illis fuisse supra omnes homines conspicuum. Legimus etiam de vnguento in Psal. 132. quod descendit in barbam Aaron, & in orã vestimenti eius. Et apud Euangelistas de eo quod mulier effudit in caput Iesu, & quo pedes eius vnxit: cuius odore tota domus repleta fuit. Sed quicquid istiusmodi vñtionũ in Biblijs sacris factũ esse legimus, id maximarũ rerum habet mysteria. Noster Salomõ, Christus est: qui & Aaron noster. Vestimentum eius, est ipsa humanitas, quam induit, & qua se textit vñtias: cui vestimento nos omnes, quotquot in Ecclesia eius permanemus, sumus in-texti. Porro vnguentũ in caput, hoc est, ipsum Christum effusum, spiritus est, vt antè dixim⁹, qui diffiuxit in totam vestem, etiam extremã eius orã, vt nemo sit in tota Ecclesia Dei, fortis tam abiectæ, qui non sit delibutus hoc vnguento. Hinc, ni fallor, est quod ait Apostolus: Christi bonus odor sumus Deo, in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortẽ, alijs autem odor vitæ in vitam. Neque verò temerè factum esse indicat Hieronymus, quòd ppheta inter hæc aromata primum locum dedit myrrhæ. Ait enim: Initium vestimentorũ Christi est suscipere mortem illius & in sua carne monstrare. Vtinã hoc itã, vt generosos illius sponsi filios decet, facerem⁹, memores nimirũ, quòd patri nostro spõso in baptisinate conspulti, & huic mundo mortui, nihil aliud nisi cœlestia cogitarem⁹. Nam hac ratione gratissimũ illi texeremus indumentum, adeoq; templum illi efficerem⁹ splendidissimum. Hoc est enim quod sequitur: *Et à domibus eburneis.* Porro ebur, siue ebor, (vtrunq; enim dicitur) ele-

phanti dens est, quasi è barro, id est, elephantē productus, aushore Seruio. Et Plinius li. 3. cap. 3. ait solum dentẽ ex elephante esse ebur. Horum autem dentium raram amplitudinem reperiri, præterquam ex India: eosdemque in nostro orbe celsisse luxuriã. Luxuriam hæc perstrinxit Horatius lib. 2. carminum, ode 18. his verbis:

Non ebur, neque aureum  
Mea renidet in domo lacunar.

Legimus & in 3. Regum cap. vltimo, regem Achab ædificasse domum eburneam. De templo quidem à Salomone constructo, & palatio, horumq; magnificentia & splendore, multa scripta sunt lib. 3. Regum cap. 5. 6. & 7. Nihil tamen in illis ex ebone factũ inuenimus, præter thronum, de quo cap. 10. eiusdem libri sic scriptum est: Fecit etiam rex Salomon thronũ de ebone grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus, &c. De quo & 2. Paralip. 9. Et Amos 3. scriptum est: *וְיָבִיטוּ בְּיָמָיו בְּבָרִיךְ אֶתְּמָרִים, i. peribunt domus eburneæ.* Ceterũ in hoc loco Psalmi pro *בְּבָרִיךְ אֶתְּמָרִים*, quod propriè significat domus, scriptum est *וְיָבִיטוּ בְּבָרִיךְ אֶתְּמָרִים*, quod non quasuis domus, aut vulgares significat, sed magnificas & splendidas: vnde alij transtulerunt, è palatijs eburneis: alij, è templis eburneis: Hieronym⁹ ad Principiam Virginem, verbum è verbo, de templo dentium: quòd ebur nihil aliud sit, quàm dens elephanti. Neq; Septuaginta transtulerunt, *ἐπι δὲ δάμων*, neq; *ἐπὶ δὲ δάμων*, sed *ἐπὶ δὲ βαρῖνος*: quod non à vulgaribus, sed insignibus, seu grandibus ædibus significat, siue templis. Quin diuus Hieronymus auctor est, *βαρῖνος* verbum esse *ἐπιχρύσιον* Palæstinae, id est, quo tanquam vernaculo in Palæstina passim vtantur, atque etiam nũm suo tempore: ac domus ex omni parte conclusas, & in modum ædificatas turrium ac mœnium publicorum, *βαρῖνος*, appellari. Quapropter Iohannes Chrysostomus non dubitauit hæc de Christo simpliciter interpretari hoc modo: Postquàm dixit quæ rectè gessit, dicit etiã honorem, qui præclara eius facta consecutus est, nempe quòd preciosissimis templis sit adorandus: & quòd prædicatio non solum ad priuatos sit peruertura, verũ etiam ad reges, qui magnificas ædes & basilicas in honorem Christi sint extructuri, id quod per totum terrarũ orbem factum esse cernimus. Tametsi hac magnificentia templorum non tam delectatur Christus, quàm puritate tabernaculi sui, quæ est Ecclesia credentium: si horum pectora videat ebone castitatis, auro charitatis, cæterarumq; virtutũ splendore nitere, atq; mutuat inter

inter se beneficentiã fragrore suaviter spirare. Vnde quod sequitur,

*Ex quibus delectauerunt te filia regum in honore tuo:* Potest intelligi vel simpliciter de nobilibus fœminis, quales in Euangelio legimus ipsum etiam Christum in carne secutas fuisse,

Luc. 8. & ministrasse illi de substantijs suis: & quales quæ comparatis aromatibus, venerunt ad sepulcrum vt vngeret eum. Item quales postea Barbara, Catharina, aliãq; innumere martyres: quales Helena & Elizabeth, harumq; similes multæ, q; etiam sumptuosissima templa, & magnis opib⁹ ditata ad sustentandũ in eis clerum, erexerunt in honorem Christi: Vel pertropum in genere de animabus omnium eorum, quos apostoli & viri apostolici, tanq; reges & principes à Deo constituti, per prædicationem verbi genuerunt Christo. Pro eo quod noster interpres dixit, *in honore tuo*: Hebraicè est *בְּכָבוֹדְךָ*, id est, in splendide tuis:

vel, vt quidam transtulerunt, inter inclytas tuas, vt sit sensus, inter vxores tuas haud spauca sunt, quæ originem ducunt à regibus. Vxores autè nos spiritualiter intelligamus & animas, quæ Christo spiritualiter nubũt, de quibus ait Apostolus: Despõdi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Neq; enim consentaneum est, hoc tam lætũ epithalamũ de Salomone & eius vxoribus à propheta esse cantatum, quum illum cũ suis vxoribus & concubinis damnet historia regum: Fuerunt (inquit) ei vxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ, Et auerterunt mulieres cor eius. Cumq; iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos, &c. Hoc vt ei gratuletur propheta, nulla est ratio. Ac ne mysteriũ quidem, quod in illis de Salomone latet, quicquã habet gratulatione dignum: sed potiùs lamentatione multa & acerba, iuxta doctorum sententiã in illum locum. Nobis itaq; certum est, prophetã in spiritu de sponso Christo hæc canere. De quo etiam in mysterio Cãt. 6. Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adulescentularum non est numerus. Atq; hæc quidẽ de secũda huius psalmi parte, in qua sponfus ipse describitur: iam ad tertiam, in qua sponsa:

a. Cor. 11. & Reg. 11.

*Adstitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato circumdata varietate.* Tametsi apud Hebræos itã distinguitur, vt illud, *filia regum in honore tuo*, siue in inclytis tuis, referatur ad hæc partem: quasi descriptio sponsi desinat in illud, *ex quibus delectauerunt te*: & subintelligatur, qui illis te honorantes donarunt: Descriptio autem sponsæ, incipiat à comitatu, siue pedissequis eius, hoc modo: Filia regũ in ho-

nore tuo: adstitit regina à dextris tuis, in vestitu &c. Quod Septuaginta, Theodocion, & Sexta editio transtulerunt, *regina*: in Hebræo est *לְשֵׁנָה*, quod coniugium significat, quomodò & Hieronymus transtulit. Sed quantum ad sententiam attinet, parũ interest. Nemo enim dubitat sponsam nostri huius sponsi significari, de qua Cantici Canticorum cap. 6. ait: Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Hanc ait adstitisse à dextris sponsi: quod non parũ dignitatis & felicitatis est. Id elegantissimè explicuit Diuus Hieronymus his verbis: *Quæ filia regum sunt, & in sponsi parantur amplexus, per myrrham & guttam, & casiam, & domos eburneas delectant eum, cuius thronus in seculum seculi est. Quæ autem iam super petram Christũ stabili radice fundata est catholica ecclesia, vna columba, perfecta, & proxima, stat à dextris, & nihil in se finistrum habet.* Hęc Hieronymus. Sed audiamus de eodem quoquẽ aureum illud os Iohannis Chrysostomi: Vidisti, inquit, insignem honorem: vidisti summam dignitatem, quæ conculcata, & quæ in infimum locum deturbata fuerat, in quantam extulerit altitudinem, vt ei assisteret. Cognouisti quæ erat captiua, alienata, metrix, scelerata & execranda, ad quantam dignitatem ascenderit. Cum ministratorijs potestatibus adstitit. filius enim, vt qui sit honore æqualis, sedet à dextris, ipsa verò stetit. *Quantus enim sit regina, est tamẽ creatæ substantiæ.* Hęc Chrysostomus. Legimus tamen & sponsum stare à dextris patris, Actõrum secundo, & sponsam sedere à dextris sponsi. Ait enim Apocalypsis tertio: *Qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut & ego vici, & sedĩ cum patre meo in throno eius.* Neque in Hebræo est *לְשֵׁנָה*, quod significat simpliciter steti: sed *בְּיָמֶיךָ*, quod aliquanto significantius est, putã firmiter stetit: Vnde Chrysostomus obseruauit quendam transtulisse, stabilita est. Quod sequitur, *in vestitu deaurato*: in Hebræo est, *בְּבִגְדֵי אֲזָרָה*, id est, in auro ophir. Erat autem aurum hoc optimum, ex Ophir Indiæ regione aduectũ: cuius fit mentio tertij regum nono, his verbis: *Misitq; Hirã in classe illa seruos suos viros nauticos, & gnaros maris, cum seruis Salomonis qui cũ venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringetorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.* Diuus Hieronymus hoc loco vertit, in diademate aureo. Nam & rabi Salomon *בְּבִגְדֵי אֲזָרָה* interpretatur coronam seu diadema. *אֲזָרָה* autem ipse

Hieronymus admonet esse genus auri, vel à loco Indiae, vel à colore dictum. Stat (inquit Hieronymus) in vestibus deauratis, de sermonibus scripturarum ad sensum transiens, & cunctis plena virtutibus. Porro quod hinc sequitur in translatione nostra, *circumdatus variis*, in Hebræo non est; neque quisquam interpretum transtulit, excepta editione vulgaris, auctore Hieronymo.

*Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* Hucusque (inquit Hieronymus) per prophetam linguam, quam calamo scribenti velociter comparat, loquitur spiritus sanctus, ipsum regem & bellatorem, & Deum sponsumque compellans. Hinc persona patris inducitur, loquentis ad sponsum filij sui, & cohortantis eam, ut veteris gentilitatis & idololatriæ errore contempto, primum his quæ dicuntur attendat: & propter quod de alienigena, filia nominetur. Deinde videat vel ipsa quæ dicuntur, vel vniuersam conditionem, ex visibilibus intelligens inuisibilia, & ex creaturis sentiens creatorem: & diligenter inclinet aurem suam, ut quæ dicuntur, memoriter teneat. Cumque audierit, viderit, & inclinauerit aurem suam, totamque se doctrinam tradiderit, & eorum intelligentiæ quæ dicuntur, obliuiscatur primum populum suum: & cum Abraham de Chaldæa egrediens, relinquat terram natiuitatis & cognationis suæ. Nemo dubitat patrem nostrum, antequam adoptaremur à Deo, fuisse diabolum. Unde saluator ait: Vos ex patre diabolo nati estis. Quum ergo ait, anti qui patris fueris oblita, & talem te exhibueris, de positis pristinis sordibus, ut super fratrem dealbata conscendas, & quam possit diligere filius meus, tum concupiscet rex decorem tuum. Et nò putes vnum esse de turba, à quo amanda es, ipse est rex tuus & dominus tuus. Quia verò interdum qui reges & domini sunt, sunt quidem potestate reges & domini: tamè eiusdè naturæ; cuius sunt illi in quos dominantur & regnant: indico tibi quod & Deus tuus sit, & debeas adorare eum. Septuaginta interpretes non dixerunt, & adorabis eum: sed, adorabunt eum: ut sit sensus, Iste qui te amaturus est, qui tuam pulchritudinem dilecturus, Deus est, & adorandus ab omnibus. Quod de Ecclesia ex gentibus congregata exposuimus, vnusquisque ad se ipsum referat, animamque credentis, quod prioribus vitijs derelictis, adoptetur in filiam, inclinet aurem suam, obliuiscatur veteris conuersationis, & cum Apostolo dimittat mortuorum patrem: & talem se præbeat, qui ametur à rege. Ipse est

enim Dominus eius, cui flectere debeat genua & deposita superbia, iugum humilitatis assumere. Hæc Hieronymus. Nihil tñ vetat cum Iohanne Chrysofomo ita accipere, ut sit vox sponsi, qui sponfam suam etiam filiam appellet, ut è suo latere nata, quum in cruce obdormiuisset. Sciendum autem, quod vbi nostra translatio habet, & adorabunt eum: in Hebræo est *לֵבְיָהוּא*, id est, adora eum. Quinetiam in translatione Græca est verbum secundæ personæ *προσκύνησάτωσαν*, id est, adorabis eum. Præterea quod nostra hæc translatio habet, *quonia ipse est Dominus Deus tuus*: neque in translatione Græca vulgò vsurpata, neque in Hebræo est expressum, *Deus*, sed tantum, quoniam ipse est Dominus tuus. Nisi quod *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ*, i. Dñs tuus, ea forma qua hic positum est, vnum ex nominibus diuinis, forma quiddè pluralis numeri, verbis tamè & adiectiuis nominibus numeri singularis coniungi solitum, quo aut significari tres personas in vno Deo. Vide Galatinum lib. secundo, cap. decimotertio. Legitur tamè in biblijs sacris etiam hac forma hominibus tributum, sed in quibus per mysteria diuini aliquid representatū est: Alioquid de eo qui nihil aliud fuisset quàm homo dominus, dicere potuit Propheta, *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ*, id est, Dominus tuus. Quapropter etià ex hoc colligi potest, psalmum hunc non de Salomone, qui nihil aliud fuit quàm homo, sed de Christo cantatum esse, qui est Deus & homo. Porro quod hæc translatio habet, *quonia ipse est Dominus Deus tuus*: id omnibus manifestum est, nulla ratione de Salomone intelligi posse. Et consonat huic nostræ etiam ea, quæ est sancti Hieronymi ex Hebræo, fortassis propter vim nominis illius *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ*, & eiusdè expositio ad Principiam, ut iam vidimus. Neque aliter legit Augustinus. Quinetiam Basilus Magnus & Euthymius ita in Græco legisse videntur: quod indicat illorū expositio. Chrysofomus tamè non ita legit: sed, quoniam ipse est Dominus tuus.

*Et filia Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Nescio qui factū sit, ut nostra translatio habeat numero plurali, *filia*, quum in Hebræo sit *בת*, & in Græca translatione *θυγάτηρ*, quorum vtrunq; est filia, numero singulari. Euthymius exponit hoc modo: Idola colebat Tyrus, & impiissima inter omnes alias erat ciuitas. Prædicat igitur ipsam etiam Tyrū Christo dona allaturam esse, templorum nimirum constructiones, oblationes, & reliqua, quæ ad diuinum pertinent cultum.

cultum. Erit, inquit, in donis filia Tyri: hoc est, ipsa Tyrus. Est enim idioma Hebraicum: iuxta quod & filiam Babylonis dici legimus, & filiam Sion, & alia huiusmodi multa. Filiam autem ciuitatem appellat ad totius prouinciæ comparationem, cuius ipsa Tyrus est pars. Similem loquendi modum inuenies in fine Psalmi septuagesimisecondi, ibi, Ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion. Hæc est Euthymij, luculenta sanè & erudita, expositio. Cæterum quod in Hebræo scriptum *בַּת צִיּוֹן*, Aquila, Septuaginta, Theodocion, & Quinta editio, interpretati sunt, Filia Tyri, Diuus Hieronymus non est veritus appellare errorem. Atque hunc errorem indè ait esse ortum, quod *צִיּוֹן* interpretari potest & Tyrus, & tribulatio, & fortissimus, siue fortissima, & silex, id est, lapis durissimus. Ipsi verò Hieronymo in sua translatione ex Hebræo placuit verbum hunc totum transferre hoc modo: Et filia fortis, in muneribus faciem tuam deprecabuntur diuites populi. Ad Principiam sic: O filia fortissimi, in muneribus faciem tuam deprecabuntur diuites populi. Hoc deinde exponit his verbis: Nos id ipsum, (puta verbum *צִיּוֹן*, id est, fortissimi) ad Deum retulimus: ut illa cui supra dixerat, Audi filia & vide, filia fortissimi nūcupetur: Aut certè ipsa fortissima sit, quia imitata est fortem patrem, cuius vultum in diuersis muneribus deprecabuntur diuites plebis. Diuites in cunctis operibus bonis & scientia, siue qui diuites putantur in hoc seculo, sapientes huius mundi, & philosophorum disciplinis eruditi. Vel quod melius est, qui antè diuites fuerant, habentes eloquia Dei & testamenta & prophetas, id est, de populo Israel. Ut enim ante saluatoris aduentum, hi qui de Tyro erant, hoc est, de populo gentium, & profelyti esse cupiebant, deprecabantur diuitem populum Israel, & per eos introducebantur in templum: sic post aduentum Domini, quicumque ex Israel credere voluerint, diuites quondam familiaritate & protectione Dei, venient ad filiam Tyri: & offerentes varia dona virtutum, & confessionis in Christum, deprecabuntur eam, ut salutem quæ perdidit in Iudæa, inueniant in gentibus. Hæc ipsius Hieronymi verba.

*Omnia gloria filia regis ab intus in simbrijs aureis, circumamicta variis.* Quonia vultus meminit, & vestitū, & pulchritudinis, nò quis crassior putet illi de his loqui, quæ sunt oculis hominum exposita: quibus diuites huius

mundi vestiti & ornati, tenuibus inopiam ipsorum & paupertatem quodammodo exprobrant, seipsum interpretatur spiritus sanctus, apertè dicens se non loqui de externis illis atque terrenis, quibus crassum hoc & scetidū corpus obtegitur: sed de internis & spiritualibus, quibus anima redimita placet oculis Dei. Omnis gloria filiae regis ab intus, inquit. Gloriam vocat ornatum & splendorem, quo sponsi oculis commendatur: filiam regis, ipsam sponfam dicit. Regem autem, Deum patrem, iuxta Diui Hieronymi expositionem iam antè adductam, & parabolam Euangelicam de rege qui fecit nuptias filio suo. Nisi quis mallet ipsum intelligere sponsum Christum: quod hunc indicauerit Chrysofomus posse & sponsum Ecclesiæ, & patrem dici. Sed prius illud simplicius est. Omnis, inquam, gloria huius sponsæ, sita est non in exterioro illo corporis ornatu, more vulgariū sponstarum: sed intus, hoc est, in animi virtutibus. Diuus Hieronymus admonet, pro eo quod in Septuaginta scriptum est, *in simbrijs aureis*, hoc est, (interprete ipse Hieronymo) ab intus, vel intrinsicus, in quibusdam exemplaribus inueniri *in simbrijs*, id est, ex cogitationibus, hoc est, in interiore homine: eadem videlicet sententia cum superiore, Hebraicè *בְּסִמְבְּרֵי אָזְנוֹ*. Quod sequitur, *In simbrijs aureis, circumamicta variis*: rursus deducit orationem ad corporeas similitudines, postquam crassum auditorem correxit ijs quæ dicta sunt, inquit Chrysofomus. Per simbras aureas, præcepta atque doctrinam sapientiæ intelligimus. Hoc disertè explicat D. Hieronymus, affirmans idè significari per vestem aaron, auro, purpura, cocco, bysso, hyacinthoque contextam: quam fecerunt mulieres, quibus Deus ad texendum dedit sapientiam. De his copiosè scriptum est capite vigesimo octauo Exodi. Et à diuo Hieronymo in Epistola ad Fabiolam. Quod addit, *circumamicta variis*: non ineptè exponunt, vndique varijs virtutum generibus ornata. Nonnulli etiam ad varios ordines ac status hominum in Ecclesia referunt. In Hebræo hæc paulò aliter leguntur distincta. Totus enim versus translatus sonat hoc modo: Omnis gloria filiae regis intus est, ex fascijs aureis vestimentum eius. Deinde quod nostro interpreti finis est versus, *variis*: in Hebræo est initium sequentis, *בְּסִמְבְּרֵי אָזְנוֹ*, id est, in acupictis. Hunc itaque ad verbum sic transluleris: In acupictis deducetur ad regem: virgines post eam amice eius, deducetur tibi. Hoc est, ipsa sponsa deducetur ad regem spon-

sum suum in vestibus acupictis: virgines autem, quæ sunt amicæ aut propinquæ eius, sequentur eam: atque hæc pariter omnes deducuntur, siue adducuntur, tibi ò rex. Diuus Hieronymus transtulit hoc modo: In scutulata ducetur ad regem: virgines sequentur eam amicæ eius, ducuntur illuc. Porro scutulata vestis dicta est à scutulo, quòd orbibus quibusdam seu circulis, quasi scutulis distincta sit. Est autem scutula vasis genus, omnibus notum, quo vel puliculam, vel potiunculam, vel minutal ex olere siue carne apponimus. Tales vestes in Lusitania texi solitas esse, author est Plinius lib. octauo, capite quadragesimo octauo. Quidam pro scutulatis, transferunt phrygijs, alij phrygiatis: quod, quantum ad sententiam attinet, idem est cum eo quod nos vertimus, acupictis. Nā acufacere Idæi Phryges inuenerunt, inquit Plinius, ideoque phrygiones appellati sunt: Scutulis diuidere, Galia. Pro eo quod nostra hæc translatio habet, deducuntur tibi: Hieronymus transtulit, ducuntur illuc: in Hebræo est **וְהַיְדָוּתָא**: quod quare sic maluerit vertere Hieronymus, quàm, Ducuntur tibi, fateor me nõdum intelligere.

*Afferentur tibi in lætitiæ & exultatione: adducuntur in templum regis.* *Afferentur*, dixit interpretes, pro deducuntur. pronomen *tibi*, apud Hebræos hinc non repetitur: sed verbo deducendi maiore cum affectu repetito, ad verbum sonat hoc modo: Deducuntur cum gaudijs & exultatione: ingredientur in palatium regis. Vel, vt Hieronymus, Ducuntur in lætitijs & exultatione: ingredientur thalamum regis. Siue autem hic templum regis transferas, siue regiam, siue palatium, siue thalamum, siue cubile, idem significatur, nempe arctissima beatissimaque coniunctio cum ipso rege. Exprimat quidē propheta in his omnibus morem nuptiarum, in quibus virgines soleat comitari sponsam: idque in gaudijs & exultatione: decet enim nuptias esse lætas. Magna tamen in his latent doctrinæ mysteria. Principiò sunt virgines in vtroque sexu, hi videlicet qui iuxta cõsiliũ Pauli apostoli, vitantes infinitas illas & grauissimas curas & sollicitudines, quæ semp comitantur matrimonium, quantumuis etiam felix, ea duntaxat curant & cogitant, quæ Dei sunt, vt corporis & spiritus sanctitate huic placeant. Qui sinè vxore est, inquit, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quòd placeat vxori. Diuisa sunt

1. Cor. 7.

hec duo, mulier & virgo. In nuptia cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodò placeat viro. Hoc est Apostoli de virginibus consilium, ab ipso crassis, vt ab omnibus intelligi & agnosci queat, argumentis confirmatum. Quis enim non videt, quæ curas & afflictiones secum trahat matrimonium, & quanto hæc sint impedimento his, qui properant ad illam futuræ vitæ gloriam? Qui verò spirituales sunt, ac spiritualibus ducuntur, apud hos vim habet illud in Apocalypsi Iohannis: Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium. Sinè macula enim sunt ante thronum Dei. Item Esaias de Eunuchis, illis nimirum, qui se castrauerunt propter regnũ cælorum, iuxta verbum Domini, Matthæi decimo nono. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodièrunt sabbata mea, & elegerint quæ volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus. Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Ecce quæta vtriusque etiam, huius inquam, & futuræ vitæ, præmia proposita sunt virginibus: vt non immeritò apud veteres illos Ecclesiæ Christianæ patres atque doctores, tam multa legamus in laudem virginittatis scripta, tam crebras & graues ad hanc exhortationes. Quam illorum temporibus plurimi summo studio sunt amplexi, ad eò vt etiam ex coniugio multi mutuo consensu discederent in monasteria. Alij etiam si habitarent simul vt coniuges, à concubitu tamen abstinere: vt Titiana, authore Hieronymo ad Furiam: quales hic per amicas significari putat. Lotharius Francorum rex, quum duxisset Radegundim vxorem, virginem elegantissimam, animaduerso in ea conseruandæ virginittatis proposito, precibus eius acquieuit, vt intactam conseruaret, ac tandem permitteret, vt ingressa monasterium, sumptoque sacro velamine, DEO consecraretur. Cæcilia Gonzaga, principi Vrbinati desponsata, maluit in monasterio virginittatem conseruare, quàm cum marito principe alijs imperare. Nos verò, prò dolor, esse videmur illi, de quibus in

Euange-

Euangelio dicit dominus: Sicut erāt in diebus ante diluuiũ comedetes & bibetes, nubetes & nuptui tradentes, vsq; ad eũ diẽ quo intrauit Noẽ in arcam, & nõ cognouerūt donec venit diluuium, & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis. Tantus erat apud veteres illos Ecclesiæ proceres amor castittatis, vt etiam coniuges plerique discederent in monasteria: Hodie tantus est ardor libidinis, vt etiam illi qui ingressi monasteria, Deo solenniter castittatem vouerunt, violato voto tam sancto, & effraçtis monasteriorum claustris, proruant ad nuptias etiam incestas. Non dico hæc, quòd honestum ac licitum matrimonium damnum: sed quòd me vehementer pudeat ac pigeat nostræ incontinentiæ, (vt atrociora taceam) quotiès ad præcos illos Ecclesiæ mores & castittatem respicio. Alioqui multis nominibus ingens bonum est matrimonium: tum propter prolem, præsertim si hæc piè & spiritualiter ad seruiendum DEO educetur: tum propter mutuam inter coniuges fidem, vt vitetur fornicatio & adulterium, quorum vtrunq; est lethale peccatum: tum propter sacramentum illud magnum, quæ est coniunctio Christi & ecclesiæ. Quapropter qui non continent, habent de quo maximas perpetuò gratias agant Deo, qui incontinentiæ nostræ morbo inestimabili bono medetur. Neque tamen interea vel stulta perfidaque philautia dissimulandum, bonum excellentius esse sanctam virginittatem: neque iniquo liuore inuidendum illis, quibus donum hoc excellentius datum est à Deo. Imò verò, si me audiant adolescentuli & adolescentulæ virgines, adorianatur Dominum Deum precibus, lacrymis, ieiunijs, vigilijs, & quibuscunq; poterunt cultibus pijs, vt vel extorqueant ei donum hoc excellentius, præsertim hisce tam horribilibus horum temporum tempestatibus, quò sint expeditiores ad effugiendum mala quæ iam toti terrarũ orbi videntur imminere. Neq; est quod dubitent se impetraturos, si modò seriò petant. Serio autem se id petere declarauerint, si ipsi vitam suam per sobrietatem, abstinentiam, contemptum ornatũ illius, qui est in vestibus atque totius corporis cultu, per fugam omnis consortij diuersi sexus, per oculorum, aurium, & manuum continentiam, per assidua optimarum literarum, præsertim verò sacrarum, studia, atque id genus exercitia ita composuerint, vt ad capiendum donum tantum sint idonei. Quòd si quis mihi obijciat, quare ego hæc tam diligenter moneam, quæ ipse non obseruauerim? Ab hoc ego

vicissim queram, cuius sit humanittatis, imò cuius fidei, cum tu iam ex alto portum naufragus adspicias, non indicare pelagus ingredientibus, vbi feceris naufragium? præsertim si mercede etiam ad id sis comparatus, vt indices. Quanquam non est hoc naufragium facere, per honestum matrimonium petere nostræ huius nauigationis portum. Sed multo tranquillius & compendiosius nauigant mare, qui eodẽ per sanctam virginittatem contendunt. Hæc non est mea, sed Apostoli Pauli, atque ipsius CHRISTI, doctrina: quam, pro mea in iuuentutem mihi concreditam fide, non debeo dissimulare. Porro qui iam exciderunt à virginittate carnis, aut quibus alioqui placet matrimonium: saltem hoc curent, vt sint virgines corde. Nam & hoc est genus virginittatis, necessarium omnibus ad salutem aspirantibus. Virginittas carnis, corpus intactum est: Virginittas cordis, fides incorrupta. Quemadmodum adultera est omnis anima, quæ relicto DEO vero, conuertit se ad idola, aut ad quascunq; suggestiones diaboli, ad factum ac desideria huius mundi, & ad fœdissimas concupiscentias carnis, vt hisce prosterнат sese: ita virgo est, quæcunq; his omnibus spretis atque reieçtis, totam se conijcit in Dominum Deum: hunc amat, hunc obseruat, omne studium suum eò conuertit, vt huius voluntatem cognoscat ac faciat. Tales virgines Dominus in Euangelio nominat prudentes, ac dignas quæ cum sponso & sponsa ingredientur ad nuptias. Sunt autem & aliæ quinque virgines quidem illæ propter communem cum prudentibus illis fidem: nisi enim crederent sponsum & sponsam, non exirent eis obuiam: sed quia non sumunt secum oleum bonæ conscientiæ, (vt ait Augustinus) quæ sita est in illo amore ac studio per omnia placendi sponso, excluduntur à nuptijs. Oleum habent virgines, inquit Hieronymus, quæ iuxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleum, quæ videntur simili quidem fide Dominum confiteri, sed virtutum opera negligunt. Atq; hætenus de sponso & sponsa, horumque lætissimis nuptijs canentem prophetam, quantum Dominus dedit, exposuimus. Audiamus nunc, quæ de illorum felicissima sobole canit.

*Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.* Dubitant hic, sub cuius persona hæc dicat propheta, vtrum sub DEI patris, an sub sponsi, qui est fili-

us, an sub spiritus sancti, an sub filiorum Coreh. Sed sumamus eandem personam loqui, quæ supra dixit: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum. Vt quemadmodum ibi iubet sponsam renuñciare rebus omnibus paternis, ita hoc loco eandem consoletur à bonis, quæ loco illorum est acceptura à sponso. Ecclesia ex gentibus congregata, olim habuit patres philosophos, verum idololatrias: quorum sapientia, exorta iam luce doctrinæ Euangelicæ, deprehensa est esse mera stultitia: vt hodie videas Christianorum filios, propemodum adhuc infantes, sapientiores barbaris illis & grandæuis magistris. Nihil est autem dulcius parentibus, quàm si videant sapientiam filiorum suorum. Filius sapiens (inquit Salomon) iustificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matris suæ. Quod si sapientiæ accedat etiam dominium, vt fiant principes ac reges, iam habent matres quod serio triumphent. Porro nostra hæc sponsa & mater Ecclesia, non solum pro patribus philosophis ethnicis nacta est eximios sapientia, doctrina, ac dignitate filios Pontifices, episcopos, aliosque pastores & sacrarum scripturarum interpretes, verum etiam pro sanctis patriarchis, Abraham, Isaac & Iacob, Apostolos: qui ex humilibus & indoctis piscatoribus, facti sunt doctores & principes totius orbis terrarum. Atque tales principes, qui non ad paucos annos, vt Alexander ille Macedo, atque id genus tyranni, dominantur: verum iam per mille quingentos annos ita dominantur, vt etiam summi monarchæ mundi huius, ante ossa illorum venerabundi procumbant, desiderantes exosculari vel vestigia pedum eorum. Ad horum leges atque doctrinæ præcepta tanquam ad Lydium (quod dicitur) lapidem reuocatur examinaturque, quicquid in controuersiam venit. Horum tanta est auctoritas & maiestas, vt qui hos audit, ipsum Deum audiat: qui hos spernit, ipsum Deum spernat. Neque verò duntaxat super omnem terram constituti sunt principes, verum etiam super ipsam cælum. Amen dico vobis, inquit, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Porro quod nostra translatio habet, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: in Hebræo est, Pro patribus tuis erunt filij tui. At sensus idem est. Diuus Hieronymus admonet hoc etiam ita posse intelligi: O Ecclesia, filij tui quos genuisti tibi, vertentur in patres tuos, quum de discipulis eos feceris ma-

Pro. 10.

Matth. 18.

giftros, & in sacerdotali gradu omnium testimonio collocaueris.

*Memores erunt nominis tui Domine in omni generatione & generatione.* Hæc iam est ipsius sponsæ vox ad sponsum, promittentis gratitudinem suam & filiorum suorum erga illum, à quo ex tam abiecta humilitate & afflictissima miseria, in tantâ cellitudinem, maiestatem, & gloriam sit exaltata. Sed vitiosum est, quod nostri codices habent, *Memores erunt nominis tui Domine*, quum in Græca translatione sit verbum numeri singularis, personæ primæ מְזַכְּרִים, id est, memor ero, quemadmodum & in Hebræo. Neque expressus est vocatiuus *Domine*, tam in Græca translatione, quàm in Hebræo. Sic autem sonat ex Hebræo, interpretate Hieronymo: Recordabor nominis tui in omni generatione & generationem. Hoc est, ad omnem posteritatem faciam nominis tui mentionem honorificam, qui me talem tibi assumpseris, ita exaltaueris, ac locupletaueris. Neque verò apud surdos id faciam, aut eos qui idem à me discerent, nunquam laudare te desinent. Hinc est enim quod sequitur:

*Propteræ populis constebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.* Hoc est, non solum in terra Palestina laudabunt te, verum etiam in omnibus omnium gentium nationibus. Neque ad breue aliquod momentum durabit ea laudatio, verum in æternum, & si quid ultra æternitate esse aut fingi poterit. Hoc est enim, quod postquam dixit, in æternum, adiecit, in seculum seculi. Quod noster interpres dixit, in æternum & in seculum seculi, Hebraicè breuius dicitur לְעוֹלָם: quod propemodum id est, ac si dicas, in æternum & ultra: Hieronymus vertit, in seculum & in æternum. Significat prorsus absque omni fine. Hoc enim erit exercitium, hæc oblectatio earum virginum, quæ lampadibus oleo quæ instructæ atque paratæ, vnâ cum veniente sponso intrabunt in domum illam nuptialem, vt in ineffabili incomprehensibilique gaudio, in mensa eius, vnâ cum Abraham, Isaac & Iacob, cæterisque pœceribus aulae illius cælestis epulantes, suis epithalamijs in aula thalamo; ei, ipsum cum deo patre & spiritu sancto laudantes perstreperant, idque in æternum. Nulla enim erit illorum gaudio fatietas, nullum fastidium. O quanto perè aduigilandum est nobis, nè veniens sponsum offendat imparatos. O tristem & horribilem vocem, quam audituri sunt illi, qui

qui per oscitantia & ignauiam neglecto oleo, tunc demum ad emendum digressi, venient ianua iam clausa: quibus dicitur est sponsus, Amen dico vobis, nescio vos. Contra verò quàm sibi gratulabuntur, quibus paratis quum venerit, dicitur est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, paratum vobis à constitutione mundi. O stultam execrandamque ignauiam eorum, qui hæc,

dum tempus est, nõ expendunt. O terque quaterque beatam sapientiam illorum, qui ad hæc vigilant in tempore, vt quum venerit sponsum, parati & instructi cum ipso intræt in gaudio & exultatione. Vigilantibus hæc parata sunt, gratia & benignitate ipsius sponsi, cui cum Deo patre & spiritu sancto, laus, honor, gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

## PSALMVS XLV.

**D**eus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt et turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimum. Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus manè diluculo. Conturbatæ sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. Venite et videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ. Arcum conteret et confringet arma, et scuta comburet igni. Vacate et videte quoniam ego sum Deus, exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.

## IN PSALMVM XLV.

## TITVLVS.

לְמִצֵּחַ לְבָנֵי הַדָּוָד עַל עֲלְמוֹת שָׁוִי  
Hoc est, (interprete Hieronymo) Victori filiorum Coreh pro iuuetutibus canticum. Variat etiã in huius tituli expositione coniectura interpretum. Nã quidã opinantur nomen עֲלְמוֹת esse musicum instrumentum, quo propheta voluerit hunc psalmum cani. Septuaginta verterunt, ἡπικρατισμένη, i. pro occultis siue arcanis. Nam verbum עֲלְמוֹת significat occultare, abscondere, & latere: vt indicet propheta, non de rebus vulgaribus se hæc canere, sed de reconditis & arcanis mysterijs. Et tale quiddam indicant ipsius psalmi verba: qualia sunt, turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris &c. Quæ manifestum est non simpliciter, sed per allegoriam esse intelligenda, aut saltem per hyperbolen. Ceterum diuus Hieronymo in hoc quidẽ, placuit idem quod Rabi Salomoni, magnæ apud Iudeos auctoritatis interpreti, nempe עֲלְמוֹת hoc loco si-

gnificare iuuentutes numero plurali. Porro Rabi ille Salomon, necnon alij quidam ex Iudeorũ Rabinis, suspicantur filios Coreh cecinisse hunc psalmum ex occasione illius horrendi terramotus, quo pater illorum cum illa seditiosa turba perijt, vt legimus Numer. 16. ipsi autem seruati sunt, non sine grandi miraculo, de quo Num. vicesimo sexto, sic scriptum est: Et factum est grande miraculum, vt per eunte Coreh, filij eius non perirent. Id miraculum nõ absurdè videtur interpretari idem ille Rabi Salomon, quum filij Coreh in eodem essent loco cum suo patre, nõ tñ consentientes illius seditiosis facinoribus, sed magis reuocare illum inde studentes, dehiscente terra, ac seditiosos illos deuorante, ipsi tanquam in aère suspensi, solo subducto, hæserint, donec illis deuoratis rursus coièrit hiatus. Rabi Salomonis sententiæ cõsonat paraphrasis Chaldaica. Hæc tametsi à viris eximie doctrinæ doctè probabiliterque differunt, mihi tamen psalmum hunc cum superiore conferenti, aliud quiddam non minus placet, & si permittatur mihi

mihī pro mea sententia transferre titulū hunc ex Hebræo, transferam hoc modo:

Victori filiorum Coreh pro virginibus cāticum. Intellego autē de illis virginibus, quarum iam in psalmo præcedente facta est mentio: quæ cum sponso ac sponsa intrabunt ad nuptias cum lætitia & exultatione, vsque in ipsum thalamum regis: prudentes nimirum illæ, quæ exeuntes obuiam sponso ac sponsæ, non neglexerunt oleum sumere secum vnā cum lampadibus. Nam hæc virginēs dum spōsum venturum, sed moram facientem, opperiantur, multis tentationum insultius oppugnantur. Pro his itaque mihi videtur propheta psalmum hunc canere, docens, quā inuictō animo, quanta constantia fiduciaque in Deum oporteat illis tentationibus resistere: illud scientes, quod Deus ipse in medio earum virginum sit, adiuturus eas neque passurus vt commoueantur: neque discessurus ab eis, donec profligatis hostibus cunctis, arcubus eorum contritis, armis omnibus confractis, & scutis igne combustis, bella ab vniuersa terra abstulerit. Hæc mihi videtur esse tituli sententia, & hoc argumentum totius psalmi. Confirmat autem hanc meam sententiam, quod עֲלֵמָה, cuius plurale est עֲלֵמָה, significat propriè virginem, & quidem velatam, siue tectam, hoc est, quæ non tantum foris secundum carnem, sed magis etiam intus secundum spiritum, in ipso cordis arcano, sit virgo. Quamobrem hoc nomine maluisse videtur spiritus sanctus indicare virginem Mariam, matrem Domini nostri Iesu Christi, Esaiæ septimo, quā altero illo כַּתוּרָה, quod etiam significat virginem. Illa enim erat verè velata virgo, quæ quum ratione coniugij & nati filij putaretur mulier, ex viro suo Ioseph enixa filium, re vera fuit incorruptissima purissimaque & carne & spiritu virgo. Iuuatur etiam hæc mea sententia translatione Græca Septuaginta, si quis attendat. Nūc itaque cæteris omnibus omisissis, ad ipsius psalmi expositionem accingimur.

## EXPOSITIO PSALMI.

**D**eus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Non est obscura huius versūs sententia, quum iuxta verbum Apostoli, omnes qui piè viuere volunt in Christo, varijs persecutionibus & afflictionibus expositi sint, quas partim fugiendo, partim resistendo vincere oportet. vtrunque victoriæ genus à Deo est, & apud hunc solum querendum. Siue enim

Matt. 25.

fugiendum est, ad hunc, vti tutissimum refugium, est fugiendum: siue resistendum, huius inuictissima virtute & adiutorio his, qui in ipsum confidunt, semper præsentissimo pugnandum. Nam virtus hoc loco non est ea, quæ opponitur vitio, Græcè ἐπιτή, Hebraicè צְדָקָה, sed quæ infirmitati, mollitiæ & ignauiæ, Græcè ἀσθενία, Hebraicè יָגוּר, quæ fortitudinem etiam, siue potentiam dicere possumus Latine. quod noster interpres in fine versūs dixit, nimis: in translatione Græca est ἐπιτή, in Hebræo יָגוּר: quorum vtrunque significat valdè. Hoc Iohannes Chrysostomus admonet non esse referendum ad verbum inuenerunt: quasi sit sensus, quæ tribulationes inuenerunt nos nimis, siue valdè: sed ad nomen adiutor, hoc sensus: Deus noster est refugium & virtus, & valdè adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos. Neque enim leue, inquit, sed insigne fert auxilium, plus præbens solatij ex ope lata, quā sit suscepta molestia ex afflictionibus. Atque hoc quidem magis consonat his quæ sunt in Hebræo: Vnde ad verbum translatus versus totus, sonat hoc modo: Deus est nostra spes & fortitudo, auxilium in afflictionibus inuentus valdè.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Propterea, nempe quod tam firmum certumque refugium, tam præsentem, inuictum, atque fidelem habemus adiutorem, Deum: propterea, inquam, non timebimus. Quando porrò non timebimus? Num quando iniquius prouenit seges? num quando nobis ditior fit vicinus? Leuia quidem hæc sunt, quæ etiam ethnici cordatiores contemnere potuerunt. Quid igitur accidet, vt miraculum sit nos non timere? Dum turbabitur terra, inquit, & transferentur montes in cor maris. Qui referunt hæc ad illum horribilem terræ motum, quo cum illa sua seditiosa turba periit Coreh, ex persona filiorum ipsius Coreh dicta accipiunt in hanc sententiam: Postquam ita seruati sumus tua virtute. O Deus, patre nostro cum turba tanta pereunte, non est quod posthæc timeamus quicquā, etiam si terra vniuersa concutiat, aded etiam, vt montes è suis sedibus sublati, conijciantur in profundissimum mare: certi, quod tu nos ex omnibus illis periculis & malis sis erepturus. Nos verò, cum Basilio Magno & Iohanne Chrysostomo, sub omnium illorum persona dicta accipiamus, qui vinculo indissolubili fidutiæ & charitatis Deo adherentes, tanquam prudentes virginēs, lampadibus oleoque instructæ, in omni patientia sponsum venturum

opperiuntur.

opperiuntur. Scientes enim se per ipsius spōsi mortem à tyrannide ipsius mortis liberatos, inuictis animis dicunt cum Apostolo: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? &c. Quinetiam sponfus ipse ad constantiam hæc & fortitudinem suos adhortatur his verbis: Audieturi estis prælia, & rumores præliorum: videte nè turbemini. Oportet em̄ hæc fieri: sed nõdum est finis. Cõsurget enim gens cõtra gentē, & regnũ contra regnum, & erunt pestilentie & fames & terremotus per loca. Hęc autem omnia, initia sunt dolorum. Et post multas præterea persecutiones & afflictiones enumeratas, tandem ita concludit: Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Diuus Augustinus interpretatur hanc terræ turbationem, ac translationem montium in cor maris, de terra, hoc est, natione Iudæorum: quæ non leuiter perturbata est per aduētum Christi, ac tandem aded commota, vt montes, hoc est, Christus ipse & Apostoli eius, transferrentur indè in cor maris, hoc est, in corda gentium. Nèque absurdè Euthymius, quamquam in aliam sententiam. Sed hæc, quibus liberius, attamen piè, consueuerunt vti sacrarum scripturarum interpretes, relinquemus studiosis ipsis aliquandò legenda: nos verò pergemus ad versum qui sequitur:

Sonuerunt & turbata sunt aqua eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius. Verba sonuerunt, turbata sunt, conturbati sunt, in Hebræo sunt omnia temporis futuri: quod tamen Latini & Græci per præsens efferre solent, sonant, turbantur, conturbantur. Quidam verterunt per participia, in casu ablatiuo absolute posito, sonantibus & turbatis aquis, & concussis montibus in glorificatione eius. Hoc annotauit Chrysostomus, qui luculenter explicat locum hunc hoc modo: Postquam dixit, se non verituros, ne si omnia quidem confringantur ac collidantur, deinceps deserit de eius potentia, quod scilicet sint vires eius inexpugnabiles. Et meritò, inquit, non timuerimus, & quod semper facit, nunc quidem ex creaturis, nunc verò ex ijs quæ hominibus accidunt, vires eius prædicans: hoc ipsum hic quoque facit. Quod autem dicit, est eiusmodi: Omnia concutit, labefacit, transfert quando voluerit: aded sunt illi omnia prompta & procliuia. Mihi autem videtur hic significare multitudinem virorum fortium, & præstantissimos hostium, & infinitum populum aduersariorum. Tanta est enim (inquit) eius potestas, vt si tantummodò annuat, hæc omnia fiant. Quomodò ergò poterimus timere, qui

talem habemus Dominum? Hæc Iohannes Chrysostomus. Vt igitur compediofissimè dicam, sic intelligo versum hunc: Aqua, id est, populi illi, & gentes incredulæ, eorum scilicet marium, hoc est, hostium nostrorum, sonuerunt, id est, commotæ fragorem ediderunt, perculsæ nimirum virtute eius diuina, quam ferre non potuerunt: vnde turbata sunt grauiter: & montes, hoc est, illi qui inter eos erant eminentissimi, conturbati sunt à potentia Dei, quæ pugnat à nobis. Hoc quò alijs imprimat animis & cogitationibus nostris, ad confirmandum nos aduersus omnes terrores accinit propheta suum illud נִצְוָה.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Quod ad rerum elementarium naturam attinet, quis ignorat quantum intersit inter salsum mare, perpetuis æstus ac tempestatum motibus horridum ac truculentum, atque placidissimum flumen inter amœnissimas ripas & virentia prata, dulci murmure ciuitatem præterlabens? Ceterum de his non canit hæc noster propheta. Aliud est mare, cuius aquæ sonuerunt & turbatae sunt: aliud flumen, quod lætificat ciuitatem Dei. Ac de mari quidem iam dictum est. Quod ad flumen attinet, hoc quidam referunt ad Iordanem, cuius impetus lætificat ciuitatem DE I, id est, populum Israëliticum, quando constitit aqua, vt populus per siccum alueum transiret: Iosue tertio. Sed ne hic quidem nobis hærendum esse cenfeo. Oblectet se suo Iordane Iudæus: aliud est flumen, quod verè lætificat ciuitatem Dei. Hoc flumen, secuti Basilium Magnum & sanctum Augustinum, intelligimus spiritum sanctum, per fidem influentem in pectora credentium. Qui credit in me, (inquit Iohannes, septimo) sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, interprete ipso Euangelista. Porro hic spiritus sors est, flumen, & inexhausta bonorum omnium copia. Meritò itaque lætificatur illa ciuitas, in quam flumē hoc influit. Quæ verò est illa ciuitas Dei, quam fluminis huius impetus lætificat? Non est hoc quidem dubium, quin ea sit Ecclesia: de qua etiam in Apocalypsi Iohannis, et ego Iohannes vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam, descendentem de celo, à Deo paratam, sicut ipsam ornatam viro suo. Et noster propheta canit in Psal. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Lætificauit autem fluminis huius

HH impe.

A. 2.  
Mal. 103.

impetus ciuitatem hanc in die Pentecostes, ad eò ut qui non intellexerunt authorem eius lætitiæ, dicerent: Musco pleni sunt isti. Nam & vinum lætificat cor hominis. Et exhilarat quidem spiritus ille corda nostra, dum in hoc mundo peregrinamur, varijs charismatibus: quanquam ea in hac peregrinatione non tam lætitia est, quam consolatio quadam in laboribus & afflictionibus. Vnde & *ἡ ἀπολύτρωσις* dictus est ille spiritus, id est, consolator.

1. Cor. 13.

Quum autem peruenerimus in patriam nostram, hoc est, illam Hierusalem caelestem, ubi iam non tanquam per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem videbimus ea quæ Deus præparauit diligentibus se, tum in summa securitate, ab omnibus molestijs, laboribus & afflictionibus liberati, ab omnibus omnium hostium infestationibus tutissimi, lætitia hac inenarrabili incomprehensibiliq; perfruemur, idque in æternum. De quo ne quis dubitet, subiicit propheta rationes, dicens: *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus*. Nam tabernaculum ipsa Ecclesia est. hanc sanctificauit altissimus, hoc est, sanctam & inuiolabilem reddidit, ut ipse etiam inferorum portæ nihil possint aduersus eam. Atque hæc quidem est huius nostræ translationis non incommoda interpretatio. Neque aliam habent sententiam quæ sunt in Hebræo, tametsi verbis non nihil dissonare videntur. Ea translata ad verbum, sonant hoc modo: Fluminis riuuli lætificant ciuitatem Dei, sanctuarium tabernaculorum altissimi. Fluminis riuuli, eleganter dicuntur varia spiritus sancti charismata, quæ spiritus ipse distribuit prout vult. Hæc, inquam charismata lætificant ciuitatem DEI, quæ est Ecclesia, sanctuarium videlicet (per appositionem) omnium tabernaculorum altissimi. Est enim Ecclesia Dei catholica sanctuarium omnium ecclesiarum particularium: quarum nulla potest esse tabernaculum altissimi, nisi in vnitatem illius catholice sanctificata. Hæc est enim illa ciuitas Dei, de qua loquimur, & de qua iam ita pergit loqui propheta:

*Deus in medio eius, non commouebitur, adiuuabit eam Deus manè diluculo.* O verè magnam summe fidutiæ causam. Quis enim poterit expugnare ciuitatem illam, in cuius medio Deus est propugnator? Quinimò propheta non dicit, non expugnabitur: sed, non commouebitur. quasi dicat, Tantum abest, ut expugnari possit ab hoste, ut ne commoueri quidem. Quid ita? Quia Deus, qui in medio eius est, adiuuabit eam manè diluculo, hoc est, expeditissime citissimeque, ut hostis non possit anteuertere auxilium. Quod noster interpret di-

xit, *manè diluculo*: in Græca translatione est, *ἡ ἀπολύτρωσις*: quasi dicas, diluculo ad diluculum: vel, ante ipsius diluculi diluculum: in Hebræo *לפני אור*, id est, antequam fiat manè. Hieronymus vertit, in ipso ortu matutino. Iuxta literam sensus est, quem diximus. Nam quòd in translationibus tam Græca quam Latina, verba sonant amphibologian, ut dubitari possit, vtrum sensus sit, Deus qui in medio eius ciuitatis est, non commouebitur, id est, non mutabit sententiam suam, ut desinat ciuitatem illam tueri: an, ipsa ciuitas non commouebitur, sed inuictissima, sine omni trepidatione persistit ac permanebit, ea amphibologia euanescit inuentibus Hebræa, in quibus est verbum generis fœminini *אֲרֻמָּהּ*, quod necesse est ad ciuitatem referri. Nam si ad Deum esset referendum, dixisset propheta *אֲרֻמָּהּ* genere masculino. Quod ad anagogiam attinet, pulcherrimè locum interpretatur Basilius Magnus his verbis: Sol matutinū apud nos facit, quando supra nos oriri incipit. Matutinum autem in anima, iustitiæ sol perficit in ortu lucis intellectus, edens diem apud eum qui ipsum recipit. In nocte autem nos homines sumus, quum ignorantia tenebris obuoluimur. Postquam verò ad rationis imperium recurrentes, gloriæ splendorem receperimus, & perpetua luce fulserimus, adiuuabit eam Deus. Postquam filij lucis facti erimus, & nox à nobis abscesserit, dies appropinquabit, tum demum Dei auxilio digni facti sumus. Adiuuabit ergo ciuitatem Deus, per proprium ortum & manifestationem matutinam ipsi apparens. Ecce enim homo, inquit propheta, *זאב* Oriens nomen ipsi. Quibus enim lux oritur intellectus ac salutis, in tenebris iniquitatis & ignorantie constitutis, matutinū his sit, quoniam lux in mundum venit, ut per ipsam ingrediens non offendant. Auxilium namque ipsius matutinum mentibus gignit. Vel quoniam diluculo resurrectio futura erat, adiuuabit eam Deus manè diluculo, hoc est, victoriam contra mortem die tertia matutina referens. Sic Basilius.

*Conturbatae sunt gentes, inclinatae sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.* Gentes dicit eas, qui ciuitatem Dei oppugnabant: Hæc sunt conturbatae propugnatione Dei, qua hic illarum immanem barbariem ac feritatem à sua ciuitate depellit. Neque solum ipsæ barbaræ gentes cõturbatæ sunt, ut ab obsidione discederent: verum etiam regna illarum sunt inclinata, ut sese populo Dei subijcerent. Imò, quod multò etiam est grauius, ipsa terra commota est,

Mal. 134.

est, prostrata, siue iuxta vim verbi Hebræi, liquefacta. Sed quibus, obsecro, armis & machinis hæc tanta effectus? Num fundis, arietibus, aut immanibus bombardis? Barbararū gentiū illa sunt, & crudelium huius mundi tyrannorum. Nihil est nostro regi & propugnatori talibus opus. Quibus igitur? sola ac simplici voce hæc efficit, nedit vocem suam, inquit, mota est terra. Tametsi & hoc, propheta dixisse videtur, ut descenderet ad infirmitatem intellectus nostris: alioqui ne voce quidem opus est Deo ut talia efficiat, cum abundè sufficit sola illa omnipotens volūtas, cui nemo resistere potest. Omnia enim, inquit alibi, quæcunq; voluit, fecit. Quidam hic anxie querunt ex veteri testamento historiam aliquam, ad quam referant hæc. Nec desunt qui suspicantur ad illam victoriam esse referenda, quam Dauid ipse obtinuit aduersus Ammonitas, 2. Reg. 10. Alij eam quæ Ezechias aduersus Sennacherib Assyriorū regem, quando angelus ingressus castra Assyriorum, percussit vna nocte centum octoginta quinque millia hominum, 4. Reg. 19. Alij ad victorias Iosue, illud *conturbatae sunt gentes*, de illis gentibus intelligentes, quæ habitauerunt in terra Palestina. Nam hæc cum audirent miracula, quòd siccato Iordanis aluico, populus Israëliticus sicco pede transierit, ad eò conturbati sunt, & consternati timore, ut non remanserit in eis spiritus, ut legimus Iosue 5. Illud autem, *inclinatae sunt regna*, de triginta & vno regibus, quos à Iosue debellatos legimus Iosue 12. Quod autem sequitur, *dedit vocem suam, mota est terra*: de clangore tubarum, à sacerdotibus iussu dei facti: ad quem corruerunt muri ciuitatis hiericho, Iosue 6. Atq; fuerunt quidem illa miracula magna, quibus deus potentia suam, & in adiuuando protegendoq; suos presentiam declarauit atq; ostendit hominibus, sed crassis adhuc illis & carnalibus. His autem qui iam docti diuinitus, ac spirituales facti, nouerunt illud Apostoli: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo, ad demolitionem munitionum, quibus consilia demolimur, & omnem celsitudinem quæ extollitur aduersus cognitionem Dei: his, inquam, longè alia, mirabiliori, & sublimiori ratione ostendit presentiam & virtutem auxilij sui. In bellis illis quæ gerunt principes huius mundi, sæpè etiam hi qui sunt palam impij, vincunt pios, deoq; deuotos atq; dilectos: ut hinc non sit semper æstimanda illa dei virtus, & in auxilio ferendo præsentia, alioqui vel cõdemnandi nobis venirent etiã sanctissimi martyres Christi, quasi destituti à Deo, atq; auxilio eius indigni, trucidati sint à tyrānis: vel Deus ipse reprehendendus, quasi non habeat curam suorum, aut nõ possit eos à ma-

lis tueri atq; seruare. Quænam sunt igitur illa prælia, quæ victorijs, in quibus homines spirituales gloriari possunt de presentia, virtuteq; auxilij quod est à deo? Respondeat pro nobis ille peritissimus & inuictissimè athleta & dux Paulus Apostolus: Non est nobis, inquit, *coluctatio aduersus carnem & sanguinè*, sed aduersus principes & potestates, aduersus mudi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus. Ecce hi sunt illi hostes, quos ubi victos ac profligatos viderimus, tunc verè poterimus gloriari de Dei auxilio. Solet autem deus auxilio venire, non ignauis & oscitantibus, sed vigilantibus & industrijs. Idcirco suos Ephesios ibidem sic excitat & hortatur: Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Eã armaturam deinde multis verbis explicat ipse Apostolus. Quamq; igitur imperatoribus, regibus, & principibus datus est gladius ad arcendum vim, & puniendum transgressiones, orandusq; pro illis Deus, ut adsit eis, & largiatur victoriã ad cõseruandum in pace populum Dei: non tamen in hoc nobis gloriandum est, si viderimus multa Turcarū milia trucidata: sed si senserimus è nostris pectoribus profligatos tyrannos pessimarum concupiscentiarū: inq; horum locū successisse veram fidem, firmam spem, flagrantem amorem erga Deum & proximos nostros, cum ardenti desiderio omnium rerum caelestium. Si viderimus tetras illas vmbas ac tenebras superstitiõis atq; doctriñe hereticæ, ad exortu doctri-næ verè Euangelicæ euanescere: Hæc, inquam, quum viderimus, tunc tempus fuerit cum ingenti lætitia & exultatione animi canēdi, quod iam sequitur apud nostrum prophetam:

*Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.* Quod ait, *virtutum*, Græcè *ἀρετῶν*, in Hebræo est *צְבָאוֹת*, quod latine sonat, exercituum. Quo verbo admonemur, ut desinamus somnare barbariem huius terrenæ militiæ, & cuigilemus ad illã caelestem: in qua rex noster est deus ipse, habens sub se maximos innumerabilem & inuictissimorum angelorū exercitus: quorum vel vnus quantumuis multa hominum millia prostrauerit: quod sæpè declaratum est. Talem, inquam, regem quum habeamus nobiscum, quæ formidabimus? Porro nõ quis putet illum in tam incomprehensibili celsitudine atq; potentia nõ respicere ad nostrã hanc humilitatem seu vilitatem, addit, susceptor noster Deus Iacob. Hoc est, ille ipse Deus, qui sancto patriarchæ Iacob, homini videlicet, uti nos sumus, in omnibus vijs, laboribus, periculis, & afflictionibus adfuit, protegēs & seruans eum ab omni malo, idem ille deus est

susceptor, siue (vt hiero. trāstulit) p̄ceptor n̄r, siue (vt alij) arx n̄ra. Nomē hebreūm **אַחֲרָיָהוּ**, quod L X X. trāstulerūt, *אַחֲרָיָהוּ* n̄r̄ interpres, susceptor; p̄priē quidē significat exaltationē. Hoc admodū conuenit huic loco. Nā nē q̄s idēō despōdeat aim, q̄ ille in altissimo cēlo innumerabiliū angelorū exercitib⁹ stipatus regnat: nos autē repimus in terra, in dō huius luto infixi, vix possum⁹ p̄pere, admonet nos ipsi⁹ verbi genuina significatiōe, nō esse nos iā tam abictos & viles, q̄ videmur. Illū em̄ iā suscepisse nos, & exaltasse. hoc autē tunc factū est, quādō m̄sit vnigenitū filiū suū, vt naturā n̄ram in se per incarnationē susceptā, in ipsi⁹ patris dextra collocaret. Vndē iā nō amplius viles sum⁹ atq; despecti, sed dij q̄dā, & filij excelsi oēs. O rē admiratiōe atq; stupore dignā. hoc vt altissimē n̄ris mētibus, ad p̄petuū de eo cogitādū, nē posthāc trepidemus, infigat, accinit in Hebreo **אָחֲרָיָהוּ**. Eodē p̄inet quod sequit in psal.

*Venite, & videte opa D̄ni, q̄ posuit p̄digia sup̄ terrā, auferēs bella vsq; ad fines terrā.* Postq̄ docuit nos, cuius virtute ac p̄sidio quantā victoriā sim⁹ cōsecuti, & in quāta dignitate cōstituti, cū sūma (vt aequū est) exultatiōe animi erūpit in *אָחֲרָיָהוּ*, oēs inuitās ad rei tā stupēdē spectaculum. Venite, inqt, & videte opera d̄ni. Quānā sunt illa opa d̄ni? An q̄ popul⁹ ille Israelitic⁹ p̄stigauit reges, vrbes euertit, terrā occupauit? nō fuit illa q̄dē vsq; adēō noua, neq; tm̄ applausum merent illē sanguināriē victoriē. Logē alia, logē maiora, logē mirabilia sunt hęc opa, ad q̄ tāta cū exultatiōe nos inuitat p̄pheta. Victū erat vniuersum genus humanū, ad mortē vsq; sauciū, in miserā captiuitatē ab hoste crudelissimo abductū: & quod erat oīm grauissimū, in inimicitia hostili aduersū ipsū deū cōstitutū. Aduenit ipsius dei filius vnicus, sauciū hūc in suū iumentū sustulit: vulnera sanauit: seruū in libertatē asseruit: tyrannū captiuitatis p̄stigauit: pacē inter deū & hoīem cōciliauit: vt iā nos q̄ mācipia diaboli, dei verō inimici eram⁹, & tanq̄ hostes morti adiudicati, non tātū in libertatē & vitā asseriti, verū et iā in filios dei adoptati sim⁹, possessiuri regni illi⁹ cēlestis hereditatem cum ipso deo patre & filio eius Iesu Ch̄so, vsq; in eternū. quis vnq; vidit audiuitve p̄digiosius aliqd, nō solum super terrā, verū et iā sup̄ oēs cēlos? Venite, inqt, & videte opa d̄ni. Quib⁹ verō pedib⁹ currēdū est ad amphitheatrū illi⁹ tā lēti speciosiq; spectaculū? et quā oculi tā beati, vt illis diuinis spectaculis pascatur? logum esset hęc p̄sequi. Beati, inqt, mūdo corde, qm̄ ipsi deū videbunt. Curram⁹ itaq; fide, & mūdē ab om̄i caliginē iniquitatis corde statim sentiēm⁹ illi⁹ amphitheatri voluptatē inenarrabilē. Tametsi in huius quidē pegri-

Mat. 5.

nationis tabernaculis tanq̄ p̄ speculū adhuc & in ænigmate, nō tñ sinē magna voluptate spectam⁹. quū autē puenerim⁹ in ipsam patriā, tūc spectabim⁹ oīa facie ad faciē: p̄fecto videlicet iā illo, quod addit p̄pheta, *Auferēs bella vsq; ad finē terrę*. Quāq; enim d̄s n̄r Iesus Ch̄s primo illo suo aduētū pacē attulit, etiā externā inter principes hui⁹ mūdi, oibus videlicet obtēp̄rātib⁹ imperio Cēsarū Augusti: quāq; pacē cōciliauit inter deū & genus humanū, mittēs etiā non sinē ingēti miraculo duodecim legatos suos apostolos, q̄ pacē hāc annūciarēt p̄ totū mundū, & gladio verbi hostē diaboli, qui p̄ idololatriā regnabat, p̄stigarēt vsq; ad fines terrę: quā pacē iā antē nato ipso rege pacis, angeli annūciarāt pastorib⁹, cū canerēt, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus: nō Lucā tñ perfecta nobis erit hęc pax, antēq̄ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatē, ipsā morte iā absorpta in victoriā. Tūc em̄ p̄ficietur, quod iā sequitur apud nostrum prophetam:

*Arcū cōteret, et cōfringet arma, & scuta cōburet igni.* [Esa. cap. 2. vbi de Ch̄si aduētū & pacifico ei⁹ regno p̄phetat, loquit hoc modo: Quia de Siō exhibit lex, & verbū d̄ni de hierusalē. Et iudicabit gētes, & arguet populos multos. Et cōstābunt gladios suos in vomeres, & lāceas suas in falces. nō leuabit gēs cōtra gētē gladiū, neq; exercebunt vlrā ad plū. Quē quāq; secūdum literā de externa illa pace rectē intelligunt, q̄ erat illo tēpore inter gētes & reges hui⁹ mūdi, d̄nante Augusto: & quāq; nō oēs hoīes nunc arma capiūt, vt ante Ch̄si aduētū, quod monet Chrysol. sed ea res ad paucos milites nūc est relegata, ceteris artes exercētib⁹, & terrā cōlectib⁹: significāt tñ aliā pacē, multo meliorē illā: eā videlicet, q̄ p̄ angelos annūciata est, nō simpliciter oib⁹, sed hoibus bonē volūtatis: q̄ nobis p̄ illū nouū regē cōciliata est cum deo: quādū hīc pegrinamur adhuc, fruimur quidē non sinē magna cōsolatione & delectatiōe aiorum n̄rorū, sed in spe futurorū bonorū. Decursō verō huius peregrinationis curriculo, affatim p̄fruemur in patriā, extra oīa tēla & minas hostiū oīm. nā in illa pace, q̄ erat Augusti tēporibus, qd erat dignū tātis p̄conijs, quū p̄ter alia multa & graua mala, sequebat herodes in pueros innocētes, & vox i rhama audiebat, racheleplorāte filios suos, nec admittētē cōsolationē, q̄ nō sint, nimirū crudelis tyrāni gladio trucidati: qd est, q̄ miseri artifices & agricolę de pace gloriari possint, iter illa tā crudelia arma, oīa cēde & incēdio vastātia, iter illa intestina, ip̄forū etiā q̄ Ch̄sm̄ profitenē, bella, nō min⁹ immania, q̄ q̄ gētes idololatre gesserunt olim? Hęcine erat illa pax, ante tot sēcula p̄ p̄phetas p̄missa, & cū tāto desiderio ā sanctis hoīb⁹ expectati,

Iob. 7.

I. Pet. 5.

Matt. 23.

Rom. 11.

Matt. 23.

Cecl. 1.

expectata, tā lēto carmine ab angelis annūciata pastorib⁹? Hęc putauī monēda esse, vt discat iuētus Ch̄stiana leuare oculos ā carnalibus ad spūalia, ā terrenis ad cēlestia: neque Iudaico more scripturas mysticas putet interpretādas esse, vt historias humanas, aut libros philosophorū. Quā diū circūferim⁹ corp⁹ hoc mortale, militia est vita n̄ra sup̄ terrā, iuxta verbū Iob, innumerabilibus hostibus oppugnātib⁹ nos, & ip̄so diabolo, more leonis rugiētis circumēute nos, & q̄ntē quos deuoret: sed ā q̄bus oibus tuti erim⁹, si fortiter adharebimus p̄cipi n̄ro Ch̄so, pmanētes in ea pace, quā ille nobis cōciliauit apud deū p̄sem. Veniet autē tēp̄s, qn̄ debellatis hostib⁹ oibus, regnū vniuersum victor ac triūphator tradet ipsi Deo p̄ri. In illo die fiet quod hīc dicit p̄pheta, Arcū cōteret & cōfringet arma &c. De quo & Ezechiel p̄phetauit, dicens: Et egredient habitatores vrbiū Israel, & succēdent & cōburet arma, clypeum & hastas, arcū & sagittas, baculos manū & cōtos, & succēdent ea igni septē annis. Quinetiā nos, dū sub n̄ro rege d̄no Iesu Ch̄so in his terris militamus adhuc, hac ratione debellam⁹ hostes, genere victoriē speciosissimo, qn̄ desistētēs ā defensiōe nostrī, p̄ iniurijs nobis illatis beneficia repēdimus: inimicis n̄ris elurietibus dam⁹ cibū, & sitiētibus potū. Hoc em̄ faciens, inqt apostolus, carbones ignis cōgere sup̄ caput ei⁹. Noli vinci ā malo, sed vince in bono malo. Hoc est, igne charitatis cōbure oīa illa arma hoīm iniquorū oppugnātū nos. Verba huius versūs paulō aliter sonant ex

Hebreo, q̄ n̄ra trāslatio habet. Ad verbū trāsluleris hoc modo: Arcū confringet, & concidet (siue truncabit) hastā: currus comburet igne. Currus dicit militares illos, & q̄bus pugnabāt. *Vacate & videte, qm̄ ego sum deus: exaltabor in gētibus, & exaltabor in terra.* Iuēt versum p̄pheta sub ipsius dei p̄sona dicit. Potest autē vel itā accipi, quasi ad hostes populi sui loquat in hāc sententiam: Vacate, hoc est, desinite affligere populū meum, & videte, hoc est, intelligite & agnoscite, q̄ ego sum deus, pugnās videlicet p̄ populo meo, vt vos frustra oppugnetis eū: exaltabor in gētibus, & exaltabor in terra, qm̄ videbūt oēs potentā meā inuisissimā & inexpugnabilē. Vel ad ipsum populū suū, hoc sensu: Vacate, hoc est, quiescite ā vr̄is istis tumultib⁹, turbatiōibus, apparatibus, molitiōibus & armis, quasi istis debellaturi sitis hostes vr̄os: nulla vobis in istis victoriē spes. Quin potius videte, hoc est, scitote, q̄ ego sum deus, q̄ pugno p̄ vobis. Exaltabor in gētibus, & exaltabor in terris, hoc est, itā declarabo meā potentā p̄ vobis, vt oēs gētes p̄ vniuersum terrarū orbē intelligant potentā meā, cui nulla vis possit resistere. Hinc iam sub persona populi repetit propheta versum illum sup̄ auditum:

*D̄s virtutū nobiscū, susceptor noster deus Iacob,* **אָחֲרָיָהוּ**. Vt hoc impresso n̄ris aīs & cogitatiōib⁹, sciamus quo p̄pugnatores, quoq; p̄sidio tuti simus ab oib⁹ hostib⁹ n̄ris: atq; hoc vnū curemus, vt hūc p̄tectorem nostrū agnoscamus & colamus. Cui sit omnis laus, honos, victoriā, & gloria in sēcula seculorum, Amen.

PSAL. XLVI.

**O** mnes gētes plaudite manibus, iubilare deo in uoce exultatiōis. Quoniam Dominus excelsus, terris bilis, rex magnus sup̄ oīm terrā. Subiecit populos nobis, et gētes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatē suā, specie Iacob quā dilexit. Ascēdit deus in iubilo, & d̄s in uoce tubæ. Psallite deo nostro, psallite regi nostro, psallite. Quoniam rex omnis terræ deus, psallite sapiētē. Regnabit deus super gentes, deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cū deo Abraham, quoniam dij fortes terræ uehementer eleuati sunt.

IN PSALMV M XLVI. TITVLVS.

**לְמַנְצֵחַ לְדָוִד בְּיַמֵּי חָרָה מִמִּצְרָיִם** hoc est, Victori filiorū Coreh Psal. Hui⁹ tituli sentētia satis manifesta est ex interpretatiōe sup̄iorū titulorū. **QUA OCCASIONE ET QVO ARGVMENTO COMPOSITVS SIT PSALMVS HIC.**

quidā opinant filios Coreh cecinisse psalmū hūc spū p̄phético de victorijs Iosue, q̄bus debellauit gētes illas barbaras, quarū iā antē fecimus mentionē. Alij de illa magnificētissima pōpa, q̄ rex Salomon arcā fēderis introduxit in tēplū, tēplū ipsum dedicauit, immolauit victimas abiq; æstimatione & nūero, ipse & oīs Israel cū eo. horū sententiā possum⁹ amplecti, sed hac lege, vt sciam⁹, illā introductionē arcę, typū fuisse Ch̄si ascēdētis in cēlū. Arca em̄ erat humanitas Ch̄si, in qua inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. neq; em̄ est dubium, psalmū hūc spū p̄phético cantatū esse sub

Apostolorū & virorū apostolicorū p̄sonatq; Ch̄s ascēdēs gladiū verbi sui & regimē ecclesie suę cōmēdauit. Sub horū p̄sona p̄pheta noster hortat oēs oīm terrarū gentes ac populos, vt in oīm hilaritate & gaudio laudēt d̄nm deū, q̄ sic merit⁹ sit de genere humanoī & p̄ gladiū verbi subiecit ipsi⁹ apostolis, vt i principib⁹ à se constitutis, omēs totius orbis populos: vt Ch̄s iā cēlū ingressus, & occupans maiestatis suę thronū, regnet sup̄ oīm terrā. Et quēadmodū primus ille seu vetus Adā, nos oēs in miserā & luctū abduxerat, itā nouus hic, q̄ est Ch̄s d̄s, nos oēs quicūq; illi vera fide, firma spe futurorū bonorū, & illo perfecto vinculo charitatis adheremus, subuehit secū in cēlū, in illa maiestātē & gloria regni cōstituet. Hęc nos oēs necesse est oīnd agnoscere. nā hęc est causa huius plausūs & exultatiōis. Quotquot in Ch̄so manēt, nō possūt nō esse participes oīm

HH 3 corum



eorū que sunt ipsius Christi. De introductione arcae lege 3. Reg. 8. & 2. Par. 5.

EXPOSITIO PSALMI.

Omnes gentes plaudite manibus, iubilare Deo in voce exultationis. Gentes hoc loco nō sunt intelligendę, q̄ ratione præputij & idololatricę differūt à Iudæis. Has enim Hebręi ferē גוים appellare consueuerūt: hoc aut loco est, גוים הַעַמִּים, hoc est, oēs populi: quōd & Hieronymus transtulit. Quamobrē Nicolaus Lyranus interpretatur, omnes gentes, i. omnes tribus Israel, admonens nomen gentes, solere ferē accipi pro gentilibus, hoc est, incircūcis & idololatrię: hoc aut, quo hic vitur propheta, populi, p̄ Iudęis & gētilibus. Ceterū quī propheta in hoc psalmo vitur omnibus illis nominibus, גוים הַעַמִּים לְאֻמִּים, quibus populi, nationes & gentes significantur, satis declarat plausum hunc propheta, & iubilationē, & exultationem, non solum ad duodecim illas tribus populi Israelitici, verū ad omnes totius orbis gētes, populos, & nationes pertinere. Quo sensu & illud accipimus, quod angelus dixit pastoribus: Ecce annuncio vobis gaudium magnū, quod erit omī populo. Porro manuū plausus & iubilatio, signa sunt summę lætitię & exultationis. Quę quī propheta commendat omībus gentibus, mox rationem, quare id faciat, subiicit, dicens:

Quoniam Dñs excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terrā. Hęc non indigent expositione: est exaggeratio vocum, quibus magnitudinē maiestatis & potentię diuinę in Christo indicat: qua, debellato tyranno diabolo, oīa sibi subiicit: neq; sibi tantū, verū etiā ministris apostolis. Hinc em̄ est quod sequit:

Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Verbum, subiecit, hoc loco in hebręo est יָרַד, quod nō est quouis modo, sed per sermōnē subiicere: vndē agnoscimus prophetam in spiritu loqui de regno Euangelij, quod gladio verbi parat ac regit: etiam si aliter Nicolaus Lyranus, de gentibus à Iosue debellatis intelligens prophetam. Mihi magis placet, quod Chrysostr. & Euthymius p̄ populos, hebraicē גוים, intelligūt Iudęos illos, qui primi oīm in Christū crediderunt: illa scilicet tria millia, & illa quinque millia, q̄ statim est paraclēti spiritūs aduentū, depositis simultatibus, ad apostolos cōfugerunt, anteq̄ illi exirēt ad gentes.

Per gentes aut, hebraicē לְאֻמִּים, eos qui de gentibus crediderunt: qui fide ardentēs apostolorum pedibus inclinati sunt, & illorū vestigia piē ac religiosē amplexati.

Elegit nobis hereditatē suam, speciem Iacob quā

Lut. 2.

A 60. 2. & 4.

dilexit. Pro suam, in gręca trāslatiōe est יָרַד, i. sibi. Et hoc Euthymius, secur̄ Chrysostr. exponit his verbis: Per nos dispensatores Ecclesię suę, elegit eos qui ex gētib; digni essent, in hereditatē suam, iuxta illud, p̄bo tibi gentes hereditatē tuā: quosq; magnus hic noster rex per nos, veluti per duces quosdā, sibi in milites assumpsit. Nā quod ait, Elegit nobis, positum est pro, in nobis, i. per nos. Sic Euthymius priorē versūs partem exponit. Sed in hebręo pro, hereditatē suā, est יָרַד, i. hereditatē nostram. Huius fuerit hęc sententia: Excelsus ille dñs & magnus rex noster, q̄ subiecit nobis populos, elegit nobis regnū illud cęlestē, quod daret nobis in possessionē hereditariā & æternā. Deindē subdit p̄ appositionem: specię, siue (vt ex hebręo cōmodiūs vertit Hieron.) gloriā Iacob, quam dilexit: hoc est, de qua hereditate gloriā Iacob, verus nimirū ille Israel, qui non secūdum carnē, sed secūdum spiritū est. Porro quod ait, quā dilexit, in hebręo est ambiguous scriptū, יָרַד אֲדָמָה, quod non minūs referri potest ad ipsum Iacob, vt sit, quē dilexit: q̄ ad specię siue gloriā, vt sit, quā dilexit. Ceterū nō ita multum interest, vtrū dicas q̄ de dilexit speciem siue gloriā Iacob, an q̄ ipsum Iacob. Notus est locus scriptus Mal. 1. Iacob dilexi, Esau aut odio habui. De quo multis differit apostol. Ro. 9. Esau significat Iudęum & quemcunq; hoīem carnalem, qui victus cupiditate, vēdit primogenitū: hoc est, dignitatē spiritūs: quem admodū de Esau legimus Gene. cap. 25. Iacob verō Christianum, qui superata cōcupiscentia, per abstinentiā & temperantiā, fretus gratia Dei, conscendit ad eminentiā & regnū spiritūs. Ad quod regnū vt sciam̄ quāto feruore studioq; nobis sit cōtēdendū, accinit in hebręo קָרַב, i. appropinquat.

Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubę. Coniūctio & neq; in hebręo est, neq; in translatione Gręca: atq; ardentius quiddā sonat, si nē cōiunctione, hoc modo: Ascendit Deus in iubilo, Dñs in voce tubę. Qui psalmū hunc de introductione arce in templū interpretatur, aiunt neū hic pro ipsa arca Dei positū esse, & Dñm similiter. Cōcedimus quidē illis, scripturam sacrā nonnunq̄ istiusmodi tropis vti: & posse itā hic accipi, sensum historicū sequentibus: sed itā, vt nobis vicissim concedant, illam introductionē arce fuisse tyrum Christi, ascendentis & introeuntis in cælum. Et quemadmodū illa introductio arce, celebrata fuit magna hilaritate populi illi? Israelitici: itā ascensio Christi summo cum gaudio omnium illorum spirituum cęlestium, ad illū tam gloriosum triumphum conuolantium, est

est celebrata. Atq; de hoc ascēsu Christi prophetam hī loqui, ne dubitare quidem licet.

Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite. In priorē versūs parte, qua ait, psallite Deo nostro, pronomen nostro, non est expressum in hebręo. Porro repetitio illa verbi psallite, significat summam lætitiā, & feruorem exhortantis omnes ad laudandum illum regē victorē, & triumphatorē de nostris hostibus. Cuius lætitię subiicit rationē, dicens:

Quoniam rex omnis terrę Deus, psallite sapienter. Hoc est, non iam ampliūs in sola Palęstina regnat: sed cęcō forās tyranno illo diabolo, regnum ecclesię suę extendit per omnē terrā. Imō verō data est iam regi nostro Christo omnis potestas in cælo & in terra. Cuius & nos, vt membra eius siue fratres, per ipsum & in ipso, participes facti sumus. Vndē meritō addit propheta, Psallite sapienter: hoc est, nō inani labiorum strepitu, aut furioso boatu, idololatrantiū & Corybantum more: sed sapienter, id est, in cordibus vestris expēditis mirabilia opera eius, & inestimabilia beneficia in nos: vt de his cum gratiarum actiōe laudemus ipsum.

Regnabit Dominus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. Suspicio in nostris libris deprauatum esse, regnabit, pro, regnauit: quum non solum in hebręo, verū etiam in translatione Gręca verbum sit præteriti temporis, מָלַךְ, מְלָכָה, quod tamē positum est pro p̄senti, regnat. Nō sunt hęc itā intelligēda, quasi Deus aliquandō non habuerit potestatem in gentes: hęc enim semper habuit, habet, & habiturus est in omnes creaturas suas, non solum in cælo, verū etiam in terra, & in ipso inferno. Sed quum gentes verum Deum ignorantes, idola colerent, diabolo seruirent, & in omni immunditie, tanq̄ brutę pecudes, sese inuolutarent, tum neq; ipse agnouerunt Deum regem, neq; decuit illam diuinam maiestatem tam impurū populū agnoscere regni sui: sed potius exercere in eos potētiā suam p̄ supplicia, tanq̄ in facinorosos & hostes. Ast vbi iam exortus ille iustitię sol, illas tā infelicis ignorantie tenebras discussit, per verbū Euangelij verum Deum & huius verum cultū docuit, per victimam purissimam corporis sui expiatis peccatis Deū placauit: in quo corpore cælum ingressus, nobis ibidē locū regni parauit: tūc demū occasio data est omībus gloriandi, q̄ regnet deus super gentes, nō iam vt super facinorosos aliquos, destinatō supplicio: sed super populū sibi vnice charū: & cui communicet omēs opulentissimi regni sui diuitias. Porro q̄ ait, Deus sedet super sedem sanctam suam: significat Christū iam sedere ad

dextram patris, super sedem sanctam, hoc est, thronum inuolabilē, vndē nulla creatura illū vnquā deturbare potest.

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam dii fortes terrę vehementer eleuati sunt. Euangelicę prædicationis vires magis etiam demonstrat, inquit Euthymius, q̄ non idiotas tantū & priuatos homines, sed principes etiā & reges ipsos attraxerit. Siquidem & eorum multi cum Christo congregati sunt, & partium eius effecti. Deum autē Abraham, Christum appellauit, vt eūdem eum esse significaret, qui olim Abrahę & posterorum eius deus fuerat: vtq; eundem esse ostenderet antiqui testamenti legislatorem Deū, qui etiā & noui. Quod in posteriori versūs parte ait, quoniam dii fortes terrę vehementer eleuati sunt, Augustinus de Iudęis interpretatur, qui terrena potentia inflati, superbiērunt, vt non cognoscerent gratiam Dei. Ceterū in translatione Gręca, non est dii, nominatiō casu pluralis numeri, sed ἑτεροι θεοὶ ἢ ἡγεταὶ τῆς γῆς ἠφρόνας ἢ ἰσχυροί, i. quoniam ipsius Dei fortes terrę vehementer eleuati sunt. Hęc Euthymius cum præcedenti connectit, hoc sensu: Congregati sunt autem cum Deo Abraham illi populorū principes, quoniam Apostoli (quos ea ratione fortes Dei, hoc est, robustos Dei appellauit, quia sancti spiritūs auxilio fortificati, demones & tyrannos vicerunt) quoniam hi, in quā, Apostoli, terrena ac mundana omnia superauerunt, nec voluptatibus vllis aut tribulationibus victi sunt, sed vita ac sermone semper claruerunt: atque ideo per eos summi etiam principes ac reges ad Christū adducti sunt. Verū in hebręo totus versus legit hoc modo: צְרוּרֵי שָׂמַיִם וְיָסָפִים עִם אֱבְרָהָם כִּי לְאֻמִּים בְּיָגִי אֲרִיז בְּיָמָה וְשֵׁלָה

Hoc ad verbum tranflatum, sonat: Principes populorū congregati sunt, populus dei Abraham, Dei sunt scuta (siue protectiones) terrę, vehementer exaltatus est. Horum non est obscura sentētia: Principes populorū congregati sunt, subaudi, in vnitatē fidei, & in vnam Ecclesiam dei: vt iam oēs facti sint vnus populus Dei Abraham, hoc est, in quē Abraham credidit: & qui hoc olim ipsi Abrahę in se credenti, & mādato suo, immolando filiū, obediuit, p̄misit, his verbis: Benedicā tibi, & multiplica- bo semē tuū sicut stellas cęli, & veluti arenā, q̄ est in littore maris. Possidebit semē tuū portas inimicorū suorū: & benedicent in semine tuo oēs gētes terrę, q̄a obedisti voci meę. Deus est author oīm protectionū terrę, hoc est, ipse est qui protegit terrā: & valdē exaltatus est, nimirum quum patefactum iam sit per vnigenitū filium

Gen. 22.

filium eius, ipsum excelsores & potentiores esse, non modò omnibus qui sunt in terra, verum etiam qui in caelis. Neq; verò id solum in sua illa maiestate & omnipotentia diuina, verum etiam in humanitate filij sui: qui ascendens super omnes caelos, consedit in dextra patris, consecutus nomen quod est super omne nomen, vt iam in nomine Iesu flectatur omne genu celestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quòd Christus sit

Phil. 2.

Dominus omnium: cui cum Deo patre, & spiritu sancto sit laus, honor, & gloria, in secula seculorum. Amen.

APPENDICVLA.

Septuaginta in hoc postremo versu pro **¶**, i. populus, legerunt **¶**, i. cù, vt sit sensus, congregati sunt cum Deo Abraham, i. relictis idolis, colunt vnum verum Deum, eundem illum quem coluit Abraham.

PSALMVVS XLVII.

**M**agnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Fundatur exultatione vniuersae terrae, mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam. Quoniam ecce reges congregati sunt, conuenerunt in vnum. Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Sicut audiuiimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in aeternum. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terrae, iustitia plena est dextera tua. Latetur mons Sion & exultent filiae Iudae, propter iudicia tua Domine. Circundate Sion & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domos eius, vt effarretis in progenie altera. Quoniam hic est Deus Deus noster in aeternum & in seculum seculi, & ipse reget nos in secula.

IN PSALMVVM XLVII.

DE TITVLO.

**T**itulus huius psalmi apud Graecos & Latinos est. Psalmus canticum filijs Coreh, secunda sabbati. In Hebraeo verò: Canticum psalmi, filiorum Coreh. Neq; verò nihil interest, si credimus Euthymio in praefatione in psalmos, vtrum legas, Canticum psalmi, vt in hoc titulo, an psalmus canticum, vt in titulo 29. Nam canticum psalmi tunc est, (inquit) quòdò musicè per organicum instrumentum prius disponitur: & deindè consequitur vox ore emissa, quae secundum occupat locum. Psalmus verò canticum tunc dicitur, quandò eius quod nunc diximus, contrarium sit. Iuxta anagogen, canticum psalmi canimus, quandò praecedentibus bonis actionibus, in contemplationem deuenimus, iuxta quod dicitur: Concupisti sapientiam, serus mandata: & Dominus tibi eam ministrabit. Psalmum etiam canticum tunc verè canimus, quandò contemplatione, occulta quaedam quae ad mores pertinent, nobis reuelante, nos in eorum operationem procedimus. Hic ratione fortassis psalmi primo loco, & deindè cantica collocata sunt: quum deccat

Eccl. 1.

vt per actiones ad contemplationem accedamus. Multa enim cantica habentur circa finem nusquam est psalmus, neq; etiam coniunctus cum cantico. Sancti enim viri in ascensionibus contemplationi tantum intenti sunt. Hec illic Euthymius. Quidam verò vulgariter interpretantur, canticum psalmi, quod ad formam psalmi conscriptum sit: aut canticum psalmi, hoc est, excellens & elegans: quòd ista vobis idem significatum coniunctio, faciat ad amplificationem rei, de qua agitur. Nam sabbatum totam etiam septimanam appellant Iudaei: & primam sabbati, quam nos diem nomicam appellamus: secundam, quam vulgò diem Lunae, ex antiqua consuetudine gentium: at more Ecclesiastico, serias secundas. In Genesi legimus prima die septimane factam esse à Deo lucem, secunda autem firmamentum. In Euangelica historia, Christum prima sabbatorum resurrexisse à mortuis, hoc est, exortum esse solem iustitiae: secunda verò factum esse firmamentum Ecclesiae, firmata nimirum atq; fundata super solidam petram. Huc in expositione huius tituli respicit Augustinus.

ARGV.

ARGVMENTVM PSALMI.

**E**x qua occasione propheta cecinerit hunc psalmum, variant (vt solent) coniecturae. Eas, qui volent, persequatur. Nos breuiter dicimus psalmum continere magnificam, splendidam, laetam, & planè panegyricam descriptionem Ecclesiae, sub typo ciuitatis Ierusalem. Chrysofomus, & hunc secutus Euthymius, ex ea occasione esse cantatum, quòd ex captiuitate Babylonica Hierosolymam redierunt.

EXPOSITIO PSALMI.

**M**agnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Magnitudo & potentia Dni tanta est, vt omnia superet, non solum terrana & ipsam terram, verum etiam caelos, & quicquid in illis est. Verum non omnes vbique magnitudinem illam agnoscunt, vt veneretur ac laudet: sed hi duntaxat, qui sunt in ciuitate dei nostri & in monte sancto eius. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris: & illi qui sedebat super flumina Babylonis, & flebant, suspensis in felicibus organis suis, negabant se posse canere canticum dni in terra aliena. Si oblitus fuero tui Hierusalem, inquit, obliuioni detur dextera mea. Hierusalem itaq; est illa ciuitas dei, in qua magnus dns & laudabilis valdè: & mons Sion, mons sanctus eius: non illa Hierusalem, quae est in terra Palaestina, interfectrix prophetarum atq; ipsius Christi, propter scelèrè enormitatem à Vespasiano Titòq; funditus euersa, sed quae per hanc in caeremonijs & cultu Dei est praefigurata, hoc est, Ecclesia dei catholica: in qua est ille mons, qui ex lapide abscisso de monte sine manibus, creuit in montem tantum, vt impleuerit vniuersam terram. In hac, inquam, ciuitate, & in hoc monte, verè magnus est Dominus & laudabilis valdè.

Eccl. 15.

Psal. 136.

Dan. 2.

Fundatur exultatione vniuersae terrae, mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni. Hoc Iohannes Chrysofomus admonet valdè obscure dictum esse. Ipse verò cum versu precedente connectit, & interpretatur hoc modo: Magnus Dns, in ciuitate Dei, in monte sancto suo benè radicans, hoc est, benè radices agens, & eam pulchrè firmans ac stabiliens in gaudio & laetitia totius orbis terrarum. Hoc etiam alius obscure significans dixit, praescripto splendore vniuersae terrae. Eam enim fecit splendorem & laetitiam vniuersae terrae. Illinc enim est fons pietatis, & radices, & principia Dei cognitionis. Hanc ergo, cum talis esset, radicibus actis confirmat ac stabiluit propter onamentum totius orbis terrarum, propter exultationem, propter gaudium totius terrae. Doctrinè em̄ terrae officina, ludusq; literarius erant tunc Hiero-

solyma: & qui volebant frui gaudio, cultumq; & ornamentum capere, hinc ea quae bona & honesta erant, discebant. Et ideo hoc significans, non dixit, agens radices: sed, benè agens radices. Hec Chrysofomus: ad q̄ intelligenda, sciendum est, illum, pro eo quod noster interpretis dixit, fundatur: in Graeca translatione legisse **¶**, i. benè agens radices, nominatiuo casus quum libri Graeci hodiè habeant **¶**, vt sit nomen, in datiuo, quasi dicas, benè radicato: quod interpretis Euthymij Philippus Saulus Episcopus Brugnaten̄ transfudit, Benè fundato, vt referatur ad montem sanctum. Ipsius quoque Euthymij expositio, eodè interprete, est haec: in monte, inquam, benè fundato, exultatione vniuersae terrae. Porro quod in translatione nostra Latina sequitur, mons Sion, latera aquilonis: pro, mons, in Graeca translatione est **¶**, i. montes. Chrysofomus mira diligentia locum hunc excutens, admonet q̄ assidue bellis infestabatur Ierusalem, barbaris ab aquilone in eam irruentibus: cuius multa sit mentio apud prophetas. Nunc autè prophetam hunc nostrum laudare Deum, q̄ conuersis barbaris illis ad eundè ipsum verum Deum, nihil iam indè sit periculi. Vndè luctus & lacrymae, inquit, vndè origo calamitatum, ea membra impleta sunt voluptate, alacritateq; animi ac tranquillitate. Vndè minè, metus & pericula: hinc gaudium & laetitia: nec vllus deinceps metuit aquilonare illam partem creaturae: nemo animi angit, nemo suspicatur, sed oēs degunt in laetitia, cum eius radices fixeris in voluptate. Iuxta anagogen, inquit Euthymius, per aquilonem diabolum sepe significari intelligimus. Ab aquilone em̄, inquit, accendentur oia mala super terram. Item alibi: Aquilonem expellat à vobis. Latera autè, hoc est, membra Aquilonis, gentes erant. Ait enim q̄ membra diaboli, quibus olim ille nominabat, effecta sunt motes Sion, hoc est, sublimia quaedam atq; excelsa ecclesiae cacumina, eò q̄ à terrenis atq; humi affixis rebus eleuati, sublimes in altum conscenderunt. Verum parum dixi, q̄ excelsa facti sint cacumina, cum potius facta sunt sedes ac diuersorium Christi. Ex eis enim congregata est fidelium ecclesia, in qua inhabitat & residet Christus dn̄s. Hec Euthymius. Verba versus huius paulò aliter ex Hebraeo sonant, ad verbum quidem hoc modo: Speciosus regioe, gaudium vniuersae terrae, mons Sion: latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Id Ioseph Kimhi, more Iudaico, de salubritate aeris interpretat, q̄ Hierusalem in climate temperatissimo sita, sanitate praestaret ex alijs climatibus illuc venientibus. Verum haec sunt Iudeorum ineptiae. Nos scimus, de qua ciuitate & monte loquatur spiritus sanctus per prophetam: idq;

iam satis explicuimus. In hac spirat aura verè saluberrima & viuifica. Quicunq; in hanc ciuitatem veniunt, & eum qui in hac spirat, spiritum hauriunt, sanantur ab omnibus morbis, & vitam æternam consequuntur. Quamobrè nunc pergimus ad versum qui sequitur:

*Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.* Hic ex Hebræo ad verbum trāslatum, sonat hoc modo: deus in palatijs eius agnitus est ad protectionem. Hoc est, Agnitus est in palatijs eius ciuitatis, quod Deus sit protector eius. In palatijs eius, dixi, quia in Hebræo est *בְּבָתָיִם*. Est enim *בְּבָתָיִם* domus non vulgaris, sed magnifica, qualis imperatoria. Vnde Septuaginta rectè trāsulerunt, & *בְּבָתָיִם*. Quod Euthymius in cōmentarijs explicat hoc modo: Sunt autè *בְּבָתָיִם* magnificè ac splendidè domus: per quas hoc in loco tèplum significat, quod erat in Hierusalè: in quo manifestare se, ac notū sacerdotibus facere solebat Deus, qñ adueniente aliquo bello, eis erat auxiliaturus. Hæc autè in laudem ciuitatis dicta sunt. Iuxta anagogen, per ciuitatè cōmunio illa intelligitur, qua fideles in vita atq; conuersatione sua coniunguntur. Est autem vna hæc ciuitas, propter fidei ac religiōis vnitatem. Per domus autem templa intelliguntur, quæ in varijs mūdi partibus à Christianis erecta sunt: in quibus cognoscitur ac manifestatur Christus, quotiès adueniente persecutiōe, ipse Ecclesiam suam adiuuerit. Illud etiā animaduertendum est, qd vna esse fidelium ecclesia dicitur, & multæ: vna quidem, fide: & multæ, propter varia quæ vbiq; locorum sunt, tèpla. Hæc optimè Euthymius.

*Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum.* Qui fuerint hi reges, & quibus animis, aut ad quid cōgregati sunt, variant opiniones doctorum & coniecturæ. Nam quidam, secuti veteres Iudæorū historias, quas in libris Regum & Paralipomenon legimus, putant prophetā de barbaris aliquot gētium tyrannis, aduersus Hierosolyma cōgregati, canere: quales Ammonitæ, & quinq; illi reges Syria: de quibus victoriā insignè retulit Dauid, occisis de Syris septingentis curribus & quadraginta millibus equitum: quod videtes vniuersi reges q̄ erant in præsidio Adadezer, fecerunt pacem cum Israhel, & seruiērūt eis. Et quales Aethiopes, quos profligauit rex Asa. Iohan. Chrysol. ait prophetam narrare bellū, bellum difficile & vndiq; conflatum & clariorè victoriā: non tñ nominat regem populi Israelitici, sub quo bellum illud sit gestū, neq; gentes cōtra quas. Quum autè innumerabiles essent, & à paucis p̄figarētur, intellexisse eos, bellum illud non humanis viribus, sed poten-

tia dei geri: ideoq; terroribus atq; doloribus grauissimis p̄cussos esse, haud leuiorib; q̄ quibus mulieres parturientes corripunt: nempe qd viderēt se proferri haud secus atq; ingēte aliquā classē: in quā vehemens irruat ventus, ac naues oēs cōterat atq; demergat. Ceterum D. August. hæc de illis regibus intelligit, qui audita doctrina, visiq; miraculis, q̄ fiebat per discipulos Christi, respuerunt, & cōuersi ad Christum, penitentia egerunt de peccatis suis. Ad quod psalmo secundo adhortatus est eos p̄pheta, dicens: Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terrā. Seruite dño in timore, &c. Nicolaus Lyranus illud, *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt*, &c. refert ad magos, qui venerunt ad adorandum Ch̄m natū: Quod autem sequitur, *Conuerti sunt, commati sunt*, ad Herodem & eos qui huic adhæserunt. Quem igi potissimū ex his sequemur? nihil temerè est reijciendum, quod à viris doctrina peritis ac sanctimonis vitæ cōmendatis, sit dictum: & quorum iā per tot secula tanta sit in Ecclesia Dei autoritas. Neq; verò hoc loco nos quicquā impedit, quo minùs p̄phetam eū Chrysolomō, ceterisq; quibus illa sententia placet, intelligamus de barbaris, qui quū oppugnarēt Hierosolymam, à deo p̄pugnatore illius vrbs cōfusi sunt & prostrati: sed in figura eorū, q̄ postea futura erāt in ecclesia Christiana. Deindè cum Augustino de his, quorum illæ erant figura. Lyranum autem, quia neq; malè, neq; absurdè loquitur, suę sententię, cādidèq; lectoris arbitrio relinquimus.

*Ipsi videntes, sic admirati sunt, conturbati sunt, cōmori sunt.* Tremor apprehendit eos ibi, dolores ve parturientis. Hoc modo in Hebræo distinguit: & est cōmoda hæc distinctio, t. metū nihil in cōmodi fuerit, si cum grecis & Latinis posueris distinctionem ante aduerbium, *ibi*, vt legas hoc modo: *tremor apprehendit eos: ibi dolores ve parturientis.* Hebræa ad verbum trāslatam, sic sonant. Ipsi viderunt, sic admirati sunt, cōturbati sunt, expauerunt. Tremor apprehendit eos ibi: dolor sicut parturientis. Porò aduerbium *sic*, videt hoc loco temporis significationem habere. vt sit sensus, secundum Chrysolomū quidè: Ipsi barbari reges viderunt virtutē dei protegentis ciuitatē Hierusalè: secundum Augustinum verò, protegentis ecclesiā suā: atq; sic, i. tunc demū admirati sunt, nepe Dei potentia in Christo crucifixo, atq; in indoctis ac inermib; & numero paucis discipulis. *Conturbati sunt*, intelligentes iam, cui se imprudētes opposuerint. Expauerunt, nimirum ad illā inuictam & inuictabilem potētiam. Ibi demū apprehendit eos tremor, ac dolor, tanq̄ mulierem imminente partu. Sed beati, quos

Eli. 16.

quos tremor hic atq; dolor agit ad respiscētia, vt cum Esaia dicere possint: A timore tuo concepimus & parturiuimus spiritum salutis. Infelicissimi verò, quos cum Iuda proditore in desperatiōem, aut cum Pharaone in obstinatam cordis duritiem.

*In spiritu vehemēti cōueves naues Tharsis.* Hoc putat Chrysolomus, tanq̄ per similitudinem dictum esse, ad elucidandum ea q̄ precedunt, hoc sensu: Profligasti cōtriuistiq; hostes ciuitatis tuæ, quemadmodum emissa tempestate vëtorum cōteris naues Tharsis, hoc est, ipsius maris. Nam *תַּרְשִׁישׁ* lingua Hebræorum propria significat mare. *ו* verò Syriacū est, quo, passim de mari loquentes, vtuntur. Vide Hieronymum in 2. caput Esaie. Alij per Tharsin Carthaginem Africæ urbem intelligunt, alij regionem Iudææ, alij Ciliciam, in qua est vrbs Tharsus: quæ nomen habere legitur à Tharsita nepote Iaphet. Sed mālō cum Hieronymo in Esaia, suffragante ibidem translatione Septuaginta, intelligere mare ipsum. Per anagogen verò, hunc mundum: in quo tanq̄ vastissimo pelago naues plurimæ sup̄bissimæq; nauigant aduersus ecclesiam Dei, velis suis omni doctrinæ vëto expansis: dum alij philosophia humana, alij dialecticorum argutijs, alij poetarum figmentis, alij Rhetorū eloquētia, alij hereticorum peruicacia turgent. Sed omnes has naues conteret dñs, quum emiserit spiritum suum orientalem. Sic enim in Hebræo dicitur *וְיִפְּחֵם רוּחַ דְּנִי מִמִּזְרָח*, hoc est, per spiritum Dñi nostri

Zach. 6.

Iesu Christi, de quo Zacharias: Ecce vir, Oriēs nomen eius: & subter eum oriētur, & edificabitur templum Dño. Et Paulus apostolus ad Thessalonicenses de antichristo scribens, ait: *2. Thess. 2.* Quem dñs Iesus interficiet spiritu oris sui.

*Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Dñi virtutū, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eum in æternam.* Variè versum hunc intelligere possumus: Vel vt dicatur sub illorum persona, qui ex Babylonia reuersi erant Hierosolymā, in hanc sententiam: Sicut audiuimus, s. Dñm promittere per prophetas suos: aut, dñm sole re misereri populi sui, vt seruet eum: sic vidimus in ciuitate dñi virtutum &c. hoc est, experti sumus in nobismetipsis in patria nostra Hierusalem illum facere. Vel in persona illorum, qui habitauerunt Hierosolymis, & hostes suos virtute Dei profligarunt, in hanc sententiam: Sicut audiuimus Deum adfuisse in omnibus periculis, laboribus & afflictionibus patribus & maioribus nostris, aduersus hostes eorū: sic vidimus iam in ciuitate dñi virtutū, quæ est ipsa Hierusalem, vt videlicet hostes nostros profligarit ac fugarit à nobis. Vel sub p.

sona populi Christiani, hoc sensu: Sicut audiuimus, s. Dñm promississe in prophetis, & adumbrasse in figuris, quæ esset facturus pro populo suo per vnigenitum filium suum: sic vidimus iam impleri in ciuitate &c. quæ est Ecclesia, vrbs videlicet fundata super firmam petram, in æternum statura, ipsi etiam inferorū portis inexpugnabilis. Vel, sub illorum persona, qui iam eluctati ex his miserijs, regnum cælorum assecuti sunt, hoc sensu: Sicut audiuimus, subaudi, de patria nostra cælesti, dum adhuc in terris peregrinabamur: sic vidimus, i. experti sumus iam in ciuitate Dñi virtutum, i. in ipsa patria nostra. Nam hæc est re vera illa ciuitas, quam dñs fundauit in æternum: hoc est, fecit per omnia inexpugnabilem: quum illa quæ erat in terra Palestina, iam olim sit funditus euersa. Hoc quò grauius nobis commēdet assiduis cogitationibus versandum, accinit *וְיִפְּחֵם רוּחַ דְּנִי מִמִּזְרָח*. Porò quod noster interpret dicit, *in ciuitate Dñi virtutum: pro virtutum*, in Hebræo est *בְּבָתָיִם*, i. exercituum, in translatione Græca, *τῶν δυνάμεων*, i. potestatum.

*Suscipimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Quod noster interpret dicit, suscepimus, in Hebræo est *וְיִפְּחֵם רוּחַ דְּנִי מִמִּזְרָח*, hoc est, expectauimus. A quo non est alienum verbum Græcum *ἐπιδοξασθῆναι*. Vnde Euthymius exponit, Expectauimus auxilium tuum, & spe nostra frustrati nō sumus. Vtrunq; verbum, tam Hebræū quàm Græcum, significat etiam, existimauimus, considerauimus, siue cognouimus. Hinc est quod Hieronymus trāsulit: Existimauimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui. Verum hęc operè precium videtur admonere, quod 3. Reg. 6. legimus Salomonē quum edificaret templum, in medio eius, in interiori parte fecisse oraculum, vt poneret ibi arcam fœderis dñi. Templum illud, cælum significat. Interior eius pars, secreta cæli, inquit Beda presbyter. Arca fœderis, Dñm Iesum Christum: in quo fœdus pacis apud Deum patrem habemus, qui post resurrectionem ascendens in cælum, carnem sumptam de virgine in dextra patris collocauit. Quæadmodū itaq; populus ille Israeliticus in periculis & afflictionibus confugiebat ad oraculum seu propitiatorium illud, vt imploraret ibi misericordiam Dei: eamq; impetratam, deo gratias agens, sibi lætus gratulabatur: ita nos in omnibus necessitatibus nostris, spiritu per preces in ipsum vsq; cælum ascendimus: & in medio eius, in ipso oraculo, in dextra Dei patris, procumbimus ad arcam fœderis, hoc est, ad humanitatē filij, ad illud sacrosanctum corpus, quod ille offerens in ara crucis, æterno fœdere nos ipsi

Deo patri reconciliatos coniunxit, factus propitiatio pro peccatis nostris: procumbimus, inquam, certa concepta fiducia, quae quaecumque ibi sic orantes petierimus, impetraturi sumus, iuxta verbum Salomonis 3. Reg. 8. Quid enim nobis negare poterit Pater, ubi dilectissimus ille, & unigenitus filius ipsius, in ipso propitiatorio, adstat pontifex, atque oblata ipsius sacrosancti corporis sui victima, interpellat pro nobis? Et quia harum rerum quasi praesidia quaedam facta sunt, & figurata promissio, quando Maria mater & Ioseph tulerunt puerum Iesum in templum illud hierosolymitanum, ut filterent eum domino, pulchre Ecclesia versus hunc illi rei in introitu Missae accommodat in die Purificationis Mariae. D. Augustinus pro, in medio templi tui: legisse videtur, in medio populi tui, quod expositio eius indicat. Id inde accidit, quod exemplaria quaedam Graeca pro *in medio templi tui*, habent & λαός, i. populi. Sed Hebraea satis indicant legendum esse *in medio templi*. Est enim hebraice *בְּמִקְדָּשׁ*, i. in medio templi tui: Euthymius legit, λαός: Chrysostomus, *in medio*.

*Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terrae: iustitia plena est dextera tua.* Hoc est, sicut fama nominis tui ad extremos fines terrae peruenit, ita & maiestatis tuae laus. Dicit Augustinus ex his prophetarum verbis colligit, non ita paucos esse in populo qui iuste viuunt, quam videntur, etiam si multitudine iniustorum obruti, non ita appareant. Verba Augustini sunt: Non potest esse laus eius, nisi in sanctis eius. Non dicant haeretici sibi, in nobis remansit laus eius, quia pauci sumus, & a turba separati: nos iuste viuimus, nos laudamus Deum, non solum loquendo, verum etiam conuersando. Respondetur eis ex hoc psalmo, Quid vos dicitis in parte laudare Deum, cui dicitur est, Secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terrae? Id est, quomodo notus es per omnes terras, sic & laudaris per omnes terras. Nec desunt qui te nunc laudant per omnes terras. Illi autem laudant, qui bene viuunt. Secundum enim nomen tuum Deus, ita & laus tua, non in parte, sed in fines terrae. Porro quod addit propheta, iustitia plena est dextera tua, id Augustinus quoque eodem, hoc est, ad multitudinem iustorum refert, ita exponens: Iustitia plena est dextera tua, hoc est, multi sunt & illi qui stabunt ad dexteram: sed & ibi erit plenitudo massae ad dexteram constituta. Sic Augustinus. Simpliciter tamen expositio fuerit: Iustitia plena est dextera tua, hoc est, omnia opera tua iusta sunt. Quod quaedam saltem promissisti his qui te dili-

gunt, impijs vero qui te oderunt, supplicia mortemque; minatus es: ita te facere comperimus, ut sis verax in omnibus verbis tuis, & iustus in omnibus operibus tuis.

*Letetur mons Sion, & exultet filia Iuda, propter iudicia tua Domine.* Mons Sion, est ipsa Ecclesia Dei: filia Iuda, vel particulares Ecclesiae sunt, vel etiam singulae animae, hoc est, singuli homines, qui Deum confitentes, de operibus eius ac beneficijs in genus humanum laudant eundem. His annunciat propheta gaudium, dum iubet laetari & exultare. Quapropter hoc? Propter iudicia tua Domine, inquit. Quae sunt illa iudicia? Illa nimirum, quibus discernit bonos a malis, iustos ab iniustis, vnicuique dignam factis suis mercedem tribuens. Iudicia hominum saepe vel per incertiam, vel per malitiam condemnant innocentes, & absolunt sceleratissimos, & propter haec non raro contristantur boni. Dei vero iudicia neque ignorantia, neque iniquitate, neque vlla ratione alia corrumpi possunt. Vocatiuum Domine, interpretis aliquis de suo explicandi gratia adiecit videtur, quum non sit expressus in Hebraeo. Necessario tamen subintelligitur.

*Circundate Sion, & completimini eam, narrate in turribus eius.* Paulus luculentius ex Hebraeo transtuleris: Circundate Sion, & circuite eam: numerate turres eius: hoc est, qui putastis dominum deseruisse ciuitatem suam, euerendam ab hostibus, penitusque delendam, neque vni instaurandam, venite iam, & circuite eam, ac diligenter contemplamini, numerantes turres eius & propugnacula: ut intelligatis, quae sit inexpugnabilis. Euthymius haec secundum historiam interpretatur de hierosolymis, instaurata a populo, reuerso iam ex captiuitate Babylo-nica. Nos mystice de ecclesia intelligimus. Saepe haec ab innumerabilibus & crudelissimis hostibus grauiter oppugnata est, quemadmodum & nostra aetate. Si quis tamen propius ea ac diligentius contempletur, videbit ita super firmissimam petram edificatam, doctrinae muris, doctorum ac sanctorum propugnaculis, ipsius Dei protectione, munitam, ut sit plane inexpugnabilis, etiam dum in his terris adhuc peregrinatur. Maxime tamen omnes eam talem videbimus, & summo cum gaudio admirabimur in patria caelesti.

*Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domus eius, ut enarretis in progenie altera.* Quod ait, ponite corda vestra in virtute eius: significat, cogitate & considerate in animis vestris, quae sit inexpugnabilis potentia ciuitatis Dei, quae est ecclesia: Et distribuite domus eius, hoc est, considerate diligenter singula palatia eius, quae sunt excelsa, magnifica, splendida, atque omni admiratione

miratione digna, ut haec narretis in progenie altera, hoc est, mittatis ad posteros vestros harum rerum notitiam. horum non est obscura sententia, modo obseruemus quod cum praecedentibus cohaereant. Quod nra translatio haec habet, in virtute eius: hebraice est *בְּחַיִּתוֹ*, i. in muro, vel ad murum eius: Hieronymus transtulit, in munitibus eius. Graeca translatio habet, *ἐν τῷ τείχεϊ*. Sed horum omnium eadem est sententia, quae dixi, nepe, ut consideremus munitiones ac potentiam eius, quod intelligamus quae sit inexpugnabilis. Pro, distribuite domus eius: hebraice *בְּבָיִתָא דְּבָרָא*, i. exaltate palatia eius, hoc est, magnificentiam eorum agnoscite, Graece *καθ' ἑλπίδας βάρους αὐτῶν*, hoc est, discernite palatia siue regias eius. Quidam haec referunt ad eam distributionem, qua Apostoli distribuerunt mundum, ut alius eorum in aliam regionem abiret, annuntiaturus Euangelium. Alij ad distinctionem Ecclesiae ex Gentibus congregatae, & eius quae erat ex Iudaeis. Omnia illa pie dicuntur. Si tamen ad contextum totius psalmi respiciamus, videtur propheta, inuitare nos ad co-

templationem & admirationem totius ciuitatis Dei, hoc est, Ecclesiae: & quam mirabiliter haec regat ac protegat Deus.

*Quonia hic est Deus, Deus noster in aeternum & in seculum seculi, ipse reget nos in secula.* Quod Gentes pro dijs colunt idola atque demonia. Quorum haec ex malitia & odio in genus humanum, proderunt cultores suos, quae seruare. Illa vero, quae omni sensu vitaeque ipsa caret, neutrum possunt, ut furor sit in illis fiducia ponere. Huius autem ciuitatis protector est deus, deus, inquam, noster, quem nos vnum verum deum cognoscimus per fidem: praeter quem non est alius, & qui assumpta carne nostra, declarauit se velle Deum nostrum esse, neque vnum deserturum ciuitatem suam hanc: sed regnaturum in ea, & protecturum eam in aeternum & in seculum seculi. Ipse reget nos in secula. Vel, ut D. Hieronymus transtulit ex Hebraeo, ipse erit dux noster in morte. Hoc est, ducit ac regit nos per omnem hanc vitam, ne incidamus in laqueos hostis: & per mortem, hoc est, excessum ex hoc mortali corpore, in regnum suum caeleste, ut illic aeternis laudibus celebremus ipsum cum Deo patre & spiritu sancto, in secula seculorum. Amen.

## PSALMVS XLVIII.

**A**vdite haec omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique terrigenae & filij hominum, simul in vnum diues & pauper. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Inclino in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circudabit me. Qui confidit in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Frater non redimit, redimet homo? non dabit deo placationem suam. Et precium redemptionis animae suae, & laborabit in aeternum, & viuet adhuc in fine. Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes, simul in insipientes & stultus peribunt. Et relinquet alienis diuitias suas, & sepulcra eorum domus illorum in aeternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis. Et homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Haec via illorum scandalum ipsis, et postea in ore suo complacebunt. Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. Et dominabuntur eorum iusti in matutino, et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum. Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me. Ne timearis cum diues factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quonia cum interiuerit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipsius benedicetur, confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit usque in progenies patrum suorum, usque in aeternum non videbit lumen. Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.

IN PSALMUM XLVIII.

TITVLVS.

Viginti filiorum Corei psalmus.

In hoc titulo nihil est, quod non sit luculenter &amp; copiose explicatum in superiorum psalmorum titulis.

ARGUMENTVM.

Filij Corehi, i. populus fidelis, memores finis oim hoim, & victoriz suae per Chrm Iesum in mote Caluariz obteta, psalmu hunc canit de illorum hoim infania, qui deu ignorantes, fidutiam in sua virtute & opibus huius mundi collocat, quu his rebus nihil sit vanius: quippe q vel in mometo destituunt possessores suos, atq; ad inferos demittunt, eternis gehena flamis cremados. Interea vero adhortatur nos, vt illoru infania vitata, & rebus ta vanis cotemptis ac spretis, totos nos coijciamus in deu, ac voluntati eius subijciamus: qui suis in hac vita largit ea q nouit ipsis esse vtilia, iusta vero virtutu pnia referuat illis in vitam aeterna. Vtitur & in hoc psalmo ppheta exordio, eoq; longiusculo, coouocans in vnu auditoriu ac tanq theatru vniuersum genus humanum, in eoq; mirabili verboru grauitate, plenitudine, & acrimonia excitans attentione, qua maxime in hoc argumento est opus. Nihil enim difficilius persuadetur hominibus, q vt rebus omnibus diffisi, soli deo fidat. Genus oratiois est sapientium, hoc est, monitorium.

EXPOSITIO PSALMI.

Videte hec oes genes, auribus percipite oes q habitatis orbis. Manifesta sententia: posteriori mebro exponit prius, sed grauioribus verbis. Quiaq; terrigena & filij hoim, simul in vnu diues & pauper. Distributio qda est eius quod primo versu dixit, oes genes, & oes qui habitatis orbis. Habet aut iuramentum, qua significat se nullu homine omittere, que non inuitet ad audiendu doctrina hanc. Porro q nra traslatio hec habet, quiaq; terrigena & filij hominum: in Hebraeo est, וְאֵלֶּיךָ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ: quod D. Hieronymus traslulit, Tam filij Adae, q filij singuloru. Potest etia ad verbu transferr, Ta filij hois, q filij viri. Quod quida exponunt, Ta plebeij, q nobiles. Hoc apte quadrat ad id quod sequitur: simul in vnu diues & pauper. Septuaginta trasferetes, οἱ ἐπιγινώσκοντες τὸν κύριον ἀληθινόν, quod ad verbum sonat Latine, terrigenesq; & filij hoim, respexerunt ad originem nominis Adae, אָדָם, quod proprie terrigena significat, ab אֲדָמָה, i. terra. Vnde Chrysostrum admonet ppheta voluisse posteriori hoc, filij hoim, exponere prius illud, terrigena: ne quis putaret se cu poetis dicere, hoies ita ex terra natos esse, vt ea q feruntur in terra, & nascunt ex ea: q. d. ppheta: Patres quide vobis sunt hoies: principiu aut generatiois vobis & illis terra est, ne q vestrum superbiat, no agnoscat originem suam. Augustinus terrigenas, peccatores interpretatur: filios hoim, fideles & iustos, hos ad filiu hois Chrm, illos ad filiu terrae referes. qui ex Adae illo ter-

reno nati sunt, terrena sapient: & si quando colunt deu, in hoc colunt, vt opes terrenas ab illo impetrent: quas si non impetret, couertunt se ad blasphemias, execrates deu, quasi vel iniuste gubernet hic mundu, vel omnino gubernare negligat. Qui vero ex Chro renati, facile cotentunt terrena, affidue anhelates ad illa celestia, quae nouerunt sibi reposita esse in regno dei: p quibus illu cu gratiaru actioe laudates inuocant. Vtrosq; vero ad concione suam inuitat ppheta, hos vt in sua pietate & religioe cofirmet: illos, vt iusti iudicij dei admonitis, ab erroribus suis & impietate ad patientiam reuocet.

Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Attentionis locus, acturum se promittit non de rebus stultis ac friuolis, verum de illis, quae cum sapientia & prudentia summa coniuncta sint.

Inclinabo in parabola aure mea, aperia in psalterio propositione mea. Quid est, q ait se inclinaturum, hoc est, accommodaturum aure suam, quod auditoris est, non oratoris, siue doctois? Admonet hoc verbo auditores, non sua se signemta aut somnia prolaturu, sed q mentis suae auribus audiat ac discat ab ipso Deo, quae admodum alibi dicit: Audia quid loquat in me Dns deus. Per parabola vero, inquit Euthym. hic ambiguu atq; anigmaticu sermonem intelligit. Sunt em propheta oia ambigua admodum, ppter occultos sensus, obscuritate verborum velatos. Eodem pertinet quod addit, aperiama in psalterio, ppositione mea: quod Hieronymus ex Hebraeo ad verbu traslulit: aperiama in cithara anigma meum. Porro anigma est sermo obscurus, non a quouis facile intellectus: Septuaginta verterunt οὐρανία, quod Chrysostrum hoc loco interpretatur anigma. Na quicquid modo intelligimus, per anigmata cospicimus, inquit Augustinus, idq; iuxta verbum Apostoli 2. Cor. 5. Hoc ait propheta se aperturum per psalterium, siue (vt ex Hebraeo) per cithara, hoc est, cu harmonia & catu, quo sermo sit iucundior, inquit Euthymius. Luxta anagogen ille aperire dicitur propositione suam in psalterio, qui facit pariter & docet: cuius opera sermonibus congruit. Ad melodia em psalterij excitanda manibus opus est, per quas operandi facultas designatur. Est aut dulcissimum harmoniae genus, quando is qui docet alium, prius inclinauit aure suam ad discendu, vt factis declaret, se verè didicisse facere, q docet alios vt faciant. Vide Augustinu in huc locu. Atque haetenus quidem exordium est huius psalmi. Iam rem ipsam aggreditur.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circudabit me. Verè anigmaticus sermo. Quis autè soluet nobis anigmata haec? Quis, nisi ille ipse, q per

per os pphetae ea est elocutus? Sed vtinam esse-mus cithara idonea, p qua ille dignaret ppositionis huius mysteriu aperire. Certè nihil est in ingenio nostro, cuius fidutia re tanta aggredi audeam. Afati autè fidutia misericordie ipsi, no desperabim. Versus hic varias admittit expositiones. Principiu, prius mebrum p interrogatione sumi potest, hoc modo: Cur timebo in die malo? vt posteriori respondeat, idè se timere, q iniquitas calcanei sui circudet eum. Porro die malu, crasso illo, qui secundum literam dicitur, modo intelligere possumus, tempus cuiuscunq; afflictionis, vt sit sensus: Quid est quod me terreat, quu ingruunt tempora mala, qualia sunt belloru, famis, pestis, aut qualiumcunq; psecutionum & afflictionum? deinde respondeat: Nihil certè aliud, q iniquitas calcanei mei, hoc est, in qua diabolus, fretus infirmitate carnis meae, me introduxit. Calcaneu em, carnale nostri parte intelligim: cui semper insidiatur diabolus, qua per muliere significauit, Gen. 3. quum diceret: Tu insidiaberis calcaneo eius. Haec, in qua, iniquitas me facit timere ira & iustam vindicta dei: quem scio non nisi propter peccata istiusmodi afflicti: os immittere hominibus. atq; huic expositio non male consonat, q pro, in die mala, in Hebraeo est וְיָמֵי מַלְאָכָה, hoc est, in diebus malis, numero plurali. Alioqui asurgentibus ad altiore sententia, dies mala, dies extremi iudicij est, dies illa tremeda, dies calamitatis & miserie: quaddo sol obscurabit, & luna no dabit lumē suu, & stellae cadent de caelo, & virtutes caeloru comouebuntur, q iudex dicitur est his qui stabat a sinistris: niscende ite me maledicti in igne aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Neq; erit alia ratione terribilis illa dies, q ppter iniquitate. Na hanc ratione ipse iudex subijcit his verbis: Eseruiui em, & no dedistis mihi maducare: sitiui, & no dedistis mihi potum: ho spes era, & no collegistis me nudus, & no operuistis me: infirmus, & in carcere, & no visitastis me. Na cotrarias virtutes opatis erit letissima, nimirum auditoris a iudice: Venite bndicti pris mei, possidete paratu vobis regnu a constitutione mundi. Nullis aut ratioibus magis hoies illaqueat diabolus, q fidutia potetie & opū atq; haru concupiscetia. Vnde contra lethale serpentis illi venenu, ppheta dat saluberrime doctrine antidotu, dicens: Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiaru suaru gloriatur. Frater no redimit: redimet homo: no dabit Deo placatione suam. & q sequitur. Quoru haec poterit accipi simplex & moralis sententia: quo facilius euadat hoies illos laqueos, illas supplatationes, quibus diabolus capit imprudentes, attedant vt discant, q nihil sit pfidij in illis reb, quibus diabolus eos tanq psti-

gijs quibusda ludificat. Na q confidunt in virtute, hoc est, potetia sua, & in multitudine diuitiaru siue opum suaru gloriant, hi ad eod hifice reb destituent, quaddo veniet illi dies afflictionu, calamitatu & miseriaru, vt ne frater qdè fratrem suu sit redempturus, tati abest vt vllus hoim. Porro q nra hac traslatio habet, frater no redimit, redimet homo: ex Hebraeo ad verbu traslatum sonat: Frater no redimedo redimet vir. Hoc est, etia si qs in illis diebus magno studio cotendat dato precio redimere fratrem suu, nihil tñ effecerit. Porro, q ait, redimendo redimet, hebraismus est, quo illi vtunt, quu aliquid vehemeter vel asseuerat vel negat. Posset etia trasferri hoc modo: Frater no redimedo redimet viru: hoc sensu: No est q ibi quiqua speret redemptionem a quoqua, ne a fratre quidem suo. Atq; hoc mihi magis arridet, q illud. Quod ait, no dabit Deo placatione suam: pro, placatione sua: hebraice est וְיָצִיחַ, i. preciu expiationis ei. Huic apte consonat qd sequit in psal.

Et preciu redemptiois anima sua, &c. Sed commodius haec in Hebraeo distincta legunt, vnde ad verbu traslata, sic sonat: Et erit preciosa redemptio aiae eoru, & cessabit in aeternu. Hoc est, redemptio aiae eoru multo maioris precij est, q quod ab hoie perfolui queat: & cessabit ea redemptio in aeternu, hoc est, nunq fieri poterit, vt diues aliquis data pecunia hoc redimat, vt viuat in aeternu. Precio quide empti sumus, iuxta verbu Apostoli, 1. Cor. 7. sed quali precio? Nequaqu auro & argento, neq; vllis huius mundi opibus, sed sanguine vnigeniti filij. Quato perè igit nobis cauedum, ne tato precio redempti, in pristina seruitute recidamus? Quaddo tati emptu pdideris, (inqt Chryf.) quod poteris ea decinceps emere? Chrs em a mortuis suscitatur, no amplius moriet. Porro q nra traslatio habet, & laborabit in aeternu, no incommodiore sententia habere videt, q illud, cessabit: nepe laborabit in aeternu, hoc est, cum aeternis cruciatibus luctabit, nec poterit finire misera vita, & videre interitu sineq; doloru, que optabit. Vnde Ioanes Apo. 9. In diebus illis qrent hoies morte, & ea no inueniet: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Hoc enim esse videt quod sequit:

Et viuet adhuc in fine, no videbit interitu. Sic em in Hebraeo distinguit, vt haec duo mebra constituant vna periodu, seu versum vnum. Chrysostrum tamen haec ad virum iustum, & sapienter haec expendentem refert, in hanc sententiam: Quoniam qui philosophatur, & spe futurorum erigitur, ne mortem quidem mortem esse putabit. Vnde, non videbit interitu quu viderit sapientes morientes, ita intelligit: non interpretabitur mortem sapientu, interitu, sed transitum ad meliorem vitam. Porro qui huc sequit-

Sophon.

Mat. 24.

Math. 25.

Ibid.

sequitur, apud Hebræos sic extenditur:

*Quum viderit sapiens moriens, simul inspiens & stultus peribunt, & relinquent alienis diuitias suas.* Longum esset, persequi omnes omnium in hunc locum interpretationes. Iuxta Chryso-stomi sententiã, per antithesin confert mortem insipientis & stulti, cum morte viri sapientis. Quum enim hic trãseat ex hac vita in vitam immortalẽ ac beatissimã, virtutũ suarũ atq; bonorũ operũ opes secũ tollẽs, insipiens & stultus pariter peribũt, relinquẽtes alienis diuitias suas. hæc certẽ comoda est interpretatio. Sin placeat iuxta superiorẽ illã referre ad eũ, qui stultẽ cõfusus in virtute sua, & multitudine diuitiarũ suarum gloriatus, tãdem serõ intellexit se esse deceptũ, potest in eandẽ quidem sententiã accipi, sed hoc modo: Quum diues ille qui cõfidit in virtute sua, & in multitudine diuitiarũ suarũ gloriatur, viderit sapientes moriẽtes, nihil interesse putabit inter mortẽ sapientũ & insipientiũ stultorũq;. Vt autẽ intelligamus nos, quantum inter vtrorũq; mortẽ intersit, propheta describit principio stultorũ, hoc est, impiorũ mortẽ, idq; copiosẽ: deinde ex aduerso mortẽ sapientũ, i. piorum, quum ait: Et dominabũtur eorũ iusti in matutino. Hæc distinctione obseruata, non erit iã nobis vsq; adeo difficile, reliquum psalmũ interpretari. Quum enim ait propheta, *simul inspiens & stultus peribunt*, subiicit quomodo sint perituri, dicens:

*Et relinquet alienis diuitias suas, & sepulcrum domus illorũ in æternũ.* Chryso-stomus obseruauit, qd nõ dixit alijs, nõ cõsolationi esset, qd forte p̄pinqvis eas aut familiaribus relinqueret: sed alienis, nepe inimicis etiã & hostibus. Quod ait, *& sepulcrum eorũ domus illorũ in æternũ*, secundum stultã illorum opinionẽ ait, author Chryso-stomus. Dum enim sibi persuadet, nihil hominis superesse post mortẽ, p̄ter cadaver: neq; futurã resurrectionẽ mortuorum, & tñ stultissima ambitione studet relinquere monumenta aliqua, quibus nois sui & superbi factũs famã ad posteritatem extẽdant, quẽ admodum in hac vita superbiuerũt magnificẽtia palatiorũ suorũ, itã morituri superbiũt sepulcrorũ magnificẽtia. Vndẽ multi, vt inq̄t Chryso-st. sepẽ sepulcra cõstruxerũt magnificẽtiora domibus. Pro sepulcra eorum, in Hebræo est, **קברם**, quod p̄prie significat intimũ eorum: vel, vt hiero. trãstulit, interior sua. Sed Septuaginta per metathesin intellexerũt **קברם** pro **קברם**. In qua sentẽtia etiã quosdã Hebræorum esse monuit Dauid Kimhi in commentarijs. **קברם** intimũ, **קברם** sepulcrũ significat.

*Tabernacula eorũ in progenie & progenie: uocauerunt nomina sua in terris suis.* Hoc est, domos

extruũt altas & firmas, quas relinquũt filijs suis, nepotibus, & p̄nepotibus: vt hac ratione famã nominũ suorũ firment in terris. (Nã quod nõ interpret addit, *suis*, id non est in Hebræo.) Quinetiã vrbibus nomina sua induunt ac theatris, arcubus triũphalib; & innumeris alijs, p̄petuam indẽ memoriã aucupãtes. Intereã illis euenit, vt vndẽ gloriã aucupant, id fiat eis occasio ignominie. Hęc enim monumenta, inquit Chryso-st. nõ solũ nõ te clarum reddent, sed etiã facient ridiculũ, & ora oĩm aperiẽt. Aedificia enim non sinunt tuam auaritiam, q̄ obliuioni tradi poterat, tẽporis excursũ extingui: & stãt veluti colũm, & trophæa erecta aduersũs auaritiam. Hanc itaq; dementia illorum deplorat propheta versũ qui sequitur:

*Et homo quũ in honore esset, nõ intellexit cõparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.* O miserã, & nunq̄ satis deploratã mutationẽ, homo quũ in honore esset, nepe ad ipsũ dei factũ imaginẽ, quod de nulla creatura alia legit, cui fuit traditũ regnum in terris. Quid dico, in terris? imò etiã sup̄ volatilia celi & pisces maris: sese eò abiecit ipse, vt cõparatus sit iumentis insipientibus, ijsq; similis factus, nimirũ aũo, quo nihil aliud q̄ celestia spectare, & ad patriã illam, ipsũq; deũ parẽtẽ suum p̄perare debebat, scẽdissimã ac beluinis voluptatibus immerso. Verba huius versũs paulò aliter ex Hebræo sonãt, nepe: Et homo in honore non commemorabitur: similis factus est pecudib;, similes facti sunt. Similes facti sunt, s. homo & pecudes. Vel, vt quidã trãstulerunt: Et homo in splendore suo haud p̄durabit: assimilãt iumentis q̄ intereũt. Nã verbũ **יחבדו** quo hic vsus est p̄pheta, vtrũq; significat, assimilari & interire.

*Hæc via eorũ, scandalũ ipsis: & postea in ore suo cõplacebunt.* Viã vocat rationem viuendi. Est itaq; sensus: hæc vita illorũ beluina fit illis ipsis grauissimum offendiculũ. Quod autẽ sit illud offendiculũ, ipse explicat quũ addit: & postea ore suo cõplacebunt, hoc est, adeo demẽtantur illis voluptatib; beluinis, vt etiã sibi in illis placeãt, & tanq̄ de re aliqua p̄clara gloriens: quo nihil est horribiliũ & insanabilius. Vndẽ meritõ p̄pheta in fine hui; versũs accinit suũ illud **יחבדו**. Verba ex Hebræo paulò aliter trãfferri possunt. S. Hieronym; vertit hoc modo: Hæc est via insipientiẽ eorum: & post eos iuxta os eorũ currẽt, semp. Postet etiã ad verbũ trãfferri hoc modo: hæc via eorũ insipientia ipsorũ: & posteri eorũ in ore volũtatẽ habebũt, **יחבדו**. Horũ sentẽtia est: Istud vitæ institutũ ipsorũ, summa stultitia est, eoq; perniciosũ, qd filij & nepotes eorũ imitabuntur illud, & quæcunq; audierint ex ore parentũ & auorũ suorũ, p̄p̄babunt

habunt. Vndẽ quanta malorum series confectatur, quia nulla satis eloqui potest lingua, propheta rursum accinit, **יחבדו**.

*Sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos.* Pro *depascet eos*, Augustin; legit, pastor est eis: idq; tã ex Græca translatione, quã ex Hebræo melius est. Porro qd ouib; eos assimilat, nõ ad mansuetudinẽ animorũ & innocentiam p̄inet vitæ, quã semper fuerint crudelissimi: sed ad ignauissimã imbecillitatẽ significandã, qua nõ poterunt neq; effugere, neq; depelle-re supplicia imminẽtia. Quis igitur illic oves illas pascet? pastor omniũ crudelissimus, nepe mors. Neq; etiam mors ea, qua videm; obdormire corpora, sed multo crudelior hac. Mors enim hic nihil aliud est, q̄ suppliciu. Nunq̄ enim ad pœnis abfoluẽt, q̄ itã mortui sunt. Pascet eos, hoc ẽ, reget & castigabit eos. Etem hic idẽ verbũ in Hebræo, quod Psal. 2. vbi ait: Reges eos in virga ferrea, tanq̄ vas figuli confringes eos.

*Et dominabũtur eorũ iusti in matutino, & auxiliũ eorũ veterascet in inferno à gloria eorũ.* Hoc non satis comodẽ ex Græco transtulit interpret noster: meliũs interpret Euthymij: Et dominabũtur eorũ recti in matutino, & auxiliũ eorum veterascet in inferno: à gloria sua expulsi sunt. In matutino dixit, pro citò, inquit Euthymius. Dominabuntur autẽ, hoc est, potentiores erunt. Sensus est igitur, qd qui rectẽ vixerint, & virtute p̄stiterint, citò illis erũt potentiores: neq; illic tantũ, vbi virtutis laurea posita est: sed in hac etiã vita, qd & à diuino, p̄tegent auxilio, & summo honore cõspici illis etiã videbũt, à quorũ p̄uersitate superari nõ potuerunt. Exemplo tibi sit beatus Ioseph, qui quũ in seruitute esset, impudica dña potẽtiõ factus est & gloriofior. Quod ait, *& auxiliũ eorũ veterascet in inferno: veterascet*, hoc est, profusus fiet inutile, peribit. Nã quod vetustũ est, iam desijt esse vile, & tanq̄ res nihili abijcit. Nemo poterit illos iuuare, quũ in infernũ descẽderint. Ibi neq; Noẽ, neq; Iob, neq; Dauid filijs & filiab; suis succurrere possunt. Ibi diu itẽ illũ in tormẽtis ne ipse quidẽ summus, atq; Deo charissimus patriarcha Abraham iuuare potuit, vt vel guttulã aquæ acciperet, qua intolerabilẽ illũ linguã estum refrigeraret. Quod ait in fine versũs, à gloria eorũ: aut clariũs ex translatione Græca, à gloria sua expulsi sunt, hanc habet sententiã, interpretibus Chryso-stomo & Euthymio: Quod maximẽ desiderabant, p̄pter quod omnia faciebant, & nihil nõ moliebantur, nepe vt post mortẽ magnam sibi pararent gloriã, p̄ pecunias, p̄ edificia, per sepulcra, p̄ nomina inscripta in sepulcris, ab eo excident, atq; in cõtrarium incurrẽt, vt p̄ gloria illa æternã ignominiam inue-

niant. Posterior versũs pars, quẽ est, *& auxiliũ eorũ veterascet in inferno à gloria eorũ*, Hebræicẽ legit, **יחבדו קברם לבלות שואול מן הברכה**: Hoc sanctus Hieronymus transtulit hoc modo: Et figura eorũ cõtinetur in inferno post habitaculũ suum. Id nõ est difficile in eandẽ sententiã interpretari, in quã superiora illa sum; interpretati. Nam p̄ figuram, gloriã intelligere licet. Licuerit & hoc modo trãsferre ex Hebræo: Et forma eorũ veterascet: infern; domus eius.

*Verumtamen Deus redimet animã meã de manu inferni, quum acceperit me.* Postquã dixit mercedem malorũ & stipendium peccati, inquit Chryso-st. dicit etiam p̄mia bonorum. Illi malis innumerabilibus obruti, nullam redemptionẽ, neq; solatium vllũ inuenient. Nos cõtrã, liberati ab omnibus, quæ nobis in hac vita molesta sunt, libertatem & securitatem summã cum honore & gloria inestimabili cõsequemur. Quandò porro hoc fiet? Quũ acceperit me, inquit p̄pheta, hoc est, quũ rediuuium ex mortuis, in regnũ suum assumpserit me. Tunc enim facie ad faciem intuebor illũ, quẽ nũc tanq̄ per speculũ in ænigmate cerno. Basilius author est, p̄phetã hęc vaticinari de Christi ad inferos descensũ, qui indẽ vnã cum ceteris piorũ hominum animab;, ipsius etiam p̄phetæ animã sit liberaturus. Possumus autẽ p̄ metalepsin itã accipere, vt sub Christi p̄sona loquatur p̄pheta: Christ; autẽ deinde sub sua atq; totius corporis sui mystici, hoc est, Ecclesiæ p̄sona. Porro nõ quis hoc cõsitanter, tanq̄ rem leuem legendo audiendõve percurrat, p̄pheta accinit in fine versũs, **יחבדו**. Intereã verò dũ hæc tam inestimabilia p̄mia expectam;, inter ceteras tentationes incidit non rarò & illa, vt cõtristemur quũ videmus hoies impios diuitijs, opib;, & potẽtia florere & dominari: nos autẽ paup̄tate & inopia, alijsq; multis afflictionibus degrauari: aduersũs hanc tentationem armatac instruit nos propheta, dicens:

*Ne timearis quum diues factus fuerit homo, & quũ multiplicata fuerit gloria domũs eius.* Manifesta est huius quidẽ versũs sentẽtia: Noli animo cõsternari aut contristari, quãsi deus curam tuã abiecerit, quum videris hominem impium diuitijs affluere, atq; magnificas superbasq; eius aedes auro, argento, ebore, variãq; ac preciosã, luxuriosãq; supellectile, necnon ceteris ornamentis atque delicijs (hęc enim omnia per gloriã intelligit) resplendere.

*Quoniam quum interierit, non sumet omnia: neq; descẽdet cum eo gloria eius.* Ratio est, quare nõ debeamus turbari illis impiorum hominũ fortunis: quoniã quandò morientur, nihil eorũ poterunt tollere ac sumere secũ: neq; luculent-

ta illa ac splendida opes, cum illa deliciarum ac fastus gloria, descendent cum eis in infernum. Quod ait propheta, *nō sumet omnia*: Hebraismus est, pro eo quod nos dicimus, *nō sumet quicquam*. Quia anima eius in vita ipsius benedicitur: *confitebitur tibi, quā benefeceris ei*. Hoc est, dum in hac vita delicijs fruitur, laudabunt illum, & beatum predicabunt adulatores: & ipse stultus *confitebitur*, hoc est, gratias ager, tibi, hoc est, cuius homini, (est enim enallage personae) *quā benefeceris ei*, hoc est, quā laudaueris & tanquam beatum predicaueris eum. Hoc enim pro sua stultitia magnū beneficium interpretabitur. Euthymius admonet, posse nos haec verba accipere tanquam per prophetā ad ipsum deum dicta, hoc sensu: Quoties prauo huic homini beneficium aliquod contuleris, tunc gratias tibi ager. Verum si quae illi calamitates obuenerint, ad blasphemias & maledicta confugiet. Nō sic autem iustus, sed benedictus dñm in omni tempore. Sed versus hic ex Hebraeo sonat aliter, quam vel Graeca vel Latina translatio habet. Hebraea ad verbum sic: *Quum animā suā in vita sua benedicit: laudabit te, quā benefeceris tibi*. Hoc de illis intelligere possumus, quorum vnus apud Euangelistam Lucam secum loquitur hoc modo: Anima, ha-

Lucæ 12.

bes multa bona posita in annos plurimos: *re-geſce, comede, bibe, epulare*. His verbis & sibi & alijs, quos videt indulgere genio, bladiunt. *Introibit vsq; in progenies patrū suorum, & vsq; in eternū nō videbit lumē*.] Aperta sententia: Mortuus ad inferos descendet, sicut patres maioresque eius: vnde nunquam in hanc lucē est rediturus: sed in tenebris eternis, supplicijs inenarrabilibus cruciabit. Tale quiddam & ille apud Lucā admonet, his verbis: Stulte, hac nocte animam tuam *repetunt a te*: quae autē parasti, cuius erunt? In Hebraeo, pro *nō videbit*, est numero plurali, nō videbunt: vt referas ad ipsum & patres eius. *Homo quū in honore esset, nō intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*.] Sententia huius versus iam antē exposita est. In Hebraeo verbis quibusdam paululum differt ab illo superiori. Hic ad verbum translatus, sonat: Homo est in honore, & nō intelligit: similis fit iumentis, similes facti sunt. Vel, similis fit iumentis, quae interimuntur. Est autē lamentatio ipsius spiritus sancti per prophetā: quae pro sua inestimabili bonitate deplorat stultitiam nostrā. Illi, inquam, spiritui laus sit, honor & gloria, vna cum Deo patre, & vnigenito filio, in omnia secula seculorum, Amen.

Lucæ 12.

PSALMVS XLIX.

**D**eus deorum dominus locutus est, & vocauit terram. A solis ortu vsque ad occasum, ex Sion species decoris eius. Deus manifestē veniet, Deus noster & nō silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tepestas valida. Aduocauit celum de sursum, & terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius, qui ordināt testamentū eius super sacrificia. Et annuntiabunt caeli iustitiam eius, quoniam deus iudex est. Audi populus meus, & loquar: Israel, & testificabor tibi, deus deus tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Nō accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meae sunt omnes ferae sylvarum, iumenta in montibus & boues, Cognoui omnia volatilia caeli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriēro, non dicam tibi: meus est enim orbis terrae et plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, et honorificabis me. Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamentū meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinā, et proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia, et lingua tua concinnabat dolos. Sedēs aduersus fratrem tuū loquebaris, et aduersus filiū matris tuae ponebas scandalū: haec fecisti, et tacui. Existimasti iniquē quod ero tuū similis: arguā te, et statuam contra faciem tuā. Intelligite

gite

gite haec qui obliuiscimini deū, nē quandō rapiat, et nō sit qui eripiat. Sacrificiū laudis honorificabit me, & illiciter quo ostendā illi salutare Dei.

IN PSALMVM XLIX. TITVLVS.

**הַמְּנוּחָה לְאַפַּח**, Hoc est, Psalmus Asaph. Huius tituli alij putant hanc esse rationem, quod Asaph huius Psalmi sit author, nō Dauid: Alij, quod Dauid composuerit quidem Psalmum, sed tradiderit eū Asaph cantandū. De huiusmodi diximus in principio nostrorum commentariorum, vbi de Psalmorum authorib.

DE ARGVMENTO. PSALMI.

Illud constat, Asaph fuisse vnum ex illis cantoribus, quorū iam aliquoties mentionē fecimus ex Paralipomenō. Si nomen interpreteris, idē sonat Hebraeis, quod Latinis congregator, seu congregatio. Iā huic nomini pulcherrimē cōsonat argumentū Psalmi. Agit enim de congregandis populis ac gentib; totius orbis terrarū ad aduentum dñi. Aduentus autē hic duplex est. Semel enim venit in carne humilis & mundo ignotus. Iterūm veniet in maiestate sua, cōspicius omnibus. Interea nos docet, propheta quid agere debeamus, quib; sacrificijs deum colere, vt secundus ille aduentus domini nō sit nobis terribilis, sed amabilis ac desiderabilis.

EXPOSITIO PSALMI.

*Deus deorū Dñs locutus est, & vocauit terram*.] Huius versus expositionē placet mihi verbis Euthymij incipere, quod ea nō huic tantum loco, verum etiam alijs multis explicandis cōducant. Apud scripturā, inquit, nomen Deus quatuor assumitur modis. Et primo quidem deū illum, qui rerū omnium creator est & dominus. Secundo pro similitudinē atque imitationem deū aliquē appellari videmus, vt in praesenti Psalmo: Deus deorum locutus est. Item, Deus stetit in synagoga deorū: in medio autē deos diiudicabit. Et, Ego dixi, dii estis, & filij altissimi omnes. Itē, Dijs nō maledices, & principibus populi tui nō dices malum. Manifestū est enim, huiusmodi nomine eos vocari, qui per virtutem deū imitantur: quique veluti principes ac iudices, regendo, imperādo, iudicando, deo similes facti sunt. Tertio modo deum dici inuenim; iuxta analogiam, eo modo quo Moses Pharaonis deus dicitur: veluti qui magna aduersus illū miracula ac prodigia operabatur: qui eum castigabat, qui pro arbitrio flagella inferebat, qui sententiā suę prophetam habebat Aaron: & demum qui mortis & vitæ dominus ab illo esse ferebatur. Differt autē haec significatio à secundā: quia hic nō simpliciter dicitur deus, sed cum adiectione, deus Pharaonis. Quartō, ex colementi errore, iuxta quā significationē illud scriptū legitur: Ite, & clamate

1. Par. 15. & 16.

Psalm. 81.

Exod. 7.

Constituit deū Pharaonis.

1. Reg. 10.

ad deos, quos elegistis. Iterum, nō facietis vobis deos argenteos aut aureos. Dicit igitur sanctus spiritus per prophetā nostrū Dauid, quod deus principum omnium ac iudicū terrę creator, locutus est. Quid autē sit locutus, alius propheta declarauit, vt sapē diximus: Audite, inquit, valles & fundamenta terrae, & vocauit terrā ad audiendū. Sed possumus etiam deorū appellatione eos intelligere, qui ad imaginem dei creati, integrā atque incorruptā illius imaginē seruauerunt: nec tereno eā fūco, aut vitioso aliquo corruperunt pigmento. Hęc clarē atque distinctē Euthymius. Vide etiā Chrysost. Augustinus locum hunc exponit in hanc sententiā: Quū dicit, *Deorū*, nos homines, deos vocat, quos per adoptionē fecit filios suos, vt hereditatem possideam; cum vnigenito filio eius Iesu Christo. In Hebraeo est, **אֱלֹהִים אֲלֵהֶם**.

Exod. 20.

Deut. 32.

Hoc variē interpretari possumus: aut, *Deus deorum Dominus locutus est*, hoc sensu: Dominus qui est deus deorū, locutus est. Vel, vt Hieronymus, Fortis deus dñs locutus est: hoc est, dñs qui est fortis deus, est locutus. Posset & transferri: Deus, Deus Dñs locutus est. Sunt enim tria nomina, continua serie posita, quorū vnumquodque significat deū **אֱלֹהִים אֲלֵהֶם יְהוָה**. Nam **אֱלֹהִים** significat Deum: similiter **אֲלֵהֶם**. Porro **יְהוָה**, ferē transferunt nominus: de nullo tamen alio nomino intelligitur vsquam, quā de solo deo: estque illud nomē ineffabile admirabileque. Vnde & si quis attendat diligentius, videbit haud dubiē ex hisce tribus membris clarissimē relucere mysterium sacrę illius triadis, in vno vero atque æterno deo. Nā **אֱלֹהִים** significat deum ab omnipotentia, **אֲלֵהֶם** significat Deum pluralitatis cuiusdam specie, quo admonemur trium personarum. **יְהוָה** significat summā illam, super omnia eminentem, incōprehensibilem & ineffabilem essentiam vnus dei. Et quum neque pater sinē filio, neque filius sinē patre, neque pater aut filius sinē spiritu sancto, neque hic sinē patre & filio, operatus sit & perfecterit instaurationem generis humani, de qua canitur Psalmus hic, aptissimē ab illarum trium personarum in vno deo mysterio orditur propheta. Porro species illa pluralitatis aptissimē videtur in filij persona residere, vt persona media inter patrem & spiritum sanctū, & qui mediator sit inter deū & hominem: & quod maxime huic rei conuenit, in quo nos omēs deificati, hoc est, in deos quosdam transformati sumus, quotquot illum recepimus.

KK 2 cepi-

Iohan. 1.

cepimus, iuxta verbum Iohannis: Quotquot autem receperunt eum, his dedit potestatem filios dei fieri. Quod si primum hunc versum integrum, iuxta figuram seu idioma sermonis Hebraei ad verbum transferre voluerimus, id fecerimus hoc modo: Deus dij Dominus locutus est, & vocavit terram, ab ortu solis vsq; ad occasum eius. Nam hucusque extendit se in Hebraeo: & hanc habet sententiam: deus est omnipotens, qui est dij, hoc est, trinus in personis, vnus autē Dominus in illa incōprehensibili & ineffabili essentia diuina, locutus est (nimirum per vnigenitum filium suum, quem ad hoc in mundum hunc misit) & vocauit (nimirum p vnigeniti filij Apostolos, spiritu sancto afflatus ac doctos) terram (hoc est, homines habitantes super terram) ob ortu solis vsque ad occasum eius, (hoc est, nemine in toto illo terrarum orbe praterito, quem nō vocauerit.) Euntē, inquit, in mundum vniuersum, prādicatē Euangeliū omni creatūrā. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verō non crediderit, cōdemnabitur. Porro quō certior nobis hęc sit prophetia, ipsum etiam locum indicat propheta, ex quo rem tantam erat inceptur⁹ Deus, & vndē nunc totus mundus nouit illum incepisse. Sic enim ait:

Mar. 16.

*Ex Sion species decoris eius: Deus noster manifeste veniet, Deus noster & non silebit.* Quae verba luculentius ex Hebraeo transferri potuerunt: Ex Sion perfecta specie Deus speciosus apparuit. Veniet Deus noster, & non silebit. Euthymius admonet hęc verba vnā cum sequentibus, vsq; ad illum versum, Aduocauit cælum desursum, per parenthesis esse accipienda. Nam hac ratione aptē coherent, vocauit terram à solis ortu vsque ad occasum eius, & Aduocauit cælum desursum, &c. Porro quōd hoc loco dicit propheta, Ex Sion species decoris eius: siue, vt ex Hebraeo, Ex Sion perfecta specie Deus speciosus apparuit, hoc habet aliquid propheticū, habet etiam historicum: quod elegantissimē explicat Iohannes Chrysofomus. Fuit enim, inquit, & in veteri ex illo eius decor. Templum enim, sancta sanctorum, omnis cultus, omnisq; forma ac ritus legis veteris, multitudo sacerdotum, sacrificia & holocausta, sacri hymni & psalmodig, & oīa illinc proficiscebant: & typus futurorum illic antē descriptus fuerat. Postq̄ autē veritas quoque adfuit, ea rursus illinc quoque cepit initium. Illinc em̄ crux resplenduit: illinc innumeraabilia, quae praeclare ab eo gesta sunt. Et ideo Esaias quoque scribēs de lege noui testamenti, dicit: Ex Sion egredietur lex, & verbū Dñi ex Hierusalē, & iudicabit in medio gentiū. Siō enim hęc dicit locum integrū, & ciuitatē quae

Esai. 2.

aliter sonare vident, nēpe hoc modo: Veniet de⁹ noster & nō silebit: ignis ante faciē ei⁹ deuorabit, & in circuitu eius excit⁹ est valdē. Horū sententiā Iohā. Cāpēn. in sua paraphrasi expressit his verbis: Veniet Deus noster, nec ppetuō silebit: ignis em̄ vastans pcedet ipsum, & circa ipsum vento ignis ille excitabit, vt ardeat vehemētius. Certē nō veniet cū silentio ad iudicium Dñs: sed vt inquit Apostolus, in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. Loquetur etiā, ad iustos quidem, qui erunt ad extrā, placidissimē: Venite bñdicti patris mei, possidete regnum paratum vobis. Ad iniustos autē, qui ad sinistram, voce oīm terribilissima: Ite maledicti in ignē æternū. Ignis autem pcedet ipsum, omnia vastans: qui tñ iustis nihil inferet mali, quemadmodum ille tribus pueris in fornace, Dan. 3. Peccatoribus autem & impijs erit valdē formidabilis, imō intolerabilis. De hoc igne idē Propheta Daniel cap. 7. Thronus eius flammę ignis, rotæ eius, ignis accensus: & fluius ignis rapidus egrediebatur à facie eius. Porro q̄ noster hic David ait, venio ignem illum excitari, dicit ad exprimendū ardorē illius ignis supra modum horribilē. Alioquē nihil est opus auxilio venti, ad excitandū ignem suū, quē ipse volet ardere. Quo tñ nihilominus vti potest quum vult. Porro quod noster interpretis dixit, *tempestas valida*: nihil aliud significat, q̄ vehementem ventorum impetum ad augendum illius ignis incendia, Græcē καταιφύξις, id est, Chrysof. ait eo vocabulo vel intolerabilem massam niuis, quae, quicquid inciderit, cōuellet & euertat, significari: vel vehementem vētorum impetum, qui idipsum efficit, vt sit ijs quae occurrunt, intolerabilis. In Hebraeo est *מַטְרַת עֲשָׁרָה*: quod cum variē transferant interpretes, mihi diligentius intuenti & consideranti, planē videtur esse participium passivum, à *עָשָׂר*, quod significat formidare, vt non malē transfuleris: ignis ante eum deuorabit, & circum ipsum formidabilis nimis. Vt cumq; transferas, nihil aliud significat, quam supplicium intolerabile, quod imminet hominibus impijs in die iudicii.

*Aduocavit cælum de sursum, & terram discernere populum suum.* In Hebraeo est verbū futuri temporis *יִפְרֹץ*, i. vocabit. Similiter in translatione Græca, qua vtimur, *ἀποκαταίψαι*, i. aduocabit. Quod noster interpretis dixit, discernere. Græcus autē *διακρίναι*, id Hebræo habet *יָדַעַת*, i. vt iudicet. nō est itaq; obscura hui⁹ versūs sententiā: Aduocabit cælus desuper & terram, vt iudicet populum suum. Porro per cælū & terrā, vsitatissima metonymia, eos in-

aliter sonare vident, nēpe hoc modo: Veniet de⁹ noster & nō silebit: ignis ante faciē ei⁹ deuorabit, & in circuitu eius excit⁹ est valdē. Horū sententiā Iohā. Cāpēn. in sua paraphrasi expressit his verbis: Veniet Deus noster, nec ppetuō silebit: ignis em̄ vastans pcedet ipsum, & circa ipsum vento ignis ille excitabit, vt ardeat vehemētius. Certē nō veniet cū silentio ad iudicium Dñs: sed vt inquit Apostolus, in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. Loquetur etiā, ad iustos quidem, qui erunt ad extrā, placidissimē: Venite bñdicti patris mei, possidete regnum paratum vobis. Ad iniustos autē, qui ad sinistram, voce oīm terribilissima: Ite maledicti in ignē æternū. Ignis autem pcedet ipsum, omnia vastans: qui tñ iustis nihil inferet mali, quemadmodum ille tribus pueris in fornace, Dan. 3. Peccatoribus autem & impijs erit valdē formidabilis, imō intolerabilis. De hoc igne idē Propheta Daniel cap. 7. Thronus eius flammę ignis, rotæ eius, ignis accensus: & fluius ignis rapidus egrediebatur à facie eius. Porro q̄ noster hic David ait, venio ignem illum excitari, dicit ad exprimendū ardorē illius ignis supra modum horribilē. Alioquē nihil est opus auxilio venti, ad excitandū ignem suū, quē ipse volet ardere. Quo tñ nihilominus vti potest quum vult. Porro quod noster interpretis dixit, *tempestas valida*: nihil aliud significat, q̄ vehementem ventorum impetum ad augendum illius ignis incendia, Græcē καταιφύξις, id est, Chrysof. ait eo vocabulo vel intolerabilem massam niuis, quae, quicquid inciderit, cōuellet & euertat, significari: vel vehementem vētorum impetum, qui idipsum efficit, vt sit ijs quae occurrunt, intolerabilis. In Hebraeo est *מַטְרַת עֲשָׁרָה*: quod cum variē transferant interpretes, mihi diligentius intuenti & consideranti, planē videtur esse participium passivum, à *עָשָׂר*, quod significat formidare, vt non malē transfuleris: ignis ante eum deuorabit, & circum ipsum formidabilis nimis. Vt cumq; transferas, nihil aliud significat, quam supplicium intolerabile, quod imminet hominibus impijs in die iudicii.

aliter

I. Thes. 4.

Matth. 5.

aliter sonare vident, nēpe hoc modo: Veniet de⁹ noster & nō silebit: ignis ante faciē ei⁹ deuorabit, & in circuitu eius excit⁹ est valdē. Horū sententiā Iohā. Cāpēn. in sua paraphrasi expressit his verbis: Veniet Deus noster, nec ppetuō silebit: ignis em̄ vastans pcedet ipsum, & circa ipsum vento ignis ille excitabit, vt ardeat vehemētius. Certē nō veniet cū silentio ad iudicium Dñs: sed vt inquit Apostolus, in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. Loquetur etiā, ad iustos quidem, qui erunt ad extrā, placidissimē: Venite bñdicti patris mei, possidete regnum paratum vobis. Ad iniustos autē, qui ad sinistram, voce oīm terribilissima: Ite maledicti in ignē æternū. Ignis autem pcedet ipsum, omnia vastans: qui tñ iustis nihil inferet mali, quemadmodum ille tribus pueris in fornace, Dan. 3. Peccatoribus autem & impijs erit valdē formidabilis, imō intolerabilis. De hoc igne idē Propheta Daniel cap. 7. Thronus eius flammę ignis, rotæ eius, ignis accensus: & fluius ignis rapidus egrediebatur à facie eius. Porro q̄ noster hic David ait, venio ignem illum excitari, dicit ad exprimendū ardorē illius ignis supra modum horribilē. Alioquē nihil est opus auxilio venti, ad excitandū ignem suū, quē ipse volet ardere. Quo tñ nihilominus vti potest quum vult. Porro quod noster interpretis dixit, *tempestas valida*: nihil aliud significat, q̄ vehementem ventorum impetum ad augendum illius ignis incendia, Græcē καταιφύξις, id est, Chrysof. ait eo vocabulo vel intolerabilem massam niuis, quae, quicquid inciderit, cōuellet & euertat, significari: vel vehementem vētorum impetum, qui idipsum efficit, vt sit ijs quae occurrunt, intolerabilis. In Hebraeo est *מַטְרַת עֲשָׁרָה*: quod cum variē transferant interpretes, mihi diligentius intuenti & consideranti, planē videtur esse participium passivum, à *עָשָׂר*, quod significat formidare, vt non malē transfuleris: ignis ante eum deuorabit, & circum ipsum formidabilis nimis. Vt cumq; transferas, nihil aliud significat, quam supplicium intolerabile, quod imminet hominibus impijs in die iudicii.

telligit, qui in cælis & in terra habitant. De cælo venit ipse iudex innumerabilium angelorum ac beatorum spirituum copijs stipatus, adeoq; cum vniuerso illo militiā cælestis exercitu. Terrā autem vocauit, hoc est, homines in terra existentes, siue viuos, siue mortuos. Canet enim tuba, inquit Apostolus, & mortui resurgent incorrupti. Et Christus ipse: Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audiēt vocē filij Dei: & pcedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitę: qui verō mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Postumus etiam p ppopociam intelligere, q̄ Dñs venturus ad iudicium, cælum, terram, & quicquid est elementorū & corporū, quantunuis sensu carentiū, in testimoniū aduocaturus sit aduersus impios, q̄ iustissimo iudicio condemnent. Hęc em̄ oīa quū in vsum hoīm cōdiderit de⁹, satis declarauit, qualis pater illis esse voluerit, nisi illi per vitam flagitiosam, reiecto tali patre, semetipsos abdicauissent. Est autem ppopociā, quādo rebus inanimatis animatā personam imponimus.

1. Cor. 15. Iohan. 5.

*Congregate illi sanctos eius, qui ordināt testamentum eius super sacrificia.* In hoc Iohā. Chry. itā interpretatur, quasi p ironiā aut sarcasmon dictum sit aduersus Iudeos: quos quū De⁹ peculiariter elegisset sibi in populū sanctū, ipsi sese multis & enormib⁹ scelerib⁹ & flagitijs, pfanarūt. Interea tñ existimabāt se pclarē Deū colere, & legē & testamentū adimplere, si oues & vitulos sacrificarēt. Ideo pbra illis ingerens, eosq; irridēs, dicit: q̄ ordināt testamentū eius super sacrificia, hoc est, qui ad salutē sufficere existimāt, si aialia bruta sacrificēt. Itā Chryso. doctē & argutē. Attū quum doctores ecclesiastici magno cōsensu hęc de secūdo Chři aduentu, & extremo iudicio intelligant: atq; de eodem dicat Dñs Iesus ipse Mat. 13. q̄ tūc diciturus sit messorib⁹, hoc est, angelis suis: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad cōburendū ea, triticū autē cōgregate in horreū meū: mālē hęc cū Augustino & multis alijs magnę doctriņę ac sanctimonię viris, itā accipe, vt spiritu, pphético dicant ad angelos illos, q̄ in die iudicij cōgregationē illā sunt facturi: dicant autē sub psona vel ipsi⁹ Prophetę, vel (quod magis placet) Dei patris, hoc sensū: O vos angeli, cōgregate illi, hoc est, filio meo, sanctos eius: sanctos dico, nō q̄ multis hircorum, vitulorū, atq; taurorū victimis colunt me: neglecto interea fœdere charitatis, & opibus misericordię, iudicio videlicet, ordineq; planē puerfo: sed q̄ ordināt testamentū ei⁹ super sacrificia, hoc est, qui intelligūt quanto pluris ego faciā eos, q̄ obseruādis illis q̄ ego de charitate pcepi, efficiunt, vt in sanctis populi mei morib⁹ apud oēs lauder: q̄ illos qui immolan-



dis sumptuosus illis victimis, tenuioribus fratribus suis inopiam & paupertatem ipsorum quodammodo exprant, non habeant, vnde & ipsi queant facere similia: & me simile imaginant tyrannis huius mundi, qui p ambitione stultissimam & insatiabilem avaritiam istiusmodi affectant. Hoc, inquam, intelligunt, ideoq; ordinant testamentum eius sup sacrificia, hoc est, id curant, id agunt, vt seruent mandata filij mei, potius q; vt mihi sumptuosè & ambitiosè sacrificent. Quodnam aut est illud testamentum filij dei? Audiamus ipsum iam abiturum à suis ad patrem, & suos dulcissimo filiorum nomine appellante: **M**andatum nouum do vobis, inquit, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Et iterum: Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei precepta seruauit, & maneo in dilectione eius. Ecce, qui sic faciunt, hos dignatur Deus pater vocare sanctos filij sui & mandare angelis suis, vt eos congregent ab omnibus finibus totius mundi, vt cum vniuerso filio illo possideant regnum patris. Porro Iudeorum illam stultitiam, qua putarunt Deum delectari pinguis illis & superbis victimis, multis locis damnant non solum Prophetæ, verum etiã historiae sacre, pferunt regum. quod noster interpretes dixit, *Cogregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia.* Hieron. ex Hebræo rectius translulit: *Cogregate mihi sanctos meos, q; ferunt pactum meum in sacrificio.* hoc mihi videtur hanc habere sententiam, *Cogregate mihi sanctos meos, q; pcutiunt mecum foedus, adhibito sacrificio.* Solebat enim olim foedera p sacrificia & victimas firmari. Iam videamus obsecro, quodnam sit illud foedus, quod sancti Dei pcutiunt cum Deo, & quonam adhibito sacrificio idem confirmant. Nonne baptismo abrenunciamus satanae, & fidem damus Deo, atq; huic nos obligamus foedere sanctissimo, idq; p sanguine vniuersi filij eius Iesu Christi, qui semetipsum obtulit p nobis Deo patri suo victimam omnium longè purissimam preciosissimamq;? **Q**uanto opere igitur nobis est aduigilandum, atq; cauendum, ne hoc tam sacrosanctum atq; omnibus nobis tam salutare ac necessarium foedus rumpamus? De quo audiamus Apost. Rom. 6. An ignoratis fratres, inquit, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum eo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus resurrexit à mortuis p gloriam patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus. Hoc pluribus verbis ibidem persequitur Paulus, vt intelligamus, quod turpe sit, & quod horredo cum supplicio coniunctum, à Deo

Iohan. 13.

meum

Opt. Max. rupto tam sancto foedere, deficere denuò ad crudelissimum illum tyrannum diabolum. **Q**uod fructum, inquit, tunc habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors: Gratia autem Dei vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro. Et ad Hebræos: Si enim, inquit, sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ adpersus, inquinatos, sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortis, ad seruiendum Deo viuenti? Attendamus quæso quid dicat: Non enim dicit, emundauit ad impunitè peccandum, quod multi stultissime sibi promittunt, somniantes opera nostra, siue bona sint, siue mala, nihil neq; iuuare nos, neq; impedire adspirantes ad vitam æternam: modo credamus Christum pro nobis moriendo, dependisse omnia. **Q**uid ais o vesane? Non tibi hoc dicit Apostolus, sed emundauit conscientiam nostram ab operibus mortis, ad seruiendum Deo viuenti. **Q**uemadmodum & ad Rom. Vt in nouitate vite ambulemus. Si enim mortui sumus peccato, inquit in eodem, quomodo adhuc viuemus in illo? Ne autem nobis vnquam excidat huius tati foederis memoria, Dominus Iesus Christus abiturus hinc ad patrem, reliquit nobis illud ipsum sacrosanctum corpus, & sacrosanctum sanguinem suum, hic in sacramento Eucharistiae, quod Ecclesia Dei Catholica iungi sacrificio offert quotidie deo patri, cum gratiarum actione & precibus, & populo in cibum & potum vite æternæ distribuit. Accipite, inquit, & manducate: Hoc est corpus meum, quod p vobis tradit, siue frangit. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cenauit, dicens: Hic calix noui testamenti est in meo sanguine. hoc facite, quotiescunq; biberitis, in meam commemorationem. Sed non est huius nostri instituti hæc persequi longius: quare ad id quod sequitur apud Prophetam, pergamus: si illud prius admonuerim, posse illud. **C**ogregate illi sanctos &c. ita accipi, vt p psopopoeiam illam de qua diximus, ad caelum & terram dicatur: O tu caelum, & o tu terra, congregate illi, vel (vt ex Hebræo) mihi sanctos. Deinde verisimile esse, LXX. p eo quod nunc habet libri Hebræorum *וְיָסִיבֵם*, i. sanctos meos, legisse *וְיָסִיבֵם*, i. sanctos eius. & *וְיָסִיבֵם*, i. testamentum seu foedus meum, *וְיָסִיבֵם*, i. testamentum seu foedus, aut pactus eius. Iam ad id quod sequitur apud Prophetam, pergamus.

Et annuntiabunt calis iustitiam eius, quoniam De-

Luc. 11. 1. Co. 11.

*וְיָסִיבֵם* est, *וְיָסִיבֵם*. Hoc est, Tam est omnibus manifesta & conspicua iustitia Dei, vt ipsa etiam corpora caelestia, licet sensu carentia, illam annuncient: vt sit psopopoeia, similis illi superiori. Nisi malis caelos p allegoriam interpretari Apostolos, Euangelistas, ceterosque doctores Euangelij, & quoscunq; etiam homines iustos: vt in Psal. 18. Caeli enarrant gloriam Dei, dictum est. Nam quicumq; tales sunt, agnoscunt & prædicant iustitiam Dei: & in his habitat deus. **Q**uin ex hoc ipso demonstratur iustitia eius, argumento planè irrefutabili, quod iudex sit mundi. hoc enim maximè iudicium, hoc est maximè esse iudicem, non solum ferre sententiam, sed eam iuste ferre, inquit Chryf. Vn Paulus apostolus, quum sub aduersarij persona posuisset obiectum argumentum his verbis: Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus Deus, qui inferretur? idem soluit argumentum in contrarium posito, hoc modo: Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? d. Deus extra controuersam iudex est huius mundi. Hoc autem non posset, nisi esset iustissimus. Quia verò magna nobis incumbit necessitas assidue cogitandi, quod illi habemus iudicem nem, Propheta in fine versus accinit *וְיָסִיבֵם*. Atq; haftenus quæ p Prophetam nos docuit Opt. & benignissimus Dominus ne de aduentu filij sui ad iudicium iudicium, inquam, quod nulla creatura declinare potest: nunc, vt p omnia declaret, quanto potè velit nos omnes saluos fieri, subiicit breui, quod citius percipi, & luculento, quod facilius ab omnibus intelligi possit, compedio, doctrinam de vita nostra ac moribus, quid facere, quid vitare debeamus, vt tutò possimus ante iudicem illum consistere, tanquam in tabula nobis depingens illum iudicium, & ea ppter quæ condénaturus est reos iudex ille. Atq; hæc docet, non vt rigidus aliquis in schola magister: sed vt optimus pater, inaudito in filios amoris affectu, obsecrans & obtestans, ne tam salutarem doctrinam negligentes, semetipsos in condemnationem & supplicium, cruciatuq; æternos, è quibus nemo illos possit eripere, præcipitent. Attède, quæso, quanto cum affectu dicat:

*Audi populus meus, & loquar: Israel, & testificabor tibi, Deus Deus tuus ego sum.* Mirabile ad excitandum attentionem, & conciliandum beneuolentiam, exordium orationis. Sumit à gemina persona, populi auscultatis, & sua dicitur: & inter has personas ostendit continuationem, qua non potest esse arctior alia, neq; in celo, neq; in terra: qua continuatione quod potest esse efficacius ad beneuolentiam? Quod, quæso, peccus queat esse tā faxeum, quod non comoueat, quum audiat summi illius atq; omnipotentis dei vocem illam amabilis-

simam ad se, populus meus, atq; petentis, vt se audiat? Audi, inquit, & loquar: q. d. Ego iam dudum dicturus, intolerabili desiderio desidero docere te, qua ratione tremendum illud iudicium, & mortis æternæ nunquam finiendum supplicium queas euadere, & mecum viuere in regno meo beatissimo, idq; in æternum: Israel, inquam, audi: moueat te dulcissimum illud nomen sancti patriarchæ tui, & quo tu ipse appellari gloriaris, Israel: & quò libentius me audias, testificabor tibi quod sum Deus, & quum celi terræq; atque omnium quæ in his sunt, Deus sum, tamen eo sum erga te affectus amore, vt peculiariter Deus tuus vocari gaudeam. Ecce, hæc est huius exordij sententia: quæ si quem non queat excitare, vt cum summo desiderio attendat atq; auscultet, huic ego dixero, non corneam fibrã, quod est verbum Satyrici, sed peccus esse plusquam ferreum, & cor quouis adamante durius multo. Sic itaque exorsus, ipsum caelestis, patris ac saluberrimæ doctrinæ sermonem aggreditur, dicens:

*Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.* Hoc est, Non est quod metuas, ne te accusem aut arguam ob neglecta sacrificia, quasi non obtuleris mihi satis victimarum, quum altaria mea victimis & holocaustis tuis summe assidue. Verum hæc non sunt illa quæ ego à populo meo requiro. (hoc enim est quod sequitur apud Prophetam.)

*Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos.* Hoc est, non sunt mihi grata ista vitulorum & hircorum de domo tua sacrificia. Non cupio illa, non indigeo illis, neque delector. Quod si cupere aut delectari maximè, non tamen à te postulare. *Quia obrem? Quia mea sunt omnes ferae sylvarum, iumenta in montibus & boues.* Manifesta sententia, nulla indiget expositione: nisi quod eo quod nostra translatio habet, in montibus & boues, in Hebræo est *וְיָסִיבֵם*, quod alij transferunt, in montibus mille, vt sit sensus, mea sunt iumenta seu bestiae, quæcunq; habitant & pascunt in montibus infinitis, siue innumerabilibus. Sciendum tamen est, quod nomen *וְיָסִיבֵם*, quod in fine memorari, siue piodi positum legitur *וְיָסִיבֵם*, nunc significat mille, nunc boues, vt in Psal. 8. *וְיָסִיבֵם* id est, oues & boues. Sunt qui suspicantur *וְיָסִיבֵם* hic esse proprium regionis, in qua sunt illi montes, in quibus bestiae illæ pascuntur.

*Cognoui omnia volatilia caeli, & pulchritudo agri mecum est.* Cognoui, hoc est, in numerato & potestate mea habeo: vt quandoocunq; quotiescunq; vbicunq; quantumcunq; mihi libuerit, vti possim. Pro *calis*, in Hebræo est *וְיָסִיבֵם*, id est, mortium. vt sit, noui & in potestate mea habeo omnes volucres montium. Quod ait, & pulchritudo agri mecum est, Hebraicè est, *וְיָסִיבֵם*

**וְיָוִי וְשֵׁנֵי עֵמֶרֶי**, quod Hieronymus vertit, & vniuersitas agri mecum est. Alij, Et feræ agrestes mecum sunt. Campensis in paraphrasi totum versum reddidit hoc modo: Exactè noui genus omne auium, quauis in editissimis montibus nidos suos collocent: & quicquid animantium vsquam in vllis campis uiuit, in mea est potestate. Hic videtur secutus illorum sententiam, qui putant illud nomen **וְיָוִי**, nomen esse generalc omnium bestiarum siue animantium. Nam aliàs significat vniuersum ornatum alicuius rei, vt hoc loco rectè quis transtulerit, Vniuersus ille agrorum ornatus mecum est: hoc est, omnes totius terræ diuinita meæ sunt.

*Si esuriuero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.* Vide, vt se benignissimus Deus demittit ad nostram hanc crassitiè: quasi dicat: Quia video te ex temetipso metiri me, quasi ego indigeam tuis sacrificijs, & his vescar, vti hi qui inter homines eminent, muneribus ab hominibus acceptis: & me more humano esurire, (quod tamen nulla ratione fieri potest) non tamen idcirco tuis sacrificijs & muneribus opus habuero: quò totus mundus meus sit, & quicquid hoc ipso continetur.

*Namquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Quasi dicat: Adcõne tu nihil eorum quæ de Deo sunt, intelligis, vt putes Deum mäducare carnes taurorum, quas homines etiam delicatiores fastidiunt: aut sanguinem hircorum potare, à quo quibus etiam hominibus abhorret, & à quo, populo meo mandauit, vt abstineant, vt Leui. 3. Nec adipem nec sanguinem omnino comedetis. Et 7. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo. His itaque tam euidentissimis rationibus postquam ostendit, non illis sacrificijs placari Deum, subiicit, quænam igitur sint ea, quibus placetur, dicens:

*Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.* Immolamus DEO sacrificium laudis, quum illi de datis donis gratias agimus: quando illi hymnos canimus: maximè verò quando vitam nostram sic instituimus, vt homines videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui in cælis est. Hinc est quod **Mat. 5.** ait apostolus: Exhibete membra vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem. In hac sententiam Iohannes Chrysofomus. Pro, *sacrificium laudis*, in Hebræo est vna dictio **הַלְלוּ**, id est, laudem. Quod ait, *& redde altissimo vota tua*: Augustinus legit, & redde altissimo preces tuas. Porro votum Latinis tum *p-*missionem quæ Deo fit, significat, tum volun-

tatem ac desiderium. Vnde compos voti dicitur, qui quod optauit, obtinuit. Translatio Græca habet, **τὰς ὑχὰς σου**. Hæc Chrysofomus, & hunc secutus Euthymius, tam de supplicationibus & precibus, quæ de pmissionibus quæ deo fiunt, interpretantur. Chrysofomus sic habet: *Et redde altissimo vota tua*. Hic dicit supplicationes, suadens vt in oratione assidue perseueremus, & quæ professi fuerimus, cum celeritate reddamus. Pulchrè autem dixit, redde. Post promissionem enim efficitur debitum. Ità etiam **1. & 2.**

Anna reddidit filium, vt debitum maximum. Tu ergò, siue promittas eleemosynam, siue vitam pudicam, siue aliquid aliud tale, ad id exoluendum festina. Si quis autem exactè perpendit, etsi minimè promittatur, virtus tamen ei debetur. Id autem Christus significas, dicebat: *Quæ enim debuimus facere, fecimus.* **Luc. 17.** Atqui dixit parabolam serui, cui erat minimè imperatum ministerium, nempe vt non accumberet, sed transiret & ministraret. Porro autem quidam alius quoque dicit: Nè tardaueris reddere votum tuum, Pollicitus es? redde, nè fortè mors te inuadat, & id rescindat. Et quid ad me inquit: Vita enim non erat in mea potestate. Et ideo differre non oportuit, dum cogitas esse incertum exitum, & non esse in tua potestate aut viuere, aut hoc è loco excedere. Quod ergò vidèris pro tua defensione afferre, id planè te arguit. Neque enim mors in causa fuit, quò minùs redderes, sed tua mora ac dilatio. Hæc ideo placuit ad verbum ex Chrysofomo adscribere, vt videat studiosa iuuentus, quanti faciat vir ille vota quæ sunt Deo: quæ nostræ ætatis homines, illi præcipuè, qui Euangelici vocari gloriantur, tanquam nugas pueriles, aut anicularum deliramenta derident: quum tamen Chrysofomus suam sententiam obiter confirmet scripturis irrefutabilibus. Quinimò ipse spiritus sanctus hoc loco per hunc nostrum prophetam, si quis attendat diligentius, manifestè loquitur, ac præcipit reddere, hoc est, persoluere vota, hoc est, ea quæ quis Deo vouit, hoc est, promisit. Hoc apertè indicat nomen hebræum, quo hic videtur propheta **וְיָוִי**, id est, vota tua, nempe quæ tu vouisti, id est, promissisti, à verbo **וָוַי**, quod significat vouere, quomodò Deo vouemus, id est, promittimus. Id quod quum plurimis scripturæ diuinæ testimonijs probari queat, vnum duntaxat aut alterum in præsentiarum adducemus, nè oneremus studiosos. In lib. 2. Samuelis cap. 15. vbi Absalom loquitur ad patrem suum Dauid regem, his verbis:

**אֲלֵכֶּה בָּא וְאֶשְׁרֶה אֶת נַפְשִׁי לַיהוָה כְּתַבְרוֹן**  
**וְיָוִי וְשֵׁנֵי עֵמֶרֶי**  
**וְיָוִי וְשֵׁנֵי עֵמֶרֶי**  
**וְיָוִי וְשֵׁנֵי עֵמֶרֶי**

Hoc est, Vadam, obsecro, & persoluam votum meum, quod voui Domino in Hebron. Sed loquitur de his manifestissimè Salomò ecc. 5. quem locū attingit Chrysofomus in his quæ ex illo dictaui. Verba Salomonis sunt: **וְאֶשְׁרֶה אֶת נַפְשִׁי לַיהוָה כְּתַבְרוֹן** hoc est, quum voueris votum Deo, nè moreris persoluere illud. Idè grauitè mandatur Deut. 23. Cùm votum voueris Dño Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud Dñs Deus tuus: & si moratus fueris, reputabit tibi in peccatū. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut pmissisti Dño Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. Quid potest his dici clariùs? Quia authore Suida, nihil aliud significat vox Græca **ὑχὰς**, qua hic vsi sunt LXX. Sic enim scribit Suidas: **ὑχὰς αἱ ἐπισημασίαι. τὰς ὑχὰς μὲν τῶν κρητῶν ἐπισημασίαι, τὰς ὑχὰς δὲ τῶν ἐπισημασίαι ἀφ' ἧς ποιεῖται ἡ προσηγορία. ἡ δὲ ὑχὰς μὴ ἐπισημασίας τῶν ἐπισημασίαι.** Hoc est **ὑχὰς**, id est, vota, sunt promissiones: Vota mea Domino reddam, Psal. 115. Votum enim promissio Deo, eorum quæ iuxta religionem dedicantur. **ὑχὰς** verò votum, i. precatio, quæ cum supplicatione Deo offertur. Ex his opinor satis manifestè apparere, prophetam hic loqui de votis, i. promissionibus quæ sunt Deo, persoluentis: & præcipere, vt quod quisque vouerit, persoluat: de quo & alijs locis plurimis (vt dixi) loquitur scripturæ diuinæ. Nos verò pergimus ad ea, quæ sequuntur apud nostrum Prophetam: Si illud prius admonuero, doctores scholasticos verum huc nequaquam ineptè interpretari de sacrificio Missæ, in quo offertur sacrificiū laudis, i. Eucharistiæ, quod dominus Iesus instituit, & præcepit facere in commemorationem sui, Luc. 22. Et de reddendis, hoc est, persoluentis votis, tum illis quæ quisque in baptismo vouet, tam quæ in suscipiendis ordinibus, & recipiendo vitæ moralicæ instituto, vouet clerici & monachi: tum denique de omnibus illis, quæ quisque pie vouet Dño Deo, vt & nos iam Chrysofomus & scripturas diuinæ secuti, interpretati sumus.

*Et inuocame in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.* Versu præcedente, mutata persona prima in tertiã, dixit, *Immola Deo* &c. Hic redit ad primam, hoc sensu: Porro quum immolaueris Dño, hoc est, mihi, sacrificiū illud laudis, & reddideris mihi vota tua, tunc inuoca me &c. Quibus verbis amplissimam nobis mercedè, p illo sacrificio, & persolutis votis, promittit. Id si quis velit cognoscere, expendat, quod multis ac horribilibus malis infestetur genus humanum. Expendat autem nõ illa tantum, quæ foris affligunt sensus: qualia sunt, bella, fames, contumeliæ, morbi, & cætera, quibus vel solis hoim vulgus conturbari solet: sed quæ intus animum, qualia, prauæ cupiditates, oppugnationes quæ fiunt à diabolo & peccato, atque horribilia illa, ac nunquam finienda supplicia, quæ sequuntur eos qui his oppugnationibus fuerint victi. Hæc si quis recta ratione expendat, is intelliget, quod inestimabile sit premium, auxilio Dei (sinè quo id fieri nõ potest) ab illis tot ac talibus hostibus reportasse victoriã. Neindè quod addit propheta, *& honorificabis me*: Et hic, inquam, expendat, quale sit, in illorum beatissima sodalitate versari, quorum tota vita, eaque eterna, in hoc est, vt letissimis hymnis, in gaudijs tantis, quanta nulla mens hominis cogitando consequi potest, Dñm Deum laudent, qui illa summa bonorum omnium quæ vsque sunt, fruuntur in æternū. Beati (inquit alibi) qui habitant in domo tua Dñe, in secula seculorum laudabunt te. Psal. 83. Cur autem à nobis super his vult inuocari? Respondeat, p me aureū illud os Iohannis Chrysofomii: Volens, inquit, in nobis efficere maiore familiaritatè, & vehementiore quæ cum eo intercedit, amicitia, dando, inuocando, & accipiendo. Virtus enim deo familiarè efficit. Id ipsum facit remuneratio. Rursum autem vota ac preces hanc familiaritatem conciliant.

*Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Sententiã Prophetæ nõ malè videt reddidisse noster interpretes. Ad verba hebræa paulò prius accedit translatio D. Hieronymi, quæ sic habet: Impio autem dixit deus: quid tibi est cum enumeratione præceptorum meorum, vt assumas pactum meum in ore tuo? Iudæorum illi rabbini, sacerdotes, pharisæi, & scribæ, magno supercilio legè docebāt, quum ipsi p omnia legi contraria facerent. Vnde & Apostolus acriter infestatur eos, dicens: qui ergò aliu doces, te ipsum nõ doces? Qui prædicas nõ furandū, furaris? qui dicis nõ mœchandū, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegiū facis? qui de lege gloriaris, per legis transgressionem deum in honestas? Nè verò quis nostrum sibi blandiat, quasi hæc solis Iudæis, rectè quidem docentibus, sed malè viuentibus, dicta sint, audiamus eundem Apostolum alibi: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, nè fortè quum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Quibus verbis, & quo suo exemplo, nostrum quotquot docemur alios, timorè deprimit, nè doctrinæ gloria inflati, putemus opera iustitiæ nihil ad nos pertinere. Rectè dixit ille distichorum author, quem Catonem dicimus: Turpe est doctore, quum culpa redarguit ipsum. Vnde spiritus sanctus p nrm hunc Prophetam talibus mandare videt, vt de cathedris descendant.

dant, quū ait: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meū p̄ os tuū?* & q̄ sequuntur. *Quæ tñ nō ad deterrendū populū p̄tinet, quōd minūs ausit aut velit audire pastores suos, p̄pter impuram vitā, modō hi non recedant ab Ecclesiæ Catholicæ doctrina.* Nam p̄ceptum Dñi est Mat. 23, Super cathedram Moſis sederunt scribæ & phariſæi: Omnia ergō quæcūq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecūdum opa verō eorum nolite facere. Dicunt enim, & nō faciunt. Vndē Auguſt. in hunc locum: Modō ergō fratres, vos ſecuri eſtis: ſi bona auditis, Deū auditis, p̄ quemlibet audiatis. Sed noluit De⁹ ſinē correptione dimittere illos qui dicūt, nē ob hoc ſolum q̄ dicunt, ſecuri ſibi obdormiſcant in mala vita, & dicāt ſibi: Neq; enim perdet nos Deus, per quorum os voluit tanta bona dici populo ſuo. *Tu verō odiſti disciplinā, & proieciſti ſermōnes meos retrorſum.* ] Disciplinā, inquit Chryſ. hīc dicit legis doctrinā, q̄ animū cōponit, vitiiū expellit, & virtutē inſerit. Apud Hebræos nomen habet à caſtigatione **מִשְׁכֵּל**, apud Græcos à pueris **παιδεία**, apud Latinos disciplina à diſcipulis. Porrō pueri ac diſcipuli ſinē caſtigatione ſeu correptione non poſſunt erudiri. Itā & nos, p̄pter inſipientiā noſtram, opūs habemus vt à Dño p̄ correptiones & caſtigationes erudiamur. Vndē optimē in hunc verſum Auguſt. Odiſti disciplinā. qñ parco, cātās & laudas: qñ caſtigo, murmurās: quaſi, qñ parco, ſim Deus tuus: & quādō caſtigo, non ſim Deus tuus. Ego, quos amo, arguo & caſtigo. Tu verō odiſti eruditionē. Proieciſti ſermōnes meos retrorſum, hoc eſt, p̄cepta mea, q̄ tu ipſe enarrās, proieciſti longē à te, no lens vitam tuam ſecundūm ea inſtituere.

*Si videbas ſurem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas.* ] Quū dixerit Propheta tam grauiter deū increpare peccatores, enarrantes iuſtitias eius, nē deterreant oēs ab illa enarratione, q̄ nemo audeat dicere ſe purum eſſe à peccato, hīc imagine quadā tanq̄ in tabula depiſta, exponit, qualia ſiūt illa peccata, q̄ reddūt hoſem indignū illa enarratione iuſtitiarū Dei. Sunt qui p̄ inſirmitatē humanā p̄labuntur in peccata: ſed hoc ipſo noiē ſibi p̄petuō diſpiciunt, & primi oīm ſemetipſos accuſant. Hos aded non condēnat ſcriptura, vt etiā iuſtos appellet, vt Pro. 18. Iuſtus prior eſt accuſator ſui. Peccatores autē dicit eos, qui nō ſolum admittūt ſeu faciūt peccata, verū etiā delectationē in his habent, & vt ait Apoſt. Rom. 1. qui cōſentiūt faciētibus. Hoc eſt autē non paruū peccatū, inquit Chryſ. etiā ſi quis mala nō faciat, vnā cum malis gaudere, eiſq; gratulari. Nam ſi quis admiſſo peccato, ſenſerit cæteros homines offeſos auerſari ſe & vitare, in-

cipient intelligere malum & odiſſe peccatum ſuum. Sin autē viderit nō ſolum nō indignantes, ſed etiā facilē & placidē ſerētes, atq; aded blandientes & applaudētes: iam corrupto & exceſſato cōſcientiæ iudicio, non ſolum nō reſiſſet, verū etiā amando peccatum ſuū, & ſibi in eo placēdo, indiēs aliū aliūq; ſeſe in illud demerget. Hinc eſt q̄ Eccleſia Dei Catholica eos qui palām enormia delignant flagitia, excōmunicat: neq; ipſos tm̄ flagitiorum authores, verū etiā eos qui excōmunicatis cōmunicant: clariffimo nimirū exceplo & grauiſſimo p̄cepto Pauli Apoſtoli, acri obiurgatione obiurgātis Corinthios, q̄ nō ipſi vltro ſic fecerint. Et vos, inquit, inflati eſtis, & nō magis luctum habuiſtis, vt tollat de medio veſtrū, qui hoc opus fecit. Et paulō poſt rationē reddidit, quare neceſſariū ſit itā facere, dicēs: Neſcitis quā modicū fermentū totā maſſā corrūpit? Vndē in hunc Pſalmi locū Iohā. Chryſ. Si em̄, inquit, vel reprehēſum vitiiū aded viget, & laudata virtus vix ſuos ad ſudores puocat: qd erit, ſi hoc nō factū fuerit? Hoc viderit quiſpiā fieri vel in choro ſacerdotū. Quōd ſi hoc vel in diſcipulis graue eſt, multō magis in magiſtris. Quid faciſ d̄ homo? Cōtra legē factū eſt, tēperantia cōtempta eſt, tot peccata ab aliquo eorum qui ſacris opantur, commiſſa ſunt: inferna ſuperis conſuſa ſunt: atque aded quæ ſuperna ſunt, inferna facta ſunt, & tu non p̄horreſcis? At p̄pheta quidē ipſa etiā elementa inſenſilia vocat ad grauiſſimo dolore ſimul deſſēda ac deploranda mala q̄ cōmuniter ſiūt. Stupuit celū, & terra horruit. Et rursus: Lugebit Carmelus, lugebit vinū, lugebit vinea, & inanime quidē creature lugent & ingemiſcūt, & vnā cum Dño indignanti: tu autē qui es rationis particeps, nō doles, nō reprehendis, non es vehemēs vltor legū Dei violatarū: ſed es etiā peccatorū focius: & qñam tibi poſſit dari ierem. 4. venia? Nunquid em̄ Deus opūs habet vltore? Eū. 16. 24. nunquid ijs qui opem ferāt, indiget? Sed vult te huius rei eſſe miniſtrū, nē in eadē incidās, dum ſuccenſes effectus temperantior, vt ex eo tuam in Deū pietatē oſtendas. Quē enim cū aliū peccārit, p̄tercurreris, neq; reprehēderis, neq; egrē tuleris, animū tuū negligentiorē, & ad caſum p̄noriem efficiſ, & maximē p̄curas, vt in eadē ſepē incidat. Illum autem impertuna hac tua gratia nō leuiter offēdis, efficiens, vt in futuro ſit grauior ei reddēda ratio, & ad p̄ſentia eum reddens ſegniorem. Hæc & plura hiſ Chryſoſt. ſumma cū grauitate, imitatus nimirū Apoſtolū, tam grauiter ſuos Corinthios increpantē, q̄ cum talibus conſuetudinem habeant. Nunc autem ſcripſi vobis, inquit, non cōmiſceriſ: ſi is qui frater nominatur inter

inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledic⁹, aut ebriofus, aut rapax, cum cuiſmodi nec cibū ſumere. Hęc, nō mea ſomnia, ſed ipſius Dei, p̄ ſanctos ſuos, p̄phetas, Apoſtolū, & laudatiſſimū ep̄iſcopū Chryſoſt. expreſſa oracula, nolui latere ſtudioſos, vt diſcant, & quō ſibi cauere debeant à nequitia huius mundi, & quāta pietas ſit, peccantes admonere vt reſiſcant: Contrā verō, quanta impietas, hoc negligere. Quid dicā, etiā ad peccandū inſtigare? Quid de lenonibus? Quid de omnibus illis, qui per cauponatiōes ex peccatis hoſm q̄ſtum faciunt? Porrō q̄ furē hīc nominat Propheta, ſynecoche eſt. Nam p̄ furtum, omne genus peccati intelligit. Quēdā tñ hīc recenſet, quibus p̄cipuē offēnditur Deus: qualia ſunt ipſum furtum, adulterium, detractio, diſſimatioq; p̄ximi, atq; hiſ ſimilia, quibus ſit iniuria proximo. Porrō furtum, vt ex Auguſt. lib. 2. queſt. ſup Exod. cap. 71. colligitur, eſt illicita vſurpatio rei alienæ. Quod ait, illicita, liberat ab hoc crimine Iſraelitas, q̄ ſpoſiarunt Aegyptios vaſis aureis & argenteis. Illi em̄, vt ait idē Auguſt. in eodem lib. cap. 39. nō furtum fecerunt, ſed Deo iubenti, miniſteriū præbuerunt. Eſt autem furtum aliud alio grauius, aded vt quedam p̄p̄emodū vacare culpa videantur, vtī neceſſitate impellente admiſſa. De quo genere Sapientē loqui putant Pro. 6. quum ait: Non grandis eſt culpa, cū quis ſuratus fuerit. Furatur enim vt eſurientē impleat animam. Quanq̄ non eſt, q̄ eo verbo ſibi blandiātur fures, quaſi furari liceat, quotieſcūq; quis nō habet quod edat aut bibat. Multi enim ſua culpa non habent, qui vel ſua dilapidarunt, vel præ ignauiā non laborarūt, vt haberent vitæ neceſſaria, vel etiā ſi neceſſitas vrgeat, non tñ eō ſe demittere ſuſtinent, vt eos qui habent orent, vt accipiant. Omnia experiri quis debet, prius quām ad furtum ſe demittat. Nam planē ſi vacaret culpa, qui furatur vt eſurientem impleat animam, nō tam grauis eſſet annexa pœna deprehēſo, quam eodem loco ponit Salomon: Deprehēſus quoq; (inquit) reddet ſeptuplū, & omnem ſubſtantiam domū ſuę tradet. Neq; ſimpliciter negat eſſe grandem culpam, ſed ex comparatione adulterij. Huic enim comparatū furtū, non videtur eſſe culpa grandis. Cuius comparationis luculentiffimas addit rationes. A cauiſis impellētib; Nam ad furtū impellit homines plerūq; fame, atq; durum illud & inuitabile telū neceſſitas. Qui autem adulter eſt, inquit, p̄pter cordis inopiam perdet animam ſuam. Cordis inopiam, malitioſam ſtultitiam dicit. Nam vir bonus & ſapiens ratione fret⁹, imperat concupiſcentiæ, nec acquieſcit inui-

tanti ad peccatum. Ab inæqualitate pœnarū, atq; omnium eorum q̄ poſt vtrūq; cōtingere ſolēt. Nā ſur poteſt illa, quā audiuiſmus, reſtitutione, q̄ ſit per ſeptuplum & omnem ſubſtantiam domū ſuā, liberare ſe. Adulteri autem opprobrium nō delebitur: quōd pro hoc ſcelere nulla poſſit fieri reſtitutio, qua placeſt ira viri qui læſus eſt. Quia zelus & furor viri, inquit, non parcat in die vindictæ: nec acquieſcet cuiuſquā precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione donā plurimā. Huic igitur, inquā, tam enormi ſceleri comparatum furtum, præſertim ex famis neceſſitate admiſſum, non videtur eſſe grādis culpa. Alioquē quid de furto ſimpliciter ſpectato, etiā ratione famis admiſſo, ſentiret idem ipſe Salomon, ſatis aperte ſignificauit alibi, quum in ſua illa precatione diceret: Tribue tantūm victui meo neceſſaria, nē fortē ſatiatus illiciar ad negandum, & dicā, Pro. 30. quis eſt Dñs? aut egeſtate compulſus, furer, & periurem nomen Dei mei. Et Zachariās Propheta: hæc eſt maledictio quę egreditur ſuper faciem omnis terrę: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur. Hoc iudicium metuens robias, quum audiret domi ſuæ vocem balantis hœdi, quem vxor eius labore manuū ſuarum, opere videlicet textrinę, compararat, ipſe verō ſuſpicabatur illam ab aliquo fure Tob. 2. emiſſe, minori, vt ſit, precio, q̄ alioquē veneat: quum propter paupertatem non conſueuerit tam delicatos emere cibos, dixit: Videte nē fortē furtiuus ſit: Reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliq̄d, aut contingere. Quōd ſi tam graue peccatum eſt furari, etiā inopię & famis neceſſitate impellente atq; cogente, adde etiā excuſante ignorantia, qua quis furtiuum emit, quū ipſe non furetur, neq; ſciat eſſe furtiuum: quid dicemus de illis, qui per auaritiā circūueniunt proximum iniquo pondere, fallaci menſura, mercibus adulterinis, ſucis & alienis ſaporibus, coloribusq; imprudētī emptori doloſē commendatiſ? Clamat ad eos Amos Propheta hiſ verbis: Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terrę, diſcentes: Quandō tranſibit meſſis, & vendabimus merces: & ſabbatum, & aperiemus frumentū, vt imminuamus meſurā, & augeam⁹ ſiclum, & ſupponam⁹ ſtateras dolofas, vt poſſideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quiſquilias frumenti vendamus? Iurauit Dominus in ſuperbiam Iacob, ſi obliſtus fuero vſque ad finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? Quid de illis, qui ſuos operarios mercede, p̄ tam grauib; laboribus debita, vel dilatione, LL 2 vel

vel attenuatiōe, vel quacunq; ratiōe alia fraudant? Quare non audiunt Dominum in Leuitico sic præcipientem: Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; manē. Et Iacobū Iacob. 5. messuerunt regiōes vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit. Porro quemadmodum dominorum est liberaliter soluere mercenarijs mercedem suam, ita mercenariorum est fideliter inseruire: id quod ipsa ratio equitatis dicit. Serui, inquit Apostolus, obedite dñis carnalibus, cū timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placētes, sed vt serui Christi, facientes voluntatē dei ex animo, cum bona voluntate seruientes, sicut domino, & non hominib;. Similia scribit Colof. 3. Colof. 3. & Timotheo. Quæ tamen de seruis propriè illic dicunt, nihil tñ vetat etiā de mercenarijs accipere, qui certam pacti mercedem, operam fidelem debent illis, à quibus mercedem expectant. quibus qui faciunt contraria, fures sunt. Vnde factum videtur, vt nomine furū seruos etiā intelligamus: vt apud Verg. Quid Dñi facient, audent quum talia fures? Fures, id est, serui, Quid de prædonibus? Qui (vt de eis scriptum est in libro Iob) subuertūt pauperum vitam, & opprimunt pariter manuetos terre, vigilantes ad prædam, præparant panem liberis. Et paulò post: Vim fecerunt de prædantes pupillos, & vulgum pauperem despoliauerunt, esurientibus tulerunt spicas, de ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur. Iisdem horribilia minas Ezechiel: Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias vestras, & sanguinem funditis, nunquid terram hereditate possidebitis? Sed nimis longum fuerit, persequi ea, quæ tum apud hunc, tam apud alios Prophetas talibus minas Deus. Et Paulus Apostolus: Rapaces regnum Dei non possidebūt. Quid de his qui litibus iniquis proximū vel circumueniunt, vel ad iniquam compositionē cogunt, vel ad extremā etiā inopiā redigūt? De quibus idem Propheta: Populi terræ calumniabantur calumniā, & rapiebant violenter, egenum & pauperē affligebant, & aduenā opprimebant calumniā absq; iudicio. Et quæsiui de eis virū qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me, p̄ terrā, nē dissiparem eam, & nō inueni. Et effudi sup eos indignatiōem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos. Viā eorum in caput eorum reddidi, ait Dñs Deus. 1. Cor. 6. Paulus mauult nos iniuriam pati, quàm litigare. Iam quidem omninò delictum est in vo-

bis, inquit, q̄ iudicia habetis inter vos. Quare nō magis iniuriā accipitis? Quare non magis fraudè patimini? Sed vos iniuriā facitis, & fraudatis: & hoc fratrib;. An neficis quod iniqui regnum Dei non possidebunt? Vtinam hoc verbum rectè intelligant, & assiduè in cordibus suis reuoluant, qui quum non ignorēt se iniustas habere causas aduersus proximos suos, cedere tñ in iudicio nolunt: sed exceptionib;, appellationibus, calumnijs, præuaricationib;, non solum caudicem aliquem, verum etiā tota iudicia corrumpendo euertendq;, sua aduocatorumq; suorum potentia perumpere ac vincere contendunt, & innocentiam per omne versutiarum genus opprimere. Quantò magis decebat nos, qui mutuā fraternitatem in Christo Iesu, p̄stetur, quotiescunq; fratri alicui controuersia aliquid incidit cum fratre, querere doctos, sapientes, & incorruptos arbitros, aut etiā iudices, si hoc omninò necessarium videatur: atq; ad hos accedere, nequaquam tanquam hostes, animo vincendi opprimendiq; per fas nefasq; aduersarium, sed studio discendi tanq; a magistris, quid equi, quid iniqui, iusti aut iniusti sit in causa. Quo cognito, neutrum vltra de lite cogitare: sed victum, agnoscere suum errorem: & composita cum fratre pace, sua sorte benè contentum abire. Quid de feneratoribus? Aduersus quos extat præceptum Domini in Deuteronomio his verbis: Non feneratoris fratri tuo pecuniam ad vsuram, nec fruges, nec quamlibet rem aliam. Item, fratri tuo absq; vsura id quo indiget, commodabis. Hoc Dominus noster Iesus Christus iubet nos facere etiā illis, à Luc. 6. quibus non speramus nos recepturos ipsam sortem. Si mutuū dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus feneratorant, vt recipiant equalia. Possem plura recensere furtorum genera, inter quæ sacrilegium: quod est, qñ quis Ecclesiam fraudat aut spoliat: vt faciunt Simoniaci, qui nō per ostium ingrediunt in Ecclesiā, sed aliā dolo malo ascendunt, beneficia Ecclesiastica emunt ac vendunt: ambiūt impetrantq; sacerdotia, nō vt frugaliter ex illis viuēt, Deo & Ecclesiæ eius seruiāt, sed vt habeant quo vitam in ignauissimo ocio, scdissimoq; luxu transigant. Vt faciūt, inquam, qui hierothecas, sacros calices, aut quicquid est ornamenti Ecclesijs datum & consecratū, furant, aut rapiunt: qui templa demoliuntur, qui exturbatis sacerdotibus, monachis, sacerisq; virginibus Ecclesiarum monasteriorumq; diuitias diripiunt, occupant, ac distrahunt. O quam horribilia his minantur passim scripturæ diuinæ. Posuerunt, inquit Ieremias,

remias, offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomē meum, & polluerunt eam, &c. Mox autem horrenda supplicia, p̄pter hęc minatur illis, dicens: Et erit morticinū populi huius in cibos volucris cæli & bestijs terræ, & nō erit qui abigat. Quid acciderit Ieroboam, nouerunt qui legerūt historiam Regum. Quid Heliodoro, quid Antiocho, habet historia Machabæorum. Hęc omnia terrere debebant nostræ ætatis fures, sacrilegos, raptores, qui neq; à sacris, neq; à profanis sceleratissimas manus cōtinent. Sed quia ipsi indurāt corda sua, & aures obturrunt, discat saltem studiosa iuuentus, quibus, puocetur ira dei in filios perditionis, vt sibi ab illis caueant. Porro quod sequitur in nostro hoc Psalmo, *Et cum adulteris portionem tuam ponebas*: satis intelligi potest ex illis, quæ paulò autē ex Proverb. 6. adduximus de comparatione furti & adulterij. Illud vnum admonitos velim studiosos, quod eo præcepto, quo dicitur, Non mæchaberis, omnis actus veneris vetatur, qui sit extra legitimi matrimonij fœdera. Hoc probè intellexit Tobias, quū filium suum admoneret his verbis: Attende fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorē tuam nunquam patiaris crimen scire. Pro eo quod noster interpres dixit, *portionem tuam ponebas*, in Hebræo est vna dictio *אָפְתָּן*, id est, portio tua: sensus manifestus, socius factus es adulterorum.

*Os tuum abundauit malitijs, & lingua tua concinnabat dolos.* Ex Hebræo transferri potuit: Os tuum dimisisti ad malitiam. Sensus manifestus est, Relaxasti os tuum ad maledicendum, & linguam tuam ad concinnandum dolos. Suprà corripuit eos, qui quum videbant alios peccare, dissimulant, aut etiā per assentationem intelligat: quum debeant eos ex charitate fraterna admonere & increpare, nē perfeuerantes in peccatis pereant. Hic verò corripuit eos, qui maledicunt ac detrahunt proximis suis. Quomodo corripere debeamus eos, quos viderimus peccare, disertè docuit Christus Matth. 18. Corripe eum inter te & ipsum solum, inquit. Quod si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum aut duos. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Sed vulgus hominum contrā: coram adulatur peccantibus, absentes autem traducit atque diffamat. Quid quod etiā innocentes? In quo multò etiā grauius peccatum esse nemo non videt.

*Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tue ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui.* Quod ait, sedens, significat illum ad hoc se composuisse, & voluptatem in

hoc habuisse, q̄ fratri suo detraheret. Quod ait, & aduersus filium matris tue, idem quidem est filius matris eius qui frater eius, habet tamen præterea hanc *וְיָוֹן*, quod non tantum fratrem suum per hoc lædit, verum etiā matrem suam grauius contristat. Mala enim quæ accidunt filijs, grauius plerunq; contristant matres, q̄ ipsos filios quibus accidunt. Quod secundum carnem accidit matribus carnalibus, id secundum spiritū accidit Ecclesiæ, quæ est mater nostra spiritualis. Quod nostra trālatio habet, *ponebas scandalum*: in Hebræo est, *אָפְתָּן*, id est, ponis opprobrium, hoc est, infamem facis eum. Porro quæ in nostra hac translatione est postrema pars versūs, *hæc fecisti, & tacui*: apud Hebræos est initiū sequentis, qui sic incipit:

*Hæc fecisti, & tacuisti iniquè quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Graui epiphonemate ferit animū eius, quem corripit, peccatoris: imò verò nostros omnium animos. Quis enim nostrum est, qui dicere audeat immunem se esse, & purū ab illis, de quibus locutus est, peccatis? *Hæc fecisti*, inquit, & tacui: hoc est, longanimitate, mea tanq; dissimulans peccata tua, pœnam distuli, volens ad pœnitentiam te inuitare. Existimasti iniquè. Aduerbium iniquè, non est in Hebræo: sed hoc modo legitur: Existimasti quod ero tui similis, hoc est, me fore tam stolidum, vecordem, atque ignauum, quàm tu es, vt nihilifaciam, vtrum homines iuste an iniuste viuunt, neque vnquam sim vindicaturus peccata eorum. Ego verò *arguam te*, hoc est, corripiam & castigabo te: *Et statuam contra faciem tuam*, hoc est, ordine tibi ob oculos tuos ponam peccata tua: Vt videlicet, & meam iustitiā cogaris agnoscere, ac temetipsum summæ stultitię malitięq; cum summo pudore tui cōdemnare. Hęc tam atrocia nē nobis eueniant, admonet hortaturq; nos incredibili pietate spiritus sanctus per prophetam, dicens:

*Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum: nē quando rapiat, & non sit qui eripiat.* In Hebræo additur particula obsecrandi *אָבְרָהָם*, p̄ qua in Græca translatione est *אֱבְרָהָם*. Vnde Chryostomi interpres rectè vertit, Intelligite obsecro hæc. Pro eo quod & Græca & nostra translatio habet, nē quando rapiat, apud Hebræos est verbum primę personę *אֲרָבָהָם*, id est, nē forte, vel, nē quando rapiam. Atq; hoc apertiore habet sententiam, hanc videlicet: O vos, qui inebriati dementatiq; rebus huius mundi & affectibus carnis humanæ, obliuiscimini Deum, respiscite quæso, euigilate tandem ex isto vestro veterno, attendite & intelligite

hæc mea præcepta, hæc mea monita, quib<sup>9</sup> nûc in tempore gratiæ ardentissimi cuiusdam erga vos amoris impatientia, tanquam cæstro p-citus, seruare vos studeo: intelligite, inquam, hæc, nè quum aduenerit tempus illud, quo mihi exerenda est iustitia, & iudicium super omnes, tunc ratione iustitiæ meæ cogar vos rapere ad illa horrenda supplicia, è quibus deindè nemo vos queat eripere.

*Sacrificiū laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendā illi salutare Dei.* Pro, *Sacrificiū laudis*, in Hebræo est *תורה ויראה*, Hoc est, qui immolat, siue sacrificat laudem. Hieronymus transtulit, Qui immolat confessionem, glorificat me: & qui ordinat viam, ostendam ei salutare Dei. Porro laus & confessio, idem est: & est sensus vtriusq; translationis, quod Deo nullo sacrificio gratior exhibetur honor, quàm illo, quo per animorum gratitudinem illum de beneficijs in nos collatis laudamus: de quo latius diximus in illud, Immola Deo sacrificium laudis. Quod autem Septuaginta verterunt, *& illic iter*: Hieronymus autem, & qui ordinat viam: Alij, & qui ponit viam: indè accidit, quod in Hebræo variat lectio. Nā Septuaginta haud dubiè legerunt, *ויראה ויראה*, quod ad verbum sonat, & illic via: vt sit sensus, interprete Euthymio, Et illic, id est, in eo genere sacrificij, via quædam est ad salutem, per quam viam ego sacrificanti cui libet eam salutem ostendam, quæ à me prouenit. Ostenditur autem hæc salus nobis præcipuè in sacrificio Eucharistiæ, quæ Missam dicimus, quod Ecclesia catholica offert quotidie deo patri, in memoriam & representationem mortis vnigeniti filij eius. Quemadmodum enim (inquit sanctus Irenæus) qui ex terra est panis, percipiens inuocationem Dei, iam nõ est cõmunis panis, sed Eucharistia, ex duab<sup>9</sup> rebus cõstans, terrena & cælesti: sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, iam nõ sunt corruptibilia, sed spem resurrectionis habètia. Offerim<sup>9</sup> autem ei, nõ quasi indigenti, sed gratias agentes donationi eius sanctificantis creaturæ. Vident<sup>9</sup> tu his Irenæi verbis tanquam digito indicatū illud sacrificium laudis, & in hoc ipso iter, quo nobis ostenditur salutare Dei? Hoc nimirum est illud sacrificium, quod ipse summus pōtifex Christus Iesus in vltima cœna instituit, atq; discipulis suis sacrificandum offerendumq; cõmendauit, vt clarissimis verbis apud Euangelistam Lucam scriptum legitur. Et accepto pane, inquit, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meū quod pro vobis datur: hoc facite in meī cõmemorationem. Quum audis illum accepto pane, gra-

lib. 4.  
cap. 34.

tias egisse, ite mox accepto calice, agnoscis illū sacerdotem secundum ordinem Melchisedec offerentē neo patri suo sacrificium laudis, in eodemq; sub speciebus panis & vini, carnē & sanguinem suum ad salutē totius generis humani. Quum audis illū dicere discipulis, Hoc facite in meam (vel meī) cõmemorationē, intelligis ipsum, vtī pontificem, ordinare discipulos in presbyteros seu sacerdotes, vt post se in ecclesia eandē hostiam offerat, & successorib<sup>9</sup> suis offerendam tradant. Quod sic interpretor illum euangelistę locum, nõ est meum somnium, sed sententia excellentis doctrinæ ac sanctimoniz viri diui Irenæi episcopi Lugdunensis, cuius & paulò antè meminimus: qui fuit discipulus D. Polycarpi, Polycarpus autē lohannis apostoli & Euangelistæ. Legant studiosi ipsi librū eius quartū, cap. 32. vbi inter cetera hæc eius sunt verba: Et noui testamenti nouā docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in nouo testamento. Confirmat autem hoc Irenæus vaticinio Malachiæ propheta, quod vaticinium per omnia consonat his quæ hic canit noster propheta. Nõ accipia (inquit hic noster) de domo tua vitulos, neq; de gregib<sup>9</sup> tuis hircos, &c. Immola Deo sacrificium laudis, & sacrificiū laudis honorabit me, &c. Malachias autē: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium nõ accipiam de manibus vestris: Quoniā ab ortu solis vsq; ad occasum, nomen meū glorificabitur inter gētes, & in omni loco incensum offertur nomini meo & sacrificiū purū. Hoc sacrificium purū Irenæus ibi cõstanter interpretatur sacrificiū Eucharistiæ, itā vt Lucas scribit à Christo pontifice nostro institutū, oblatum, traditū apostolis, & ab his Ecclesię dei catholice, q̄ illud in vniuerso mudo offert deo. Et in hoc ipso sacrificio iter, quo ostendit nobis salutare dei: Offeritur em̄ hic in mysterio atq; ore fidelium sumitur Christus ipse, q̄ est via, veritas, & vita, & panis ille viuus, qui de cælo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, inquit, viuet in æternū. Iam ad alterā illam lectionē, qua ferè vruntur Iudeorū Rabbini. Ea pro *ויראה*, i. & illic, habet, *ויראה*, id est, & qui ponit, siue, vt Hieronym<sup>9</sup>, & qui ordinat. Secundum hanc lectionem ad verbum transferri potest hoc modo: Qui immolat laudem, glorificat me: & qui ponit viam, ostendam illi salutare Dei. Neque quicquam vetat hoc in eandem sententiam accipere, inquam, translationem Septuaginta, hoc modo: Nõ qui vitulos aut hircos, sed qui sacrificium illud laudis, q̄ est eucharistia, mihi immolat, is est

is est qui meam gloriam verè prædicat: & qui ponit in illo sacrificio sibi viam, nimirum, vt sumptis æterni mecum & cum vnigenito filio meo fœderis symbolis, carne videlicet & sanguine eiusdem ipsius filij mei, mortē eius pro salute generis humani annunciet, nõ ore duntaxat, verum etiam innocentia vitæ atque virtute, mortem illam per mortificationem ope-

rum suorum carnalium imitando: illi, in quā, quicumque hoc fecerit, ostendam salutare dei, vt cum eodem illo vnigenito filio meo, in regno meo cælesti, viuat in æternum. Hoc nobis omnibus largiatur Deus pater domini nostri Iesu Christi, cui cum eodem filio suo & spiritu sancto, laus, gloria, honor, & imperium in secula seculorum, Amen.

PSALMVS L.

**M**iserere meī Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meā. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea. Ecce em̄ veritatē dilexisti, incerta & occulta sapiētiz tuę manifestasti mihi. Adsparges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiā, & exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundū crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Nõ proicias me à facie tua, & spiritum sanctū tuum nõ auferas à me. Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis meę, & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem, vtiquè holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicias. Benignè fac domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

IN PSALMVM L.

TITVLVS EX HEBRÆO.

**V**ictori Psalmus Dauid, quando venit ad eum Nathan propheta, quum ingressus esset ad Bethsabee.

In translationib<sup>9</sup>, tã Græca vulgò vsurpata, quàm Latinis, nomen huius mulieris legitur Bersabee, Græcè *Βερσαβη*. Hieronymus ex Hebræo transtulit, Bethsabee. Quod si libros Hebræorū seq̄mur, Bersabee Hebræicè *בֵּרְשָׁבֶה* nomē est loci: quod, si interpreteris, sonat Latine, Puteus iuramenti: quod illic iuxta puteū, Abraham cum Abimelech rege Gerar per iuramentū fœdus percussit: vt legitur Gen. 21. Mulier autem hæc, vxor Vrię, quam per adulterium cõpressit Dauid, deindè maritum eius in bello curauit occidi, quo occiso, accepit eā in vxorem, & genuit ex ea Salomonem, apud

Hebræos dicit *בֵּרְשָׁבֶה*, vel *בֵּרְשָׁבֶה*, quod interpretatū sonat filia iuramenti, vel filia fœderis, vel filia septima. In Paralipomenon lib. 1. ca. 3. dicitur *בֵּרְשָׁבֶה*, quod Hieron. in traditionibus Hebraicis interpretat, filia deprecationis: alij saluationis, & exclamationis. Porro de ingressu Dauid ad Bethsabee vxorem Vrię, atque ipsius Vrię cæde, manifesta est historia 2. Reg. 11. & 12.

ARGUMENTVM PSALMI.

**P**rimis versibus tribus proponit petitionem suam, nempe vt per misericordiā dei remittatur sibi, deleantur, ac prorsus abluantur omnia peccata sua. Deindè subiicit aliquot rationes, quibus docet, nõ iniquum esse quod petit. Hic rationibus expositis, redit ad petitionē, eamq; multis modis immorādo expolier-

poliendos; vrget, modum etiam expiationis à peccatis ostendens, quum ait: Adsparges me Domine hyssopo &c. Hinc rursus argumentis agit à sua gratitudine: Docebo, inquit, iniquos vias tuas, &c. Huic tam splendida confirmatiō etiam eam orationis partem subiicit, quam Rhetores refutationem vocant. Potuit enim aliquis obijcere: Nuda sunt verba, quæ promittis, nempe doctrinam legis & laudationem. Cur nō potius promittis aut voues ouium, hircorum, vitulorum, atque taurorū opima sacrificia? Hoc itaque occupans, respondet: Deum non placari istiusmodi sacrificijs, sed cōtrito & humiliato corde. Atq; ex huius loci occasione, petit à Deo, vt benè faciat Ecclesiæ suæ, eiusq; muros instauret. Hinc enim futurum, vt tales vitulos offerant veri cultores eius, qualibus ipse sibi sacrificari gaudet. Toto autem Psalmo nobis tanquā in tabula depingitur hominis in peccata prolapsi, & per verā pœnitentiam resurgētis, imago, doctrina videlicet nobis omnib; summopere necessaria. Propheta in sua quidem persona loquit, ex occasione sui illius tā grauis lapsus, in adulterium videlicet & homicidium: vnusquisque nihilominus nostrū eo potest commodillimè vtī, tum pro semetipso, tum pro toto genere humano, tanquā vno homine, Dominum deprecans. Hoc enim charitatis est, etiam fratrum peccata in se recepta, tanquā sua deflere. Est etiam in his prophetia de redimēdo genere humano à peccatis & morte, quod suis locis indicabitur. Nunc videamus, quib; verbis hæc agat propheta.

## EXPOSITIO PSALMI.

**M**iserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Quū dicit, secundum magnam misericordiam tuam, cōfiteatur peccata sua esse magna. Verū in Hebræo nō est additum, magnam: sed simpliciter, Miserere mei Deus secundum misericordiam tuam. Quod autem ait:

*Et secundum multitudinem miserationū tuarū, dele iniquitatem meam.* Multa peccata sua esse agnoscit, eaque per miserationes Dei multas deleri precatur. Et nē quid vsquā resideat maculæ, amplius lauari postulat, dicens:

*Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mundame.* Augustinus legit, magis magisq; laua me: & itā interpretatur, vt intelligamus prophetam præ summo animi ardore vnā sententiam ter alijs alijsq; verbis eloqui. Schema apud Rhetores expositio dicit. Quod si quis propius attendat, videbit, ni fallor, & hīc aliquid mysterij diuinę illi triadis, ac trium personarum communia in reparando hominem perditum opera. A patris persona in-

cipit, quum ait: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: quod hic sit principium & fons omnis misericordiæ. Vnde & Apostolus Paulus laudat eum his verbis: Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis. Deindē cū pergit, Et secundum multitudinem miserationum tuarū dele iniquitatem meam, vt ex Hebræo, iniquitates meas, nonnē propheticō spiritu postulat illud fieri, quod idem Apostolus iam per filium Dei perfectum scribit? Et vos, inquit, quum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus vos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, &c. Iam verò sic reparatos, si contingat (quod eheu nimis contingit) in peccata relabi, quid aliud quā clamabimus, Amplius laua me, &c. Hīc iam emicat spiritus sancti persona, de qua sic ait filius ad discipulos: Accipite spiritum sanctum: quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. De qua remissione quum Petrus interrogaret dominum, dicens: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei vsque septies? audiuit à Domino: Non dico tibi, vsque septies: sed vsque septuagies septies. Vides vt per gratiam spiritus sancti, quæ per impositionem manuum datur presbyteris, amplius ampliusque lauamur ab iniquitatibus nostris. Nē tamen hæc tam profusa & inexhausta misericordia DEI, & ad ignoscendum peccata tam prona voluntas, quenquam ad cōtemptum, aut negligentiam ignauiamq; adducat, quasi iam leue quiddam sit peccatum, & quasi Deus nihil à peccatore requirat, quā vt dicat, Miserere mei, sequitur apud prophetam:

*Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meū contra me est semper.* Vicissitudo est, inquit Chrysostrōm: Deus dat vt saluificetur reus. dedit Dominus misericordiam suam. dedit & qui peccauerat, confessionem peccatorum suorum: Neque verò confessionem hanc leuem, aut simulatam, aut in nudis verbis sitā: qualem faciunt improbi serui, quum sentiunt se depræhensos, deprecantes verbera: quæ si per dominorum clementiam euaserint, ilicō exultantes ad scelerata sua ingenia redeunt. Noster, ppheta, suo exemplo nos docet, quanto, & quā assiduo animorum nostrorū dolore deplorandum sit, quod illum dominum offendimus: ideò dicit, *Et peccatum meum contra me est semper*: Hoc est, assiduo obuersatur cogitationibus meis: Quasi dicat, interprete

Augu-

Augustino: Non domine, nō erit impunitum peccatū meum. Noui iustitiam eius, cuius quero misericordiam, Nō impunitū erit: sed ideò nolo, vt tu punias, quia ego peccatū meum punio. Ideò peto vt ignoscas, quia ego agnosco. Laborauit, inquit in alio Psalmo, in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectū meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Spongia peccatorum tuorum lacrymæ tuę sunt, inquit Chrysostrōm, grandis earum virtus. Vide ipsum Chrysostrōm, pulcherrimè de his differentem. Nō est res ludicra pœnitētia. Latrones sunt animarū, qui docent populum, fati esse adire sacerdotem, siue (vt ipsi vocare mālunt) ministrum Ecclesiæ, ac dicere, Cōfiteor me esse peccatorem, & peto absolutionē: Quæ (nescio quali) ab illo recitata, abire securū, & credere, reliqua oia Christum, p nobis dependisse: Nullis præterea neq; gemitib; neq; lacrymis, neq; ieiunijs, neq; laborib; neq; elemosynis, neq; vllis omninō pœnitentiæ operibus esse opus: Solam sufficere hanc fidem, si credat Christū omnia pro se dependisse. Hoc neq; suo exemplo nos docuit hic noster propheta, neque per os eius in his Psalms spiritus sanctus. Imò verò omnis scriptura diuina, ac tota ecclesia dei, furorem illo rum cōdemnat.

*Tibi soli peccauit, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Quod ait, *Tibi soli* &c. id magno consensu viri doctissimi interpretantur in hæc sententiam: peccauit tibi soli: hoc est, tu solus es iudex atq; vindex peccati mei, quum rex sim, neminemq; habeam superiorē me, præter te solum. Cæteris enim, quod mihi subiecti sint, iudiciū hoc, & vindicandi potestas in me, data nō est, neq; alius est author legis, quam transgressus sum, quā tu. Præter hanc tam commodam atq; tantorum virorum expositionem, delicatū nimis, neq; modesti hominis esse putarem, quærere aliam, nisi argutius quiddam appareret ex Epistola Pauli ad Romanos, vbi scribit hoc modo: Est autē deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptū est: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Si autē iniquitas nostra iustitiam dei cōmendat, quid dicemus? nunquid iniquus Deus qui infert iram? Ex his verbis Apostoli planè apparet, ipsum Apostolū intellexisse versum hunc ppheta in hanc sententiam: *Tibi soli peccauit*, hoc est, peccatū meū tibi soli cessit in occasione gloriæ iustitiæ tuæ, nempe vt per mei peccati iniustitiā, tua iustitia patefiat, atq; omnib; innotescat. Quis enim nō admiret iustitiā dei, & in præstandis promissis fidem atq; constantiā, qui modò expēdat, quā grauius Dauid offenderit deum adulterio illo & homicidio:

neq; tamē hic enormib; peccatis tam grauius offensum deū, voluisse mutare quod dixerat, De fructu ventris tui ponā super sedem tuam? Quibus verbis significarat Deus se daturū, vt ex posteritate Dauid nasceretur Christus. Vide itaq; noster ppheta argumentari cū deo, in hanc sententiam: Eō libentiū debes mihi peccatori esse propitiū, vt remittas peccata, quod per hæc ipsa peccata mea, gloria iustitiæ tuæ sit illustrior. Tametsi nihil aduersatur illis Apostoli verbis, interpretari etiā hoc modo: *Tibi soli peccauit*, hoc est, aduersum te solum, quod tu solus habeas iustam potestatem puniendi peccata mea, qui solus es sine peccato: *& malum coram te feci*, id est, non erubui in conspectu tuo scelus tam turpe patrare: Aut tibi soli, quia tu solus nouisti peccatū meum. Adulterium enim illud & cædem tam occultè patrauerat Dauid, vt nullus hominum intelligeret: & feci malum coram te, subaudi solo. Neque enim quisquam hominum vidit illud: & causam literarum quas dederat Vriæ, neque Vriæ ipse sciebat, neq; Ioab, ad quem scribebatur, intellexit. *vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris*, i. Vnde euenit vt iustus inueniaris in verbis tuis, quibus per prophetas tuos dixisti, nullū hominem esse sine peccato: neminem mundum à forde: omnem hominē esse mendacē, &c. & vincas quum iudicaris, id est, obtures os illis, quos nō pudet ore blasphemo reprehendere opera tua: quasi patiaris innocētes affligi, & in mortem incidere: quum nemo tam sit innocens, cui nō hæc mala p peccatis debeantur. Quidam, p, *& vincas quum iudicaris*: ex Hebræo transferunt, & purus appareas quum iudicaueris, aut iudicabis. Hoc poterit habere hanc sententiā, vt omnes agnoscere cogantur, iustissimū te esse in iudicijs tuis, quib; peccatores iudicas & punis. Et quanquā deus per pphetam Nathan annunciauit Dauidi illius peccati remissionē, tamen consecuta est pœna, per eundem prophetam eodē tempore illi prædicta, & postea p ipsius Dauidis filium Absalom illata: Ecce, inquit, ego suscitabo super te malum de domo tua: & tollā vxores tuas in oculis tuis, & dabo pximo tuo, & dormiet cū vxorib; tuis in oculis solis hui;. Et hæc velim attendere eos, q sola sacerdotis absolutione tam sunt securi. Absolutionē audiuit Dauid, quū diceret Nathan: Dominus quoque transtulit peccatū tuū, non morieris, 2. Reg. 12. Pœna verò quæ cōsecuta est, describitur 2. Reg. 15. & sequentibus. Duabus rationibus in his declarauit iustitiæ suæ integritatē Deus, nempe, quod neq; infontē puniuit, neq; fontem permisit abire impunē: Et tamen misericordiam suam nō disperfit ab eo, iuxta

M M id quod

id quod ait Psalmo 38. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Iam ad id quod sequitur in Psalmo:

*Eccē enim iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Quasi dicat: Nō tantum hæc me grauant peccata, quæ ipse patraui: verum etiam illud, quod ex carne parentum velut hæreditarium traxi, hoc est, peccatū originale. Quod vt studiosi, saltem quantum huic loco sit latis, intelligat: dicam quàm potero breuiter ac luculenter: Quum primus ille noster parens Adam transgredereur mandatū Dei, quia nemo adhuc ex illo natus erat, sed vniuersum genus humanum in illo adhuc tanquam in radice siue vniuersali quadā massa continebatur: factum est, vt in illa radice, hoc est, in illo primo nostro parente peccante, nos omnes peccauerimus, quicunq; ex illo nascituri eramus, & iam hucusquē ad cōsummationē seculi: Sicut per vnum hominem (inquit apostolus Rom. 5.) peccatū in mundum intravit, & per peccatū mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Est itaq; peccatum hoc, in quo omnes concipimur ac nascimur, culpa quadam à primo parente per originē in posteros traducta. Vel, vt ex longa disputatione cōcludens definit Albertus Pigijs, peccatum originale est peccatum originis humani generis, Adæ videlicet, quo & se & nos regno cęlestis illius Hierusalē (in quod in ipso, & cum ipso certa lege & cōditione ascripti eram⁹) extorres fecit, & mortis regno subiectos, æternęq; damnationi obnoxios reddidit: atq; omnibus humanæ naturæ calamitatibus & miserijs, à quibus superabundantia donorū diuinæ gratiæ nos vindicauerat, & immunes præstiterat, vnā secum inuoluit: cuius vnus reatu cōstricti omnes, peccatores nascimur. Hæc Pigijs. Porro (vt hoc obiter elucidādæ rei gratia adijciam) ita omnes peccauimus in origine nostra, hoc est, primo parente Adā, quemadmodum ad Hebr. 7. scribit Apostolus, Leui, qui decimas accepit, per Abrahamā decimatum esse. Adhuc enim, inquit, in lumbis patris erat, quādō obuiauit ei Melchisedec. Patris ait, pro, proauis sui, qui erat Abraham. Vndē Augustinus ad Bonifacium epistola 23. Traxit ergō reatum, qui vnus erat cum illo & in illo à quo traxit: quoniam quod traxit, admixtum est. Iam verō ab huius peccati reatu prorsus abluimur in baptismo, quemadmodum & ab omnibus alijs peccatis, si qua patrauimus ipsi ante baptismum: vt nulla neq; macula, neque ruga in nobis baptizatis remaneat. Vndē Apostolus scribens Corinthijs, ait: Abluti estis in nomine Dñi nostri Iesu Chri-

1. Cor. 6.

sti, & in spiritu Dei nostri. Relinquitur tum ex eo peccato in nobis propensio quadam ad peccandum, quæ cōcupiscentia dicitur, & languor naturæ, & lex membrorum, lex carnis, cui dum resistimus, exercemur ad virtutē, vt coronemur. Dicitur etiam ab apostolo per tropum peccatum, nō quod in regeneratis peccatū sit, sed quod ad peccandū sollicitat: quemadmodum frigus dicimus pigrū, quod pigros faciat: & quod à peccato sit facta, quemadmodum scripturam alicuius manu factam, manū eius dicim⁹: & locutionem lingua factam, linguā. Hinc est quod scribit Iacobus: Vnusquisque tentatur à cōcupiscentia sua abstractus & illectus. Deindē cōcupiscentia cum cōceperit, parit peccatū: peccatū verō quum cōsummatum fuerit, generat mortē. Nō itaq; ipsa cōcupiscentia, hoc est, carnis illa sollicitatio ad peccandum, propriè peccatum est: sed si anim⁹ noster illi sollicitanti consentiat, iā ab hoc tanquam à marito concipit, ac parit peccatū. Datus est autem nobis à deo spiritus præstantior, videlicet animæ nostræ, & rationis pars, quæ & mens, & cōscientia dicit: cuius imperio ductūq; illi sollicitationi ac pestiferis suggestibus est resistendū. Hoc verbis clarissimis docet Apostolus, Galatis scribens: Spiritu ambulatē, inquit, & desideria carnis nō perficietis. Caro enim cōcupiscit aduersus spiritum, spiritus autē aduersus carnē: Hæc enim inuicem sibi aduersantur: vt nō quæcunq; vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Quaritur autē, qui fiat, vt omnes in illo peccato cōcipiamur atq; nascamur, quum parentes nostri per baptismum ab illo (vt iam diximus) abluti sint, ac prorsus mundati? quomodō possunt in nos traducere, quod ipsi nō habent? Respondet pulchrē Magister Sententiarū, ex doctrina Augustini, quod quemadmodum ex homine circumciso filius nascitur præputiū habens, & ex grano purgato ab arista, granum cum arista, ita ex homine purgato à peccato originali, nascitur homo cū peccato originali. Quosdā mouit, quod ait, ppheta, in iniquitatibus, & peccatis, quasi nō in vno peccato originali cōceptus sit, sed etiam in pluribus actualibus peccatis parentum suorum, & quasi coniuges in hoc ipso necessariō peccet, quod operam dant procreandis liberis. Nonnulli hoc ita diluunt, vt dicant esse numerum enallagen, scripturis diuinis admodum familiarem. Alioqui facile est respondere, interpretem murasse numerum, quum in Hebræo vtrunq; ponatur in numero singulari. Sic enim ad verbum sonat: Eccē in iniquitate cōceptus sum, & in peccato concepit me mater mea. Hieronymus vertit posteri⁹ hoc, & in pecca-

Galat.

lib. 1. dist. 11.

peccato peperit me mater mea. Euthymius aliorum errorem secutus, grauius lapsus est in explicatione huius versus, asserens, peccatum fuisse causam coniugij & procreationis liberorum. Error hic cōdemnatur sententiarum lib. 2. dist. 20. idq; auctoritate sancti Augustini ex lib. 9. cap. 10. super Genesim. Idem Augustinus eandem rem luculentissimē explicat lib. de Ciuitate Dei 14. cap. 21. & 22. & 23. Qua sancti illius Episcopi, & excellentis doctoris doctrina, quum nihil luculētius, nihilq; veri⁹ doceri possit, nostra nihilomin⁹ grate exorti sunt homines, qui nē vquam cōsentiant Ecclesiæ Dei Catholice, maluerunt illorum, quos infeliciter secutus est Euthymius, errorem defendere, quàm cum Augustino totaq; Ecclesiæ verum recipere. Porro de peccato originali longa extat & arguta disputatio apud Albertum Pigijs in libro Controuersiarum, controuersia I.

*Eccē enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Veritatem hoc loco refert Euthymius ad veram peccatorum confessionem, quam Dauid fecit paulō antē, quum diceret: Eccē enim iniquitatem meam ego cognosco, &c. Itā videtur & Chrysostomus sentire, quum sub persona prophetæ ait ad Deum: Si dixeris peccata mea, & non dixeris ea ego, condemnabor: propter eā misericordia opus habeo. Augustinus refert ad punitionem peccatorum. Verba eius sunt: Veritatem dilexisti, id est, impunita peccata eorum, etiam quibus ignoscis, non reliquisti: veritatem dilexisti, sic misericordiam prærogasti, vt feruare & veritatem. Ignoscis confitentibus, sed seipsum punienti: ita seruat misericordia & veritas. Misericordia, quia homo liberatur: veritas, quia peccatum punitur. Hæc Augustini verba studiosi probē attendant, atque memoriæ mandent, vt antedoto aduersus pestiferam illorum doctrinam, qui hominibus imperitis persuadent, non esse opus vlla satisfactiōe pro peccatis, præter illam quam Christus fecit pro nobis. Quorum insipientiam non solum scripturæ diuinæ, verum etiam res ipsæ, & vsus experientiaque vitæ humanæ refellunt. Hoc & aliās sæpè monuimus. Nicolaus Lyranus & quidam alij, veritatem referunt ad promissiones DEI, hoc sensu: O Deus, quum tu sis natura tua diuina omnī veracissimus, adeoque ipsa veritas, meritō diligis in omnibus veritatem, & execraris mendacium. Veritatem, inquam, quam tu ipse tam fideliter præstas in pmissis tuis, vt quantumuis grauius à me offensus duobus his tam enormibus sceleribus meis, adulterio dico & homicidio, nihilomin⁹ præstiturus sis quod

promissisti: nempe, vt ex meo semine nascatur vnigenitus filius tuus, qui idem sacerdos & vltima, suo ipsius sacrosancto sanguine expiabit non solum hæc mea, verum etiam totius mundi peccata. Huius tam stupedæ rei mysteria, & arcana de hac æternæ sapientiæ tuę cōsilia, quæ mundo incerta & occulta sunt, per spiritum tuum manifestasti mihi: quæ & in his Psalms, eodem illo tuo spiritu afflatus, cum summa exultatione decanto. Versus hic paulō aliter ex Hebræo transferri poterit, quàm nostra hæc translatio habet. Ad verbū transuleris hoc modo: Eccē veritatem dilexisti: (vel poti⁹ diligis, præterito pro præfenti, more prophetico, posito) in abditijs & in occulto sapientiam doces me. verum & huius ex Hebræo, & nostræ, qua vtimur in Ecclesiā, translationis sententia eadem est. Iam verō propheta accensus desiderio tantæ promissionis reuelat, petit sanguine illius victimę adspergi. Hinc est quod sequitur:

*Adsparges me Domine hyssopo, & mundabor: lanabam me, & super niuem dealbabor.* Quod nostra hæc translatio habet, *Adsparges me*: in Hebræo est, *אֲדַשְׁנֵנִי*, quod propriè significat, expiabis me. Quod autem sequitur, *Domine non est expressum in Hebræo*, neque in translatione Græca, ac ne in vetustis quidem codicibus huius translationis Latinæ. Sensus verō vtrobique idem est. Nam expiatio per adspersionem fiebat: & ad Dominum DEVM hæc loquitur Dauid. Porro hyssopus herba est notissima. Vim habet expurgandi malos humores, quapropter multus eius est in medicinis vsus. Hinc haud dubiè factum est, vt ex mandato Dei in veteribus illis ac typicis sacrificijs adhiberetur: vt Exod. 12. vbi de immolatione agni paschalis præcipit, inter cætera sic ait: Falciculumq; hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, (siue vt in Hebræo legitur, in pelui) & adspergite ex eo superliminare & vtrunq; postem. Et Leuit. 19. vbi de mundatione lepræ, additur cæteris hyssopus, sanguini passeris immolati intincta, vt hac ille qui mundandus est, adspargatur. Similiter de domo purganda à lepra, ibidem præcipitur. Numerorū quoque 19. vbi agitur de immolatione vaccæ rufę, ad emundationē eius qui morticinum siue cadauer cōtigisset, inter cætera hæc sunt: Tollent de cineribus combustionis atq; peccati, (siue, vt ex Hebræo, de cineribus cōbustis, p peccato) & mittent aquas viuas sup eos in vas, in quib⁹ quū homo mundus tinxerit hyssopum, adsparget ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiusmodi contagione pollutos: atq; hoc modo mundus lustrabit immundum tertio

& septimo die. In huiusmodi sancti doctores Ecclesiae per hyssopum intelligunt humilitationem, quae fit per poenitentiam. Nulla autem hominis poenitentia virtutem habet expurgandi peccati, nisi tincta sanguine Christi, per illas victimas legis Mosaeicae significati. Est itaque sententia huius versus: O Domine Deus meus, tu cape fasciculum hunc hyssopi, hoc est, poenitentiam quam tuo spiritu afflatus, & à tuo propheta Nathan admonitus ago, vt & hæc ipsa poenitentia sit donum tuum: eodemq; fasciculo in sanguine vnigeniti filij tui intincto adspersas me, hoc est, expies ab omnibus peccatis meis. Quod quum feceris, mundabor: & quum ita me lauaueris, niue candidior ero. In hanc sententiam plerique interpretantur: & meo quidem (si quid hoc est) iudicio, apte & pie. Si quis tamē per hyssopum ipsam Christi carnem, vsque ad supplicium crucis humiliatam, & suo ipsius sanguine tinctam intelligat, vt nonnulli videntur intelligere, cum hoc equidem nolim contendere: dummodò non oblitiscamur eius, quod princeps apostolorum scribit: Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius: quo nimirum docemur, oportere & nos fieri hyssopum, per humiliationem nostram atq; afflictionum tolerantiam. Hoc & Augustinus in hunc versus prophetæ admonet, his verbis: Apprehende, inquit, & tu radicem dilectionis petram tuam. Esto humilis in humili deo tuo, vt sis excelsus in glorificato domino deo tuo. Adsperseris hyssopo, humilitas CHRISTI te mundabit.

1. Pet. 2.

*Auditui meo dabis gaudium & letitiam, & exultabunt ossa humiliata.* [Auditui meo dabis gaudium & letitiam, hoc est, O Domine DEVS meus, da mihi vt audiam ea, ob quæ meritò gaudeam ac læter. Quænam sunt illa? Audi Iohannem Baptistam cap. 3. apud Iohannem Euangelistam: Qui habet spem, inquit, sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet, ppter vocem sponsi. Hoc ergò gaudium meum impletum est. Et angelus ad pastores apud Lucam: Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Item Iohan. 8. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est. Videns ergò propheta in spiritu hæc futura, nempe vt ille nascatur ex virgine, ille veniat ad nos, in quo est omnium peccatorum remissio, cum desiderio desiderat aduentum eius, & vt sibi in eo remittantur peccata, ob quæ nunc per poenitentiam lugebat. Beati enim qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Vn-

Matth. 5.

dè sequitur apud prophetam: *Et exultabunt ossa humiliata:* Hoc est, qui nunc prostratus in terram, in luctu & fletu poenitentiam ago, audita remissione peccatorum meorum, exurgam cum gaudio & exultatione. Legimus apud Euangelistas, Dominum Iesum dixisse ad paralyticum: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et paulò post: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. Actuum cap. 3. Legimus de quodam, qui fuerat claudus ex vtero matris suæ. Hunc quum Petrus apprehensa manu alleuasset, iussit vt in nomine Iesu Christi Nazareni surgeret ac ambularet, exiliens fletit, & ambulauit, & intrauit cum Petro & Iohanne in templum, ambulans & exiliens, & laudans Deum. Quod ossa sunt in corpore, id virtutes sunt in animo. Quemadmodum morbi prosternunt corpus, ita peccata animum, quò minus possit benè agere: & quemadmodum sanitati restitutum corpore, homo lætè ad operationes suas reuertitur: ita animo sanato à peccatorum vulneribus & vitiorum infirmitate, redit alacer ad cultum Dei.

*Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* [Quod noster interpret dixit, *Auerte:* in Hebræo est *אַוּרְתָהּ*, id est, absconde, sed idem est sensus: nempe, Nè memineris amplius peccatorum meorum. Eandem habet sententiam quod sequitur, & omnes iniquitates meas dele. Q. d. è libro memoriali tuo expunge.

*Cor mundum creua in me Deus, & spiritum reatum inuoua in visceribus meis.* [Morbum suum radicibus curari & extirpari petit propheta, Nam de immundo corde exeunt ea quæ impurum reddunt hominem, qualia sunt, cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemias. Hæc sunt, inquit Dominus, quæ coinquant hominem: hæc sunt quæ mentis oculos excæcant, quò minus possit videre Deum. Beati verò sunt illi qui mundo sunt corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Et spiritum reatum inuoua in visceribus meis,* hoc est, renoua in me animum hunc, vt qui à fœdis huiusce carnis concupiscentijs victus, à te deflexit, posthæc semper erectus ad te, nihil aliud quàm caelestia, & que tibi probantur, querat. Carnales concupiscentias dum vincunt spiritum, deprauant eum, & incuruant quodammodò in terram. Deus autem p misericordiam suam & gratiam corrigit eundem, renouat, & ad se intuentum erigit.

*Nè proicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum nè auferas à me.* [Hoc est, nè me supplicem à te repellas, neq; dona spiritus sancti tui mihi eri-

hi eripias, quale est donum Prophetie, quale & hoc ipsum, quod respiciens à peccatis, salutare poenitentiam ago. Quicquid enim huiusmodi rerum est, donum est spiritus tui.

*Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritum principalem confirma me.* [Q. d. exhilaraueras me, pmissione aduentus vnigeniti filij tui, in quo salus est totius generis humani. Ego verò peccatis meis indignum me reddidi illa salute, quod me supra modum contristat. Tu itaq; o Deus, remissis peccatis, redde mihi hilaritatem, letitiam & exultationem illam: atq; in eadem confirma me principali (i. omni potèti) spiritu tuo, nè in eadem aut similia peccata relapsus, letitiam illam denuò amittam. Quidam etiam in hoc versu obseruauerunt S. Trinitatis fieri mentionem. Nam quum ait, Redde mihi letitiam, patre alloquitur: quum ait, salutaris tui, Filium indicat: quum addit, & spiritu principali &c. Spiritum sanctum significat. Porro nè se Deus ad id quod petit, reddat difficilem, pmittit Propheta gratitudinem suam. Quam gratitudinem?

Ezech. 11.

*Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* [Q. d. Quum pro tua immensa bonitate & charitate erga genus humanum flagrantissima, nolis mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: in hoc negotio, quo nulli tibi gratius esse intelligi, ministrabo tibi, docendo iniquos vias tuas, vt hi qui iam sunt impij, mea doctrina admoniti, per respicientiam facti pij, ad te conuertantur & salui fiant. Pro, impij, in hebræo est *אֲשֵׁרִים*, i. peccatores, vias dicit mandata Dei.

*Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis mee, & exultabit lingua mea iustitiam tuam.* Sanguis apud Latinos caret numero plurali: sed maluit interpres recedere ab eo quod est vsitatum linguæ Latinæ, quæ ab eo, quod tam in translatione Græca, quæ in origine Hebræa *בְּדַמַּיִם* legitur: quorum vtrunq; significat, de sanguinibus. Quòd si ad historiam respiciamus, poterimus intelligere sanguinem Viræ ex mandato Dauid effusum: sed quia peccata nascuntur ex corruptiõe carnis & sanguinis, per sanguines omnia peccata intelligit: quod latius explicat Augustinus in hunc locum. Quod addit, *Et exultabit lingua mea iustitiam tuam,* hanc habet sententiam: Exultabit, hoc est, cum exultatione annuntiabit iustitiam tuam, hoc est, iustificationem tuam, qua remittendo mihi peccata, atq; donando gratiam operandi bonæ, ex peccatore fecisti iustum: vt videlicet hæc mea prædicatione tui nominis gloriam dilatam, & cæteris peccatoribus ostendat, ad quæ debeant confugere vt iusti fiant.

*Domine, labia mea aperies, & os meum annun-*

*ciabit laudem tuam.* Consueuerat quidem Dauid hymnos dulcissimos cõcinere Deo, ad eum vt ipso canente, spiritus malus recederet à Saule. Sed quia non est speciosa laus in ore peccatoris, quum esset, plapsus in hæc tam enormia peccata, ilicò sensit sibi hæc parte occlusum esse os. Hoc itaq; sibi rursus apiri à Domino postulat.

1. Re. 16.

Ecc. 15.

*Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem vique, holocaustis non delectaberis.* [Alij aliter verum hunc transferunt ex Hebræo: sed ita, vt ab huius translationis sententia ferè nihil recedant. Equidè si mihi hoc permittatur, trætulero hoc modo: Quoniam non vis sacrificium, & dabo? holocausto non delectaris. vt sit sensus: Idèd promitto sacrificium laudis potius, quàm taurorum & hircorum: quia quum tu nõ postules tale sacrificium, ego tam demens ero, vt offeram tibi? idèd certò scio te holocausto non delectari. Hebræa sic habent:

*וְאֵיךְ לֹא תִשְׂמַח בְּזִבְחֵי חֹלֵבִים וְאֵיךְ לֹא תִשְׂמַח בְּזִבְחֵי חֵלֶב* Auertit autem ac diluit his verbis, quod obijci potuit: nempe, Cur tu, quum tantus sis atq; tam diues rex, nihil aliud pro remissioe & expiatione tam grauium peccatorum promittis ac voues, quàm verba, quibus te laudat Dei annuntiatum dicis? Quin potius offers de rãtis opibus tuis taurorum, hircorum, & similibus victimarum sacrificia? Ad hoc respondet, Dominus Deum non postulare talia. Nam quòd in lege præcepit ea offerri, non idèd præcepit, quòd ipse eis delectaretur: sed vt rudi crassoque populo figurè quædam essent eius sacrificij, quod Christus erat in ara crucis daturus: & eorum, quæ sancti martyres per imitationem mortis Christi erant passuri: quæ deniquè vnusquisque verè & ingenuè Christianus offert, dum carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigit. Hoc enim per spiritum intelliges Propheta, sic pergit:

*Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* [Pro se, sacrificium Deo, in Hebræo est *זִבְחֵי אֱלֹהִים*, i. sacrificia Dei, hoc est, quibus Deus delectatur, siue quæ Deus approbat. Quod ait, *spiritus contribulatus:* in Hebræo est *רוּחַ נִשְׁבָּר*, id est, spiritus contritus: quemadmodum quod sequitur *לב נשבר*, i. cor contritum. Porro per spiritum contritum, & cor contritum, idem significatur: in posteriori, loco pro inhabitante ipsum accepto. Nam ex scripturis diuinis discimus, præcipuam animæ sedem esse in corde. Cum philosophorum opinionibus nobis hæc nihil est rei. Est itaq; totus versus hæc sententia: Anima pro peccatis gemens ac tristis,

MM 3

est



Baruch 2.

est sacrificiū Deo gratū. sic & in Baruch legimus: Aīa tristis super magnitudine mali, q̄ incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat gloriā & iustitiā tibi Dño.

Benignē fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut adsificentur muri Hierusalem.] Vocatiuus Domine, non est in Hebræo expressus. Interpres expressit, quod illic subintelligitur. Quātum ad historiam & literalem sensum attinet, Solomon filius Dauid erat ædificaturus templum, regiam, & novos muros ciuitatis Hierusalem. Hæc ut perficiantur, petere videtur Propheta. Sed est alius mons Sion spiritualis, alia Hierusalem iridē spiritualis. Hierusalem spiritualis, est Ecclesia, quæ ex viuis lapidibus, id est, hominibus in Christum credentibus, & secundum doctrinam & præcepta eius viuentibus, ædificatur. In illa, eminentissima pars est mons Sion: quod nomen, si interpretaris, sonat idem quod Latinis specula. In illo monte templum erat, in quo versabantur sacerdotes, in quo episcopi, hoc est, speculatores. In eodē domus regia, in qua rex cum suis principibus & senatu regio. Huic itaq; Sion, i. sacerdotibus & regibus in huius montis eminentia cōstitutis, benē fieri à Domino orat Propheta: vt illuminati à spiritu sancto, ex illa tanq̄ specula videant quid fiat in ciuitate, & hostes arceat, ciuesq; in pace regant atq; conferuent. Hoc si illis in bona, hoc est, benigna volūtate sua p̄stiterit Dominus, tunc securum est, vt feliciter q̄dificent, exurgantq; muri Hierusalem, hoc est, tota Ecclesia populi fidelis augeatur & crescat, donec consummata in patria cælesti, tuta sit ab omnibus hostibus.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponet super altare tuū vitulos.] Tunc acceptabis, i. acceptū & gratū habebis sacrificium (vel vt in Hebræo חַוּלָה, i. sacrificia) iustitiæ: quia in illa cælesti Hierusalē perfecta erit iustitia, ad quā, dum peregrinamur in ter

ris, adspiramus. Hic em̄ si dixerimus nos non habere peccatum, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Vndē Augustinus in hūc ipsum locum: Modò autem sacrificium pro iniquitate, spiritū contribulatum, & cor humiliatum: tunc sacrificium iustitię laudis solius. Beati em̄ qui habitant in dōmo tua: in secula seculorū laudabunt te. Hoc est em̄ sacrificiū iustitię. Quod sequitur, oblationes & holocausta: in Hebræo est, עֹלֹת וְזָבָח. Porro עֹלֹת ab ascendendo dicit. עֹלֹת, i. oblatio, q̄ ascenderet, seu imponeret altari quū offerret. זָבָח, q̄ tota incenderet. Vndē Græcè θυσία dicitur. Est itaq; horū verborū vera ac spiritualis sententia. Tunc assumpti à te ex hac terra in cælum, O deus, igne diuini amoris tui toti accensī, cōsummabimur ac pficiemur animis corporibusq; nostris, in æternū in te mansuri, teq; in nobis manentē habituri. Tunc imponet super altare tuū vitulos. De altari in quo offerrebantur holocausta & pacifica, sic p̄cipitur à Dño per Moſen Exo. 20. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra. Altare hoc significat humanā Chri naturā. Facere altare Dño de terra, erat in incarnationē Christi sperare, inq̄ Gregorius. Tunc enim à Deo nostrū munus accipit, quū in hoc altari, i. sup Dñicę incarnationis fidem, nostra humilitas posuerit quicq̄ opatur. Quū itaq; ab omnibus peccatorū fordibus purgati, in templū illud cæleste ascenderim, tunc imponemus sup altare Dei vitulos, vitulos, in quā, labiorū, hoc est, Dñm ac Deū nostrum gaudio inestimabili p̄petuis laudib; celebrabim; idq; in illo altari, i. Christo Iesu, in hoc ipsum incarnato, vt nos ad eā beatitudinē eueheret. Ad quā puenire largiat nobis omnibus idē ille Dñs ac Deus pater, cui cum vnigenito filio eius & spiritu sancto laus sit, gloria, honor & imperiū in omne æuum, Amen.

PSALMVS LI.

**Q**uid gloriaris in malitia, qui potēs es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dillexisti malitiā super benignitatem, iniquitatē magis q̄ loqui æquitatem. Dillexisti omnia verba præcipitationis lingua doſa. Propterea Deus destruet te in finem, euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt & dicent, ecce homo qui nō posuit Deum adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia DEI in æternum, & in seculum seculi. Confitebor

bor

bor tibi in seculum quia fecisti, et expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

IN PSALMVM LI.

TITVLVS.

**T**itulus huius Psalmi in plerisq; exēplaribus Latinis mendosē scriptus est: ex Hebræo sic sonat: Victori in intellectu Dauid, quū venit Doeg Idumęus, & nunciavit Sauli, & dixit ei: Venit Dauid in domum Achimelech. Historia q̄ in hoc titulo attingitur, & q̄ dedit Prophetę nostro occasione canendi hūc Psalmum, extat 1. Reg. 21. & 22. Quid sibi velit nomen victoris in his titulis, diximus in Psal. 4. Quid intellectū, in Psal. 31. Victori diaboli, atq; oim satellitum, armorū & potentię eius, Dñs noster Iesus Christus est. Sub hoc principe militamus & nos, pcepturi cum illo coronā, si fideliter & (quod Pauli Apostoli verbū est) legitimē certauerim; Vñ in Apoc. dicit, Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitę. Et cap. sequēti: Qui vicerit, dabo ei sedem mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Porro quę sit optima certandi, certissimaq; vincendi ratio, docemur hoc Psalmo. Vndē vox intellectus, admonet nos, vt ad tam salutarem doctrinam sumus attenti. Habet autem nō leue momentum ad obtinendum victoriam, nouisse hostis ingenium, & quales stipatores habeat, quales milites, satellites & ministros. Capitalis hostis noster, diabolus est: sed is habet ministros suos, per quos assidue nos oppugnat. Hi nobis exprimuntur in Saule & Doeg Idumæo. Quis in Saule? Attendamus ipsius nominis rationem & genuinā significationē, atque historiā, q̄ est 1. Reg. 8. & aliquot sequentibus capitibus. שָׂאֵל, si interpretaris, significat postulatū, seu concupitū. Quod nomen aptissimē conuenit rei. Nam quum populo Israelitico displicerent mores & iudicia filiorū Samuelis, viderentq; vicinas gentes habere suos reges, adorti sunt Samuelē, postulantes vt etiam sibi constitueret regem. Quā postulationem quum Samuel referret ad Dñm, audiuit: Audi vocem populi in omnibus quę loquuntur tibi: Non enim abiecerūt te, sed me, nē regnem super eos. Dedit itaq; illis Dominus iuxta concupiscentiam illorum regē Saulem, i. concupitū: virum quidem statura & forma egregium, sed cuius regnum non erat futurum stabile, non diū duraturum. Hoc em̄ reiecto, q̄ pluris fecerit opima spolia ab Amalechitis rapta, q̄ præceptum Dñi, quo p̄ceperat nē quicquā captiuū aut in p̄dam recipet: sed omnia, tam pecudes, q̄ homines, & quicq̄

speciosum esset, interficeret ac pderet: elegit Dauid, humilē statura, eundemq; per Samuelē vnxit, regnumq; eius cōfirmavit in æternum: regnū, inquam, quod est in Christo Iesu Dño nostro, qui ex femine nauid natus est secundum carnē: regnū autem nō carnale, neq; terrenum, sed spirituale ac cæleste. Hunc regē Dauidem, statura quidem, hoc est, secundum carnem, & ea q̄ oculis hominum placent; humilem & contemptum, spiritu verò Dei magnum, excelsum, ac planē inuictum: Saul ille superbus, atq; statura tantus, vt etiam humeris supra vnuerſum populū emineat, nō desinit, dum viuit, psequi. Quid hę nos docēt imagines? Eadē nimirum, q̄ Paulus Apostolus suos Corinthios, 2. Cor. 6. fieri non posse, vt cōueniat inter Christū & Belial, inter fidelē & infidelē: ideoq; monet nē iugū ducat cū infidelibus. Et Galatas, nempe implacabile bellū esse inter carnē & spiritū: quodq; Iacobus Apostolus, vnumquęq; tentari à sua ipsius concupiscentia, quod significat concupitus rex Saul: deindē concupiscentia cū conceperit, parit peccatum: vt Saul ipse victus cupiditate p̄dā, sp̄ruit mandatum Dei de occidendis omnibus Amalechitis, viris, mulieribus, paruulis, lactentibus, bobus, ouib; camelis, & asinis. Peccatum verò cū consummatū fuerit, generat mortem: quam Samuel, excitatus à pythoniſa, p̄dixit Sauli, 1. Reg. 28. & euenit, quę admodum scriptū est 1. Reg. 31. Quinetiā ipsum Agag, Amalechitarū regem, quem Saul cōtra p̄ceptum Dei seruārat viuum, Samuel interfecit, & in frustra dissectuit. Quid hoc significat? Quemadmodum in Saule & Agag videmus verum esse quod ait Apostolus ad Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: ita in Samuele, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Saul carnalibus Iudæis postulantib; datus est rex: Samuel spirituali matri, secundum carnem sterili, oranti Deum datus est filius. Vterq; postulatus: sed Saul, à Samuele seditionis vociferationibus populi: Samuel autem, tacita precatione matris à Deo. Quapropter mater illi hoc nomē imposuit: quod aij interpretantur, ibi ipse Deus, quasi שָׂאֵל דֵּי אֱלֹהִים. Alij, nomē eius Deus, quasi שָׂאֵל דֵּי אֱלֹהִים. Hebręus commentator D. K. deducit à verbo שָׂאֵל, id est, postulatū, & מֵאֵל, i. à DEO, aitq; Annam his verbis, בִּי מֵיִתְּנָה שָׂאֵלֵי אֱלֹהִים, hoc est, quā à dño postulauī eū, rōnem reddidit. 1. Reg. 1. sc.

se, quare nomen Samuel imponeret infanti. Nam ex illis verbis Annæ licet colligere hæc **לְיָהוּאֵל**, id est, postulatus à Deo. Quia porro certum est, carnem cum seditiosis affectibus suis semper obmurmurare, obstrepere & reclamare spiritui, postulando ea quæ sibi suaui speciosaq; apparent: animæ piæ confugiendum est ad Deum, orandumq; ut is largiatur gratiam spiritûs, aduersus illius concupiscentias seditiosas & vociferationes. Plura in hac historia latent mysteria: ego verò præpero ad explicandâ reliqua verba tituli huius. Quid ergo in his Doeg Idumæus? Is perdidit dauid apud Saulem, & huius iussu occidit sacerdotes in Nobe, eò qd sacerdos Achimelech receperat Dauid, & facris panibus cibarat, armatq; gladio Goliath, ab ipso Dauid occisi. Quæadmodum Doeg, perdidit Dauid apud Saulem, ita Iudas Christum apud principes sacerdotum Iudaicorum. Saul ingenti statura corporis (vt iam dixim) placuit oculis hoim: deo aut displicuit, qd pluris faceret pingua terræ, qd Dei mādatur: Dauid autē statura quidē pusillus, sed spiritu fortis & excelsus, à Saule persecutionem patit: Deus autē de eo in visione locutus est sanctis suis, & dixit: Posui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum. Psal. 88. Synagoga Iudeorum victimis taurorum, hircorum, & ouium gloriabatur, quibus his non possent expiari peccata. Christus autē per obedientiam quam præstitit Deo patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis, semetipsum obtulit agnum immaculatū eidem deo patri: qua victima totius mundi peccata expiavit. Neq; à nobis exigit victimas taurorum & hircorum, sed cor contritum & humiliatum. Et quia sicut Saul persequebatur Dauid, Synagoga Christum: ita diabolus & sceleratissimus hic mundus nunq̄ desinunt persequi eos, qui piè viuere studēt in Christo Iesu. Et quemadmodum illi habebant suos proditores, Doeg Idumæum & Iudam Iscariotem, ita hi non solum impios homines hypocritas, verum etiā in nobismetipsis inueniunt qui pdant nos. Quandiū enim corpus hoc mortale circumferimus, insidiant nobis affectus huius carnis, inter quos præcipui sunt metus ac trepidatio paupertatis, famis, ignominie, deniq; omnium illarum rerum, quibus affligitur caro: significanturq; per Doeg Idumæum, quod, si interpretaris, sonat nobis motus, siue trepidatio terrena & concupiscentia illarum rerū, quibus videmus homines carnales, & huic mundo deditos, affluere: quales sunt opes, diuitie, & quicquid ad gloriam & fastum huius mundi, carnisque delicias pertinet. Hoc indicat Iu

**לְיָהוּאֵל**

das Iscariotes, à questu ita cognominat. Hos proditores accuratissimè obseruat diabolus, qui quum alioqui non possit intueri cordis nostri arcana (nam hoc solius Dei est) horum prodicione coniecturam de illis capit, & quibus tentationibus nos maximè possit oppugnare & expugnare. Exemplo est ipse Dominus Iesus: qui quum ieiunasset XL. diebus & XL. noctibus, postea esuriit. Et mox aderat tentator, ex fame occasionem tentationis arripens: Si filius Dei es, inquit, dic vt lapides isti panes fiant. Eundem ambitione vanæ gloriæ aggressus est super pinnaculum templi: & cupiditate opum, super montem: sed fortiter ab eo repulsus, turpiter discedere coactus est. Quid præterea sceleratus Doeg? Trucidauit iussu Saulis octogintaquinque sacerdotes, quum cæteri ministri eius nollent extendere manus suas in sacerdotes Domini. Quid hinc discimus? Nonnè idem quod non solum ex scripturis diuinis, verum etiam ethnicorum historijs? nempe nihil esse quod ad grauiora facinora impellat homines, quàm metus amitædi fortunæ. Quid aliud impulit Amulium, vt ex sorore nepotes Romulum & Remum exponeret? vt cætera eius parricidalia scelera taceam. Nota est historia de Astyge vltimo Medorum rege. Quid fecerit Herodes, quum audiret narum esse Christum, ex Euangelio Matthæi etiam pueri nouerunt. Apud Iohannem ita in concilio colloquuntur Pontifices & Pharisei: Quid facim, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et veniet Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Plenæ sunt huiusmodi exemplorum historiae, cum sacræ, tum profanæ. In quibus & hoc obseruatum dignum est, quod quorum metu tam execranda facinora susceperunt, eadem propter illa ipsa facinora eis euenerunt, vt illis tyrannis regnorum amissio, pontificibus & phariseis euersio Hierosolymæ per Vespasianum ac Titum. Quin sceleratus ille, pditor Iudas illos ipsos triginta argenteos, quos nefarie proditoris merce dem acceperat, relatos in templum per desperantem penitentiam abiicit, ac semetipsum suspendit laqueo. Hoc est malitiosum diaboli ingenium, vt quos dolosis tentationibus ad peccandum spe lucri pellexerit, postea fraudatos ludibrium faciat. Sed reuertamur ad Doeg Idumæum. Hic, nè amitteret gratiam, potentiam, & opes regias, occidit in gratiam tyranni octogintaquinque viros vestitos ephod lineo. Hi significant eos, inquit Beda presbyter, qui veniunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine agni: fortes nimirum operibus, & Euangelij pariter & legis spiri-

**לְיָהוּאֵל**

Matt. 4.

1. Pet. 3.

1. Pet. 3.

Matt. 4.

Iohan. 11.

Apost. 11.

spirituali obseruatione perfectos. Hoc mystica numeri interpretatione confirmat. Quinquies enim deni (inquit) & septem, octogintaquinque faciunt. In quinque, mysterium est sensuum nostrorum: in decem, præceptorum decalogi: in septem, gratiæ spiritualis. In his quæ versantur integri, per fidem superædificati sunt per lapidem illum viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum, vt sint domus spirituales, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum, hi demum digni sunt, vt audiant illud principis Apostolorum: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Interèa tamen varijs contristantur tentationibus, dum habent hostes perfectes, tanquam Saul & Doeg, persecuti sunt Dauid & sacerdotes Domini: sed quæ contristatio cedet illis in gaudium & exultationem. Probatur enim hac ratione fides illorum multò preciosior auro, quod igne probatur, vt inueniatur in laudē & gloriā & honorem in reuelatione Iesu Christi. Hæc de titulo huius Psalmi, & historia quæ in eo attingitur, à nobis dicta, spero studiosis salutarem, nec minus suauem doctrinæ partem esse allaturam. iam paucis aperiemus ipsius Psalmi argumentum.

ARGUMENTVM PSALMI.

Exprimuntur nobis in hoc Psalmo duæ imagines, vna hominis impij, qui relicto deo, totū se dedit cupiditati carnali, sicuti collocans in diuitijs & potentia huius mundi. Atque hæc quidem in Doeg exprimitur. Altera in Dauid, pij videlicet hominis, qui cæteris omnibus diffusus, soli Deo fudit, atque ab illo totus pendet.

EXPLICATIO PSALMI.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Non est obscura huius versus sententia, præsertim vt hæc nostra, quæ in ecclesijs vtimur, trāslatio habet. O tu Doeg, qui & me apud tyrannum Saulem prodidisti, & sacerdotes Dei crudeliter trucidasti: atque istis tuis nefarijs sceleribus gratiam iniciens apud impium regem, ad magnam potentiam euectus es, quid est, quod in ista tua malitia tantoperè gloriaris? quasi verò Deus nõ sit grauitè ista tua nefaria facinora vindicaturus. Cæterum ex Hebræo paulò aliter sonat: & quidem hoc modo ad verbum: Quid gloriaris in malitia potens? misericordia Dei tota die. Hoc est, O tu Doeg, qui crudelibus facinoribus potens es apud impium regem, quid gloriaris in tua ista malitia? Momentanea sunt emolumenta quæ inde percipis, ci-

toque futurum est, vt illis exutus ac destitutus, grauissimas tuorum scelerum daturus sis penas. Misericordia verò Dei, in qua ego glorior & confido, tota die, hoc est, assidue me aduersus malitiam tuam protegit: atque hæc permanet in æternum. Non tamen absurdum est quod Nicolaus Lyranus exponit, misericordia Dei, quæ tota die sustinet te in vita, debebat te retrahere ab ista tua malitia.

Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Illud, Tota die, apud Hebræos (vt iam indicauim) primi versus finis est. Secundus autem incipit, & ex Hebræo ad verbum translatus, sonat hoc modo: Insidias meditatur lingua tua, sicut nouacula acuta faciens dolum. Sententia non est obscura: Tu apud Saulem ista tua venenata lingua nihil aliud loqueris, quàm quæ ad prodiciones innocentium hominum, homicidia, eadem sacerdotum Dei, & vrbis in qua habitant, euerisionem pertinent. Ad hæc tam crudelia facinora tu sceleratam istam linguam tuam acuis haud secus, quàm nouaculas suas illi, qui his in radendo secandoque vtuntur. Non est autem rarum, apud nostrum hunc Prophetam, malitiosi hominis linguam assimilare nouaculæ, gladio, alijsque ad secandum vulnerandumque comparatis instrumentis, vt Psalmo 56. Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Et Psal. 63. Quia exaceruerunt vt gladium linguas suas.

Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis, quàm loqui equitatem. Hieronymus ex Hebræo transtulit: Dilexisti malū magis quàm bonum: mendacium magis, quàm loqui iustitiam, Selah. Sententia est: Tu o scelerate Doeg maluisti esse sanguinarius carnifex super innocentes sacerdotes Domini, quàm eidem vt i seruis Dei benefacere: maluisti ex cogitatis mendacijs exasperare animum regis Saulis, quod grauius in innocentes sæuiret, quàm veris rationibus animum eius placare, nè sæuiret in eos, qui nihil tale cõmeruerant vnq̄. Hoc quæ enorme sit scelus, & quàm grauitè: puniendum suo tempore à Deo, vt expendat, accinit Propheta suo more in fine versus, **לְיָהוּאֵל**. Porro quod in Hebræo est **לְיָהוּאֵל**, i. mendacium, noster interpres vertit, iniquitatem, quod (vt conijcio) ex aduersò responderet ei quod sequitur, **לְיָהוּאֵל**, i. equitatem, siue iustitiam. Hoc autem pro veritate hoc loco videtur accipi.

Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa. Vtrobique erant verba præcipitationis: apud ipsum Doeg, quandò aperuit Sauli, vbi viderit Dauidem, & quæ fecerit illi sacerdos Achimelech

NN melech

melech: quum oportuerit prius expendere, essetne consultum talia indicare furioso tyranno: & apud Saulem, quando precepit interficere sacerdotes Domini, non cognita causa, cur id faceret. Vtriusq; hoc est, suam & Saulis precipitatione dilexit Doeg, magis q̄ prudente cunctatione, qua ipse expenderet, qd expediret se apud talem regem loqui: qua rex, quid iustum esset de Dauide & sacerdotibus decernere: qua deniq; Doeg ipse, an ad se pertineret, tam iniustum & crudele decretu exequi. Porro quod nostra hac translatio habet, *lingua dolosa*: Hieronymus per accusatiuum vertit, linguam dolosam: vt regatur a verbo, dilexisti, vnde & accusatiuum *verba*: dilexisti omnia verba precipitationis, atq; idem dilexisti linguam dolosam. Consonat Græca translatio, *ῥητὴν δολοῦσαν*.

*Propterea Deus destruet te in sinem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.* Haec tenens de sceleribus Doeg, nunc de pœnis, quas propter illa dabit. Quod noster interpres dixit, p̄pterea: in Hebræo est, *כי*, i. etiam: verum hoc minutu est, neq; mutat verborum sententiam. *Destruet*, hoc est, cõteret, perdet, *in sinem*, i. in æternum, irrecuperabiliter. Pro *euellet te*, in Hebræo est, *יִשְׁרָף*, id est, consternabit te, vel (vt Hieronymus) terrebis te. Pro eo autem quod sequitur, *& emigrabit te*, Hebræus habet, *יִגְדַלְךָ*, hoc significat, & euellet te. Quod ait, *de tabernaculo tuo*, pronomen *tuo*, non additur in Hebræo: sed est, & euellet te de tabernaculo. Tabernaculum autem domum intelligit, in qua habitat. *Et radicem tuam de terra viuentium*: hoc est, totum te funditus extirpabit, vt ne posteritas quidem tibi relinquatur. Hæc omnia acciderunt Sauli atq; ipsi Doeg, vt legimus 1. Reg. 31. Nam quum ab hostibus Philistijm vrgerent, nec possent effugere, Saul arripuit gladium suum, & irruit super eum. Quod quum vidisset armiger eius, (quem aiunt fuisse hunc Doeg) irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. Aiunt p̄terea illum qui nunciavit Dauidi mortem Saulis, 2. Reg. 1. & iussu ipsius Dauidis interfectus est, fuisse filium huius Doeg: itaq; factu, vt ne stirpem quidem inter viuos relinqueret. Porro quod diligentius granitatem illius supplicij attendamus & obseruemus, accinit in fine versus, *וְיִשְׁרָף*.

*Videbunt iusti & timebunt: & super eum ridebunt, & dicent: ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.* Versus hic apud Hebræos incipit a coniunctione *&*, *וְיִשְׁרָף*, i. Et videbunt. *Videbunt*, hoc est, cõsiderabunt iustã Dei vin-

dictã in Doeg. *Et timebunt*, si iustũ iudiciũ dei: qui timor retinebit eos, nẽ in similia plabantur & ipsi. *Et super eum ridebunt*, hoc est, ludibrio habebunt eum, a quo ipsi aliqũ ludibrio habitus sunt, q̄ sp̄retis opibus huius mundi & potentia regum, soli Deo adhæserint, atq; in hoc suam sp̄m reposuerint. Porro quod sequitur, & dicent, interpres de suo addidit, vt sententiam explicaret: nam in Hebræo non est expressum. Necessarium tamẽ est, vt subintelligatur. Illud verò, *Ecce homo*, apud Hebræos in initũ est sequẽtis versũs: qui eousq; p̄currit. *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prauaui in vanitate sua.* Tametsi coniunctio *&*, non est in Hebræo expressa. Quod ait, *& prauaui in vanitate sua*. Hieronymus transtulit, cõfortatus est in insidijs suis. Sensus est, in hoc gloriatus est, ac sibi tanq̄ potens blandit, q̄ insidiatus est iustis hominibus, eosq; crudeliter interfecit, eaq; ratione sibi comparauit gratiã, & potentiam, & opes in aula Saulis. Quæ eius gloria & potentia iam in momento etiam euanuit, haud secus q̄ ad subitũ exortã lucẽ, vmbra. Quid em̄ vanius eo, inquit Aug. qui putet plũ valere nummum, q̄ Deum?

*Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternum, & in seculũ seculi.* Hæc est altera illa imago, cuius in argumento Psalmsi meminimus. Similis locus est Psal. 1. Et erit tanq̄ lignum quod plantatu est secus decursus aquarum. &c. Aiunt naturã fecus oliuæ esse, vt semper vireat, neq; vnq̄ sit sine fructu, nouis videlicet oliuis succedentibus, priusquam veteres omnes deciderint. Ex hac arbore decerpti rami, in symbolam pacis p̄ferebantur principibus viris, legationes ob-euntibus. Est & misericordiẽ, quippe qua pax coit inter Deum & hominem, signum in scripturis diuinis. Vnde Gen. 8. emissa ex arca columba, redijt ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo. Quod noster interpres dixit, *in æternum, & in seculũ seculi*: in Hebræo est, *עַד עַד*, quod Hieronymus transtulit, in seculum sempiternum. Alij, in seculũ & vltra. Sed eadem est sententiã.

*Confitebor tibi in seculum, quia fecisti: & expe-ctabo nomen tuum, quonia bonum in conspectu sanctorum tuorum.* *Confitebor tibi in seculum*, i. laudabo te in æternum: quia fecisti, s. vt inimicus ille & aduersarius meus funditus destrueret, & radicitus de terra viuẽtium extirparet: ego autem in domo tua plãtatus sum, vt oliua fructifera. Habet autẽ illa verborũ abruptio, siue *et vna* *et dolor* illud significationem animi gaudentis, non sine admiratiõne beneficij accepti. *Et expectabo nomen tuum*. Per nomen Dei, Deũ ipsum

Oliua arbore, & fructu.

ipsum intelligit. Neq; enim aliud est nomen Dei, quã ipse Deus. Est itaq; sensus: Tolerabo quicquid in hoc mundo acciderit, donec veniat tempus, quo tu me ab his oibus liberatum, facias in æternũ p̄fui tuo conspectu, qm̄ bonũ in cõspectu sanctorũ tuorũ. hoc est, qm̄ nihil iucundius, nihil suauius, q̄ tuo conspe-

ctu p̄fui: id quod quum impij non intelligat, non comparant se ad hoc: sancti verò tui experti sciunt. Gustauerunt enim & viderunt, q̄ suauis sit Dominus: & q̄ beati om̄es q̄ sperat in eo. Quæ beatitudine nos oẽs p̄fui faciat Deus pater, cui cũ vnigenito filio & spiritu sancto, sit laus & gloria in secula seculorum. Amen.

PSALMVS LII.

**D**ixit insipiens in corde suo, non est Deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, nõ est qui faciat bonũ. Deus de celo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens Deum. Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnum. Nonnẽ scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meã vt cibum panis? Deũ non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor. Quonia Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quonia Deus spreuit eos. Quis dabit ex Sion salutare Israel? cũ conuer-tit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob & lætabitur Israel.

IN PSALMVM LII.

DE TITVLO.

**P**salmus hic ferẽ idem est cum Psalmo 13. In illo sunt aliquot versus, qui in hoc nõ sunt: & huius titulus ab illius titulo differt. Ille habet *לַיְהוָה לְמִנְחָה*, i. Victori Dauidis: vt subintelligas carmen. Hic autem, *עַל מַחְלַת מַחְלַת מִשְׁפָּחַת מַחְלַת מִשְׁפָּחַת*, hoc est, Victori pro Mahelath intellectus Dauidis. Omnia iam in alijs interpretati sumus, præter nomẽ *מַחְלַת*: in quo mirẽ variant interpretum sententiæ. Sunt qui putant esse nomen instrumenti musici, quo Dauid voluit Psalmum hunc cantari. Nonnulli hæreditatem interpretantur: verum hæc dicitur Hebraicẽ *מַחְלַת*: Alij infirmitatem, quod non malẽ consonat argumento Psalmsi, in quo deplorare videtur Prophe-ta vitiatam humani generis naturam. Sanctus Augustinus ait se in Hebræorum interpretationibus nominum inuenisse, pro parturiente. Hoc magis etiam conuenit argumento Psalmsi: in quo populus Dei inter afflictiones morte parturientis fœminæ gemit, dicens: *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* Chaldæus interpretatus est, pro vltione, intelligens Dei vindictam in impios, qui perturbant hæreditatem Dei. S. Hieronymus transtulit, Victoriũ chorũ, eruditio Dauid. Hoc quidam itã intelligunt: Psalmus mysticus Dauidis, traditus victori, i. cantorum p̄fecto, per chorũ Leuitarum decãtandus. Quenam harum interpretationũ sit verissima, equidem relinquo doctioribus dijudicandum.

ARGVMENTVM PSALMI.

**D**escribuntur in hoc Psalmo duo genera hominum: vnum opinionibus moribusq; adẽ corruptum, vt ne Deum quidem esse credat. Alterum, quod non solum credit esse Deum, verum etiam sp̄m suam & fidutiã in eo solo collocat. Hoc ab illo, dum in hoc mundo peregrinatur, assiduas persecutiones & afflictiones patitur. Ceterum Deus illo die quem æterno suo consilio ad id destinauit, illos traditurus est supplicijs nunq̄ finendis: suum autem populum ad se receprum in patriam illam cœlestem, iam ab omnibus afflictionibus liberum, æternis, ijsdemq; in cœstibilibus, gaudijs exhilarabit.

EXPOSITIO PSALMI.

**D**ixit insipiens in corde suo, non est Deus. ] Bifariam ordinari possunt hæc verba in exponendo, vel, is qui in corde suo est insipiens, dixit: vel, is qui insipiens est, dixit in corde suo, i. tacitus secũ cogitauit. Posteriũ hoc magis placet. Augustin⁹ admonet, raros quidem esse, qui audeant palã negare esse Deum: multos autem, atque adẽ plurimos, qui hoc in cordibus suis secũ loquant. Hoc em̄ ex sceleratis opibus illorũ posse intelligi. Idẽ indicat duplicem verborũ sententiã. Vnã, vt sit, insipiens negat in corde suo, esse omninõ Deũ vllũ. Alterã, vt neget Christũ esse Deũ. Hoc etiã amnũ negant Turcæ, ceteriq; hostes nois Christi: negauerunt olim principes Iudeorũ. Si em̄ cognouissent, inquit Apostolus, nunq̄ Dñm gloriæ crucifixissent. Quod interpres vertit, *insipiens*: Hebraicẽ est, *בְּבָל*: hoc significat non eum qui simpliciter caret sapientia, sed præterea malitiosus est.

NN a Cor.

*Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.* Pro, *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus:* in Hebræo sunt verba actiua, **הַשְׁחִיתוּ וְהִשְׁחִיחוּ**, hoc est, corruerunt, & abominabilē fecerunt iniquitatē: vt sit sensus, Non simpliciter aut vulgariter peccarunt: sed adeo atrociter, vt ipsam etiam iniquitatem, per se malam, deteriorē, adeoq; abominabilē facerēt. Hoc laudis explicari poterit ex illis q̄ scribit Apostolus Rom. 1. Et sicut nō pbauerunt Deū habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobū sensum, vt faciant ea quæ non conueniūt, &c.

*Deus de celo prospexit super filios hoīm, vt videat si est intelligēs, aut requirēs Deū.* Loquitur Propheta more humano, vt attēperet sermonem infirmitati nostri intellectu. Alioquē De⁹ nō eminūs tanq̄ è specula p̄spectat quid agāt homines: sed p̄sens vbiq; corā intuet̄ & cognoscit oīa. Quod ait, *aut requirēs Deū:* cōiunctio aut, nō est in Hebræo. Sensus ex Hebræo est: Vt videat, an sit intelligēs, q̄ requirat Deū.

*Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonū, non est qui faciat bonū, i. iustē viuat.* Quod ait, *non est qui faciat bonū:* id quidā ad populū Iudaicū referūt, quasi is populus vnus ex oīibus totius orbis faciat bonū: sed reclamatione Paulus rom. 3. docens hęc p̄cipuē contra Iudæos dici. Alij ad Christū, q̄ hic solus apparuerit iustus in cōspectu patris. Sed his aduersatur id quod est in Hebræo: **לֹא יָשָׁר אִישׁ**: quod ad verbū sonat, nō etiā vn⁹: hoc est, nē vnus quidē. Nequāq; q̄ neget Propheta etiā ipsum Dñm Iesum Christū fecisse bonū: sed p̄ hyperbolen loquit̄ hoc sensu: Nimis pauci sunt, q̄ opantur bonū. Quāq; si ad argumentū psalmi respiciam⁹, faciliūs etiā hūc nodū soluerimus, dicendo Prophetā hīc non de sanctis & electis Dei loqui, quos sacra scriptura Gen. 6. & alijs locis nō filios hoīm, sed filios Dei nominat, quales erant posterit̄ Seth: verū de insipientib⁹, Deū ignorantibus: qui ibidem filij hoīm dicūtur, posteritas videlicet Cain. Dicit autē in hoc Psalmo Propheta: De⁹ de celo prospexit super filios hominū. Horū enim ne vnus quidem est qui faciat bonum.

*Nonne scient omnes qui operātur iniquitatē, qui deuorant plebē meā vt cibū panis?* Quod nā est illud quod scient oēs qui opantur iniquitatē?

Respondeat p nobis Iohā Chryf. Hoc nimirū magno suo malo expti scient, q̄ Dñs est vltimō D⁹, q̄ iudex viuorū & mortuorū, q̄ reddit vnicuiq; secūdum opa sua. Hęc quā à sanctis hoīb⁹ admōnerēt, noluerunt recipere vt agnoscerēt. Agnoscerēt verò quū tēp⁹ supplicij aduenerit. Indicat idē Chryf. posse hęc verba negatiuē capi, vt neget p̄pheta hoīes impios, malitia excæcatos, scire q̄ deus habeat rationē eorū q̄ gerunt ab hoīb⁹, redditur vnicuiq; secūdū opa sua. Sed i Hebræo est **הֲלֹא יָדְעוּ**, hoc est, an nō nouerūt? Vt sit sensus: qui opant iniquitatē, ac deuorāt plebē meā, ad eōne sunt excēcati, vt ignoret me hęc aliqñ vindicaturū? Quod ait, *Qui deuorāt plebē meā, vt cibū panis:* ex Hebræo transferri potuit, qui deuorāt populū meū, vt qui deuorāt panē. Sed eadem vtrobiq; sententia. Similitudine exprimit sanguinariā hoīm impiorū crudelitatem. Porro prius membrū versūs sequentis, *Deū non inuocauerunt,* apud Hebræos est finis huius quē iam explicuimus: vt sit sensus: Ideo tā nefaria crudeliāq; scelera patrant, quia malunt per tyrānidē, rapinā & cedes q̄rere, q̄ inexplēbili auaritiē suę obiciāt, q̄ à benignissimo pijsimoq; patre Deo petere ea, quibus opus habet vita mortalitū, ijsdemq; cum gratiarū actiōe in sancta atq; salubri frugalitate vtī. Sed nō itā multū interest, vt rōm Hebræorū illā distinctionem sequaris, an eā quā nostra hęc translatiō habet. *Deū non inuocauerunt: illic trepidauerūt timore, vbi non fuit timor.* Prius membrū iam exposuimus. Quod ait, *illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor:* hanc habet sententiam, Metuebāt nē destituerent vitę necessarijs, nisi p̄ iniustitiā raperent aliena: quum hīc nulla sit causa timoris. Nam Dñs Deus ipse est in gnatione iustorū, nunq̄ passur⁹ vt aliquid rerum bonarū illis desit. Quin potius metuere debebant, nē sceleribus istis offensus Deus, abdicet eos, & è consortio filiorū suorū eiectos, tortoribus tradat, æternis supplicijs puniendos. Nam quid magni pdimus, etiā si vnā cum vniuersa substantia terrena ipsam quoq; quā in terra viuimus, vitā perdamus: dumodō nō excidamus à gratia Dei, & cōsortio regni eius cælestis? Nolite, inquit, timere eos qui occidūt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

*Quē Deus dissipauit ossa eorum, qui hoīb⁹ placeant: confusi sunt, qm̄ Deus spreuit eos.* Prioris membri seu hemistichij sensus est: Quē Deus omni virtute spoliat, plabiq; in omē vitiorū genus permittit eos, qui non curant quomodo placeant ipsi Deo: sed omne studium suum eō conuertunt, vt hominibus placeant, & ab his glo-

Mat. 10.

gloriam & huius vitæ commoda captent. Hinc est quod ait Apostolus: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et Salomon: Qui timet hominem, citō corruet. Pro eo quod nostra hęc translatiō habet, *qui hominibus placeant:* in Hebræo est vna dictiō, **יִשְׁמְחוּ**, id est, cingentis, siue obfidētis te: & est verbum castrense: vt sit sensus: O tu fidelis dei populus, permane fortiter in his quæ à DEO ac ministris ei⁹ accepisti ac didicisti, neq; percellāt te minæ istæ hostiles. Deus enim omnes maligni illius hostis tui, qui te nunc suis castris cingit & obsidet, vires dissipauit, vt nihil aduersum te possit efficere. Suspiciantur docti prophetam de Antichristo loqui: sed Antichristi sunt, quicumque Christum & Ecclesiam eius hostiliter persequunt. Hinc est quod ait Iohānes: Sicut audistis quod Antichristus venit, nūc Antichristi multi facti sunt. Quod sequitur, *Confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos:* hanc habet sententiā: Magna cum ignominia ab obsidione discedere atque diffugere coacti sunt: quia Deus spreuit, siue execratus est eos. Pro eo quod noster interpret dixit, *confusi sunt:* in Hebræo est, **הִשְׁחִיחוּ**, id est, cōfudit: vt sit sensus: Nihil te moueant minæ illæ & machinationes hostiles. Tu enim ipse iam diuinitus cōfortatus, profligasti eos, & cū igno-

Salom.

Iohānes.

minia diffugere coëgisti: quia quæadmodū te sibi in populum elegit & sanctificauit deus, itā illos abominatus execratusq; est.

*Quis dabit ex Sion salutare Israel? quum conuerterit Deus captiuitatem plebis sue, exultabit Iacob, & letabitur Israel.* Q. d. Quum tanta sit impiorum hominū, qui persequuntur Ecclesiam Dei, malitia, quisnam erit ille, qui prodicens ex Sion, salutē allaturus sit populo Israelitico, quem sibi in peculiarem populum elegit Deus? Ad hoc respondet ipse propheta: Deus hoc faciet. Quādo autem faciet? Tunc, quum aduenerit tempus eterno eius consilio ad hoc destinatum. Tunc enim omnibus hostibus nostris, inter quos nunc tanquā captiui gemim⁹, æterno supplicio traditis, nos in regnū suum cæleste recipiet. Quōd nos iam præcessit Imperator noster Christus Iesus, victo, prostrato, ac spoliato communi hoste diabolo: vt ipse potius tā speciosa victoria, lætoq; triumpho, nobis & locum & regnum compararet, & instrueret mensam, in qua vnā cum dilectis illis patriarchis, prophetis, omnibusq; sanctis, in summa omnium rerum bonarum affluentia edamus & bibamus cum gaudio & exultatione summa, hymnos gratiarum actionis ac laudis decantaturi eidē Dño ac Deo nro, cui cū vnigenito filio & spiritu sancto, laus sit, gloria, honor, & imperium in omne æuum, Amē.

**D**eus, in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsiērunt animam meam, & non proposuerunt deū ante conspectum suum. Eccē enim Deus adiuuat me, & dominus susceptor est animę meę. Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. Voluntariē sacrificabo tibi, & cōfitebor nomini tuo Dñe, quoniam bonū est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & sup̄ inimicos meos despexit ocul⁹ meus.

IN PSALMVM LIII.  
TITVLVS EX HEBRÆO.  
Vltori in neginoth, intelletus Dauidis, quum venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul: nōnē Dauid absconditus est apud nos? Porro de nomine **זִיפְתָי**, diximus in Psalmū quartū. Græca translatiō habet, *ἡ Ζιφθαι*: Romana & Gallica, in carminibus: Hieron. transtulit, in Psalms: quidam alij, in organis. Hebræis placet, **זִיפְתָי**, esse nomen instrumenti musici, quo Dauid voluerit hīc & alios aliquot Psalmos cantari. Verū de his omnibus iam in superioribus abundē diximus. Porro **זִיפְתָי**, nomē loci est. Sunt autē duæ huius nominis ciuitates in tribu Iuda: ex quib⁹ altera nomen dedit

magnę & vastę solitudini, in qua latuit Dauid, fugiens Saulē. Historiam lege 1. Reg. 23. & 26.  
MYSTERIVM.  
IN Saule intelligimus omnem tyrannidem, quæ hostiliter persequitur Christū & Ecclesiam eius: in Dauid & eis qui huic fuerunt socij fugæ, Christum & Ecclesiam. Quemadmodū autē in Psal. 51. titulo Doeg ille Idumæus, q̄ pdidit Dauid & sacerdotes Nobæ, significabat Iudā ceterosq; qui cupiditate opū huius mundi, earundēq; amittendarū metu perturbati, sceleratas prodiones & crudeles persecuciones moliant aduersus Christū & fidelē hui⁹ populū: itā hoc loco Ziphæi hereticos significāt, q̄ doctrina & eloquētia hūana inflati atq; florētes, cædis adulationib⁹ apud principes huius

huius mundi faciunt idem. Quum enim Ziphæi essent de tribu Iuda, de qua fuit etiam ipse Dauid: non tamen sunt veriti suum tribulem, adeoq; diuinitus iam designatum regem, prodere. Quo scelere illorum contristatus & offensus Dauid, non amplius eos tribulium nomine dignatur, sed alienos nominat in Psalmo: quemadmodum Iohannes Apostolus de hæreticis loquens, ait: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permanissent vtique nobiscum.

## ARGUMENTVM PSALMI.

**P**incipiò ardentissimo animi affectu implorat auxilium DE I aduersus illam totam crudelium hostium persecutionem. Deinde vt ostendat in quanto periculo sit, exponit qui sint hostes, quàm potètes, & quàm impij qui aduersum se insurrexerant. Mox accepta diuinitus cõsolatione, & auxilio impetrato, in spiritu exultat, & more prophetico sub forma precatationis significat, Deum illa ipsa mala, quæ sibi intentabantur ab hostibus, à se in ipsos hostes esse conuersurum. Quarto loco pro tanto beneficio promittit suam gratitudinẽ, nempe quòd nulla adactus vi, sed sponte ac liberrimã voluntate sacrificium sacrosancti corporis sui sit oblaturus in ara crucis, (loquitur enim propheta in spiritu in persona Christi) & laudaturus nomẽ Domini, qui sibi tam speciosam de omnibus hostibus suis dederit victoriam, vt à quibus ipse tanquàm humilis & profligatus despectus erat, eos ipse iam exaltatus à Deo, è sublimi prostratos & conculcatos despiciat.

## EXPOSITIO PSALMI.

**D**EVS, in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me. Q. d. Ab hominibus nulla mihi spes est salutis, neque à creatura vlla. Quæ enim creatura tam potens fuerit, vt seruet à morte? Ergò in nomine tuo, hoc est, in temetipso, saluum me fac. Sed adspiciamus paulò attentius, qd sit, aliquẽ in nomine Dei saluum fieri. Christus quum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum: & habitu inuentus vt homo, humiliavit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortẽ autem crucis. Quis autem illum ab hac tam crudeli morte vindicauit? Respondeat idem, qui illa scripsit, Apostolus: Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, &c. Porro quemadmodum Dominus noster Iesus Christus secundum naturam suam humanam, omnes illas contumelias, afflictiones, ipsam denique mortẽ est passus, sed ex his omnibus virtute sua diuina resurrexit in gloriam patris: ita & nos, si hæc agnoscentes pro nobis esse facta, illius obedi-

entiam fuerimus imitati, resurrectionis, glorificationis, & exaltationis eius erimus participes. Quemadmodum enim Deus habitabat in Christo, ita & per Christum habitat in nobis. Quòd si habitat in nobis ille, qui ipse est vita æterna: quis fieri poterit, vt non seruet nos à morte? Quum itaq; sumus homines, idemq; mortales, non nostra virtute, sed habitantis in nobis DEI, saluificamur. Quamobrem quo grauiores & plures fuerint afflictiones nostræ, eo fortius & maiori cum fiducia clamemus ad eum, DEVS in nomine tuo saluum me fac, &c. certi de salute nostra per illum in quo manemus, & quem in nobis manentem habemus. Quod ait, & in virtute tua libera me: virtutem, intelligit potentiam. Porro pro, libera me, alij rectius legunt, iudica me, consentiente non solum origine Hebraica, אֲדַוְּךָ, verum etiam translatione Græca, ἀντισταίνω, quorum vtrunque ad verbum sonat, iudicabis me, hoc est, iusto tuo iudicio iudica inter illos crudeles hostes meos & me, vt ab illorum iniurijs me viadices.

Deus, exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Adversus habet hæc oratio, quippe ex ardentissimo voto ac desiderio eius rei, quam petit, profecta. Quapropter id quod in priore versù parte dixit, idem in posteriore repetit: sed alijs verbis.

Quonia aliens insurrexerunt aduersum me, & fortes quasi erunt animam meam: & non propserunt DEVM ante conspectum suum, Sela. Si per alienos, ipsos Ziphæos intelligas, (vt probatissimi doctores intelligunt) alienos dicit, non exteræ alicuius gentis homines, (fuerit enim Ziphæi eiusdem tribus, cuius Dauid) sed eos qui quum essent sanguine propinqui, semetipsum per defectionem alienarant. Sic Iudæi maluerunt Cæsarem Romanum agnoscere regem suum, quum esset gente & fide alienus, quàm CHRISTVM, ex ipsorum stirpe natum: atq; à Deo in hoc missum, vt esset rex Iudeorum. Semetipsum igitur alienarunt à regno Christi, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Item, Non habemus regem nisi Cæsarem. Porro quemadmodum illi noluerunt CHRISTVM à Deo missum regnare super se, ita hæretici nolunt eos regnare super se, quos misit Christus. Sicut misit me, pater, inquit, & ego mitto vos. Et, Qui vos spernit, me spernit. Quod ait, & fortes quasi erunt animam meam: fortes dicit, potentia huius mundi, & malitia hominum feroces ac seuentes. Quæ à Saule, à Doeg illo Idumæo, & hic à Ziphæis passus sit Dauid, notum est ex historia Regum. Quæ Christus à principibus sacer-

sacerdotum, ex historia Euangelica: Quæ Ecclesia à tyrannis & hæreticis, videre est apud eos qui scripserunt historias Ecclesiasticas. Quid hodiè patiatum tum à Turca, tum ab hæreticis, tum ab illis qui quum in ipsa ciuitate Dei quasi ciues versantes, hostiles animos circumferunt, & seditiones proditionesque moluntur: palàm vident, graui cum dolore sentiunt & ingemiscunt, quibus sincerum est iudicium animi, & charitatis erga DEVM & Ecclesiam eius affectus incorruptus. Vulgus autem, imperitos, & insipientes, ac leues homines perturbat, quòd hæretici eisdem armis, hoc est, scripturis diuinis, pugnare videntur, quibus Ecclesia. Et quemadmodum hæc conqueritur de tyrânide Turcæ, ita hæretici conqueruntur tyrannidem esse, quæ in ipsos agit Ecclesia legitimè per ordinariam potestatem. In his querelis & contentionibus quid iustum aut iniustum, rectum aut prauum, verum aut falsum sit, animales illi homines non capiunt, neque diiudicare possunt: spirituales autè diuinitus docti, capiunt ac rectè diiudicant. Et habent illi quidem certam quandam notam, quæ obseruata, sinè omni dolo & fallacia rem arguit. Quenam est illa nota? Audiamus ipsum prophetam: Et non proposuerunt Deum, inquit, ante conspectum suum. Hac nota semper discernuntur boni à malis, quòd illorum oculi semper ad Dominum Deum erecti sunt & intenti, omne studium suum eò conuertunt, vt Deum & voluntatem eius cognoscant, & hanc cognitam faciant. Hi verò ad voluptates carnis, ad opes, dignitates, & gloriam huius mundi, & quicquid eius generis est, respiciunt. Sed hic rursus noua difficultas oritur, quòd multi hæc tegunt hypocrisis, Deum simulantes, dum aliud agunt. Hoc autem quàm graue sit scelus, & quàm non à quibusuis animaduersum, significat, propheta, qui in fine versù accinit, אֲפָסָה.

Eccè enim Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ. Coniunctio enim, non est in Hebræo: neque video quare debeat adijci, quum hic versus nullam contineat rationem eorum quæ præcedunt: sed quum ex medijs persecutionum procellis clamaret ad Deum, significat se opinione citius & præsentius sensisse auxilium. Quod hæc translatio habet, susceptor est animæ meæ, אֲפָסָה אֱלֹהִים, id est, in eis qui sustentant animam meam: vt sit sensus: non solum mihi venit in auxilium Dominus, verum etiam illis qui meas partes sequuntur. Nisi malis peculiarem esse phrasin, Dominus in eis qui sustentant animam meam, pro Dominus sustentat, &c.

Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. Quod hæc translatio habet, auerte: in Hebræo est אָפַק, quod transferri potest, conuertet: quomodò & Græcum verbum ἀποστρέψω, quidam transferunt: vt sit sensus, DEVS illa mala, quæ inimici mei machinantur aduersum me, conuertet à me in illos ipsos. Porro quòd statim in hemistichio sequenti fit mutatio personæ, quum ait: & in veritate tua disperde illos: talia non sunt rara apud hunc prophetam. atque hoc loco coniunctione & de suo adiecit interpres, non admodum opportunè, quum in Hebræo non sit, neque in translatione Græca: addita autem, splendorem orationis obfuscet. Erat igitur ex Hebræo vertendum hoc modo: Conuertet mala in inimicos meos: in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est. Hæc est quarta pars Psalmi, vt in argumento indicauim, in qua gratitudinem suam promittit. Porro de voluntario sacrificio, quod Dominus & pontifex noster Iesus Christus pro nobis in cruce obtulit DEO patri, antequàm fieret, vaticinatus est Esaias his verbis: Oblatus est, quia voluit: & ipse peccata multorum tulit. Et quum iam factum esset, ita scripsit Apostolus ad Hebræos: Sanguis CHRISTI, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendū deo viuenti. Hoc ipsum sacrificium nunc Ecclesia DEI Catholica, cum laude & gratiarum actione offert eidem DEO patri, non iam cruentum, sed in mysterio, idque ab ortu solis vsque ad occasum eiusdem: donec consummato corpore CHRISTI mystico, & ex hac peregrinatione in cælum recepto, nos vniuersi vno ore vnoq; animo faciamus id quod addit hic noster propheta, dicens: & confitebor nomini tuo Domine. Tunc enim gaudio & exultatione inæstimabili cantabimus lætum illud Alleluia, quòd Ecclesia DEI Catholica post ieiunium quadragesimæ, mortis Dominicæ memoriam, & resurrectionis diem, in figura & mysterio meditatatur. Idque tunc non per interualla, sed perpetuò. Quod noster interpres ait, & confitebor: coniunctio, & non est in Hebræo expressa. Confiteri nomini Domini, nihil est aliud, quàm laudare nomen Domini. Quòd rationem subiiciens ait, quoniam bonum est, bifariam accipi potest: aut quoniam ipsum nomen tuum bonum est, (est enim nihil aliud nomẽ Domini, quàm Dominus ipse) vt cõsonet illi: Cõfitemini dño quoniam

Psalm. 91.

niam bonus: aut, quoniam confiteri nomini tuo bonum est. Sic enim alibi canit: Bonum est confiteri Domino.

*Quoniam ex omni tribulatione eripisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.* Nihil est in hoc versu obicium. Quod ait, *eripisti me*: in Hebræo est tertiae personæ, אֶרִיפְּתֶיךָ, id est, eripuit me. Quod ad historiam attinet, Dauid à Ziphæis apud Saulem perditus, ipsum Saulem unā cum satellitibus militibusque suis nocte dormientē in castris siue tentorio offendit: & ut ostenderet quā non deesset sibi occasio & potestas interficiendi eū, abstulit hastam & scyphum, 1. Regum 26. Quod ad mysterium, Christus scribis, pharisæis, principibus sacerdotum, atq; ipsis custodibus se-

pulcri dormientibus, resurrexit à mortuis, declarans se iam ipse etiam mortis victorem, potestatem esse consecutum, non solum in illos hostes suos, verum etiam in omnes, quicumque vel in cælo, vel in terra, vel denique in ipso inferno sunt. Hinc est quod ait, *super inimicos meos despexit oculus meus.* Quod ad nos instituendos, resurgemus & nos, & participes victoriæ potestatisque CHRISTI, è summo cælo despiciemus omnes illos, qui iam persequuntur & affligunt nos. Ibi iam in securitate summa, & gaudijs inestimabilibus, ipsum victorem mortis Dominum nostrum Iesum Christum unā cum Deo patre & spiritu sancto, Psalmis nostris celebrabimus in secula seculorum, Amen.

## PSALMVS LIIII.

**E**Xaudi Deus orationem meam, & nē despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea, & cōturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabam eum qui saluum me fecit, à pusillanimitate spiritus & tempestate. Præcipita Domine, diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus et notus meus: Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo DEI ambulauimus cum consensu. Veniat mors super illos, et descendant in infernum viuentes. Quoniam nequitia in habitaculis eorum, in medio eorum. Ego autem ad Deum clamaui, et Dominus saluauit me. Vespere et manē et meridie narrabo et annuntiabo, et exaudiet vocem meam. Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi, quoniam inter multos erant mecum. Exaudiet Deus, et humiliabit illos, qui est ante secula. Non enim est illis commutatio, et non timuerunt Deum, extendit manum suam in retribuendo. Contaminauerunt testamentum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius, et appropinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto. Tu verò Deus, deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, ego autem sperabo in te Domine.

IN

## IN PSALMVM LIIII.

## TITVLVS EX HEBRÆO.

**V**ictori in organis, intellectus Dauid. De verbis huius tituli, quantum ad originem eorum, & genuinam significationem attinet, in superioribus abundè dictum est. Porro sententia huius est hæc: Intellectus Dauidis, hoc est, prophetia per spiritum sanctum reuelata ipsi Dauidi, & mystico carmine comprehensa, traditaque victori, hoc est, cantorum præfidi: per quem mysticè intelligimus Christum Iesum Dominum nostrum, non solum diaboli, mortis, & quicquid istiusmodi portentorum est, victorem: verum etiam præfidem & præfulem, antistitemq; omnium eorum, qui canticis spiritualibus Deum laudant. Huic, inquam, victori traditum est hoc carmen, ut canat, non tam lingua, quàm in organo mystici corporis sui: cuius ipse caput est & prætor: nos autem membra & organa, in quibus etiamnum carmina hæc canit, vsq; ad consummationem seculi.

## QUA OCCASIONE PSALMVM hunc cecinerit.

**Q**uæ res dederit propheta occasionem cantandi hunc Psalmum, non conuenit inter omnes. Mihi placet sententia Nicolai Lyrani, quod videlicet cecinerit eum, quum in graui esset periculo, nē ciues Celsæ traderent ipsum Sauli: homines nimirum ingratisimi, quippe quos ipse Dauid iam à Philistæis, omnia circumquaquē diripientibus, ipsiq; vbi imminetibus, liberarat. Historiam lege 1. Regum 23. Hinc itaque quum fugisset in solitudinem Ziph, de qua in Psalmo præcedente diximus, videtur hunc cecinisse.

## ARGUMENTVM PSALMI.

**C**lamat ad Deum propheta summo animi ardore, & magnitudinem periculi sui afflictionumque exponit. Deinde petitionem suam proponit, quum ait: Præcipita Domine, &c. Hinc ingratisimam illam ciuitatem accusat, multis & grauibus sceleribus eius enumeratis, & iniuriam sibi factam comparatione ficta amplificat, dicens: Quoniam si inimicus meus &c. Vbi apparet, prophetiam de Iuda proditore inferi. Non autem de hoc solo, sed de falsis fratribus omnibus, qui pellibus ouium refti, in ouili Domini versantes, intus sunt lupi rapaces: hos imitantur in vnoquoque nostrum affectus carnis nostræ, domestici videlicet hostes, eoq; formidabiliores. His omnibus sub imprecationis specie horrenda mortis supplicia imminere prædicit. Veniat, inquit, mors super illos, &c. Sibi autem contra, salutem venire à Dño, quum ait: Ego autē ad Dominum &c. Hæc rursus confirmat rationi-

bus ab enormibus illorum sceleribus, dicens: Non enim est illis commutatio, &c. Deindè breui exhortatione facta de iacienda cura in Dominum, qui nunq̄ permissurus est ut pereat iustus, prædicit horribilem impiortū interitum, eundemq; citò eis imminere.

## HORVM OMNIVM MYSTICA PARIter &amp; moralis interpretatio.

**H**æc omnia ut tanquam in typo præcæferunt in Dauid & ciuibus Celsæ, in veritate autem facta sunt in Christo & populo Iudaico: ita vsque ad consummationem seculi fiunt in his, qui ex animo volunt piè viuere in Christo, atq; illis qui hunc verbis habitudq; professi, suum negocium agunt, ipsius autem Christi & crucis eius inimici.

## EXPOSITIO PSALMI.

**E**xaudi Deus orationem meam, & nē despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Ardentissima est imploratio auxilij, multifariam vna sententia, alijs alijsq; verbis repetita, cōgeminataq;. Quum enim quatuor sint primæ huius periodi membra, vna tamen res est, quæ his omnibus dicitur. Quod nostra hæc translatio primo loco habet, *Exaudi*, in Hebræo est אֶשְׁמָע, id est, auribus percipe: cui consonat Græcæ translationis verbum ἐξάκουσον. Quod autem paulò post sequitur, *exaudi me*, consonat tam Græco, ἀκούσον μου, quàm Hebræo, שְׁמָע. Non dissimili dicendi figura orditus est Psalmum præcedentem, atque itidem decimum sextum. In Hebræo, ut solet, versusum distinctio non nihil discrepat ab ea quam nos habemus: verum hoc non perturbabit nos, dummodò bona fide sententiam prophetæ percipiamus.

*Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.* Pro, contristatus sum, in Hebræo est אֶכְזָב, quod Hieronymus vertit, humiliatus sum. Quod si attentius respiciamus ad verbi etymon & consuetudinem sermonis Hebræi, rectè, ni fallor, transtulerimus, Lamentor. Est enim futuri temporis verbum: qualibus afflictionem, consuetudinem, adeoq; naturā actionum significare solèt, ut quod ait Ecclesiastes cap. 7. Ira in sinu stulti requiescit: quo significat stultorum hominum esse, fouere iram: hoc eorum esse ingenium, hanc naturā, hanc consuetudinem: id Hebræicè dicitur per futurum tempus, אֶכְזָב בְּחַיִּים בְּחַיִּים בְּחַיִּים, quod ad verbum translatum sonat: Ira in sinu stultorum requiescet. Et est verbum quo Dauid hic vritur, coniugationis אֶכְזָב, qua vehementia quædam agendi, adeoq; alios ad idem agendū con-

○○ con-

concitandis exprimitur. Quod ait, in exercitatione mea: Hebraicè est *וְיָדָהּ*, id est, in meditatione mea: hoc est, assidua & graui cura & exercitatione. Quibus omnibus & his quæ mox sequuntur, admonemur, quàm nõ sit nobis in vita hac mortali speranda secura pax: sed assidue luctandũ conflegendumque; cum hostibus, nõ solum externis, quales Dauidi fuerunt Philistæis: nobis Turcæ, Iudæi, cæteraque; gentes, profanae, neque ignorantes: verum etiam his qui nobis domestici sunt, familiares, & intimi: quales Dauidi Ceilani, illius beneficio seruati: nobis tum falsi fratres & hæretici, tum ipsa caro nostra, cum suis pestiferis affectibus: quam tamē ipsi tueri, alere, vestire, fouere, & quocumque imus, circūferre cogimur: vt merito pergamus lamētari cum propheta, dicētes: Cōturbatus sum (vel iuxta phrasin hebraicā, *וְיָדָהּ*), & conturbor) à voce inimici, (qui nunquam desinit fremere aduersum me) & à tribulatione peccatoris, siue (quod verbum hebraicum *וְיָדָהּ* significat) impij: cuius afflictionibus & iniurijs infestor assidue.

*Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi.* Declinauerunt in me iniquitates, hoc est, impegērūt mihi peccata. Saul & qui huius partes sequebantur, impegērunt Dauidi, quod ambiret regnũ, ideoque vitæ suæ insidiaretur. Iudæi impegērunt Christo, quod subuerteret gentem, & prohiberet tributa dari Cæsari: aliaque; his similia multa. Apud Augustinũ & Paulum Orosium legimus, homines impios impegērunt Ecclesie Christianæ, quod huius culpa acciderint bella. Quis ignorat, quæ atroces calumnias passus sit ab Arrianis Diuus Athanasius? Apud Eusebium legimus, quod serui Christianorũ tormentis à tyrannis examinati dixerint, Christianis hanc esse superstitionem, vt infantes per immolationem trucidarent, & horum carnibus & sanguine vescerentur: calumnia occasio (vt apparet) sumpta à cœna domini. Sed quis sufficiat istiusmodi enumerandis? vt nemo mirari debeat, etiam nostris temporibus viros fide, religione, doctrina, tota denique vita integerrimos, ab Ecclesie hostibus malè audire. Possumus etiam hæc verba, propheta interpretari hoc modo: Declinauerunt in me iniquitates, id est, excogitauerunt contra me iniqua consilia, vt interficiant me. Huic aptè consonat quod sequitur, & in ira molesti erant mihi: siue, vt Hieronymus ex hebraeo vertit, & in furore aduersabantur mihi.

*Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me.* Nõ est mirum, Dauidem fuisse cōsternatum animo, quum consideraret hostis sui potentiam, & perfidiam Ceilanorũ. Sed

nos omnia spiritualiter intelligimus de Christo. Is in orto, appropinquante hora, qua erat à Iuda tradendus in manus hostiũ, atque immani supplicio mortis afficiendus, tristitia mororeque turbatus, dixit ad discipulos: Tristis est anima mea usque ad mortem. Et constitutus in hoc agone prolixius orabat patrem, vt si fieri posset, transiret à se calix iste tam amarae passionis: tantoque correptus fuit pauore, vt sanguine sudaret, eundemque tam copiosum, vt vndique è sacro eius corpore deflueret usque in terram. Nõ fuit hic fictus pavor, quod res ipsa loquitur clarissime: Quæ tamen ipse volens in se recepit ac vicit, duplici inflamatus amore, patris videlicet ac nostri. Patris, inquam, cuius immensam misericordiam, qua nos perditos recuperare voluit: & iustitiam, qua transgressionem mandati puniri oportuit, hac ratione satisfactum est: nostri vero, quorũ salutis inestimabili desiderio tenebatur. Atque his omnibus docuit nos, cuius ductu, virtuteque, quibus armis, quo modo cum hostibus in nostris periculis sit congregiendum: Bellum nobis est assiduum & implacabile, nõ solum cum nequissimo diabolo, & hoc immundissimo mundo, verum etiam cum hoste domestico carne nostra. Sed de his omnibus deus dabit nobis victoriam, si nostri ducis exemplo ad illud cōfugerimus, totos nos plena fiducia & perfecta obedientia in illud cōiccerimus. Atque hæc victoria tanto nobis est certior, quanto hic agon in domino nostro Iesu Christo fuit grauior. Hæc fides tam inuictos reddidit apostolos ac martyres, vt etiam gauderent sibi dari occasiones pro nomine Christi aduersa patiendi. Paulus apostolus, quum sciret sibi iam imminere dies quo immolaretur, nõ modò nõ perterritus, verum etiam exultans, in hæc verba prorupit: Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meae instat. Bonam certamē certavi: cursum cōsummaui: fidem seruauimus in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illo die, iustus iudex. Et nõ nos desperemus similia, quantumnis apostolo Paulo inferiores, subiicit: nõ solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Hanc fiduciam quò formaret in nobis seruator noster Iesus, ipse tam atrociam pro nobis est passus, recepta in se omni infirmitate nostra, vt nullius vnquam hominis dolor fuerit tantus, quantum domini nostri Iesu Christi. Hinc est quod sequitur apud hunc nostrum prophetam:

*Timor & tremor venerunt super me, & conturbatum me tenebra.* Hic nihil est quod remoretur nos. Nam quod noster interpretis ratione copulati, dixit, tremor & timor venerunt, quum in hebraeo sit zeugma, timor & tremor venit, per hoc nõ mutatur sententia. Quod autem in posteriori versus parte dicitur, & conturbatum me

Tim. 4.

tene-

tenebra: siue, vt ex hebraeo sonat, & operuit me caligo: respexit propheta ad id, quod solet illis in maximo sunt angore, accidere, nempe vt videantur sibi etiam cōmunè omnibus lucem amisisse. Quare ad proximum versus pergimus:

*Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo, & requiescam?* Merito est in his verbis prophetae. Nam quod pennas sibi optat, significat opus esse fuga celerrima, eademque in loca ab hominibus valde remota. Per talem autem fugam, periculi magnitudinem indicat: Per hanc autem, malitiam hominum persequentium se. S. Augustinus multa in hunc locum disseruit: quæ omnia huc tendunt, quod nemo sit, qui modò pie velit viuere in Christo, & in multitudine hominũ versetur, cui nõ accidant similia. Quia, inquit, in omni congregatione multitudinis, necesse est vt inueniantur mali. Deus enim qui nouit exercendos nos, miscet nobis & non perseueraturos: aut certè ita simulatos, vt nec inchoauerint, in quo perseuerare debeant. Nouit enim necessarium esse nobis, vt feramus malos, & proficiat quod boni sumus. Quandò hæc scripsit Augustinus, plurimi relicti vrbibus, in deserta ac solitudines abdidere sese, vt innocentiam vitam tuerentur. Veruntamen creuit & hac ratione eremitarum multitudo, vt etiam inter hos multi essent hypocritæ, qui sua malitia exercerent virtutem illorum, quæ innocentiam cōseruandæ causa eò secesserant. Itã etiam fieri potest in monasterijs, vt hi qui verè & ex animo student esse monachi, habeant sub eisdem tectis, eandem vitam professos falsos fratres, à quibus assidue infestentur. Neque fieri potest, vt, dum homines inter homines versamur, à talibus infestationibus simus tuti. Sed docet nos philosophia Christiana, omnia vincere patientia. Quin Publius ille mimographus optimè dixit: Cuiusvis doloris remediũ est patientia. Minutum est admonere, id quod noster interpretis dixit pennas, in hebraeo esse *וְיָדָהּ*, id est, alam. Illud fortassis magis ad rem pertinuerit, quare potius columbæ, quàm aquilæ, milui, vulturis, aut alterius cuius pennas exoptet. An propter innocentiam simplicitatem? quum etiam hypocritæ tanquam vultures & milui eodem auolent: non vt innocenter viuant, sed vt columbas persequantur, vt iam ex Augustino admonuimus.

*Eccè elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* In hebraeo verba hæc sunt futuri temporis, potestque ad verbum transferri hoc modo: Eccè procul recedam migrando, (vel fugiendo) commorabor in deserto, *וְיָדָהּ*. Quod ait, eccè, attentos nos facit ad percipiendum

rei, quæ dicitur, miraculũ. Quis enim non miretur hominis alicuius vitam posse esse tutiorem in deserto, inter feras, quàm in vrbe, inter ciues, illius ipsius hominis beneficio à sanguinarijs hostibus seruatos? Lot fugit in montem, & in spelunca seruatus est, nõ cum sceleratissimis Sodomitis periret incendio. Dauid, nõ à Ceilanis traderetur Sauli, fugit in desertum Ziph. Elias fugiens Iezabelem, itinere quadraginta dierum per desertum, venit ad montem dei Horeb, vbi in spelunca requieuit. De eremitica vita Iohannis Baptistæ quis ignorat historiam sacri Euangelij? Quin dominus Iesus ipse baptizatus à Iohanne, statim ductus est à spiritu in desertum, ibique ieiunio quadraginta dierum ac noctium, atque tentationibus diaboli sese exercuit ad cōstitutum, quæ erat cum hoste facturus in cōspectu totius populi. Hos imitati sunt sancti illi anachoritæ, eremitæ, & monachi, de quibus paulò antè meminimus. Quibus omnibus docemur, quàm difficile sit (si modò possibile) in hominũ turba tueri vitam innocentiam. Ideoque semper hanc esse consuetudinẽ hominibus ferri de cōseruandã innocentia cogitantibus, vt à turbis abstineant: loca secreta à strepitu mundano quaerant. Hoc etiam verba illa futuri temporis, quæ noster interpretis per præteritum transtulit, indicare videntur. Loquitur enim propheta nõ solum sub Christi capitis, verum etiam totius corporis mystici, quæ est Ecclesia, persona. Merito itaque noster propheta hunc quoque versus conclusit per *וְיָדָהּ*.

*Expectabam eum qui saluum me fecit, à pusillanimitate spiritus & tempestate.* Translatio Romana, qua vsus est Augustinus, habet, Expectabam eum qui me saluum faceret à pusillo animo & tempestate. Neutrius translationis sententia est obscura. Dauid in solitudine sustinuit & expectauit Deum, vt se saluum faceret, neque expectauit frustra. Eripuit enim illum etiam cum gloria, vt ipsum Saulem puderet ac poeniteret, quod iniuste persecutus esset virum innocentem, etiam si ille non persistit in ea poenitentia. Christus in omnibus actis suis expectauit tempus à patre definitum. Propterea resuscitatus à mortuis exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Sed & nos ipsi, inquit apostolus, primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Opinor & illud studiosis expèdendũ esse, quod omnes illi nõ solum in solitudinibus, verum etiam speluncis expectasse leguntur. Christus die resurrectionis expectauit in sepulcro. An nõ tale quiddam de nobis dicere videtur apostolus, quum ait: adoptionem filiorum dei expectantes, redemptionem corporis nostri: vt & resurrectionis mysterium

sterium hęc attingatur. Quod ait, à pusillanimitate spiritus, seu, à pusillo animo, significat id quod suprà dixit: Cor meum cõturbatũ est &c. Quod addit, & à tempestate, significat tentationũ, pcellam. Illud nolim præterire, alios aliter hunc versum ex Hebræo transferre. Habent autē Hebræa hoc modo: **אֱלֹהֵי מִצְרַיִם**. Hęc D. Hieronymus sic transtulit: Festinabo vt saluer à spiritu tempestatis & turbinis. Felix Pratenfis, ppius ad verbum: Accelerabo fugã mihi, à spiritu vehementi, à tepestate. Vbi per spiritũ vehementē & tempestatē, grauitatem persecutionis intelligunt: atq; hoc quidē nequaq̃ ineptē. Tametsi, ppius intuenti proprietatē linguę Hebręę, videtur per cõparationem intelligi posse, atq; transferri hoc modo: Accelerabo fugã meam, celerius vento vehemente, celerius tempestate, vt sit correctio eius quod paulõ antè optauit alas columbæ, hoc sensu: Quid optauit alas columbæ? Imò fugiendum mihi velocius est, quàm sit flat⁹ vilius venti, etiam vehementissimè flantis, quales in tempestatibus flare solent. Nihil est autem velocius ea fuga, qua animæ iustorum hominum è ciuitate hac terrena fugientes, euolant in illã beatissimam sanctorum spirituum requiem. Et quis nõ optet sibi hanc fugam? quis hanc non meditetur die ac nocte? Nam qualis sit hæc ciuitas terrena, in qua multò maxima pars est malorum ciuium, nunquã definentium persequi bonos, graphicè nobis tanquã in tabula depictum ob oculos intuendũ proponit propheta his quę iam sequuntur in Psalmo:

*Præcipita Dñe, diuide linguas eorum, quoniã vidi iniquitatē & contradictionē in ciuitate.* Sæpè iam monti, huiusmodi imprecationes prophetarum, nihil aliud esse, quàm prædictiones rerum certò futurarũ. Præcipita, id est, pde, ob-rue, vel, vt quidã verterũt, demerge: hoc enim ppriè significat verbum Græcum καταπόντισαι: nec dissonat Hebræum **בִּלְבַּל**. Est autē oratio mirificè adaptata rei, de qua dicit, naturæ. Loquit enim aduersus impios homines, qui psequunt & affligunt filios Dei. Illis vt celeriter veniet iusta Dei vindicta & interitus, itã propheta orationem qua hoc prædicit, abbreviat. Quum enim ait, *præcipita*: subintelligendã relinquit maiorẽ orationis partē, nempe, eos qui se aduersus maiestatem tuã extollunt. Viri sanguinũ & dolosi, inquit in fine Psalmi, nõ dimidiabunt dies suos. Quod ait, diuide linguas eorũ, videtur respicere ad illã cõfusionem linguarum, q̃ facta est, quum cõepissent ædificare turrim Babel, de quo scriptum est Ge. 11. Eius ædificationis causã fuit superbia: qua elati, vo-

luerunt & nominis sui monumentũ æternum relinquere, & se aduersus deũ munire, nõ rursus diluuiο posset punire scelera eorum. Putabant enim se, concessã turre, posse à diluuiο seruari: quod Augustinus in hunc locũ admonet. Sed nõ est consilium aduersus Dei consilia, quo videlicet hæc impediri queant. Simili superbia turrim Babel ædificant hæretici, aduersus Deum & Ecclesiam eius. Sed Deus dissecat linguas eorũ, vt nõ intelligant se mutud. Illorũ linguę confusę sunt, quum recessissent ab oriente. Populus autē Christianus, quia manet in oriente, hoc est, ea fide atque doctrina quã ab initio accepit, vna lingua, hoc est, vni-sona sententiã doctrinę loquitur magna dei. Per superbos homines diuisę sunt linguę, inquit Augustinus, per humiles Apostolos congregatę sunt linguę. Spiritus superbię dispersit linguas: spiritus sanctus congregauit linguas. Quandõ enim spiritus sanctus venit super discipulos, omnium linguis locuti sunt, ab omnibus intellecti sunt: linguę dispersę, in vnum cõgregatę sunt. Ergõ si adhuc sauiunt & gentiles sunt, expedit eis diuisas habere linguas. Volunt vnam linguam, veniant ad Ecclesiam: quia & in diuersitate linguarum carnis, vna est lingua in fide cordis. Sic Augustinus. Propheta verò ipse subiicit causam eius diuisionis, cum ait: *quoniã vidi iniquitatē & contradictionē in ciuitate.* Quã diu in ciuitate hac terrena & Ecclesia militante sumus, cogimur ferre homines iniquos & cõtentionos. Admixti enim hi sunt iustis, tanquã in area paleæ frumento, & in agro zizania bonæ segeti. Contradiotionem intelligit contentiones & lites forenses. Hoc enim propriè significat nomen **בִּלְבַּל**, quo hęc vsus est propheta.

*Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia.* Variè distinguunt hunc versum. Quidã hoc modo: Die ac nocte circundabit eam super muros eius, vt ex versu præcedente subintelligas, iniquitas & contradictio, vt sit zeugma. Alij sic: Die ac nocte circundabit eã sup muros eius iniquitas, vt nõ sit opus quicquã subintelligere: deindẽ subiungũt, & labor in medio eius, & iniustitia. Sed paulõ dilucidius est in Hebræo: Die ac nocte circundabunt (vel circundant) eã sup muros eius: & iniquitas & labor in medio eius. Huius hæc videt esse sententiã iuxta historiam: Tanta & huius ciuitatis malitiã, vt neq; euadere queam: quia die nocteq; super muros excubant, vt euadere conantem comprehendant: neque intrũ rutõ manere, vbi omnia sunt plena iniquitate & afflictione. Atque hæc est causã, quõd paulõ antè optauit sibi alas columbę & ventorũ velocitatē, vt euolando

lando effugeret piculũ. Itã se res planè habet in ciuitate hac terrena: Obfidei foris à caco-demonib⁹, qui comprehendere cupiunt egredientes. Intus omnia plena sunt iniurijs & afflictionibus: vt meritò dixerit Apostolus, Nõ habere nos hęc ciuitatē manentem, sed futurã inquirere: exhortans nos, vt hinc exeamus ad Christum, impropriũ eius portantes.

Heb. 13.

*Et non defecit de platea eius vsura & dolus.* Huic versui in hac & Græca translatiõ deest principium. Ex Hebræo sic sonat: Corruptelę in medio eius, & nõ recedit de platea eius impostura & dolus. Per corruptelas, Hebraicè **וְאֵימָתָהּ** omne genus scelerũ intelligimus, quo videlicet hoĩes cõpurtescunt & fœtent. Cætera non indigent longiori expositione.

*Quia si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem viq;: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsan ab eo.* Hęc est illa amplificatio p comparatiõem, cuius in explicatione argumenti meminimus. Multò grauius dolent ea q̃ patimur à domesticis, familiaribus, ppijs, & ab his quos putaueram⁹ amicos: quã ab illis, qui palãm pfecti inimicos & hostes, bellũ nobis indixerunt. Ceilani fuerunt de tribu Iuda, quemadmodũ Dauid, & quod grauius erat, huius virtute beneficiõq; defensi ab hostib⁹, atq; seruati: nihilominus tñ tradituri eum Sauli, nisi fugisset. Christus non solũ ex tribu Iuda secundũ carnẽ natus, verũ etiam genti Iudaicę in regem & seruatorem missus, traditus est ab eis Pontio Pilato: quem etiam huc adegerunt, vt supplicio crucis adiudicaret, quum ipse iudex totiẽs etum palãm pronunciaisset innocentem & iustum. Sed & Iudas Iscariotes, discipulus & (vt sic loquar) thesaurarius Christi, Dñm ac præceptorem talẽ ac tantũ, exigua pecuniola venditum tradidit. Paulus Apostolus, in tantis laboribus, quos p Euangelio Christi mũdo annuncians susceperat, conqueri sibi datum esse stimulum carnis, angelũ satanę, qui se colaphizet. Huius discipulum Timotheũ crebrę infirmitates affligerunt. Hęc oĩa atq; hoc genus infinita alia itã facta sunt, & magno dei beneficio nobis per eiusdem Dei ministros annunciata, & literis mãdata, vt (quemadmodũ ait Apostolus) per patientiã & consolatiõem scripturarum spem habeamus. Quis erũ tam sit impudenter impius, qui non patienter ferat molestias huius vite, quũ audiat aut legat tam atrociam passos esse viros innocentissimos sanctissimosq; qualis fuit Dauid & innumerabiles alij? Quis non cõsolei se spe & expectatiõẽ eius glorię, quã illi p eam iniuriarũ tolerantia & afflictionũ patientiã sunt consecuti? Quis autem se hanc eandem gloriam cõsecuturum despet, qui modò credat & cogitet, ideò ipsum

Mat. 27.  
Mar. 15.  
Lucæ 23.  
Johan. 19.

3. Cor. 12.

Rom. 15.

filium Dei hæc omnia esse passum: & per hæc eadem ipsum diabolum, ipsamq; mortẽ superasse, vt nobis certam faceret victoriam, & gloriam regni sui cęlestis secum cõmunẽ? Verba Prophetę paulõ aliter ex Hebræo sonare videntur, q̃ hæc translatio habet: sententiã verò prorsus est eadem. Nõ malè (vt equidem opinor) transtuleris hoc modo: Quĩ non est aptus hostis, qui me afficiat opprobrio, alioquĩ sustinerẽ: neq; professus odium, is qui sese aduersũm me extulit: alioquĩ absconderem me ab illo. Sequitur altera pars comparationis:

*Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus: Qui simul meũ dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cũ consensu.* Quantũ ad ipsum Dauidẽ attinet, non habemus manifestã historiam, quis fuerit ille, quẽ in tam arcta ac familiar habuerit amicitia, eundemq; tandẽ expertus sit hostẽ ac proditorẽ suum. Nicolaus Lyranus confugit ad tropum, atq; his verbis sensum Prophetę conatẽ explicare. Alloquit, inquit, populum Ceilæ sub nomine hominis, qui ostenderat sibi amicitia, tanq̃ habens cũ eo vnam mentem. De Christo verò, cuius typum gessit Dauid, & Iuda proditorẽ, res est manifesta ex historia Euangelica. Hic enim ab illo assumptus in discipulũ, allectus in numerũ illorum duodecim, quos constituit principes super omnem terram, adhibitus cõmuni mensę, atq; illi mysticę, adorandę, adeoq; stupendę cœnæ, atq; disertis verbis clarãq; voce appellatus amicus, nihilominus vendidit ac tradidit Dñm ac pceptorem suum talẽ ac tantũ, idq; osculo pacis. Quid potuit esse hac iniuria atrocius? quid hoc scelere sceleratius? Discamus igit & nos exemplo Dñi ac Dei nostri tolerare iniurias, memores illi⁹, quod ipse suis pdixit euenturũ: Trademini autẽ a parentibus & fratrib⁹, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus hominibus, ppter nomẽ meũ. Hęc illos esse passuros pdixit eis: imò in eis nobis oĩbus, quot quot studemus piẽ viuere in Christo. Sed audiamus & consolatiõẽ quã adiecit. Et capill⁹, inquit, de capite vestro nõ pibit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Etiã hi duo versus, quantũ ad verba attinet, aliter sonat ex Hebræo, q̃ hæc translatio habet. Pro vnanimis, in hebræo est **אֶחָד**, quod ad verbũ sonat, secundũ ordinẽ meũ, hoc est, eiusdẽ ordinis ac dignitatis, cuius ego. Cõstat Iudã fuisse vnũ ex illis XII. quib⁹ Christus dignitatẽ suã cõcauit, dicens: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Et quũ sufflisset in eos, Accipite, inquit, spiritũ sanctũ: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Eccẽ, qnã potuit esse dignitas maior hac?

Lucæ 22.



Porro tamen quum hæc diceret Christus, iā Iudas suo ipsius suspēdio perierat, vocatus tñ fuerat ad eādem dignitatem, ad quam hi quibus hæc dixit, hoc est, apostolatū. *Dux meus*, hoc est, quem ego, vti cæteros Apostolos meos, constituerā ducem populi mei. Notus meus, i. domestica cōsuetudine familiaris. Quod autem noster interpret dicit, *Qui simul mecum dulces capiebas cibos*: ex Hebræo vertendū erat, *Qui simul dulce habebamus consiliū*, hoc est, arcana nostra mutuò nobis cōmunicabamus. Itā certē Christi loquit ad Apostolos suos Ioh. 15. Iam nō dicā vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos autē dixi amicos: quia oīa q̄cunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Eodē p̄tinet quod subiicit, *In domo Dei ambulauimus cum consensu*: siue, vti ex Hebræo, cōiunctim, vel vnā, vel paritèr. Hieron. tñ translulit, in terrore: quod qua ratione fecerit, non satis intelligo. D. K. exponit in hac sententiam: Quum iremus ad domū Dei oraturi, simul ibamus. Domū autē dei intelligit locum seu tabernaculum, in quo fuit arca. Et quod noster interpret dicit, *in domo*: in Hebræo est *בְּבַיִת*, quod, ppriè quidem significat in domo: sed D. K. putat positū esse *בְּבַיְתָא*, i. ad domum, siue domum versūs.

*Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.* Hæc est illa suppliciorum p̄dictio, cuius in argumento Psalms meminimus. Neq; em̄ huiusmodi loci sic intelligēdi sunt, quasi vel Prophetæ ipsi, vel Christus, sub cuius persona sæpè loquuntur, affectibus humanis victi, vindictam petant, & mala imprecentur illis, à quibus affliguntur: quum constet eos potius veniam precari consueuisse hostibus suis. Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quod faciunt. Et Stephanus: Dñe, nē statuas illis hoc peccatum. Quod si quis sanctorū vnq̄ tale aliquid hominibus impijs imprecatus videatur, sciendum est, id nō affectu humano factum esse, quasi voluptatem quærenter ex aliorum doloribus ac tormentis, sed zelo gloriæ Dei, ratione iustitiæ diuinæ. Præstat enim malos malè perire, q̄ Deum videri vel iniustū, vel supinum, & negligentem disciplinæ, qua mundum gubernat. memorabile est exemplū Num. 16. de Coreh, Dathan, & Abiron: quos ipsos quidem terra dehiscēs absorbuit viuos: populi verò partē, quæ illis adhærebat, ignis consumpsit: euidentissimus typus hæresiarcharum, atq; populi illos sequentis. Ipsi enim hæresiarchæ ad inferos descendunt viui, hoc est, non ignorantes q̄ malè doceant. Populus autē scripturas ignorans, sed studio cōtentio-nis accensus, atq; odio p̄positorum Ecclesiæ,

Luc. 13. Ad. 7.

quos suspicere venerariq̄ debebat, flagrans, tanq̄ mortuus descendit. Ad hūc igitur prior pars versūs p̄tinere videtur, *veniat mors super eos*: ad hæresiarchas verò, & *descendant in infernum viuentes*. In hanc sententiā Augustin⁹ interpretat. Euthymi⁹ de Iuda proditore, Anna, Caipha, cæterisq; Christi interfectores exponit. Nos de impijs oībus intelligim⁹, quicunq; p̄secuti sunt, p̄sequunt, & p̄secuturi sunt Christū, tum in Prophetis & sanctis q̄ incarnationem eius antecesserunt, tum in iplo vti capite corporis sui mystici, tum in his qui iam incarnatum secuti sunt, & sequentur vsq; ad consummationē seculi. Quod LXX. necnon D. Hieron. transtulerunt, *veniat mors super eos* in Hebræo est *וְיָבִיט מוֹתָם*: quod quidam interpretantur, irruat mors sup eos: hoc paulò significantius est, q̄ veniat. Nōnulli, debitum exigat mors ab eis. Alij, ex ætricè constituat mortē aduersūs eos, vt subintelligam⁹ nominatiuū deus. Oīa hæc eodē tendūt, nēpe, q̄ luent mortis supplicii, quicunq; talia patrant. Radix verbi Hebræi est *יָבִיט*, quod multa significat. *Qm̄ nequitia in habitaculis eorū, in medio eorum*. Ratio est, quare tā atroci supplicio sint afficiendi. Per habitacula intelligit conciliabula, in quibus ad consultandum cōuenire solent. In his ait versari nequitias, siue mala, idq; in medio eorum, intra ipsos, vel, vt exponit Augustinus, in corde eorum.

*Ego autē ad Dñm clamaui, & Dñs saluabit me.* Quemadmodum terribile mortis supplicii imminere hostib⁹ illis suis p̄dixit, itā se è contrario consolaf expectatiōe salutis, quā à dño magna cū fiducia petens, certò se impetraturū accepturumq; confidit. Tali fiducia inuocandum esse Deū, etiam S. Iacobus docet in epist. sua cap. 1. Postulet autē in fide, inquit, nihil hæsitans. Qui em̄ hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouet & circumferret. non ergò estimet homo ille, q̄ accipiat aliquid à Dño. Hebræa parū admodū dissonat ab hac trāslatione: ad verbū translata, sonat hoc modo: Ego ad Deum clamabo, & Dñs saluum faciet me.

*Vespere, & manè, & meridie narrabo & annuntiabo: & exaudiet vocē meā.* Assiduitatē & constantiā in inuocādo Deū his verbis exprimit. Legim⁹ autē Dan. 6. q̄ Daniel aptis fenestris in cenaculo suo cōtra Ierusalē, tribus temporibus in die fletebat genua sua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo suo, sicut & antè facere consueuerat. Vndè Ecclesia primitiua hanc habebat consuetudinem, vt hora tertiæ, sextæ, & nona precaretur. In commentarijs Euthymij sic legimus: Tēpora significat magnarum trium synaxium, quas nos congregatio-

nes,

nes, seu collectas vocare possumus, vespertinū nimirū, matutinū, & ministeriū. S. Augustin⁹ videt indicare causas huius traditionis seu cōsuetudinis, quā ait in hunc Psalms locū: *Vespere Dñs in cruce, manè in resurrectione, meridie in ascensione*. Pro eo quod nostra hæc translatio habet, narrabo & annuntiabo: in Hebræo est *וְיַגִּיד וְיַשְׁמַע*, hoc est, eloquar & resonabo, interprete Hieron. Exprimit Prophetæ his verbis ingentem animi ardorem in precādo, cum quadā veluti importunitate. Hoc em̄ significat verbū *וְיַגִּיד*, cuius futurū hñc ponit. Paul⁹ dicit, spū seruētes, oratiōi instātes.

Rom. 12.

*Redimet in pace animā meā ab his qui appropinquant mihi, qm̄ inter multos erant mecum.* In pace, Euthymi⁹ interpretat, sine labore. Alij in hanc sententiā: liberatam in pace æterna constituet. Quod ait, *Ab his qui appropinquant mihi*, id Euthymi⁹ iuxta historiā intelligit de illis, qui Saulē sequebant aduersūs Davidem, etiam si huius p̄pinq̄, cognati, & aliqñ cōmiliones. Lyrano de ciuitatib⁹ Ceilæ, qui p̄pinq̄ qui erant Davidi similitudine amicitie, quū intus esset animis hostilib⁹, nēpe, p̄dituri eum Sauli. Huic ex mysterio cōsonat, quod Augustinus de pseudochristianis interpretat, qui p̄fessionis titulo, & Christianæ religiōis simulatione decipiunt imprudētes, atq; seducunt: quod nō possent manifestè idololatræ. Quod noster interpret dicit, *ab his qui appropinquant mihi*: id in Hebræo est *בְּרִיבֵי*, quod etiam D. Hieronymus transtulit, ab appropinquanti-bus mihi. Sed quā nō solum appropinquare, verum etiā p̄lium significat: quidā hñc transferunt, à p̄lio: vt sit sensus, Redimet (vel redemit, *יָרַד*) in pace animā meā à p̄lio, quod aduersum me est. Vndè Ioh. Cāpēñ in paraphrasi: Restituet pacē animæ meæ, & liberabit eam à p̄liantibus cōtra me. Quod autē sequit, qm̄ inter multos erant mecum, Hebraicè, *כִּי בְרִיבֵי הָיוּ עִמָּי*: id ex Iudæorū Rabbini-s quidam, p̄sertim Abrahā Ezra, in hanc sententiā exponunt, quoniā in multis fuerunt mecum, hoc est, magno numero mihi adstiterunt angeli Dei, per quos Deus animā, i. vitā meam ab hostibus liberauit. vt sit simile illi, quod de Eliseo legimus 4. Reg. 6. Cæterum D. Hieron. de hostib⁹ intelligēs, trāstulit hoc modo: multi em̄ fuerūt aduersum me. Euthymi⁹ de illis qui fuerunt in castris Saulis contra Davidē, exponit his verbis: qm̄, inquit, simul cū multis alijs militibus antea mecū fuerant, hoc est, qm̄ mecū cōiuxerant, & mecum commilitauerāt. huic pulchrè respōdet, quod S. August. de pseudochristianis interpretatur in hac sententiā: Erant mecum in multis, nam

num habebamus baptisimū, vnū Euangeliū, festa martyrum simul celebrabamus, Paschæ solennitatē vnā frequentabamus. In his omnibus erāt mecum: sed in integritate veræ fidei, & communionē charitatis non erant mecum: quod tandē schismate suo & hæresi declararunt. Idem indicat etiā aliam esse posse sententiā, nempe, in multis erant mecum, hoc est, de malorū numero extiterunt, qui temp longè supat bonorū numerum in ecclesia: quæ admodum in area palearū multitudo aut cumulus, grana. *Exaudiet Deus, & humiliabit illos, quī est ante secula.* *וְיַגִּיד*. Exaudiet, s. me clamantē, & inuocantē se. Et humiliabit, hoc est, puniet, p̄sternet. Qui est ante secula, hoc est, nō nup̄natus, & ad impiū seu regnū euentus, vt tyranni ac principes huius mundi: quorū regnatio cōcidit: sed q̄ in folio ospotentia suę residet ab æterno. Hoc em̄ significat verba Hebræa *וְיַגִּיד וְיַשְׁמַע*, quod ad verbū sonat, & sedet ab initio, i. ab æterno. Hoc quo grauius illis expendendū cōmendat & admonet, quāti furoris sit atq; amētig, illi q̄ tā immēse potētig est, sese opponere, accinit suū *וְיַגִּיד*: idq; si Hebræa exemplaria cōsulas, in medio versūs. Quæ em̄ noster interpret, Græcā translationē secut⁹, in duos diuisit, in Hebræo est ver⁹ vn⁹: q̄ aut in medio posuit particulā, quā aliās in sine accinere consuevit, hinc factū esse suspicor, q̄ nō min⁹ eo quod p̄cedit, expēdēdū sit quod sequit de ratiōe interitūs illorū, de q̄ sic ait: *Nō em̄ est illis cōmutatio, & nō immutabit Deū.* In Hebræo pluralis est nūcerus *וְיַגִּידוּ*, i. mutatiōes, seu cōmutatiōes. Sēsus est: Digni sunt q̄ peant, q̄a nunq̄ sunt mutaturi sceleratū illud vitę suę genus, neq; vllō timore dei p̄cellunt, vt agant p̄nitentiam. Quātunuis enormitèr peccauerit homo, si timore dei excitatus seriā egerit p̄nitentiā, veniā consequet & saluus erit. Qui verò indurati nolūt respiscere, hos interire necesse est. beū em̄ ipsum, à quo salutem petere debebāt, contēnunt. Impi⁹, inquit Sapiēs, quū in p̄fundū peccatorū venerit, cōtemnit. Et ad Iudgos dñs Esa. 48. Scio quia durus es tu, & neru⁹ ferre⁹ ceruix tua, & frōs tua enea. *Extēdit manū suā in retribuēdo: cōtaminauerunt testamētū eius.* Itā apud Hebræos distinguit, vt hic sit integer versus. Nostri doctores ferè in hanc sententiā exponunt: De⁹ extēdit manū suā, i. potētiā suā exeruit, in retribuēdo, hoc est, puniendo scelera impiorū: eō q̄ cōtaminauerūt testamētū ei⁹, quod August. de hereticis exponit, qui relicta Ecclesia Dei catholica, q̄ per totū mundū in oēs oīm gentium nationes est dilatata, nouas cōstituit sectas, quæ admodū tunc in Africa donatus: quū

Pro. 18.

Gen. 22. Gal. 3.

testamentū, hoc est, fœdus dei cum Abraham factum, ita habeat: In semine tuo bñdicentur oēs gentes. Per semē Abrahæ Christū intelligit. Nihil tñ phibet de omnibus trāsgressorib⁹ legis diuine expōere. Sed totus versus ex Hebræo translatus, hoc modo habet: Misit man⁹ suas in pacificos suos: cōtaminauit pactū suū. Itā trāslatu, habet hāc sententiā: Scelerat⁹ ille hypocrita, q̄ hostē in pectore circumferens, simulabat amicū, misit, hoc est, extendit man⁹ illas suas sanguinarias, in pacificos suos, hoc est, eos qui nihil aliud q̄ summā pacē, arctissimam amicitiam, & charitatē plusq̄ fraternam exhibuerant ei, & vicissim ab eo expectabāt. Atq; hac ratiōe fœdus illud pacis & amicitie, quod cum illis pepigerat, scelestissima illa sua p̄fidia rupit. Sic certē faciunt pseudochristiani & heretici. Huic translationi & expositioni cōsonat aptē quod iam sequit in Psalmo: *Diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius.* De diuisione Ceilanorum, non itā liquidd constat ex historia: De Iudæis aduersarijs Christi, constat. Nā & sentētijs de Chro inter se diuisi sunt, alijs dicentibus se tam horrendum excidiū, quod à Vespasiano Titōq; factū legimus, pati propterea q̄ crucifixerint Christū, quē Iosephus etiā p̄modum Deū confitebatur: alijs alias causas cōminiscentib⁹. Deindē diuisi sunt, hoc est, p̄ omēs totius orbis nationes dispersi. De hereticis verō, q̄ p̄textu verbi dei, atq; ipsi⁹ Chri doctrine, Christum ipsum & Ecclesiā eius hostiliter psequuntur, disertē interpretat Prophetam August. Quid expectatis, inqt, q̄ maiore nota ostendant heretici? diuisi sunt p̄ ira vultus eius. Et appropinquauit cor illi⁹. Cui⁹ intelligim⁹, nisi cuius ira diuisi sunt? Quomodō appropinquauit cor illius, vt intelligam⁹ voluntatē illius? Etenim hereticis exerta est Catholica ecclesia: & ex his q̄ malē sentiūt, p̄bati sunt q̄ benē sentiunt. Multa em̄ latebāt in scripturis: & quā p̄cisi essent heretici, q̄stionibus agitauerunt Ecclesiā dei. Apta sunt q̄ latebant, & intellecta est volūtas Dei. Hęc & plura in hunc locū aug. intelligēs cor illius, cor Dei, hoc est, sententiā & voluntatē Dei, q̄ appropinquauit, hoc est, manifesta facta & intellecta est p̄ diuisionē & segregatiōnem hereticorū ab Ecclesia. Sed Græca trāslatio habet, *καὶ ἠγγισεν τὸ καρδίᾳ αὐτοῦ.* hoc est, & appropinquauerūt corda eorū. Vndē Euthymius de Iudæis interpretat, q̄ moniti grauissimis illis afflictionib⁹, cœperunt cogitare, an Iesus Nazarenus, ab ipsis crucifix⁹, esset verē Messias ille, populo Dei p̄missus. Appropinquare enim, inquit, illi dicūtur veritati, qui saltē dubitare incipiūt. In Hebræo tñ nūero singulari legit, *לבו וקרבו לבו.* Quod si scriptum esset *לבוי וקרבו לבוי,*

transferri posset, & appropinquauit cor eius. Iam verō totus versus in Hebræo sic legitur: *תקרבו לבוי וקרבו לבוי.* Hoc D. Hierony. transtulit hoc modo: Nitid⁹ butyro os eius, pugnat autē cor illius. Ad verbum sonat: Lenius fecerunt butyris os suum, plium autē corde suo: vt subaudias, meditati sunt, aut simile aliquid: aut repetas verbū, fecerūt. Quidam em̄ suspicant *תקרבו לבוי,* lenius fecerunt, plurale, positum esse pro *תקרבו לבוי* singulari, & sic esse transferendū: Lenius fecit butyris os suum, plium autē corde suo. Nam p̄nomen quod nos vertimus, *שׁוּן* & *שׁוּן*, in Hebræo est numeri singular. & ad vnū referit. Vt cunq; transferas, sententia p̄ oīa quadrat in hoies subdolos, hypocritas, pseudochristianos, hereticos, ore Christum & Euāgelii eius crepantes & p̄fidentes, corde verō oppugnantes. Et, quod verbū est Apostoli, 2. Tim. 3. habētis speciē quidē pietatis, virtutē autē ei⁹ abnegātes. Mihi vident LXX. legisse in Hebræo, *תקרבו לבוי וקרבו לבוי.* Hoc ad verbum transferri poterit: diuisi sunt (sue recesserunt) ab iris vultus eius, & appropinquauit cor eius. Tametsi nihil vetat etiam hoc modo transferre, lectiōe, q̄ nunc est apud Hebræos, retenta, *תקרבו לבוי וקרבו לבוי.* id rectē numero plurali declinaueris *תקרבו לבוי:* vt sit, *תקרבו לבוי* ab iris, siue ira, plurali, p̄ singulari sumpto: quæ numerorum enallage nō est rara apud Hebræos. Versus qui iam sequit in Hebræo, ab hoc quem nunc interpretati sumus, non est separatus: sed altera pars eius. *Molliti sunt sermones eius sup oleum, & ipsi sunt iacula.* Hoc sanē magis cōsonat ei quod Hieron. alijq; recētiores ex Hebræo trāsulerunt, q̄ quod LXX. Est em̄ iuxta illorū interpretatiōnem, expositio eius quod in p̄cedēte versu, siue (vt Hebræi distinguunt) priore parte versus diuisū est: qualia iam plurima apud nostrū hunc Prophetā vidim⁹, & in sequentib⁹ Psalmis visuri sumus. Molliti sunt sermones eius sup oleū, hoc est, blandiores sunt quouis vnguetō: quū reuera nihil aliud sint, q̄ venenatæ sagittæ, vel vt ex Hebræo, *תקרבו לבוי*, i. gladij. Quum foris blandiunt, intūs lethalia infligunt vulnera. Imperito vulgo nihil est grātius huiusmodi concionibus atq; doctrina: Nihil, p̄sunt ad remissionē peccatorū opa penitentie. Crede duntaxat peccata tibi remissa esse, p̄pter Chm. Nam hic omnia, p̄ nobis dependit. Votum castitatis, aut vitē monasticæ, neminem obligat. Neque ieiunia, neque certis temporibus à certis abstinere cibis, vsquā

vsquā p̄cepit Christ⁹. Quicquid istiusmodi onerum est, à pontificibus & clero tāquā à pharisæis miserē plebi impositū est. Christus libertatem attulit suis, & potestātē quibusuis diebus quibullibet cibis vescendi. Nihil est opus sacerdotibus exponere, quæ admiserimus peccata. Satis est in genere dicere te esse peccatorem, & petere absolutionem: deindē credere, omnia tibi esse remissa propter Christum. Alere in ocio tantas sacerdotum & monachorum turbas, intolerabile est onus Ecclesię. Præstat igitur, vt illi redditus, & opes ille conuertantur in meliores vsus, purā sustentationem pauperum, & alere eis adulescentes in studijs bonarum literarum: releuare miseris agricolas à p̄sione decimarum. Hęc & sexcenta alia, populo supra mel & fauum dulcia sunt. Is autem quum talibus commotus, excusserit omne iugum omnis disciplina, nec hominis vilius potestati voluerit esse subiectus, sequente rerum omnium cōfusione, & feralibus bellis, cum calamitatibus alijs innumeris & inexplicabilibus, nē quid hic dicā de æternis gehennæ flammis, quas heretici nō poterunt effugere, neq; quisquā, qui non fuerit manseritq; in domo Dei, quæ est Ecclesia: his, inquam, malis sese prodētibus, tandem experiuntur, quæ venena sub illo melle imprudentes imbiberint. Tunc sentient miseris, sed eheu iam nimium serō, quā fuerint illi sermones, in speciem quidem molles ac blandi, re vera autem sagittæ, veneno, felle cuiusuis hydræ lethaliore, tinctæ. Quid igitur aduersus tam subdola, tamque mortifera verba consilij? Quid faciet homo, nē illis captus in laqueum & mortē incidat? Audiamus hunc ipsum prophetam nostrum. *Facta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in aeternum fluctuationem in se.* Sed priusquā ad huius versus explicatiōnem progrediar, illud nolim apud studiosos dissimulare, quod Diuus Augustinus, Cassiodorus, & quidam alij Augustinum, vt apparet, secuti, interpretantur sermones in versu p̄cedente, verba dei. Quæ non intellecta, dura videntur, vt illis qui apud Iohannem Euāgelistam dicunt: Durus est hic sermo: quis potest eum audire? Intellecta verō, aut saltem piē accepta & credita, mollia fiunt ac dulcia. Deindē etiam sagittæ, quibus Apostoli, alijq; viri apostolici, verbi Dei doctores armati, feriunt hominum peccata, & ad amorem DEI conuertunt. Atque hæc quidem pia est, minimeque absurda interpretatiō: sed (meo quidem iudicio, si modō hoc aliquod est de rebus tantis, tantorumque virorum doctrina) paulō cōtortior. Quapropter malui hic sequi

Euthymium, Hieronymū, (si modō huius sunt illa commentaria, quę inter opera eius eidem ascripta habemus) aliosq; non contemnendæ doctrinę viros: atq; itā interpretari, vt interpretatus sum, nēp̄ de dolosis & insidiosis sermonibus hostiū Christi & Ecclesię eius: quales Dauidi Ceilani, Chro pharisæi & ipse proditor Iudas, Apostolis pseudoapostoli, nobis heretici & falsi fratres omnes. Cōtra hos itaq; nos instruit propheta, dicens: *Facta super Dominum curam tuam, &c.]* O salutare consilium, in omnibus malis & malorū periculis, in omnibus difficultatibus & angustijs, quęcunq; possunt homini in hac vita accidere. Persequitur te crudelis tyrannus, vt Saul Dauidem? facta super Dominum curā tuam. Spoliatum, exutum omnibus, expellit patria? facta super Dominū curam tuam. Insiātur vitē tuę, prodūt te, aut iniurijs quibuscūq; te afficiunt hi qui sunt tibi proximi? facta super Dominum curā tuam. Perplexū te reddidit hereticus aut seditiosus concionator, studens ab Ecclesia dei catholica te abducere phalaratis verbis, subdolis argumentis, speciosis titulis Euāgelij, verbi dei, libertatis Christianæ, diffamatiōe insectatiōneq; Ecclesię propter multos, qui in ea vel dignitatibus eminentes, vel in officijs ministrantes malē viuunt, malē p̄sunt, malē ministrant? facta super Dominū curam tuam. Agnosce locum, sortem, & cōditionem tuā, vt itudeas temetipsum in omnibus probare dño deo tuo, relicto huic iudicio de illis, super quos non constituit te iudicē, memor illius, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Item illius: Tu quis es, qui iudicas alienum seruū? Domino suo stat aut cadit. Item illius: Sed licet nos, aut angelus de cælo euāgelizet vobis, præterquam quod euāgelizauimus vobis, anathema sit. Sicut p̄diximus, & nunc iterū dico: Si q̄s vobis euāgelizauerit p̄ter id quod accepistis, anathema sit. Ita igitur fortiter atq; inuictus super petram, super quā Dñs ædificauit Ecclesiam suam, memor verbi eiusdem ad ipsum Petrum: Simon, inquit, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret tāquā triticum: ego autē rogauī pro te, vt non deficiat fides tua. Hic cōsistens, hęc & infinita alia similia his tecum cogitās & expēdens, viriliter expecta omnes omniū hostiū tuorum, etiā ipsius principis inferorū assaultus, iactans super dñm curam tuā. Neq; enim vanū esse potest, quod subijcit hęc noster propheta, dicens: & ipse te enutriet. Spiritus sanctus est, deus ipse est, ipsa deniquē veritas est, q̄ hęc loquitur, q̄ hæc promittit. Quo modo porro enutriet? Eo modo, procul dubio, quo ipse p̄ sua æterna & inscrutabili sapientia nouit hoc tibi expedire maxime.

Matth. 7. Rom. 14. Galat. 2.

mè, non fraudabit te neq; alimentis tegimentisq; quibus hoc alendū fouendumq; est corpus: neq; verbo veritatis sue, cęlestisq; doctrinę, quo pascendus est animus. In his te ita cōfirmabit corroborabitq; vt nō modō nō euertere, sed ne mouere quidē te possit omnibus suis machinis & oppugnationibus hostis. Sic em̄ pergit noster propheta: *Non dabit in aternū fluctuationē iusto*: hoc est, ne nutare quidē permittet. Vñ duntaxat agamus, vt inueniamur in conspectu eius iusti: iusto enim non daturum esse fluctuationem ait propheta. Ad hoc autem consequendum vt simus iusti, ille ipse dabit nobis (dummodō petamus) gratiā suam atq; virtutē. Eueniet quidē haud dubiē, quod ipsa veritas euenturū prędixit Matt. 24. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetę, & dabūt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Interijcit, si fieri potest: q. d. hoc autem omnino fieri non potest. Quare idē? Quia non dabit in eternū fluctuationē iusto. Non tamen ita hęc intelligenda sunt, quasi neget propheta deū aliquandō permittere, vt etiam iustus incidat in peccatū: imō septiēs in die cadet iustus, (inquit Salomon Prou. 24.) & resurget. Sed nō patietur illū cū impijs corrucere in malum. hoc est, in perditionē. Labitur in peccatū iustus, vt Dauid ipse lapsus fuit etiā grauissimē. Nō tamen abripitur horū fluctibus à Deo per desperationem veniē: sed firmiter fixa ancora spei, resurgit per salutarē pœnitentiā, fide manet immobilis in domo Dei, edificatus & ipse vt lapis viuus super firmā petrā. Possumus & hoc modo verba prophetę intelligere: Etiāsi ad tēpus Deus det, hoc est, permittat fluctibus tentationū agitari iustum, non tamen permittitur hoc fieri in æternum. Probatū enim hoc modo, eripiet, atq; in summa trāquillitate ac pace constituet. Ecce, hęc sunt certissimę promissiones quas Deus facit electis suis, hoc est, iustis. Quid autē ex aduerso impijs illis, qui iustos in hoc mundo affligunt? Hoc nimirum quod sequitur apud hunc nostrū prophetam.

*Tu verō Deus, deduces eos in puteum interitūs.* ] Ecce, hoc est illud ipsum quod ait Salomon: Impij autē corrucunt in malum. In quod malū? In puteū interitūs. Quis est puteus interitūs? Quis alius, q̄ abyssus inferni? q̄ lacus gehennę, ignis videlicet illius inextinguibilis, fouea p̄funditatis immensę? in quā qui inciderint, his oīs emergēdi redeundiq; spes est ablata. In inferno em̄ nulla est redēptio. Quinetiā in hoc mūdo homines sua ipsorum malitia excepatos deus deducit in puteū interitūs, dū indiēs p̄fundius profundiusq; prolabi sinit, iuxta id quod ad Romanos scribit apostolus: Et sicut

nō probauerūt deū habere in noticia, tradidit illos deus in reprobū sensum, vt faciāt ea q̄ nō conueniunt, repletos omni iniquitate &c. Itā & hęreticis accidere videmus, vt quū relicta Ecclesia dei, suas opiniones statuere atq; defendere cęperint, incidāt ex vno errore in alium donec, teste apostolo Paulo, suo etiam ipsorum iudicio condemnentur.

*Viri sanguinū & dolosi nō dimidiabunt dies suos: ego autē sperabo in te Dñe.* ] Quinā sunt viri sanguinū? qui viri dolosi? Quod si respiciamus ad historiam, Saul erat vir sanguinū: quia q̄rebat Dauidem, vt innocentissimi viri sanguinē funderet. Erant & satellites eius ac milites, qui eū ad hanc tam iniustā cędē tendentē sequebantur, viri sanguinum. Ceilani verō, qui seruato rem suū Dauidem tyranno ad occidendum erant tradituri, pacē interim & amicitia simulantes, erant extra oēm controuersiā viri dolosi, imō & viri sanguinū. Viri sanguinum erant Iudei, interfectores Chři: ijdemq; dolosi, qui totiēs conabantur eū subdolis quęstionibus, admixtis fallacibus adulationibus, illaqueare. Magister, inquit, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & nō est tibi cura de aliquo: non em̄ respicis personā hominis. Dic ergō nobis, quid tibi videtur: licet censum dare Cæsari, an non? Vir sanguinū erat impius Herodes, q̄ tot innocētes pueros occidit, sperans se Chřm inter illos occisurū. Idē vir dolosus, quippe qui mandauit Magis, vt diligenter de puero inquirerent: deinde sibi renunciarent, quasi & ipse esset adoraturus eum, quem, si cōprehēdisset, erat interfecurus. Viri sanguinū erant tyranni, qui martyres Chři tam horrendis affectos supplicijs trucidauerunt. Idē viri dolosi, qui propositis huius mūdi carnisq; illectamētis plurimis, studeuerūt sanctos à religione Christiana ad sua idola reducere. Viri dolosi fuerunt & sunt hęretici, qui sub Euangelij, verbiq; dei prętextu, plebē indoctā, imperitosq; homines abducunt ab Ecclesia in suas sectas & perditionē. Idem sunt viri sanguinū, non solum q̄ authores sunt & origo grauissimorum bellorū ac seditionū, vt per hosce iam aliquot annos vidimus: verum etiā quod spirituales sanguinem animarū, gladijs ac spiculis falsę doctrinę effundunt. Hoc docet in hunc locum S. Augustinus. Sanguis em̄ de carne exiens, inquit, videtur & horretur. Quis videt sanguinē cordis in rebaptizato? Ille mortes alios oculos q̄rūt: quanq̄ & de istis mortibus visibilib⁹ nō quiescāt armati vbique Circūcelliones. Os quod mētiur, inquit sapiens, occidit animā. Quid igit aliud, q̄ sanguinarij animarū carnifices sunt, illi qui hęretica, hoc est, mēdace doctrina, abducūt hoīes ab Ecclesia.

fra, q̄ est mater omniū viuentium? Quinetiā illos rectē viros sanguinū dixerimus, qui quum receperint pascendū verbo vitę gregē bñi, negligunt hoc facere. Sic enim ad Ezechielē loquitur: Si dicēte me ad impiū, morte morieris, nō annūciaueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuatur: ipse impi⁹ in iniquitate sua moriet̄, sanguinem autē eius de manu tua requiram. Ecce, hi oēs sunt viri sanguinū, sunt & viri dolosi. Quid autē est, quod de his ait p̄pheta, *nō dimidiabunt dies suos*? Verbum, *dimidiabunt*, sibi finxisse videtur interpret: quōtū & Hieronymus vitē. Significat, non consequentē dimidiū diērum suorū: vel, nō perueniet ad dimidiū vitę sue, siue iuste q̄tatis. Ac videm⁹ quidē hoc vt plurimū euenire hominib⁹ sanguinarijs, p̄sertim verō superiori potestati rebellibus, vt ē medio vitę cursu abripiantur: trāsgressores videlicet p̄cepti dei, quo ait: *Honora patrē tuū & matrē tuā*, vt sis longeuus super terrā. Alioquē nō ita in om̄ibus euenit impijs atq; tyrānis oppressoribus innocentū, vt citō intereāt. nōnullos em̄ permittit deus etiā vsq; ad caniciē viuere: idq; arcanis sapiētię sue cōsilijs. Porrō si q̄s velit vniuersaliter de om̄ib⁹ illis sanguinarijs atq; dolosis, de quib⁹ paulō antē sum⁹ locuti, interpretari, hic illud cōmodē poterit, sed in hęc sententiam: nō dimidiabunt dies suos, hoc est, nō perueniet ad dimidiū eius q̄tatis, quā ipsi stulti sibi p̄mittunt.

## PSALMVS LV.

**M**iserere mei Deus, quoniā conculcauit me homo, tota die impugnās tribulauit me. Cōculcauerūt me inimici mei tota die, quoniā multi bellātes aduersum me. Ab altitudine diei timebo, ego verō in te sperabo. In Deo laudabo sermones meos, in deo speraui, nō timebo qd̄ faciat mihi caro. Tota die verba mea execrabātur, aduersum me oēs cogitationes eorū in malum. Inhabitabunt & abscondent, ipsi calcauē meū obseruabunt. Sicut sustinuerunt animā meam pro nihilo, saluos facies illos, in ira populos confringes. Deus, vitā meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Sicut & in promissioē tua, tūc conuertētur inimici mei retrorsum. In quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es. In deo laudabo verbū, in Dño laudabo sermonē: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo. In me sunt deus vota tua, q̄ reddā laudationes tibi. Quoniā eripuisti animā meam de morte, & pedes meos de lapsu, vt placeā coram deo in lumine viuētium.

## IN PSALMVM LV.

## DE TITVLO.

Titulus huius psalmi longus est: & aliter legitur in translatione Gręca, & ea qua vitur Ecclesia Latina, q̄ sonent ea quę sunt in Hebręo. Gręca ad verbum translata, sic sonant: In finem pro populo, qui à sanctis lon-

Legimus apud Lucā de quodā ita secū loquēte: Anima, habes multa bona, posita in annos plurimos: regeſce, comede, bibe, epulare. Dixit autē illi deus: Stulte, hac nocte animā tuam repetunt à te: q̄ autē parāsti, cuius erunt? Legimus nōnullos tyrannos in hac tā stulta opinione adeō infanisse, vt etiam immortalitatem quandā sibi hic persuasisse videantur. Quidam etiā hanc adferunt expositionē: Viri sanguinū & dolosi nō dimidiabūt dies suos, hoc est, nō diuidēt eos, vt aliquandō respiscētes, agnoscat q̄ turpiter ac sceleratē tranſegerint superioris vitę dies, iamq; deinceps per salutarem pœnitentiā quod reliquū sit, in melius cōmutent, ac deū iuste sibi iratū placent: sed in sua illa insanabili malitia omni ætate sua nefariē trāſacta moriunt̄. O quanto sapiētius, quanto melius, quāto felicius iustus. Ego autē, inquit, sperabo in te dñe. (Tametſi vocatiuus, n̄hē, in hebręo quidē non est expressus. Interpretis explicādi causa de suo adieciſſe videtur: nisi forte ex glossamate aliquo in contextū irrepſit.) illi dementes, & per om̄ia stultissimi, in rebus vanissimis spes suas fixerunt. Ego spem meam oēm nō in alio figā q̄ in te dñe: a quo vno om̄ia huius & futurę vitę bona expecto, atq; certō me accepturum confido. Hanc spem & fidutiā largiatur nobis omnibus deus pater, cum vniogenito filio suo & spiritu sancto laudandus in secula seculorum. Amen.

gē remotus est, ipsi Dauid, in tituli inscriptionem, quādō tenuerūt eum allophyli in Geth. Ab hac non differt Latina translatio qua vitur, nisi quod p̄ accusatiuo inscriptionē, qui est in Gręca, habet ablatiuum inscriptione. Quum ait, in finē, admonet nos intendere in Christum, inquit Augustinus, q̄ hic sit finis legis,

legis, ad iustitiam omni crediti, authore Aposto-  
lo Rom. 10. quia verò David fuit figura Christi,  
reuelatū est ei per spiritū, vt psalmum hunc in  
domo nei decantandū cōponeret: idēq; in tituli  
inscriptione, pro populo à sanctis longè remo-  
to. Quænam est illa inscriptio tituli? Illa nimi-  
rūm, quā tribus linguis editā imposuit cruci  
Dñi Pilatus. Quis autē populus longè remotus à  
sanctis? Quis aliū, q̄ qui obmururās Pilato,  
dixit: Noli scribere, rex Iudeorū: sed, quia ipse  
dixit se regē esse Iudeorū? Hic populus, nō  
locorū distantia, sed cordis affectu, longissimè  
remotus est à sanctis. Hi enim orant quotidie,

Mat. 6.  
Johan. 19.

Adueniat regnū tuum: ille verò clamat: Non  
habemus regem nisi Cæsarē. Neq; est ætas vlla  
tam felix in his terris, quæ non habeat pluri-  
mos, qui, etiā si fortè verbis id non faciant, aut  
clara voce, tamen intus in cordibus suis, & fo-  
ris in factis palam declarēt, ac velut loquan-  
tur & clament, vt ab omnibus intelligi queat:

Luc. 19.

Nolumus hunc regnare super nos. Quid enim  
aliud agunt illi, qui tam contumaciter contem-  
nūt omnia, quæ docuit & obseruanda præ-  
cipit Christus? Ipse sunt qui tribulant nos, inquit  
Augustinus. Aduersus quos oportet vt arme-  
mus nos paciētia, scientes q̄ nobis vtile sit per  
istiusmodi afflictiones probari, vt probatio fi-  
dei nre, multò preciosior auro quod per ignē  
p̄batur, vt ait Apostolorū princeps Petrus, in-  
ueniat in laudem & gloriā & honorē, in reue-  
lacione Iesu Christi. Porrò quod sequitur in ti-  
tulo, *Quandò tenuerunt eū allophyli in Geth*: Augu-  
stinus & pleriq; alij docti viri interpretantur,  
secūdum historiā, quidē typicam de eo quod  
legimus 1. Reg. 21. de David, quandò fugiēs Sau-  
lē, venit ad Achis regē Geth. Quē quū cognou-  
issent Philistei serui Achis, dixerūt: Nūquid  
non iste est David rex terræ? &c. Quæ quū au-  
disset David, timuit nē quid mali sibi inferret  
Achis: atq; simulata mentis infania, dimissus  
est. In mysterio autē & veritate, de Christo & sp̄s  
sacris eius, seu corpore mystico, q̄ est Ecclesia. Ille  
enim factū, superbiā, & concupiscētias huius  
mundi, tanq̄ Saulem David, fugiens, peruenit  
in Geth, quod interpretatum, sonat torcular,

1. Pet. 1.

per quod afflictionum pressuras intelligimus,  
& à sup̄bis illis phariseis, scribis, atq; rege He-  
rode sp̄retus est tanq̄ insanus ac fatuus: quales  
etiam nūm & semper videntur huic mundo,  
qui student piē viuere in Christo. Verbum  
enim crucis, inquit Apostolus, pereuntibus  
quidem stultitia est: ijs autem qui salui fi-  
unt, id est, nobis, Dei virtus est. Et paulò  
pōst: Nam quia in Dei sapientia non cognouit  
mundus per sapientiam Deum: placuit  
Deo, per stultitiam prædicationis saluos fa-  
cere credentes. In his igitur pressuris, in hoc

1. Cor. 1.

torculari cōstitutos docet propheta, imò spi-  
ritus sanctus per prophetā, quid faciendū sit,  
ad quem clamandū, à quo auxilium, liberatio,  
& salus expectanda. Huc tēdit doctissimi Au-  
gustini doctissima interpretatio. Euthymius  
refert ad populum Iudaicum, in Babylone ca-  
ptiuum, & longè remotum à sanctis, hoc est,  
à templo, atq; ab omnibus sacris, quæ erant in  
Hierusalem: aitq; nomine populi oēs intelli-  
gi posse, qui ad tēpus à sanctis hominibus elo-  
gati sunt, dum captiui sub peccati iugo detinen-  
tur. Et quod ait, pro populo, idem esse ac si di-  
xisset, ex persona populi. Hoc est, vt deprece  
pro populo captiuo. Alioquē illud quod in  
Græca translatione est *πρὸς τὸ λαὸν*, posset transf-  
ferri, de populo: & exponi, contra populum:  
quū Augustini verbū sit, Contra tales iste psal-  
mus cōfirmat nos. Nisi malimus ita accipere,  
vt etiam pro populo sic affligēte nos deprece-  
mur deum: quemadmodum pro crucifigenti-  
bus se orauit Christus, dicens: Pater, ignosce illis,  
&c. In quo tametsi omninò imitari debemus  
dñm nostrum Iesum Christum, vt Stephanus  
fecit, non tamen quicquam in hoc psalmo est,  
quod eò pertineat. Aserit nihilominus idem  
Euthymius Dauidē cōscripsisse hunc psalmū,  
præsentib⁹ suis tunc, & futuris populi afflicti-  
onibus accommodatum. Vt autē æternæ memo-  
riæ hoc tantū in se beneficiū dei cōsecraret, ad-  
didisse in titulo psalmi hæc verba, in tituli in-  
scriptionem: idēq; nihil aliud esse, q̄ si dicas, in  
statuē seu colūmæ inscriptionē, sumpta loquē-  
di figura ab illis, qui rerū geitarum memoriā  
columnis, aut statuis, aut arcibus triumphali-  
bus inscribere solent. Hæc à doctissimis viris  
doctissimè sanctissimeq; disserta, nequaquā præ-  
tereunda esse putauī: & q̄ nō leuis sit in eccle-  
sia translatio Septuaginta. Ceterum quæ legi-  
mus in libris Hebræorum, in linguam nostrā  
translata, aliter sonant. Hebræa sic habent:

לְמַנְצָה עַל יְהוָה אֱלֹהֵי חַוְּזִים לְיָד מַגְבָּהִים  
בְּחַוְּזוֹ אֶתְּוֹ בְּלִשְׁתֵּי מַגְבָּהִים

Hæc ad verbū transferri possunt hoc modo:  
Victori super colūba muta longinquorū, (vel  
vt quidā vertunt, elongationū) Davidis Mich-  
tam, quū cōprehenderēt (vel tenerēt) eū Phi-  
listei in Geth. D. Hier. nō curans verbū verbo  
reddere, sententiā reddidit hoc modo: Victori  
pro colūba muta, eō q̄ p̄cul abiērīt David hu-  
milis & simplex, quandò tenuerūt eū allophy-  
li in Geth. Hic David iuxta historiā quidē se-  
ipsum videtur dicere columbā, eamq; mutā, q̄  
omīa voluntati dei relinquēs, nusq̄ verbis ad-  
uersus tā atroces iniurias sese defenderit: pro-  
cūl autē abiērīt, ex tota videlicet Iudæa, vsq; in  
terrā hostilem: quod aptè conuenit cum eo,  
quod

quod præcedēte Psalmo dixit: Quis dabit mi-  
hi pēnas sicut colūbæ, & volabo & requiescā?  
Eccē elongauī fugiens, &c. Porrò quōd Philis-  
tæi, sive allophyli tenuerint eū in Geth, pau-  
lò antè dictum est, vt iam nihil restet in hoc  
titulo difficultatis, præterq̄ in nomine מַגְבָּהִים:  
in quo se non parūm torquent interpretes.  
Aben Ezra putauit esse carminis gen⁹, ad cui-  
us numeros psalmus hic sit compositus, no-  
mine deriuato à מַגְבָּהִים, quod significat aurum,  
quasi dicas, carmē aureum, vt placet R. D. in li-  
bro ra dicum. Ceterum D. Hieronymus trās-  
ferens, humilis & simplex, deducit à מַגְבָּהִים  
pro מַגְבָּהִים, i. pauper, tenuis, humilis, vt verbo מַגְבָּהִים:  
quod significat pauperē, vel tenuem, vel hu-  
mitem fieri, aut esse: & מַגְבָּהִים, i. simplex, integer,  
innocens, probus. Atq; in his omnibus David  
extitit expressa ad viuum figura Christi: no-  
bis autē exemplum columbinæ simplicitatis,  
innocentiæ, & patientiæ: adde etiā prudenti-  
æ serpentinæ, dum apud regem barbarū de-  
metiam simulat. Quæ facile est intelligere ex  
illis, q̄ hæctenus diximus: nē nos diutiūs quàm  
oportet, his immoremur. Nunc igitur ad ar-  
gumentum Psalmi.

ARGUMENTUM PSALMI.

In maximis angustijs constitutus, implorat  
misericordiā dei, ratione suę tā ardētis im-  
plorationis adducta à malitiā, p̄tinaciā, & mul-  
titudine hostiū. Deindè à sua in Deū fiducia:  
qua nouit vnicū delectari Deū, eadēq; maxi-  
mè solere flecti ad largiendū quod petit⁹. De-  
indè redit ad expositionē p̄secutionū & insi-  
diarū quas patit: cui annectit vindictam Dei,  
qua p̄ diuinā suā iustitia punit illos impios.  
Postremò gratulatur sibi, q̄ ex auditu à Deo  
impetret oīa quæcunq; ab illo petit: de quo &  
grarum actionē & hymnos suos in laudē eius  
p̄mittit. Loquit propheta, secūdū historiā  
quædem figurā, in sua p̄sona: in mysterij autē veri-  
tate, in p̄sona, Christi: docēs interim nos oēs, ad  
quæ in afflictionibus nris cōfugere debeamus:  
quò, & cuius virtute nostros hostes vincere.

EXPOSITIO PSALMI.

Miserere mē Deus, quoniam conculcauit me  
homo: tota die impugnans, tribulauit me.]  
Appositè vsus est verbo, cōculcauit, ad  
explicandum hostis crudelitatem, & afflictio-  
num suarum enormitatem. Nam prosterni ab  
hoste, grāue est: vulnerari autem, grauius: atq;  
hoc grauius etiam, occidī: crudelissimum autē  
cædis genus est, etiam pedibus proteri. Atque  
hoc se pati dicit ab homine, vt indignitatē in-  
iuriæ amplificet ab hostis persona. Vndè in  
Hebræo non est מַגְבָּהִים, i. vir: neq; מַגְבָּהִים, quod

etiam hominē significat: sed מַגְבָּהִים, quod ab-  
iectius quiddam in hoīe significat, q̄ illa. De-  
riuatur enim ab מַגְבָּהִים, quod significat dolere,  
& vsq; ad desperationem affligi. quale est, q̄  
Latini mortalem pro hoīe dicunt. Ab istius-  
modi ferre iniurias, multò grauius dolet, q̄ à  
generosis & potentibus. est autē atrocissimum  
iniuriæ genus, vt iam dixi, etiam pedibus cō-  
culcari. Cōculcauit me, inquit, nō nobilis ali-  
quis, aut generosus heros: verū vilissimus  
abiectissim⁹, adeoq; ipse flagris obnoxius ho-  
mo. Alludere præterea videtur propheta ad  
illud quod est in titulo psalmi, מַגְבָּהִים: quod, si  
interpreteris, sonat, in torculari: vt sit sensus:  
Hoies abiectissimi, ad operas vinarias merce-  
de conducti, pedibus suis me conculcārūt, vt  
solent in torcularibus uvas. Hoies, inquit, mea  
arma horrere ac fugere soliti, me regē, non ab  
hominibus, sed à te deo electum, designatum,  
& vinctum. Hæc omnia de David secūdum hi-  
storiam Regum verè dici possunt: sed multò  
magis de Christo, secūdum spiritum & histo-  
riam Euangelicam. Nec non de huius ecclesia,  
atq; præcipuè de sanctis martyribus eius: nē  
nos miremur, aut indignè feramus, si quandò  
nobis tale quid accadat. Semper em̄, ab initio  
mūdi, vsq; ad consummationem eiusdem, ho-  
mines impij persecuti sunt & persequentur  
Christum in membris eius, vt Cain Abelem  
in principio, p̄pagationis generis humani, An-  
tichristus Ecclesiam, instante consummationē.  
Hinc est quod ait, *tota die impugnans tribulauit  
me*. Veruntū si nullus etiam fuerit hostis ex-  
ternus, à quo talia pateremur, tamen nostram  
iporum carnem effugere non possumus, quò  
minus infestet impuris concupiscētij suis  
spiritū. Vndè Paulus Ro. 7. Video aliam legē  
in mēbris meis, repugnantē legi mentis mee,  
& captiuantē me in lege peccati, quæ est in mē-  
bris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit  
de corpore mortis huius? Ad quā questionē,  
cum tanta laminatione propositam, ipse sub-  
ijcit lætam respōsionē: Gratia Dei, inquit, per  
Iesum Christum dñm nostrum. Huic pulchrè  
consonat, quod & noster hic propheta paulò  
post hæc dicit: In deo speraui, non timebo qd  
faciat mihi caro. Eccē, hæc est nostra militia: &  
hic imperator, sub quo legitimè militantibus  
atq; certātib⁹, certò parata est victoria, parata  
corona. Pro eo quod noster interpres dixit,  
tribulauit: verti potuit, coarctat, vel premit.  
Porrò nē quis eo quod dixit, conculcauit me  
homo: vnū aliquem singularem & hūc solū  
significari putet, eandem sententiā explica-  
tius repetit versū qui sequitur:

Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniā  
PP 3 multis

*multi bellantes aduersum me.*] Hic versus iam nulla indiget expositione. Quod ait, Conculcauerunt me, accusatiuum me, de suo adiecit interpret explicandi gratia, quum in Hebræo non sit. Verè multi sunt bellantes aduersum nos, ubi caedamones omnes, Turcarum amplissima natio, cum Iudæis, alijsq; gentibus barbaris, ubi tam variæ sectæ hæreticorū, ubi in ipsa nostra hac domo, q̄ est ecclesia, tot falsi fratres, & cū his omnibus nostra caro aduersum nos conspirat. Quisnam aufit sibi de his tam innumerabilibus, tam crudelibus, tam potētibus hostibus polliceri victoriam, præsertim si respiciat ad paucitatem & infirmitatem nostram, nisi animatus fiducia Imperatoris nostri per omnia inuictissimus? Quam obrem mihi videtur cōmodè admodum in Hebræo, sequentis versūs iuxta hanc translationē initium, quod est, *ab altitudine,* claudere finem huius, quē iam sumus interpretati, hoc modo: *o altissime.* Sic enim ad verbum ex Hebræo transtuleris: *Cōculcauerunt me inimici mei tota die: quum multi bellantes aduersum me o altissime: q. d. O tu altissime, ideorq; inuictissime imperator meus Deus, inimici mei cōculcauerunt me &c.* Deinde pro eo quod hæc nostra translatio habet, *Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.* ex Hebræo vertendum erat: *Die qua timebo, ego in te sperabo: hoc est, quacunque die, siue quocunq; tempore me suis minis terrere ceperint illi hostes mei, ego in te sperabo, certus q̄ tu sis, p̄ me pugnaturus, tu me ipsum cōfortaturus, vt tua virtute vincā & p̄figem oēs illos, quantumuis multos, crudeles, coniuatos, atq; potentes. Hæc est dilucida sententia. Ea verò quā nostra hæc translatio habet, intricata est, neq; consonat cū translatione Romana, vt non videat̄ opere precium, vt in ea explicanda nos torqueamus. Alio quā poterimus cū Lyrano dicere: *Ab altitudine diei timebo, i. tēpore altæ diei: q̄ fugitiui, qualis erat Dauid, magis timent die q̄ nocte. In tenebris enim latere possunt, quum à luce prodantur.**

*In Deo laudabo sermones meos: in Deo speraui, nō timebo quid faciet mihi caro.*] Hoc est, Si quid in dictis aut factis meis laudandū videtur, eā laudem non mihi, sed Deo trāsribam. Ceterum in Hebræo nō est *יְהוָה*, i. sermones meos, sed *יְהוָה*, i. verbū eius. Hoc quidā non absurdè, iuxta historiā quidem, intelligunt de promissione à Deo facta Dauidi de regno Israëliti: vt sit sensus, Scio q̄ deus mihi promisit regnum hoc: de qua promissione laudabo illū, certus q̄ prestiturus sit quod promisit: neque interea timebo quid faciat mihi caro, i. homo carnalis, q̄lis est Saul. Vt aut̄ p̄pius ad sensum

mythicū & sp̄m, regnū quod deus pmisit dauidi & posteris eius vsq; in seculū, P̄sal. 131. nō est regnum carnale, quale erat illud Saulis: sed spirituale, quale est regnū Chr̄i. Regnū meū, inquit, nō est de hoc mundo. Vndè & Paulus: *Arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitiorum.* Ceterum quia *יְהוָה* apud Hebræos nō modò verbum significat, verum etiā rem, aut factū, quidam hoc loco interpretantur, In Deo laudabo factum eius: hoc est, quicquid de me fecerit: quicquid afflictionum mihi immiserit, quamcunq; imposuerit crucē, equo animo feram, etiā laudem illi de hoc ipso dicturus. Pia quidē interpretatio: sed prior illa mihi videt̄ magis cōuenire præsentī argumento. Tametsi nec posterior hæc ab eo discrepat. Illud interim obseruandū, q̄ eadem emphasi qua supra dixit, *quoniam conculcauit me homo:* hic ait, quid faciat mihi caro. Vtrunq; vile quiddā & abiectum significat.

*Tota die verba mea execrabantur, aduersum me oēs cogitationes eorum in malis.*] In hoc versu nihil est obscurū: estq; cōmodè translatus iuxta id quod legitur in Hebræo. Hoc vnum, vt hic, itā ubique est in memoria retinendum, quod nunq̄ desinimus admonere, nempe q̄ nobis dum inter hoīes versamur, semper sint expectandæ calumniæ persecutionesq; eadē, quas sancti Dei ab initio mundi vsq; ad Christum, deinde Christ̄ ipse pertulit vsq; ad crucē: imò verò in ipsa cruce iam acerbissimos vsque ad mortē. Ac ne post mortem quidē & resurrectionem cessarunt. Corruerūt enim pecunia milites, vt dicerēt, se dormientibus discipulos furto sustulisse corp̄ Iesu. post Christum aut̄ sancti illi martyres, confessores, doctores, oēs denique quotquot studuerunt piè viuere in Chr̄o, vsq; ad nos: & quicunq; post nos idem sibi p̄ponunt, vsq; ad cōsummationē seculi similia patient. Si patrē familiās, inqt, *beelzebub* vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Hinc beatus Augustinus in hunc ipsum prophetę locum: *Dicite veritatē, prædicare veritatē, annunciate Christū paganis, annunciate ecclesiā hereticis, annunciate omnibus salutē: Contradicunt, abominantur verba mea.*

*Inhabitabit, & abscondet: ipsi calcaneū meū obseruabunt.*] Quod noster interpret dixit, *inhabitabit:* in græca translatione est, *παρρησιουσι,* quod propriè significat habitare tanquam peregrinum seu aduenam: vndè Augustinus legit, incolent. Idem cum Græco significat verbum Hebræum *יָגוּר*: etiam si quidam hoc transferunt, congregabuntur: quasi futurū sit non à *יָגוּר*: quod significat, aduenæ, seu inquilini,

lini, peregrinve more habitare apud aliquē: sed à *יָגוּר*, quod est adducere & congregare. Sed iuxta priorem translationem, optimè videtur dictum in hac sententiā: *Dum in hoc mundo peregrinamur & incolæ sumus, inter nos habitabunt, tanq̄ huius nostri incolatūs focij, seu fratres: sed abscondent, hoc est, celabunt nequitiam & perfidiam suam, vt circumueniant & capiant nos. Huic aptissimè consonat quod sequitur: Ipsi calcaneum meum obseruabūt, hoc est, quacunque gradior, ipsi pedes meos obseruant, vt illaqueent me. Porro quibus placet cū Hieronymo, recetioribusq; interpretibus transferre, *congregabuntur:* cum his equidem non contendam, quū & hoc possit habere sententiā consentaneam: nempe, Conuenient in vnum, & cōspirabunt, consultant quomodo laqueos suos ponant, & ab oculis meis abscondant &c. Eius autē versūs qui sequitur, principium, *Sicut sustinuerūt animam meam:* apud Hebræos hunc quem iam exposuimus, claudit, hoc modo: *Inhabitabūt & abscondent, ipsi calcaneū meum obseruabūt, sicut sustinuerūt animam meam, i. dum expectauerunt animam meam, s. vt transfurā caperent. Vel, vt D. Hieronymus vertit: Cōgregabuntur absconditè, plantas meas obseruabunt, expectates animam meam. Hæc de se & suis hostibus cecinit dauid iuxta historiā Regū: de Christo autē & Ecclesia eius nobisq; filijs, & hostibus nostris secūdum spiritum, vt sciamus inter quales hostes nobis viuendum sit, per quos laqueos gradiendum, dum in hoc mundo peregrinamur. Augustin̄ pro, Sicut sustinuerūt animam meā, legit, sicut sustinuit anima mea: Romana translatio habet, sicut expectauit anima mea. vt illi qui sequitur, coheret, hoc sensu: Sicut aīa mea sustinuit illorū insultus, nec tñ cōmota est, itā tu pro nihilo, i. sine labore saluos facies illos, nepe pœnitentiæ spiritum illis dans, putat enim Augustinus, p̄phetam his verbis hoc precari suis inimicis, vt conuertant̄ & salui fiāt. Sed ab hac lectione rā Græca translatio, q̄ scriptura Hebræa dissonat. Vtrobique enim verbum est pluralis numeri, in Græca *ἐπιμενευσι,* in Hebræo *יָגוּר*, i. expectauerunt, siue sustinuerunt. Sequitur, iuxta distinctionem Hebraicam:**

*Pro nihilo saluos facies illos: in ira populos cōfringes Deus.*] Hic est apud Hebræos integer versus, verbis tñ non nihil ab hac translatione discrepās. Quod aut̄ nos hic habemus, quiddā distinguūt, ordināt, & interpretant̄ hoc modo: *Sicut sustinuerunt animā meam pro nihilo, saluos facies illos, in ira populos cōfringes.*] Hoc est, sicut habuerunt vitā meā pro nihilo, ad hoc dūtaxat obseruantes eā vt perderent: itā tu illos

non habebis dignos, vt saluos facias: sed in ira tua, hoc est, iusta vindicta, confringes impios illos populos, q̄ me à te sibi missum, itā exceptū tractarunt. Ceterum pro eo quod nostra hæc translatio habet, saluos facies illos, in Græca est, *σωσάτωσιν,* i. impelles eos: Vndè Euthymius interpretat hoc modo: *Quæadmodum illi latetēs in insidijs expectauerūt me, itā & tu impelles eos, hoc est, expelles: & quod ait, p̄ nihilo, idē est quod facile. Itā Euthymius. Noster interpret̄ p̄ *σωσάτωσιν,* i. impelles, videt̄ legisse *σώσας.* Nam hoc significat, saluabis, seu saluos facies. Augustinus pro eo quod nos habemus, *in ira populos cōfringes:* legit, in ira populos deduces: interpretat aut̄ his verbis, *Imples tribulationibus oīa, vt in tribulationibus positi, oēs recurrant ad te, nē delicijs & securitatē peruerā seducant.* Sed, vt iam cæperam dicere, versus ex Hebræo translatus ad verbū, sonat hoc modo: *Super iniquitate euadere eis? in ira populos deijciet Deus. Hoc est, Adeone quis demens est, vt speret se tantā iniquitatē impunè ablaturū? Imò verò deus vt iust̄ iudex, atq; ferus scelerū vltor, & vindex electorū suorū, deijciet, hoc est, ad inferos p̄cipitabit populos, q̄ tantā iniquitatē patrant. Iam sequit̄ apud p̄phetam, iuxta hanc nostram translationem:**

*Deus, vitā meam annunciaui tibi: posuisti lacrymas meas in cōspectu tuo.*] Est aut̄ ex illis q̄ modò dixim̄, manifestū, illud *Deus,* vndè hic versus incipit, apud Hebræos p̄cedentem claudere, & esse nominatiui casūs. In hac aut̄ translatione est casūs vocatiui. Neq; verò hoc nos impedit quicquā, quātum attinet ad huius versūs, quē nunc aggredimur, explicationē. Vbi enim nō est expressè additū deus, necessum est subintelligere. Est itaq; huius quidē translationis, hæc sententia: *O deus, exposui tibi lamētabiliter & cū fletu afflictioēs vitę meę. neq; verò id feci furdo, aut duro alicui, siue immiti, q̄ simul & aures & oculos ab afflictioē auerteret: sed tibi, in quā, miti, placido, & misericordī, adeò vt nō solum audieris clamātē ad te: verū etiā lacrymas meas in cōspectu tuo posueris, nolēs videlicet obliuisci afflictionū mearū, sed tempore opportuno, hoc est, quo tu nōsti id mihi fore optimū, & cōmodissimū ad cōsequendū salutē & gloriā eternā, liberaturus me ab oīb̄ afflictioibus meis. Ceterum q̄ sunt in Hebræo, ad verbū translata, sonant hoc modo: *Fugam meā numerasti tu: pone lacrymā meā in vtre tuo: imò in rationario tuo. Horū hæc est sententia: Tu o deus numeratas habes fugas meas, hoc est, nōsti quotiēs iam fugerim hostem meum, persequentem me vt occideret: collige (quæso) in vtre lacrymas, quas in tot atque tam grauib̄ afflictionibus effudi,**

atq; reponere, vt memineris quàm grauiā per-  
tulerim: imò quum tibi semper & exactissimè  
constet numerus earum etiam rerum, quæ ali-  
oquò præ multitudinē sunt innumerabiles,  
quales sunt stellæ in cælo, & arena in terra &  
littore maris, atq; id genus alia plurima, scribe  
quæso numerum lacrymarum mearum in li-  
bro rationum tuarum: vt vel scriptura hac ad-  
monitus, miserearis mei toties, atq; tot modis  
afflictissimi. Hoc vbi fecerit Deus, tunc fiet  
quod versu qui iam sequitur, dicit propheta:

*Tunc conuertentur inimici mei retrorsum: in  
quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui, quoniam  
Deus meus es.]* Nam hoc modo apud Hebræos  
distinguitur. Quod autem in hac translatione  
legimus tanquam principium huius versus,  
(quem noster hic interpret in duos diuisit)  
Sicut & in promissione tua, id iam vidimus in  
Hebræo esse finem præcedentis, & ad verbum  
sonare Latine, imò in rationario tuo. Est itaq;  
huius, quem nunc aggredimur, hæc sententia:  
Quum ita numeraueris fugas & lacrymas meas,  
cœperisq; misertus afflictionum mearum pro  
me pugnare: tunc conuertentur inimici mei  
retrorsum, vt qui me hucusquē coegerūt fu-  
gere, ipsi conuersi fugiant à me. In quacunq;  
die inuocauero te, ecce cognoui, hoc est, ipsa  
experientia didici, quòd sis Deus meus, hoc  
est, quæ vera exaudias ac liberes ab omni ma-  
lo eos, qui meo exemplo te Deum suū agno-  
scunt, & in spiritu ac veritate vt Deum inuo-  
cant. Quamquam enim omnium Deus sit se-  
cundum potentiam suam, (in omnes enim po-  
testatem habet) secundum gratiam tamen &  
beneficentiam suam illorum peculiariter est  
Deus, qui hoc agnoscentes, ita (vt dixi) inuo-  
cant illum. Quod noster interpret dixit per  
aduerbium demonstrandi, ecce: in Hebræo est  
demonstratiuum pronomen וְיָ, i. hoc: vt ad  
verbum translatum, sonet hoc modo: In quo-  
cunq; die inuocauero te, hoc scio quòd Deus  
meus sis.

*In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo ser-  
mones: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi  
homo.]* Hæc omnia ex illis quæ supra dicta sunt,  
facile intelligi possunt. Hoc obiter admonē-  
dum, quòd id quod in primo membro inter-  
pres dixit, verbum: & quod in secundo, sermo-  
nes, in Hebræo vtrobiquē esse וְיָ, i. verbū.  
Ex Hebræo itaque vertendum erat, In Deo  
laudabo verbum, in Domino laudabo ver-  
bum. Quasi dicat: De omnibus quæcunque  
mihi acciderint, gratias agam Deo, gratias  
agam Domino, certus quòd omnia mihi ces-  
sura sint ad salutem: quia verum est verbum  
eius, quo mihi nō salutem duntaxat & vitam,

verum etiam regnum promisit. Huius itaque  
spei ancora fixa in Deo, non timebo quid fa-  
ciat mihi homo. Sic Dauid, sæuiente Saul:  
sic Christus, sæuientibus Iudæis: sic martyres,  
sæuientibus tyrannis: sic semper Ecclesia Dei  
aduersus omnes hostes suos. Ringuntur Iudei,  
grassantur Turcæ, insurgunt hæretici: atq; hi  
quidem omnes foris obident & oppugnant  
ciuitatem dei. Intus verò perditiones molitū-  
tur falsi fratres: quin ipsa hæc nostra caro de-  
fectionem suadet. Nos autem ingēti concepta  
fiducia, oibus illis insultantes exclamamus: In  
Deo speraui: non timebo quid faciat mihi  
homo.

*In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudatio-  
nes tibi.]* Hoc non incommode interpretatur  
Dionysius Carthusianus, his verbis: In corde  
meo sunt sancta desideria, mihi à te infusa, per  
quæ tuum honorem, hominumq; salutem de-  
sidero: quæ reddam laudationes tibi, i. quæ  
offeram tibi tanquam sacrificium laudis, ac  
laudandi materiam. Per sancta enim desideria  
Deus laudatur, & honoratur. Sed Græca trās-  
latio pronome tua, non habet expressum: &  
pro, laudationes tibi, habet, εὐχαριστω. i. lauda-  
tionis tuæ. Verum hoc eandem habere potest  
sententiā, vt sit: vota sunt in me, quibus opto  
laudare te, ea reddam. Vel secundum Euthy-  
mium, Vota, i. promissiones laudationis tuæ,  
i. quibus voui seu promisi, quòd laudaturus  
sim te, sunt in me, i. memoria mea. Hæc vota  
reddam, i. persoluam. Ab hac sententia non  
multum discrepant Hebræa: quæ ad verbum  
translata, sic sonant: Super me Deus vota tua,  
persoluam laudes tibi. Horum hæc est senten-  
tia: O Deus, vota tua, hoc est, ea quæ ego tibi  
voui, sunt super me, hoc est, mihi incumbunt  
persoluenda: persoluam itaq; laudes tibi. q. d.  
Hoc iam tibi voui quum dicerem, In deo lau-  
dabo verbum &c. quòd in omnibus te sim  
laudaturus: hoc igitur votum tibi persoluam.  
neq; verò id se immeritò facturum significat,  
quum ita pergat in psalmo:

*Quoniam eripuisti animam meam de morte, &  
pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumi-  
ne viuentium.]* Hæc non habent opus laborio-  
sa interpretatione. eripuisti animam meam de  
morte, hoc est, tu defendisti me ab hostibus,  
nè interficerent me. Et pedes meos de lapsu,  
hoc est, seruasti à laqueis quos mihi tetende-  
rant, nè illaqueatus in captiuitatem & ruinā  
pertraherer. vnde tuo beneficio iam hanc fe-  
licitatem sum consecutus, vt placeam coram  
Deo, hoc est, nè illorum insidijs captus, illo-  
rum dolis deceptus, peccarem contra Deum,  
cui nihil magis displicet quàm peccatum: eaq;  
ratione inciderem in illas horribilas tenebras  
mor-

mortis: sed custodita innocētia vitæ, qua vni-  
cè delectatur Deus, fruere dulcissimè lumi-  
ne viuentium. In hebræo, pro eo quod hæc  
translatio habet, & pedes meos de lapsu: per  
interrogationem figurata oratione legitur,  
nonnè pedes meos de lapsu? Pro eo quod hic  
est, vt placeam: in hebræo est, וְיָ, id est,  
vt ambulem. Hoc paulò aptius consonat illi  
quod præcedit, pedes meos de lapsu. Qui in tene-  
bris errorum & inscitie gradiuntur, facile in-  
cidunt in laqueos venantium dæmonum, &

## PSALMVS LVI.

**M**iserere mei Deus, miserere mei, quoniā in te cōfidit anima mea.  
Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.  
Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi. Mi-  
sit de cælo, & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Misit  
Deus misericordiam suam & veritatem suam, & eripuit animam meam  
de medio catulorum leonum: dormiui cōturbatus. Filij hominum, den-  
tes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Exaltare super  
cælos Deus, & in omnē terrā gloria tua. Laqueum parauerunt pedibus  
meis, & incurauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meā foueā,  
et inciderunt in eam. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cā-  
tabo et psalmum dicam domino. Exurge gloria mea, exurge psalteriū et  
cithara, exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine, et psalmū  
dicam tibi in gētibus. Quoniam magnificata est vsq; ad cælos misericor-  
dia tua, et vsque ad nubes veritas tua. Exaltare super cælos Deus, et super  
omnem terram gloria tua.

## IN PSALMVM LVI.

## TITVLVS.

**T**itulus huius Psalmi ex translatione Gre-  
ca in linguam Latinam versus, hoc mo-  
do sonat: In finem, nè corrumpas, Dau-  
di in tituli inscriptionem, quum fugeret à fa-  
cie Saul in speluncam. Finem esse Christum,  
ex Augustini sententiā, diximus in titulū Psal-  
mi præcedentis: atque ibidem de tituli inscri-  
ptione. Quod autem ait, nè corrumpas: Augusti-  
nus exponit vt ad Pilatum dictum, nè titulū  
semel scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudeorū,  
mutaret, quantunuis vociferantibus Iudæis,  
atq; dicentibus: Noli scribere, rex Iudæorum:  
sed quòd dixerit se esse regem Iudæorū. Por-  
rò de fuga eius in speluncam Engaddi, quòd &  
Saul ingressus ad exonerandum ventrem, in-  
ciderat in manus Dauidis quem persequēbatur,  
nisi Dauid maluisset seruare eum quàm per-  
dere, manifesta est historia ex lib. 1. Reg. cap.  
24. De hac enim intelligendus est hic titulus,  
non de illa, quæ describitur 1. Reg. 22. Cæte-  
rùm ex Hebræo sic sonat: Victori, nè perdas,  
Dauidis michtham, (quod quorundam inter-  
pretatione est humilis & simplicis) quum fu-

capti pertrahuntur in mortem. Qui verò in  
lumine cælestis doctrinæ, ac mandatorum seu  
legis diuinæ ambulant, hi laqueis illis euita-  
tis, salui ac læti perueniunt in illam æternam  
beatissimāque lucem, quam nunc superatis  
omnibus illis dolis, insidijs, laqueis, & perfe-  
ctionum afflictionibus, ipsa deniquē morte  
per resurrectionis gloriam deuicta, inhabitat  
imperator noster Christus Iesus: Cui cū Deo  
patre & spiritu sancto laus, gloria, honor &  
imperium in secula seculorum. Amen.

geret à facie Saulis in speluncā. De quo victo-  
re loquatur, id iam toties dictum, nō est opus  
hic repetere. Quod ait, nè perdas: Hebræicè,  
מִיִּשְׁתָּהּ אֵבֶן עֶזְרָא: Aben Ezra suspicatur fuisse car-  
minis genus, ad cuius numeros psalmus hic, &  
duo qui hūc proximè sequuntur, cōpositi sint.  
Sed magis probatur sententia D. K. qui putat  
prophetam his verbis compefcuisse eos, qui  
instigauerunt ipsum prophetam, vt tantā nactus  
occasionem, interficeret hostem suum Saulē:  
ad quod etiam suam operam obtulerunt. D.  
Hieronymus totum titulum trās tulit his ver-  
bis: Victori, vt non disperdas Dauid humilem  
& simplicem, quandò fugit à facie Saul in spe-  
luncam. Hic ita intellexisse videt, quasi verba  
sint præcatis Deum pro ipso propheta, seu po-  
tius ipsius prophetæ pro se: nè hunc vel se dis-  
perdi ab hostibus permittat. Vt cunquē acci-  
pias, in Dauid expressam videmus imaginem  
Christi, vel compefcantis iram Petri apostoli,  
stringentis gladium in seruum pontificis, idē  
facturi in ceteros qui venerant ad capiendum  
Iesum: & ipsius patris cælestis iram deprecant-  
tis, vt ignosceret crucifigentibus se: si D. K.  
expositionē sequamur. Vel si translationē Hie-  
ronymi.

ronymi, patrem inuocantis, vt feruet se ab illa hora, in primis aut pro corpore suo mystico, q̄ est Ecclesia, nē sineret hanc à tot tam crudelibus hostibus in eam insurgentibus disperdi. Nobis interm̄ in vtroq; relicto exēplo, quo docemur, nulli malū pro malo reddere, neq; nosmetipsos defendere, neq; vinci à malo, sed viuere in bono malum, vt monet ac precipit apostolus Rom. 12. quin ipse n̄s & p̄ceptor noster Iesus Christus Matth. 5. Ego autem, inquit, dico vobis, diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecuentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, &c. Hęc, inquam, docemur illorum exemplis, atq; doctrinæ p̄ceptis. P̄terea, ad quem nobis in afflictionibus & periculis nostris confugiendum sit, nempe ad deum, certissimum tutissimumq; refugiū, & ad omnia p̄sentissimum, potentissimum, propensissimumq; ad hoc, vt defendat ac protegat nos. Atq; hęc quidem de titulo.

## ARGUMENTVM PSALMI.

**I**am huic titulo tanq̄ p̄oemio, aptissimè consonat psalmus: in quo, ex afflictionum pressura grauissima, adeoq; ex ipsius mortis angore clamat ad Deū, misericordiā & auxilium implorans: sed maxima firmissimāq; spe atq; fiducia, ad eū vt ab ardentissima imploratione exorsus, statim ad gratulandum sibi, ac deo gratias agēdum se conuertat, iam tum in ipso inuocationis principio, sentiens p̄sentem Deum, atq; pro se depugnantem. Deinde narratiōem instruit de sua dormitione, prophetico spiritu in mysterio loquens de morte & sepultura Christi: de sēuitia hostiū eius, eorūdemq; horrendo, sed iustissimo interitu: quippe qui suis ipsorum laqueis irretiti, in illas ipsas foueas, quas viro, non solum innocētissimo, verum etiam optimè de ipsis merito, foderant, inciderunt ipsi. Hinc iā ipse Christi persona palam assumpta, de gloriosa huius resurrectione, ascensione super ipsos cęlos, & annunciatione huius euangelij, hoc est, optimi latissimiq; nunciij, atq; mirabilium operū ac inestimabilium beneficiorum dei in omnes gentes, per totum terrarum orbem. Hęc est sententiā eorum q̄ hoc psalmo canit noster p̄pheta. Nunc audiamus dulcissimam melodiam ipsius.

## EXPOSITIO PSALMI.

**M**iserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea: & in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Iteratio illa verbi, miserere mei, miserere mei: flagrantissimum animi ardorem, & summum in maximis periculis p̄catis angore significat. Neq; verò mirum est, fuisse hęc in primis graua in Dau-

de, quū sentiret Saulem sibi imminere, stipatū tribus millibus electorū virorū ex toto Israele: sed fuerunt oim grauissima in Christo, imminēte iam supplicio crucis: quid dicā iam in ipsa cruce, in acerbissimis inexplicabilibusq; tormentis, circumstantibus, frementibus, illudentibus, & conuiciantibus hostibus? Neq; tā tā pro semetipso sic orat, sic clamat, q̄ pro nobis, quorum negocium agebat, quorum personā sumpserat, quorū peccata illo sacrificio expianda in se susceperat: vnde in alio psalmo de illis tanq̄ suis loquitur, clamans his verbis: *Longè à salute mea verba delictorum meorū. Q. d. Quum respicio ad multitudinē & enormitatem peccatorum, q̄ in me, vt pro illis tibi satisfaciā, recepi, nullam video spem salutis meę. Ergo hęc cum ingeminatione clamoris, misericordiam implorat, dicens: Miserere mei Deus, miserere mei. Quā quo facilius impetret, vtitur argumēto efficacissimo, quo etiam homines, alioqui rigidi atq; immites, flecti solēt, nempe si intelligant reum magnoperè fidere iudici, tanq̄ bono, & clementi. Hoc est quod ait: *quoniam in te confidit anima mea, & in vmbra alarum tuarum sperabo.* Hinc & nos discimus, quomodò in afflictionibus nostris orare Deum debeamus. Vnde Diuus August. in hunc locum: Audi, inquit, magistrum orantē: discite orare. Ad hoc enim orauit, vt doceret orare: quia ad hoc passus est, vt doceret pati: ad hoc resurrexit, vt doceret sperare resurrectionem. Quid est, *in vmbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas?* Audiamus eundem illum Sanctum, & eximium scripturarum interpretem Augustinum, itā hac edisserentem: Hoc planè iam totus Christus dicit, (inquit) hęc est & vox nostra. Non enim iam tranliuit iniquitas, adhuc feruet iniquitas. Et in fine *Matt. 24* dixit Dñs abundantiam futuram iniquitatis. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorū: qui aut̄ perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Quis aut̄ perseuerabit vsq; in finem, quoadusque transeat iniquitas? Qui fuerit in Christi corpore, qui fuerit in membris Christi, & à capite didicerit patientiam perseuerandi. Transisti, & ecce transierunt tentationes tuę, & is in aliam vitam, in quā ierunt sancti, si sanctus fueris: in aliam, in quā ierunt martyres: si martyr fueris, ibis & tu in aliam vitam. Nunquid quia tu transisti hinc, propterea iam trāsijt iniquitas? Nascuntur alij iniqui, sicut moriuntur alij iniqui. Quomodò ergo alij iniqui moriuntur, & alij nascuntur: sic alij iusti eunt, & alij nascuntur. Vsq; in finē seculi nec iniquitas deerit premens, nec iustitia patiens. Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas: i. tu proteges me, & vt*

ab æstu iniquitatis non arefcam, tu vmbra culum p̄bebis mihi. Sic Augustinus.

*Clamabo ad Deum altissimum, Deū qui benefecit mihi.* Cum clamore implorant auxilium, qui immani afflictionum ac tormentorū dolore cruciant. Ad deum aut̄ clamant, qui vident se omni humano auxilio prorsus destitui. Neq; verò ociosum est epitheton, quod addit propheta, *altissimum.* Significat enim non solum humanum auxilium hic frustra expectari, verum etiam angelorum: & solum Deū, qui supra oēs est, ex tam enormibus tormētis eripere posse. Quod ait, *Deum qui benefecit mihi:* significat se ab hoc nō passurum repulsam, q̄ iam antè declarauerit, q̄ sit facilis ad exaudiendum, & ad succurrendum inuocantibus se propēsus atq; paratus. Hoc vt prophetico spiritu canitur hęc futurum, itā iam factum narratur ab apostolo Paulo ad heb. 5. his verbis: Qui in diebus carnis suę, preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluū facere à morte, cū clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Hebręa vident verbis quidem paululū ab hac uanatione discrepare, nō aut̄ sententiā. Nā, p̄ eo quod noster interpres dixit, *qui benefecit mihi,* in Hebręo est, *גִּבּוֹר עֲלַי*, i. qui retribuit pro me: vel, vt D. Hieronymus vertit, vltorem meū. Nonnulli, qui perficit p̄ me, vt subintelligamus, ea q̄ cepit in me: quæle erat in Dauide, q̄ ad regnum illū elegit, & vnxit: in Christo, q̄ per hunc cępit recupere genus humanū, eiectō tyranno diabolo: in ecclesia, q̄ per apostolos, prophetas, Euangelistas, pastores, doctores, operat̄ ædificationē & consummationē sanctorum: in vnoquoq; nostrum, q̄ per virtutū gradū paulatim facit nos crescere, & in viros perfectos euadere. Hinc iam noster hic propheta pergit hoc modo:

*Misit de celo, & liberauit me: dedit in opprobriū conculcantes me.* Legimus quidem apud Lucā cap. 22. q̄ quum in horro precaretur, vt si fieri possit, trāsiret à se passiois ille calix, angelus de celo apparuerit, & confortauerit eum: verum hoc non opinor hęc à propheta significari: sed potius q̄ p̄sentiam suam, & ad liberandū paratam promptamq; potentia declarauerit deus, peracto iā illo sacrificio in cruce, quū solis lucē eripet impijs illis, terram cōcuteret, petras scinderet, mortuis vitam redderet: ac tertio demum die Christū ipsū primitias dormiētium, suscitaret à mortuis, solutis doloribus inferni, vt concionat̄ Petrus Acto. 2. Quæ oia facta sunt ad salutē nostrā, vt iam certi sumus victorię nostrę de tyrannide mortis, quā victam & prostratā cōculcauit Imperator noster Ch̄s, & effractis carceribus inferni, spolijsq; detractis, cū ingenti triumpho ingressus

est cęlum. Ecce, hoc est quod ait p̄pheta sub Christi persona secundum naturam humanā, de deo patre: Misit de cęlo, & liberauit me, dedit in opprobrium conculcates me. Iam illud minutum est vt admoveat, q̄ verba q̄ noster interpres in p̄terito posuit, *misit & liberauit:* in Hebręo sunt tēporis futuri, mittet & liberabit. Hoc magis ad rem ptinet, q̄ in Hebręo huic versu accinit̄ *מִיִּתְּךָ*: quo nos monemur & excitamur, vt hoc tātum mysterium altissimè imprimam̄ memorię nostrę, assidue versantes in animo, quōd, cū essemus perditī, sumus recuperati: nē illud quod tam inenarrabili dei beneficio sumus cōsecuti, rursus per oscitantiam & ingratitude nostram amittamus. Tametsi iuxta distinctionem hebraicam, hic nondū est finis totius versūs: sed prioris hemistichij, cuius posterius sequit̄ his verbis:

*Misit Deus misericordiam suā & veritatem suā.*

Quantum ad personam prophetę, secundum historię figurā attinet, Deus misit misericordiā suam, q̄ illum ab hoste ereptum seruauit: veritatem aut̄, q̄ in regno promisso cōfirmāuit. Sed nobis spūalibus spiritualiter loquitur propheta in persona Christi, & in Christo vt̄ nouo Adamo, in p̄sona totius generis humani, idq; in hac sententiā: Deus misit misericordiam suam, q̄ vnigenitum filium misit, vt sua morte nos ab æterna morte redimeret. Misit veritatem, q̄ per hoc ipsum, & per resurrectionem eiusdem à mortuis, veras declarauit p̄missiōes suas ad patres nostros ante tot secula factas, quōd si placeat veritatem hęc interpretari iustitiā, & hanc summā, hac ratione declarauit, q̄ per resurrectionem vnigeniti filij sui à mortuis, mortem ipsam occidit, erepto iure quod illa in nos ratiōe peccati habebat, eō q̄ ipsa rapuisset illum, & occidisset, in quem, q̄ nihil vnq; peccasset, ipsa nihil prorsus iuris habebat. Mirabilis per oia misericordię & veritatis siue iustitię diuinę consensus. Misericordiā, in liberandis recuperandisq; perditis: veritatis, in satisfaciendo pro eorūdem peccatis, vt iam neq; diabolus, neq; ipsa tyrannica sēuitia mortis habeat quicquam, quōd conquerratur sibi factā esse iniuriam, in eo q̄ iam amiserit hominem, in quem ratione peccati iustū dominium videbatur habere.

*Et eripuit aīam meam de medio catulorū leonū dormiū cōturbatus.* Iuxta figurā historię, Saul tanq̄ leo rugiens p̄sequeretur dauidem: illius veluti catuli, erāt satellites eius ac milites. Sed facessant vmbre, exorto iam clarissimo ipsius veritatis iubare. Leones erāt pōtifices, scribæ & pharisęi. Catuli leonum, populus ab illis ad nefariam cædē Christi inductus. In horū medio & cōspectu crucifixus est, mortuus est, se-

pultus est, atq; in ipso sepulcro, in medio militum custodientium sepulcrum, dormiuit cōturbatus, hoc est, iacuit diris vulneribus confossus ac mortuus. Sed de medio horum oim eripuit animam eius Deus, qñ resuscitauit eum à mortuis. Atq; hęc quidem clara est sententia verborum prophetae, iuxta gręcã & hanc Latinã, qua vtimur, translatione. Hebræa paulò aliter sonat. Illud, *Et eripuit*, nõ est in Hebræo. *Que* verò illic sunt, ea ad verbum translata sic sonant: Anima mea, in medio leonum iacebo ardētium. Hoc bifariam accipi potest: Aut em̄ in hanc sententiam: O anima mea, ego iacebo in medio leonũ ardentiũ. *Quali* ex parte corporis sui alloquaũ animam, digressa à me, petes inferos, vt ibi peragas q̄ tibi iniũcta sunt. Ego in terea in sepulcro iacebo, in medio leonum, ferocia furore q; in me flagrantium. Aut, anima mea in medio leonum, subaudi, cõstituta est: iacebo (s. in medio) ardētium (s. leonum.) posterior hęc expositio placet plerisq; Iudæorũ rabinis. prior mihi videt̄ facilior & cõmodior, etiam si authorem eius desidero. Porro versus qui iam sequit̄ iuxta translatione nostrã, apud Hebræos ab hoc, quẽ iam sumus interpretati, nõ est distinctus. Verũm hoc nõ mutat sententiam. Continet aut̄ interpretatione eius quod dixit, in medio leonũ ardentiũ. Nam qui sunt illi leones? Subijcit quasi respõdēs propheta:

*Filij hominum, detes eorum arma & sagitte, & lingua eorum gladius acutus.* Hoc est: Si queris, quinam sint illi leones: scito non esse alios q̄ filios hoim, qui tanq̄ leões sauiissimi, dentes suos in me acuunt. detes, in quã, suos, haud secus ad vulnerandũ compositos, q̄ solēt hostes in prelijs arma sua (siue, quod significat verbũ hebrẽũ *לשון*: hastam suã) & sagittas cõponere: pretereã linguas suas stringunt haud mitius, q̄ gladios, eosdemq; ad hoc ipsum acutos. Sed q̄ irriti fuerint illorum impiorum quantumvis sauientium conatus, ostendit propheta his quã iam sequuntur:

*Exaltare super celos Deus, & super omnem terram gloria tua.* Hac tenus propheta in spiritu sub Christi persona de passione eius, morte & sepultura locutus, nũc sub sua psona ad ipsum Christũ incipit loq̄ de gloria eius resurrectione, & ascensione super oēs celos: & hac tenus quidẽ lamentans & plorans, nunc aut̄ gaudens atq; exultãs: O Deus, inquit, qui hucusq; te humiliãsti infra oēs hoies, vsq; ad acerbissimũ ignominiosissimũq; genus mortis: iam tẽpus postulat, vt illa afflictionũ tormenta vertatur in voluptatẽ, illę lacrymę & lamentatiões in gaudiũ, illa ignominia in gloriã. Exaltare igit̄ sup celos: & radios istius gloriã, quã per illa es

consecutus, diffunde super oẽm terram, vt totus mundus intelligat, ex quantis miserijs, in quantã felicitatẽ per te sit restitutus. Hoc nimirũ est, quod etiã Esaias futurũ videns, itã cecinit: In doctrinis glorificate dñm in insulis maris: à finibus terrę audiui mus laudes & gloriã iusti, cap. 24. Hęc igit̄ propheta hic noster sub sua (vt dixi) persona ad Christũ, dñm, deũ & redemptorẽ nostrũ. Iam rursus ipsum Christũ facit sub sua psona loquentẽ, & exponẽtẽ enarrantẽq; nobis, quòd hostes suos, quum ei machinarentur interitum, suis ipsorũ machinationibus & laqueis capti ipsi interiẽrunt: vt nos suo & verbo & exẽplo doceat, quomodo & nobis cõgrediendum cum hoste sit, & quomodo, cuiusq; ductu & auspicijs vincẽdum.

*Laqueum parauerunt pedibus meis, & incurruerunt animam meã. Foderunt ante faciem meã foveam, & incidervnt in eam.* Hęc non admodũ requirunt expositione. Sunt em̄ allegoriã prouerbiales, à venationibus sumptę, oibus manifestę. Nihil enim aliud est, laqueũ parauerũt pedib' meis, (siue, vt ex hebrẽo, grefibus meis) q̄ posuerũt insidias, vt caperẽt me. In priore versũ, vb̄ dicit, *& incurruerunt*: cõiunctione &, interpres de suo addidit. Nam in hebrẽo non est. Quod ait, *& incidervnt in eam*: nihil est aliud, q̄ conati sunt in terrã deprimere, & extinguere vitã meã. Idẽ significat quod secundo loco ait, *foderunt ante faciem meã foveã*. Quod aut̄ addit, *& incidervnt in eam*: significat, illos suis ipsorum dolis esse captos.

Quòd accinit, *לשון*, oēs admonet vt hęc expendant, ac discãt, oēs illos malẽ perire, q̄ hoc agũt, vt alios malẽ pdant: dũ alios lædere studeat, seipso lædere oim grauissimẽ. Quis hodiẽ nõ execrat̄ p̄tices illos, scribas, pharisęos, ceterosq; q̄ crucifixerũt Chm̄ ipsum aut̄ Chm̄ exaltatũ iã sup oēs celos, nõ solũ nos hoies in terris, verũ etiã in cœlis angeli adorant, & hymnis lætissimis celebrãt. Quis etiã ignominiosũ illud patibulũ crucis, nũc factũ est clarissimũ gloriosissimũq; dec' & insigne, qd' in frõtib' p̄ctorib', & vexillis suis circumferũt sumi toti orbis monarchę. Hęc oia in spũ sũidēs futura ppheta, magna cũ exultatione animi, siue sub sua, siue sub Christi, siue sub ecclesiã, siue sub cuiusvis hois hęc iam edocti, & ad imitãdum Christum parati persona, pergũt hoc modo:

*Paratũ cor meũ Deus, paratũ cor meũ: cantabo & psalmũ dicam Dño.* Repetitione verborum exprimit animi pre gaudio exultãtis affectũ. Ad quid autem paratũ cor suum dicit? Haud dubiẽ ad laudandũ Deum, & gratias eidem agendũ de tam inenarrabili beneficio. Hoc enim continuum sequitur, & in hoc ipso psalmũ concludit. Quinetiam in ipsã adhuc militia, in

acie & cõflictu cum hoste decernẽtes, cruore ex vulneribus desuete, tamẽ videntes iã Dei presidio nobis certam esse victoriã, possumus, Augustinum secuti, in hanc sententiã accipere: Paratũ cor meum, nempe ad perpetiendũ animo inuicissimõ omnes huius militię labores, & in his ipsis laborib' ad cantandũ & psallendũ tibi, quẽ admodũ Paulũ Apostolum in laboribus & afflictionibus suis gloriatum esse legimus. Sed videamus verba prophetae. In hoc versũ nihil iam restat, quod opũ habeat explicatione: nisi hoc admonendum est, quòd in fine vb̄ dicit, *psalmũ dicã Dño*, illud *Domino*, in Hebrẽo nõ est expressum: neq; Augustinus legit: sed absolutẽ cantabo & psallã. In Gręcã translatione pro eo quod nos habemus, dñõ, video alia verba, *et q̄ dñõ*, in gloria mea: vt sit, cantabo & psallam in gloria mea. In Hebrẽo, vt dixi, neutrum est, neq; *Domino*, neq; *in gloria mea*.

*Exurge gloria mea, exurge psalteriũ & cithara: exurgam diluculo.* Suauissima p̄pocopia instrumenta sua musica tanquã personas alloquitur, admixta anaphora verbi *exurge*: qua suauitate sermonis exprimit (quantũ quidẽ fieri potest) inenarrabile gaudium suũ, & animũ gestientem erumpere & exilire ad decãrandũ laudandũq; mirabilia opera Dei, quã p̄ salute generis humani operatus est per filium suum. Sed cuiam personę hęc sermonem tribuimus? quem hęc loqui putabimus? ipsũmne in sua persona prophetã, an Christũ n̄ominũ, aut prophetã in huius persona? Experiamur principio, ecqua ratione hęc possint conuenire prophete ipsi. Fingamus illum, egresso iam è spelunca Saule, ira q; eius placata, ab omni periculo liberatum, in hęc verba pręsummo gaudio & exultatiõẽ animi prorupisse, vt se ipsum vnã cum vniuersa sua musica ad laudandũ de tanto beneficio deũ excitãret, & per gloriã suã, linguã suã, siue eam canendi facultatẽ significare, q̄ fit voce humana: per psalterium & citharã, eam q̄ fit per organa musica: deindẽ, quũ subijcit, *exurgam diluculo*, significare se manẽ primo diluculo, quãdò ceteri homines cõsurgunt ad negocia sua humana, cõsurrecturum ad laudandũ deum, q̄ se à tã presentĩ periculo mortis liberauerit. Hęc certẽ videt̄ expositio minimẽ absurda: sed illis duntaxat sapit, quorum palatum assuevit Iudæorũ cisternis, qui omnia interpretãtur secundũ occidentẽ literam. Qui verò gustãrunt de musto doctrinã euangelicã, delicatius habent palatũ: quã fastidiũt, vinũ appetũt. Veniat igitur ad nuptias Iesus, vnã cum matre discipulisq; atq; trãformet nobis aquã hanc inspidã, in vinum dulcissimũ. Author cõmentariorum in

Canticum canticorum, quẽ ascribuntur Origeni, in fine Homilię 2. ait, Engaddi significare oculũ tentationis meę. Aptissima planẽ interpretatio, si cõsideremus huius mudi desertũ, in quo vita nostra nihil aliud est q̄ perpetua quẽdã tentatio, siue, vt apud Iob, militia: quod idẽ est. Huc descendit Dauid cum viris suis, vt latēs effugeret manus impij Saulis. Quẽ nobis hic aliũ significat Dauid, q̄ Dñm nostrũ Iesum Christũ? Viri aut̄, qui cũ illo erant, quid aliud q̄ ecclesiã Christi? Saul, & q̄ hęc sequebant̄, quid aliud q̄ huius mundi tyrannos, & homines mudo fastu, carnisq; voluptatibus deditos? Chrs quum in forma Dei esset, venit in huius mundi desertũ: congressus est cum tẽtatore diabolo: vicit hunc quidẽ, sed nõ definit̄ persequi superbus ille Saul, pharisęorũ & p̄tificum fastus. Ipse verò cũ suis reclus & cooptus terra, latuit; Diuine illius maiestatis splendore, carnis humanę velamine, & habitu formãq; seruili velante. Ingressus est speluncã sepulcri. Sequuntur & sancti eius, vt in harũ tentationũ desertum, itã & in speluncã sepulcri. Hęc neq; Saul, neq; quisquã satellitũ eius videt̄ Dauidẽ aut viros eius, etiam si in eodem deserto, etiã si in eadẽ speluncã, Christus & illi qui huic adherent, videt̄ illorũ superbam tyrannidẽ, sentiunt fetida malitiã illorum excrementa quẽ hęc emittũt: & cum possint eos perdere, mālunt seruare. Egressis aut̄ vtrĩsq; è speluncã, iã vtrĩq; se mutuo agnoscunt, iã Saul intelligit q̄ iniuste persecutus sit virum innocentissimũ. Iam conuertitur ad lacrymas Saul, iam disertis verbis & clara voce pronunciat, dicens ad Dauidẽ: Iustior tu es q̄ ego: Tu em̄ tribuisti mihi bona, ego autẽ reddidi tibi mala, &c. 1. Reg. 24. Itã in die resurrectionis nostrã futurum esse prędicit Sapiens. Qui iam persequuntur Christũ & ecclesiã eius, tunc dicturi sunt: Hic erat, vel (vt nostra translatio habet) hi sunt quos aliquãdò habuimus in derisum & similitudiũẽ improperij: nos insensati, vitam illorũ aestimabamus insanã, & finem illorũ sinẽ honore: Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei. Tunc illorũ gaudium & deliciã conuertentur in luctum. Quid aut̄ Dauid cum suis? Cũ ingenti animi lætitiã, cũ gaudio ineffabili sibi gratulabũtur, dicẽtes: exurge gloria mea, exurge psalteriũ & cithara. q. d. dum per desertũ fugiebã hostẽ, dum latẽdum erat in speluncã, neq; tẽpus neq; locus erat musicę meę. Iã deus sustulit à me hostes omnes, iam oẽm absterfit lacrymã. Iam tẽpus, iam locus, iam omnia intitant ad canendũ, ad psallẽdum. Hęc dauid in spiritu sũidens, exultãs in hoc carmẽ erupit: Exurge gloria mea, &c. quã diceret: Regnum de quo Saul mecũ contendit,



Luc. 7.

dit, etiam si me non repugnante, terrenum est, caducum est, statim interiturum. Quod aut mihi promissit regnum, in quo ex libris meis egresus secundum carnem, regnabit in eternum, regnum est spirituale. O tu mi fili rex, tu gloria mea unica & immortalis, exurge, exurge, in qua, psalterium meum, cithara mea. In te enim omnis catio mea. Per te suaviter resonabit, in auribus omnipotentis dei omnis mea melodia. Ecce hoc modo aperte etiam in sua persona loquentem accipimus prophetam. Alioquin non errauerit, qui in ipso Christi, corpus suum iam defunctum afflictionum ac tormentorum laboribus, & in sepulcro dormiens alloquens persona acceperit, hoc sensu: O tu, quod haecenus mihi hic in oculis impiorum hominum fuisti organum ignominiae, in oculis autem dei organum gloriae: iam deposito illo ignominiae habitu, resurge in gloria. Tu psalterium meum, in quo ededo miracula, tanquam lata carmina declaravi meam hanc diuinam naturam atque potentiam in te habitare: tu cithara mea, in qua per afflictionum dolores declaravi naturam humanam a me esse assumptam. Exurge, exurge, in qua, exurge. Eia, unum iam sumus, vnus Christus, deus & homo iam vnus, victor diaboli, victor peccati, victor dolorum, victor ipsius mortis. Vnus itaque pro vtraque, imo pro omnibus partibus respondeo, *Exurge a diluculo.* Quid est diluculo? Nox iam preterijt: euanescent umbræ legis, illucescit splendor gloriae meae: iam exurgam. Iam gusta, quisquis es huius doctrinae studiosus, & senties (aut ego omnino fallor) aquam historiae legalis mutatam in vinum spiritus euangelici. Quid igitur nunc restat? Hoc nimirum, ut inebriati iam illo vino, faciamus quod sequitur apud prophetam:

Rom. 13.

*Confitebor tibi in populus Domine, & psalmum dicam tibi in gentibus.* Annunciemus apud omnes

homines, & predicemus hanc tam stupendam operam Dei. Hoc enim rex noster iam victor promissit Deo patri per os prophetarum suis his verbis. Hoc cepit Hierosolymae in die Pentecostes per apostolos, repletos multo spiritu sui. Hoc pergat facere in nobis filiis suis, usque ad consummationem seculi. Quid enim iustius hoc? Audi enim quod sequitur:

*Quoniam magnificata est usque ad caelos misericordia tua, & veritas tua usque ad nubes.* Misericordia, in redimendis captiuis & perditis: veritas, in praestandis promissis: & tamē interea in exequendo iustitiam, haec magnificata sunt usque ad caelos, usque ad nubes, hoc est, magnifice declarata sunt, adeo ut non solum docti, & illi, qui erudiunt ad iustitiam alios, verum etiam obscura & indocta plebs haec iam audita intelligat, & nomen sanctum tuum laudibus celebret. Concludamus igitur iam psalmum in eo, vnde incepimus hanc partem eius.

*Exaltare super caelos Deus, & super omnem terram gloria tua.* Quid peracto iam sacrificio illo, celebrato crucis mysterio, pacata sunt omnia in caelo & in terra. Exaltare itaque super caelos, qui per humiliationem secundum carnem inuentus es ut homo: per operum autem & resurrectionis potentiam, declaratus es Deus. Exurge, exaltare super caelos, ut gloria tua illucescat omnibus habitantibus in terra. Semel iam exaltatus est in semetipso tanquam capite, quum resurgeret, & super omnes caelos ascenderet. Nos iam erecti in spem, ac desiderio inflammati, oramus ut idem faciat in nobis membris corporis sui mystici. tunc enim omnes in illa triumphante ciuitate Ierusalem collegeti, sine fine hymnis nostris laudabimus Deum cum vnigenito filio & spiritu sancto, in secula seculorum. Amen.

## PSALMVS LVII.

**S**I verè vtique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Et stræ concinnant. Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis furdæ & obturantis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens, intendit arcum suum donec infirmetur. Sicut cera quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem. Priusquam intelligerent spinæ vestrae rhamnum, sicut viuentes sic in ira absorbet eos. Laetabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo, si vtique est fructus iusto, vtique est Deus iudicans eos in terra.

IN

## IN PSALMVM LVII.

TITVLVS HVIVS PSALMI.

**T**itulus huius psalmi, è Græco ad verbum sic sonat: In finem, nè corrumpas dauidi, in tituli inscriptionem. Quod ait, in finem, admonet nos intendere in Christum, vt in titulo 55. dictum est. De eo quod ait, nè corrumpas, & in tituli inscriptione, partim in eodem illo 55. titulo, partim in 56. dictum est, nepe quod propheta sit de titulo triumphali cruci dominicæ imposito, per Pilatum non mutandum. Idem, spiritu prophético Dauidi esse relatum, significari verbo, Dauidi. Atque hæc quidē est sententia tituli huius iuxta translationē græcā, & expositionē Augustini, vt in superioribus vidimus.

EX HEBRAEO AVTEM SONAT

hoc modo:

**V**ictori, nè dispdas, dauidis Michthā. Vel interprete Hieronymo: Victori, vt non disperdas Dauid humilē ac simplicem: De his omnibus iam abudè diximus in præcedentis psalmi titulo, iam igitur ad argumentum.

ARGUMENTVM PSALMI.

**P**salmus hic continet acerbam obiurgationem peccatorum & impiorum hominum, prædicens illis iustam atque horrendam vindictam Dei. E contrario verò iustorum præmia, iustitiarumque fructus.

DE PERSONA LOQUENTIS &amp; occasione.

**D**avid Kimhi & Rabi Salomon putant, prophetam cecinisse hunc psalmum, cum Saul, indicio sibi facto à Ziphæis, quæret Dauidem in deserto Ziph: loquatur in sua persona ad Abner filium Ner, ceterosque principes, qui erant in aula Saulis, iudices in causa Dauidis, & Sauli suspectus erat affectati regni. Dauid autem comitatus Abisai, castra tentoriorum; Saulis ingressus, dormiente Saule, satellitibusque eius, hactenus & scyphum clam abstulit: ne inde ex aduerso conscenso vertice montis, hæc ostēdit illis, clamans ad Abner, & exprobrans illi negligentiam in custodiendo regē. Saul autem cognita voce Dauidis, & innocentia eius hinc intellecta, quod se hostem suum, cum posset, non occidisset, benedixit ei: seipsum autem iniurię stultitiarumque dānauit. Historia lege 1. Reg. 26. Porro de Ziphæis diximus Psal. 53. Atque ibidem quod Saul significet omnem tyrannidem, quæ Christi & ecclesiæ eius persequitur. Per dauid autem, & socios fugam huius, ipsum Christum & ecclesiam intelligimus. Habent autem semper huius mundi tyranni suos adulatorem, qui aduersus innocentes eos instigat: à quibus etiā principibus bonis non leue periculum est. Nam & hi sæpè nefarijs illorum consilijs inducuntur, vt faciāt ea, quæ si intelligerent, nulla ratione facerent. Sed videmus psalmum.

EXPOSITIO PSALMI.

**S**I verè vtique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Non absurdè mihi quidem hic videntur Iudæorum Rabini hæc ad illos referre secundum historiam, de quibus idē hic noster propheta loquitur ad Saulē 1. Reg. 26. Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium. Sin autem filij hominum, maledicti sunt in conspectu Domini, qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hereditate Domini, dicentes: Vade, ferui dijs alienis. Ziphæi, Doeg Idumæus, Abner, atque id genus alij multi, cum regi Sauli essent à consilijs, & sedentes pro tribunalibus, iustitiarum regni profiterentur, sedis adulationibus suis demetabant regem, vt innocentem Dauidem regno pulsum, cogeret ad idololatrias gentes confugere. Scribæ & pharisæi habebant autoritatem interpretandi scripturas, & ex his docendi ea, quæ ad omnium communem salutem pertinent: potueruntque verè dicere quod Messias, ex progenie Dauid esset nasciturus in ciuitate Bethleem: nec deerat spiritus propheticus Caiphæ Pontificis, vt verè diceret: Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hæc & alia id genus quæ plurima verè loquebantur, propter dignitatem functionis, quam sustinebant, cui semper aderat spiritus Dei, cuius afflatu talia loquebantur, quantumuis alioquin mali. Hoc enim futurum promiserat Deus, dicens: Si difficile & ambiguum apud te esse perspexeris iudicium, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quodcumque dixerint, qui præsumunt loco quem elegerit Dominus &c. Deuteronomij 17. Ecce, propter hoc Dei præceptum haud dubiè salutare, adeoque necessarium ad conseruandum pacem publicam, vitandumque sectas atque dissidia, & propter eam quæ huic præcepto annexa est, promissionem, nempe quod iudicaturi sint ei iudicij veritatem, quod est verè iustitiam loqui, vt hic inquit propheta: propter hæc, inquam, Deus dat illis spiritum, qui per eos loquitur veritatem iudicij his, qui secundum hoc Dei præceptum quærent ab eis. Statuit etiam poenam grauissimam illis, qui præceptum hoc fuerint transgressi, nolentes parere sacerdotis sententię. Qui autem superbi fuerint, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël. Dices: Etiam malis, & palam tyrannis obe

obediendum est? Vtique. Neq; enim malitiâ sacerdotum prohibere potest, quô minus neus præstet quod promisit populo suo se per eos præstiturum. Promisit autem iudicij veritatem in difficilibus quæstionibus & reliquorum iudicum controuersijs. Hanc illorum auctoritatem etiam Christus ipse grauitèr confirmauit, cum diceret: Super cathedram moysis sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruare & facite. Ecce quia super cathedram sedent, mādāt suis Dominus, vt seruent ac faciāt omnia quæ illi dixerint. Quia verò mali erant, subiicit: Secundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt em̄, & non faciunt &c. Quinimò quod hic discipulis suis præcepit, ipse suo ipsius exemplo per omnia confirmauit, non solum legem circuncisionis, purgationis, festorum dierum, & cætera seruando, verum etiā tolerando omnes iniurias ab illis, vsq; ad supplicium crucis. Atque hæc ipsa futura in Christo, in semetipso tanquam typo expressit Dauid, cum tam patienter ferret persequentem se Saulem, tyrannum iam à Deo reprobatum, cum ipse Dauid iam rex esset, ab eodem deo designatus & vnctus. Potuit illum toties occidere, sed noluit, quantumuis hostem suum. Imò prohibuit suis, nè occiderent illum. Quinetiam interfectorem illius & nuncium cædis, Dauid multauit morte, quod occiderit Christum Domini, 2. Reg. 11. Hæc ad eò sunt manifesta & clara, vt nemo possit negare, nisi idem velit ore impudentissimo, palamq; blasphemo vtriusq; testamenti scripturam, hoc est, ipsissimū verbum Dei, negare. Quid igitur dicemus de illis, qui nostra ætate tanta cum contumacia superbientes, non modò resiliunt ab obedientia, quam debet ecclesie præpositis, verum etiam virulentissimis linguis, contumeliosissimis facinoribus, libellis & picturis omni scurrilitate scurrilioribus eos traducunt, proscindunt, lacerant, atq; imperitæ stulteq; multitudinis ludibrijs cõtumelijsq; exponunt? Conferamus, obsecro, hæc, & videamus, quàm pulchrè, si dijs placet, conueniant cum illis, quæ præcepit Deus, Christus docuit & fecit, docuerunt & fecerunt omnes sancti, qui fuerunt antè & post natum Christum. Concedamus illis hoc, pontifices, imperatores, principes, nõ esse tales, quales esse debebant. sed qualis erat Saul? quales Annas, Caiphas, & reliqua turba? neindè, vtrum hi, qui nunc tam grauitèr de illorum iniuria conqueruntur, sanctiores sunt Dauidè, & maiores filio dei, vt hac ratione indigniores sint, qui iniurias ferant? Fingo enim nunc iniurias esse poenas illas, quas luūt quidam, q; prætextu verbi dei, seditiosa doctrina

turbant ecclesie pacem: cum viri sapientes, atque iuris diuini humaniq; periti, longè aliter iudicent. Imò verò res ipsa loquitur, vtri faciunt, & vtri ferant iniuriam. Cum primum inciperent sua dogmata spargere in vulgus, martyrium interpretabatur, si qui propterea corripentur à magistratu: animaduersione quæ fieret, crudelissimam esse tyrannidem: pontificem Romanum, qui talem doctrinam dānaret, esse antichristum, atque id genus alia sexcenta. Statim verò cum ipsis iam cresceret vires, pelleret in ipsorum sententias imperita multitudo, deceptis etiā aliquot ea ratione principibus, vt institutum illud probarèt & adiuarerent, qui sunt, qui spoliarunt ecclesias, exturbarunt è monasterijs monachos, prohibuerunt fieri preces horarias, sacrificium Missæ, & quicquid erat sacrarum cæremoniærū profigarunt, arma sumpserunt in horum defensores, in ipsum Casarem, episcoporum diuones depredeationibus, cede & incendio horribiliter vastarunt, atque omnia pro sua libidine gesserunt. Videmus hodiè multis in locis habitare barbaros ac truculentos predones, vbi antè habitarunt religiosi monachi, vbi tunc resonabant in choro psalmi Dauidici, ibi nunc in stabulis hinnit equi: vbi tunc hospitij excipiebantur peregrini, ibi nunc viatori periculum est à predonibus & latronibus. Quinam tandem horum omnium facinorum & harum metamorphoseum sunt authores? Nõnè hi, qui tam confidenter iactant verbū dei, gloriantur titulo doctrine euangelicæ, profitentur iustitiam fidei, promittunt omnibus libertatem, omnium qui vnquam aliquid vel docuerunt vel gesserunt, censuram: omnis denique doctrine ac disciplinæ renouationem, mutationem, constitutionem sibi sumunt? Quis non dicat in tales esse scriptum hunc psalmum? Talibus ab hoc nostro propheta dicit: Si verè vtique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum: Si verè docetis euangelium, quo titulo gloriamini, rectè iudicate, quid sit officij viri Euangelici. Nonnè euāgelium beatos pronunciat, nequaquam contumaces, feroces, atq; rebelles ppositis suis, sed mites? Quare sumitis vobis potestatem iudicij in eos, qui ordinatione diuina constituti sunt iudices vestri? Quin potius de vobismetipsis, & hisce facinoribus vestris iudicate rectè, an conueniant cum euāgelio, quod vos iactatis, & de quo assidue tam multa loquimini. Christi in Euangelio verbum est: Si non audierit

Mat. 18.

patri-

patribus, episcopis, doctoribus & pastoribus, contemnit, reijctis, profligatis, gloriantes scilicet Euangelio, & puro verbo Dei. Atque vestra ista facinora, ex diametro cum verbo dei pugnant. Paulus apostolus, doctor ille gētium, insignis præco & clarissima tuba Euāgelij Iesu Christi, quod tu iactas, scribens ad Hebræos, præcipit hoc modo: Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis, cap. 13. Atqui vos in eos insurgitis conuicijs, cõtumelijs, prædatiõibus, incendijs, cæde, atque nullo non genere iniuriarum atque tyrannidis crudelissimæ. Si verè vtique Euangelium & huius iustitiam loquimini, rectè iudicate, an hæc secundum Euāgelium faciatis. Tameñ nemo, cuiuscunq; etiam partis sit, sibi hic stultè bladiatur. Nam de iustitia quis non loquitur splendidè? Quis non hanc prædicat verbis? Quid autem in corde quisque de ea sentiat, opera cuiusque declarāt. Nostra ætate quis non criminatur auaritiam, ambitionem, luxum, adulteria, stupra, quæ in plerisque sacerdotibus cernimus, non sine dolore & gemitu nostro? Videntur autem verè iustitiam loqui, qui talia damnant. Sed in hoc non iudicant rectè, quòd ea quæ sunt certorum hominum, impingunt vniuerso ordini, in quo constat tam multos esse viros vitæ atque doctrina integerrimos. Atque in hos illi non minùs, imò nonnunquam grauius sæuiunt, quàm in eos qui sunt palam sceleratissimi. Quid attinet hęc lamentando deplorandocq; persequi, quæ vulgò fiunt ab iniquis iudicibus? Sed hæc fiunt, certorum hominum culpa, propter quos nõ oportet ordinariam iuris dictionem confundere, neq; deficere ab Ecclesia: quæ propter tales non desinit esse domus DEI, columna & firmamentum veritatis, authore Apostolo, 1. ad Timoth. 3. Si verè de iustitia loquimur, si verè eam probamus, rectè in cordibus nostris iudicemus, idque factis declaremus, nè nobis meritò possit impingi quod sequitur in psalmo: Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniustitias manus vestræ concinnant. Sed priusquam ad huius explicationem progrediar, illud nolim celare studiosos, id quod noster interpret vertit, vtique: Gregus, q; in Hebræo esse, דָּבָרָא: quod variè trāferunt. Nam alij multitudinem, alij congregationem, alij manipulum: (quo tamen multorum qui Saulem sequebantur, congregationem per *מַרְדָּכָאֵי* intelligunt) vt fit sensus: Si verè o vos manipulus (id est, satellitū & consiliariorum Saulis congregatio: siue vt Dauid Kimhi placet, iudicum cõfessus: hoc est, vos qui à rege Saule cõstituti estis iudices populi) si verè, inquam, vos iustitiam loquimini. Alij,

si verè mutā iustitiam loquimini, quòd דָּבָרָא etiam mutum significet: & exponunt mutam iustitiam, quā iudices, cum proloqui debeant, subticent. Verum hoc ineptum videtur. Mihi magis placet, quod est in Græca, & hac qua nos vtimur translatione, cui & Hieronymi translatio ex Hebræo consonat: vt דָּבָרָא hoc loco idem significet quod דָּבָרָא, id est, vtique, profectò: & fieri potest, vt Septuaginta דָּבָרָא vel דָּבָרָא legerint. Quòd ad Hebraicam phrasin attinet, ea sustineret etiam hoc modo trāferri totum versum: An verò vtique iustitiam loquimini? rectè iudicatis filij Adæ? Vt fit sensus: O vos qui estis posteritas Adæ, & sedetis in tribunalibus, an verè (quod postulat officij vestrum) loquimini iustitiam, & quod rectum & æquum est, iudicatis? Quid. Minimè certè hoc facitis. Vel sic: An verè vtique iustitiam loquimini? rectè iudicatis filios hominum? Idque hoc sensu: O vos qui constituti estis à rege vestro iudices super populum, an verè in iudicij vestris iustitiam loquimini, & rectè iusteq; iudicatis filios hominum? Quid. Res ipsa loquitur vos id non facere, cum me qui etiam vnus sum ex posteris Adam, hoc est, filijs hominum, vestris sententijs condemnatum profligatis, quasi regnum affectantem, & ob hoc vitæ regis vestri insidiantem. Omnes hæc sententias admittit amphibologia Hebraica. Hæc difficultates diutius detinuerunt nos in explicatione versūs primi. Quæ verò hinc sequuntur, faciliora sunt.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus vestræ concinnant. Quòd hæc trālatio, & Hieronymi ex Hebræo habet, etenim: Græca, *καὶ τὰς*, in Hebræo est דָּבָרָא: quod plerique vertunt, etiā, sed parum interest. Posset hoc loco non incommodè transferri, imò: vt præcedenti versui per interrogationem (quod fieri posse monuimus) translato hoc modo: An verè vtique iustitiam loquimini? rectè iudicatis filij Adam? Hic respõdeat: Imò in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus vestræ concinnant. Pro concinnant, in Hebræo est, *וְיָצְרָא*, id est, appendunt, metaphora sumpta ab iniustis mercatoribus, qui ponderis iniquitate fraudem faciunt. Porro, quia omnis peccati primaria officina est in corde, (de corde enim, inquit, exeunt cogitationes Mat. 15) malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie) idèd priori loco dixit, in corde iniquitates operamini. Quod addit, in terra: idèd addit, quia in terra hæc peragunt, inquit Euthymius. Nam in inferno & si animorum prauitas omninò non cessabit, ipsa

R. R. tamis

tamen malè agendi facultas profus aberit.

*Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.* Inuehitur in pertinaces, ac fixos in peccatis homines, inquit Euthymius, paucis ostendens cuiusmodi sint, & quã passim ruinã. Alienati sunt à vulua, hoc est, ab eo tempore, quo adhuc erãt in vulua matris suæ. Unde verò sunt alienati? Ab ipsa veritate, inquit August. à patria beata, à vita beata. nã hanc esse sententiã indicat ipse propheta eo quod sequitur, *errauerunt ab vtero.* Vterus em̄ & vulua, hoc quidem loco, idem sunt. Aliàs verò, vt apud Pliniũ lib. II. cap. 37. vterus est in mulieribus nostris, quod in brutorũ fœminis vulua. Errauerunt aut̄, quid est aliud, q̄ alienati sunt à veritate? Hinc aut̄ factum est quod sequitur, locuti sunt falsa. nã qui possint loqui vera, qui ab ipsa veritate recesserunt? Nõ est mirum, hæreticos in varios errores, eosdẽq; monstruosos incidere, & in sua doctrina plurima loqui falsa atq; blasphemata. Recesserunt em̄ ab ecclesia, q̄ est colũna & firmamentũ veritatis, iuxta verbũ apostoli. quare aut̄ ab hac recesserunt? Respondeat pro nobis Iohãnes apostolus: Ex nobis p̄diũerunt, inquit, sed nõ erãt ex nobis. Nã si fuissent ex nobis, permanissent vtriquẽ nobiscũ. Sed vt manifesti sint, quoniã non sunt oēs ex nobis. Atq; hoc est quod hĩc noster propheta dicit: Alienati sunt peccatores à vulua. Præsciuit deus malitiã illorũ, etiã anteq̄ nascerent̄, vt cùm Rebecca geminos adhuc haberet in vtero, dictũ est à deo: maior seruiet minori. Gen. 25. Et (vt refert Malachias) dilexi Iacob, Esau aut̄ odio habui. Quos tales fore p̄cognoscit deus, eos in istiusmodi errores, mēdacia, & flagitia manifesta, adeoq; p̄digiosa nonnunq̄ prolabi finit, & in electos suos incitari, ad horũ virtutẽ exercendã, suã aut̄ potentiã declarandã. Hinc est q̄ ait ad Pharaonẽ: Idcirco aut̄ posui te, vt ostendã in te fortitudinẽ meam & narretur nomen meũ in omni terra. De his argutissimẽ differit apostolus ad Rom. 9. & distinguit ab Augustino in hunc locũ psalmi. ad

1. Cor. 11. Corin. scribẽs ait: Oportet hæreses esse, vt qui p̄bati sunt, manifesti fiant in vobis. Vide Cyprianũ in tractatu de simplicitate p̄latorum.

Matth. 18. Ch̄s ait, necesse est vt veniant scãdala, homini aut̄ p̄ quẽ venit scãdalu, annunciat vq;. Atq; eos qui huiusmodi sunt, p̄cipit ecclesie suæ abscindere à corpore illo mystico, quẽ est ipsa ecclesia, in quocũq; etiã gradu seu ordine sint, quod per manũ, pedẽ & oculũ significat. neq; em̄ ferendũ est, vt p̄ tales turbet doctrina veritatis, quam sola ecclesia habet. Hoc est enim quod ait Iohãnes: Sed vos vnctiõnẽ habetis à sancto, & nõstis oĩa. Quod si sanabiles essent, Ch̄s non mãdaret eos abscindi. Sed quia sunt

1. Iohan. 2. tamen malè agendi facultas profus aberit.

insanabiles, & vt Paulus vocat, subuersi, atq; suo ipsorũ iudicio condẽnati, iuxta mãdatum Dñi sunt abscindẽdi, & secundũ apostoli verbũ, deuitandi. Hoc ipsum confirmat noster propheta his quæ iam sequuntur:

*Furor illi secundũ similitudinẽ serpentis, sicut aspidis surda, & obturantis aures suas.* Quẽadmodũ serpens iratus venenũ non solum ore,

verũm toto corpore spirat, vt lædat interficiatq; quoscunq; vel pestifero flatu, vel luridacutẽ cõtingere potest: sic homines impij, hypocritę, pseudoapostoli, pseudoprophetę, hæretici, nõ solum verbis dolosis & falsa doctrina, verũm etiam simulatione virtutis imprudentes irretiunt, capiunt, atq; in perditionem abducunt, verbis videlicet ac factis lethale venenum afflantes: ipsi interim ad omne doctrinam sanam, ad omnes admonitiones pijsurdi, non solum auertentes, verũm etiam obturantes aures suas, nõ quid boni audiant. Tale quiddam de illis, qui Stephanum lapidabant, scribit Lucas. Concionante enim Stephano, & indicante Iesum stantem à dextris virtutis Dei, illi exclamantes voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Hæc noster propheta aptissima similitudine ab aspidẽ sumpta, expressit. De sæuitia huius serpentis Plinius, alijsq; multa scripserunt. Ceterũ quod ad hunc locum attinet, maxime memorabile est, quod hĩc legimus apud Augustinum: Aspides, cùm cœperit pati incantatorem suum Marsum, qui eũ quibusdã carminibus proprijs euocat, sicut sunt multa etiam magica, audite quid faciat. Ille incantat, vt educat aspidem de tenebrosa cauerna, vtriquẽ in lucem vult educere. Illa aut̄ amado tenebras suas, quibus se inuolutam occultare dicitur, quod cùm exire noluerit, recusans tamen audire illas voces, quibus se cogit sentit, allidit vnã aurẽ terræ, & de cauda obturat alteram: atq; itã voces illas quantum potest euitans, non exit ad incantantem. Huic similes dixit spiritus Dei quosdam nõ audientes verbum Dei, & non solum non audientes, sed omninõ, vt non valeant audire, facientes. Hæc Augustinus in hunc psalmi huius locum, aliquot interiectis per digressiõem verbis, (quæ nos hĩc omisimus) quibus admonet à rebus etiam malis, bonas tamẽ similitudines duci. Porrò quantum ad aspidẽ attinet, ea in hoc quidem prudẽter facit, quod aures ad incantatoris vocẽ obturat, nõ decepta, forasq; pellecta capiatur ac pereat. Quamobrem Dominus Mat. 10. emissurus apostolos suos, admonet eos huius prudentiã, dicens: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut

Tit. 1.

Act. 1.

sicut columbæ. Christianę prudentiã est, auertere, aut etiã obturare aures, nõ pestilentẽ hæreticorum doctrinam, aut huius mundi delicatas quidem illas, sed lethales blanditias audiant, quemadmodũ de Vlyssẽ scribit Homerus, quod fociorum aures cera obturauerit aduersus Syrenum cantiones. Sed rursus hominis præfracti & malitia iã indurati est, nõlle præbere aurem rectã monenti. Neq; enim vanum est quod ait Flaccus:

Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator,  
Nemo adeo ferus est, qui nõ mitescere possit,  
Si modò culturę patientem accomodet aurẽ.

Tales hĩc spiritus sanctus per prophetã accusat, imò cõdemnat, qui videlicet, iuxta verbum Apostoli, sanã doctrinã non sustinet, sed ad sua desideria coaceruat sibi magistros, pruriẽtes auribus, & à veritate quidẽ auditũ auertunt, ad fabulas aut̄ conuertunt. Quod nostra translatio habet, sicut aspidis surdæ & obturatis aures suas: coniunctio &, nõ est in Hebręo:

כְּמַרְסֵי הַחֲמָטִים וְכַמְּרֵי הַחֲמָטִים

*Quæ non exaudiet vocẽ incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Per incantantes, eos intelligimus, qui carminibus magicis & præstigijs quibusdam serpentum furorem mitigant, atque è cauernis ad se pellectos capiunt: quod non solum, nõ cui postea nõceant, faciunt: verũm etiam vt carnibus eorum in medicinis vtantur, vt monet Euthym. Quod ait, & venefici incantantis sapienter: veneficum dicit ipsum incantatorem, incantantem sapiẽter, insignem incantandi artificem. Quemadmodũ hic nihil suis illis quantumuis doctis ac dulcibus carminibus proficit apud aspidẽ, aures suas obturante: itã ecclesiastes, aut quicumque verbi diuini interpres, quantumuis etiam doctus, pius & eloquens, nihil tamen proficit apud eos homines, qui mãlunt in peccatorum suorum, atq; errorum tanq̄ cauernarum tenebris, atq; suæ malitiæ rancore tanquã veneno cõtabescere, q̄ in lucem veritatis educi, vt doctrina cœlesti, veluti medica arte immutati in melius, ex lethali veneno fiant salutare pharmacum animæ. Quod noster interpres dixit, & venefici incantantis sapienter: ex Hebræo ad verbũ transferri potuit, incantatoris incantatiões edocti. Nã cõiunctio &, nõ est in Hebręo.

*Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum cõfringet Dominus &c.* Hactenus descripti eos quales sint. Nunc, quomodo sint perituri, docebit. Quos supra dixit aspides, hĩc leones dicit. Aspides sunt, quando pestilentis doctrinæ afflatu, & sceleratorum morum tactu lædunt & occidunt imprudẽtes: ipsi verò ad salutarem doctrinã, ac pijs admonitiones aures suas obturant. Leones verò, quãdò iam robo-

re collecto potẽtes effecti, in infirmiores aperta tyrannide sæuiunt. Per dentes aut̄, potentiã ac vim illam tyrannicã intelligit. Hanc deus conteret & confringet in ore, hoc est, in illa ipsa tam immani atq; insatiabili sequendi, omniãq; ad se rapiendi deuorandiq; libidine. Hæc est simplex dilucidaq; huius versũs sententiã. Augustinus re altius scrutatur & explicat latiũ, ostendens in Ch̄o, quomodo is detes ludęorũ, in ore ipsorum contriuerit, quando captiosas illorum quæstiones, qualis erat, an liceret census dare Cæsari, ipsorum verbis Matt. 22. dissoluit. Idem ostendit euenire sui seculi hæreticis, qui cùm cõquereretur crudeliter secũ agi ab episcopis, q̄ à basilicis recluderent, statim ijdẽ illi hæretici ipsi, Maximiniani stas, nouos hæreticos, ab ipsis diffidẽtes, quemadmodũ ipsi diffidẽbat ab ecclesia, à suis basilicis excluderũt. Postulati eius facti rationẽ, p̄duxerunt legẽ Imperatoris, qua latũ fuit, vt itã fieret. Atquẽ secũdũ eadẽ legẽ ipsi iam antẽ fuerant exclusi, cùm conquereretur iniquẽ secũ agi. Similia videmus in nostræ ætatis hæreticis q̄ plurima. Post Martinũ Luterũ statim secuti sunt nouarum sectarũ authores, Andreas Caroloftadius, Thomas Muncerus, Vlricus Zuingleus, anabaptistę & alij, quos oēs dãnauit Luterus: nec tamen potuit alijs legibus, q̄ quibus ipse iam antẽ damnatus fuit. Proferamus exempli gratia vnum, ex quo studiosi facilẽ existimabũt cætera. Cùm apud Mulhusium inciperet noua dogmata spargere Thomas Muncerus, Luterus senatum Mulhusianũ admonens, vt sibi à Muncero caueret, inter cetera consulit, vt interrogat hominẽ, quis docendi munus ipsi commiserit. Qui si respondeat, Deũ, tum iubeant id signo aliquo manifesto docere. Hoc si nõ possit, repudiandum esse. nõnẽ eadem ratione agendũ erat cum Lutero ipso? Si quis hũc interrogasset, quis ipsi munus docendi cõmiserit, quid quẽro erat responsurus? Respondeat adhuc quicũq; volet pro eo. Retẽtẽ quidẽ ille suãsit Mulhusianis, vt hoc quẽrerent è Muncero, cùm sit verbum apostoli: Quod p̄dicabunt nisi mittantur? Quod si mihi hic vel ab inferis reuersus Luterus ipse, vel alius ex discipulis eius qui adhuc supersunt, respondeat, ab episcopo se esse ordinatum ac missum, quemadmodũ Timotheus vel Titus à Paulo, alijsq; vel ab hoc vel ab alijs apostolis ordinati ac missi prædicarunt, petam vt nominet mihi illum episcopum. Hic totus mundus mihi testabitur, neq; quisquam ex toto illo populo Lutero tam sit impudẽs, vt ausit negare, nõ posse nominari alium, q̄ aliquẽ ex his, qui descẽdunt ab ecclesia Romana. Atquẽ hanc Luterus ipse damnat, ecclesiã antichristi

appellans. Repudiandus igitur iuxta suū ipsius iudicium Luterus, qui missionem suam ad munus concionandi, non potest referre aliō, quā ad Ecclesiam Antichristi, aut ipsum Antichristum, quem dicit esse Romanum Pontificem. Sin autem respondeat se à Deo esse missum, doceat hoc signis & miraculis, iuxta suam ipsius sententiam. Nam & Erasmus Roterodamus hoc obijcit illis, quod Apostoli Christi doctrinā suam signis & miraculis confirmarint, atque ex Deo esse declararint: istorum autem neminem adhuc esse visum, qui vel claudum equum sanare posset. Vides hic quisquis es doctrinā verē euangelicā studiosus, quā sit pseudo euāgelista Luterus, quippe vel non missus ab vllō ad euangelizandum, vel missus ab Antichristo, aut aliquo Antichristi apostolo: à quibus non possunt mitti doctores euangelij Iesu Christi. Quod si (quales nonnullos ipse audiui) rationibus euidentissimis, grauissimisq; & irrefutabilibus testimonijs conuicti, fateantur nobiscum, Ecclesiam Romanam esse Ecclesiam Christi, iam statim in prōptu est ipsorum, ipsius Christi verbis pronuntiata, condēnatio: Si non audierit Ecclesiā, sit tibi tanquā ethnicus & publicanus. Et, Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit, atq; alia his similia quā plurima. Ostendat, quis sibi hoc munus commiserit, quis hāc potestatem fecerit, vt vniuersam huius Ecclesie doctrinam, vniuersum cultum, religionem deniquē vniuersam pro sua libidine mutaret, transformaret, ac tandē in totum tolleret: ipsam deniquē Ecclesiam tanquā satanicam damnaret? Quis, inquam, horum omnium illi tradidit potestatem? Scio nunquā diciturum esse, vel Papam hoc, vel aliquem episcoporum fecisse. An ergo Deus ipse hoc ei mandauit, ac potestatem dedit? Doceat hoc signo iuxta suam ipsius ad Mulhulianos sententiam. Nunc mihi libet circumspicere, & ex omnibus querere, ecquis tam perfrecte sit ac perditē frontis, ecquis tam profligati pudoris, vt audeat in mediū prodire, atque negare, hoc vnico ictu, telo ab ipso Lutero torto, sed virtute dei in ipsum retorto, contractos esse atq; contritos omnes istius tam lethiferā aspidis dentes, istius tam saui leonis molares. Neq; verō vnus Luteri, verū etiam omnium hereticorum cæterorum. Omnes enim hoc ipso semetipfos produnt, atque apertē se hereticos esse declarant, quod superbientes ab hac Ecclesia recedunt, nolentes obedire sacerdoti, qui suo tempore in eadem præsides ac ministrat, contra præceptum Domini Deuteronomij decimo-septimo. Hoc non est meum commentum, sed luculentissimē docetur à D. Cypriano, cum

Matt. 18.

Luc. 10.

in alijs locis, tum in tractatu de simplicitate prælatorum. Sed iam reuertamur ad verba nostri propheta. Quod noster interpres per futurum indicatiui modi dixit, Conteret & confringet: in Hebræo est modus imperandi, Contere & confringe: vt ad verbum translatus versus, sonet hoc modo: Deus, contere dentes eorum in ore ipsorum: molares leonum (vel catulorum leonum) confringe Dñe. Sed quantum attinet ad sententiam prophete, parū interest. Nam quæ hoc modo precari ac petere videntur à Deo propheta, nihil aliud quā certō euentura prædicunt: id quod aliās sæpē admonuimus.

*Ad nihilum deuenient tanquā aqua decurrens: interit arcum suum, donec infirmetur.* Et hæc potuerunt imperandi, seu potius petendi modo transferri, his verbis: Dissoluantur quæ admodum aquæ quæ diffuunt per semetipsas: dirigunt sagittas suas, tanquā eas, quæ in semetipsis confringuntur. Exprimit autem propheta duobus similibus irritos ac vanissimos impiorum hominum conatus aduersus electos Dei. Pereunt enim in semetipsis, haud secus atquē aqua effusa statim diffuit, ac absorbetur à terra, & arcu excussa sagitta, inter volandum, etiam si nihil obstat, tamen vltro, viribus longius prouolandi destituta, delabitur. Diuina verō virtuti nemo resistere potest, hæc nunquā deficit: sed semper in suo vigore permanet. Hinc est quod ait Gamaliel Actorum 5. Quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur. Si verō ex Deo est, non poteritis dissolueri. Doctrina & religio Christi, quia ex Deo est, permanet: superstitiones gentiū, quia ex diabolo erāt & hominibus à diabolo ac sua ipsorum stultitia seductis, dissolutæ sint & ceciderunt. Idē accidisse videmus tot hereticorū sectis, etiam si nonnullæ earum latissimē serpsent, adeoq; iam seculis aliquot durauerāt: omnes nihilominus tandē euauerunt. Id quod grauius in hunc locum admonet Augustinus. Idem accidit haud dubiè his, quæ nostra ætare sunt excitatæ. Ecclesia verō Christi, quia ædificata est super firmam petram, aduersus omnes infestationes & impetus perstat, semperq; perstabit immobilis: & portæ inferi (inquit Dominus) non preualebunt aduersus eam. Pergā ad proximum versus, si prius admonuerim, illud, intendat arcum suum donec infirmetur: ab Augustino, Euthymio, & ferè omnibus qui vel hanc, vel similes translationes secuti sunt, referri ad Deum: quasi dicat propheta, quod hic intendat arcum suum, hoc est, minetur & exerat potentiam suam aduersus impios, donec ipsi impij infirmen-

Mat. 16.

firmetur. Et est quidē hæc pia, neq; inepta expositio, dum ad hanc aut Græcam translationē respicimus. Quā verō ad phrasim Hebræicam, iā non ad Deum, sed ad hostem impium referendum est: q̄ hic sagittas suas intendat quidem, seu dirigat aduersus electos Dei, sed frustra, ipsi nimirum sagittis (vt iam dictū est) inter emittendū volandūq; vires suas perdentibus.

*Sicut cera que fluit, auferetur: super cecidit ignis, & non viderunt solem.* Rursus alia similitudine ostendit, quā sit infirma, quāq; euania, illa quæ tam potens videtur, impiorum hominum sæuitia. Diffuit ac disperit tanquā cera admota igni. Diuus Augustinus multa hinc differet de varijs pœnis, quibus afficiuntur impij. Nam & animæ illorum à corporibus rapte, torquentur apud inferos, etiam ante generalis iudicij diem: quæ admodum de diuite Epulone scribit Luc. cap. decimo sexto. & vnā cum resumptis corporibus post diem iudicij, prolata iam à Domino sententia: Ite in ignem æternum &c. Matth. vigesimo quinto. Dant etiam sæpē in hac vita pœnas, quas ab eis poscunt magistratus. Verū has etiam ab innocentibus poscunt sæpē & iustis. Ab iniustis autem & flagitiosis, plerumquē non poscunt. De nulla verō harum putat prophetam hinc loqui: sed de alia quadam occulta, qua plectuntur homines impij etiam in hac vita. Hæc pœna est ardor malarum concupiscentiarum, quæ cum ipse sint grauiora & enormia peccata, sunt tamen etiam grauiora & capitalis peccati pœna: Hoc peccatum est, quādo homo Deum quem cognoscit, non vt Deum glorificat, neq; gratias illi agit: sed per superbiam sibi tanquā sapienti placēs, stultus efficitur. Propterea tradidit illos Deus, in pœniones ignominie, inquit apostolus, vt mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipiāt. Initium superbie hominis, est apostatare à Deo, inquit ille: & initium omnis peccati, superbia. Hæc de celo præcipitavit Luciferum, hæc de Paradiso eiecit Adam: hæc segregat hereticos ab ecclesia. Lucifer proposuit collocare thronum suum ad aquilonem, & equalis esse altissimo: Adam & Eva voluerunt esse sicut dii, sciētes bonum & malum: heretici volunt esse supra summos ecclesie Episcopos ac pastores, arrogantes sibi doctrinam sapientie, super omnes totius orbis antistites, doctores, Pastores: neque supra singulos horum duntaxat, sed supra vniuersos: dum reiiciunt œcumenica concilia, omnes theologorum scholas: dum nihil recipiunt, quod non sit in biblijs sacris expressum: ac ne hoc quidem, nisi ad sua paradoxa detortum: quasi post quatuor Euangelistas & apostolos nemo quicquam rectē scripserit, docuerit aut

tradiderit in Ecclesia: nemo scripturas rectē intellexerit præter ipsos: quasi apostoli nihil tradiderint vna voce, nihil instituerint in ecclesia, quod non inscripserint etiā libris: quasi Deus vnā cum ipsis apostolis spiritum sanctū abstulerit ab Ecclesia, relictis in densissimis errorum tenebris tot millibus, non solum indoctæ plebis, verū etiam doctissimorum sanctissimorumque patrum, quorum pleriq; etiam sanguinem suum pro gloria dei & ædificatione Ecclesie eius fuderunt. Obsecro te, quisquis es veritatis verē Euangelicæ & Christianæ modestiæ verus amator, expende tecum, ecquid possit esse intolerabilius, quā hominem aliquē priuatū nō modò nullis miraculis, sed ne vitæ quidem probitate commendatum: sed sordidum monachum, ordinis sui desertorem & apostatam, in omnes maledicum, petulantissimum, impudentissimumq; scurrā, quo mundus hic non vidit impuriorum: quod omnes fateri coguntur, qui legerunt libros eius, præsertim lingua Germanica scriptos, cum in alios, tum verō præcipuè in Paulum tertium pontificem Romanum, & qui spurcissimas illas tabulas ac picturas, quas in vniuersum ordinem Pontificum edidit, inspexerunt. Tametsi in his etiam, quos edidit lingua Latina, plurima sunt, q̄ magis decent dicacem & ridiculum scurrā, q̄ honestum virū, ne dicam eum qui sibi tantam docendi agendiq; autoritatē, quantā Luterus, sumat. Homine, inquam, oblitum propositi, datæ fidei, facti voti, nouo & antea nunquā audito exēplo, ac monacho, solēni voto castitatis, calibatū ac solitudinē professio, similis professiois ac voti Nonne maritum. Hūc, inquam, qui iam in sacco & cinere de tot atq; tam enormibus flagitijs pœnitentiā agere debebat, efferre sese atq; extollere supra omnem potestatem, assumere sibi censuram de omnibus quicunq; aliquid post Christū & apostolos in ecclesia gesserūt, scripserunt, docuerunt, & instituerunt: Imò verō de ipsis etiam apostolis & euāgelistis. Luterū enim non puduit Epistolā sancti Iacobi apostoli appellare stramineā, q̄ apertissimis verbis in ea cōtra istius dogma scriptū sit, hoīem ex operibus iustificari, & nō ex fide tantū. Et in præfatione quadam in nouum testamentū, vbi facit 4. Euangelistarum collationem, ait tres illos priores, Mattheum, Marcū & Lucā, humi reperere, q̄ inhereant humanis operibus, solum aut Iohannem euolare sursum, q̄ fidem extollat. Quod tamen impudentissimē fingit atq; mentit, cum illi tres non minus extollant fidē atquē Iohannes, neq; Iohannes minus vigeat opa, q̄ illi. Libros machabeorū, quorū magna est autoritas in Ecclesia, reiicit, quod

libro secundo, cap. duodecimo, exemplo insigni docemur, ecclesiam semper, etiam ante Christum natum hanc habuisse consuetudinem, ut oraret pro defunctis. Quod & D. Augustinus in de cura pro mortuis, disertè affirmat: & Iohannes Chrysostomus in Homilia quadam ex illis, quas habuit ad populum Antiochenum, asserit constanter post Christum iam hinc digressum ad patrem, apostolos instituisse, ut in tremendis mysterijs fiat commemoratio pro defunctis. Hæc omnia quia manifestè aduersantur Lutero, qui negat nostras preces & sacrificia quicquam prodesse animabus defunctorum. Imò ipsum sacrificium Missæ, de quo loquitur Chrysostomus, execratur. Ad eò nihil puduit eum cõuellere quidlibet, quantum illud esset sacrosanctum atque diuinum, si modo ipse impiè doctrinæ, ac sceleratæ vitæ aduersaretur. Indè illa paradoxorum portenta, qualia sunt illa de pœnitentia, quam scelestissimus ille, de suis illis tam enormibus sceleribus, nunquam facere proposuerat. Hinc non dubitat hoc *magister* proferre in publicum, quòd ad pœnitentiam nulla pertineat ipsius peccatoris pro peccatis satisfactio: neque confitendum esse venialia peccata, nec mortalia omnia. Item illud, dum studemus omnia purè confiteri, nihil aliud nos facere, quàm nè quid misericordiæ dei relinquamus ignoscendum. Et illud: Puerum ac mulierem non minùs posse absolueri peccatorem, quàm Papam. Et quæ capitalis hostis erat omnis iustitiæ, & eorum quæ cum hac cõiuncta sunt bonorum operum, dicere non erubuit, iustum in omni bono opere peccare. Sed quid ego hæc enumerando persequor? Nota sunt orbi terrarum, atque à viris doctissimis euidentissimis scripturarum testimonijs ac ratiõibus refutata. Quid igitur causæ est, quòd hic mundus tanto cum applausu illius portenti, illius sceleris doctrinam & instituta amplexus est? Hoc nimirum, quòd hic legimus apud prophetam in Psalmo: Sicut cera quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem. Si voluissent audire verba domini, ac facere ea, assimilariq; viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram, non tam facilè cum tanta ruina cecidissent. Statim enim cognoscere potuissent, quòd ea doctrina non esset ex Deo, sed ex diabolo ac furioso monacho, quærite occasiones omnes effringendi repagula monasterij, & effundendi sese in omne genus effrenatæ licentiæ & insanæ animi carnisque libidinis. hoc illum agere statim ab initio viderunt viri docti, sapientes, religiosi, & quibus hoc studio erat, ut voluntatem Dei cognoscerent ac facerent. Talibus enim deus reuelat, qualis sit cuiusque doctrina.

Vndè apud Iohannem ait: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me: Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. Iohannes Fischerius episcopus roffenensis martyrio testatus est, se propter eam didicisse scripturam diuinam, ut voluntatem Dei cognosceret ac faceret: ideo quæ statim visis Luteri libris, de doctrina eius non solum cognouit, quòd nequaquam esset ex Deo, verum etiam præclaro, & nunquam interituro volumine eam ita refutauit, ut mihi quidem iam intra tot annos (prodijt enim opus illud in publicum circiter annum abhinc retrò 37, si rectè memini) nemo sit visus, qui illi vel *responderit*. Postea secuti sunt alij multi, atque etiam nunc sequuntur in dies plures, viri in sacra theologia præstantissimi. Molles verò illi, atque ceræ in morem igni admotæ fluxi, citò rapti sunt & ablati. Quare tam citò? Quia supercecidit ignis, & non viderunt solem. Quis est ille ignis? Respondet pro nobis Augustinus: Ignis superbiæ, ignis fumosus, ignis concupiscentiæ, ignis iracundiæ. Atque hi quidem ignes in illis, tãquam cinere ac fauilla recti, ut cuncti latuerant. Cum autem inciperent flare venti doctrinæ Luterae, quæ tollit ieiunia, vota castitatis, obedientiam, opera pœnitentiæ, atque id genus alia, quæ oia sunt inimica carni: permittit autem huic è contrario grata, qualia sunt, omni tempore vesçi quibuslibet, excutere iugum illud obedientiæ ac disciplinæ Ecclesiasticæ, contra professionem ac vota castitatis nubere, decimas sacerdotibus dari solitas, & cetera quæ ad sustentationem cleri contribui solent, quenque sibi retinere: inuadere etiam possessiones monasteriorum & ecclesiarum, & rapere: his, inquam, ventis flare incipientibus, subitò excitati ignes illi, excreuerunt in hoc tum horrendum incendium, ad quod restinguendum iam nullæ sufficiunt vires humanæ, ut solius Dei sit implorandum ad hoc & expectandum auxilium. Vicit illos concupiscentia carnis, inquit Augustinus. Sed quis factum est, ut hoc tantum incendium non consumperit omnes? Videmus enim multos adhuc viros ac foeminas, in medijs illis flammis ad eò non consumi, ut etiam magis firmentur, ac veluti aurum optimum, quo magis vruntur, eo magis enitescant: cum tamen nemo nostrum sit, qui non habeat in semetipso iam indè à die natiuitatis suæ, eiusdem illius incendij igniculos pariter ac stupam. Qui sit igitur, inquam, ut non omnes ad tam violētum, tam rapidum, tam vehementè ac furibundum illius doctrinæ, tanq; seque alicuius rēpestatis ventum excitati exardescant, & incendium vna cum

cum ceteris auferantur? Et hanc questionem nobis dissoluit Augustinus in hanc sententiam: Quia industria quadam spiritali, ac reata institutione didicerunt statim à pueritia hostem suum intra semetipfos nouisse. Delectatio carnalis (inquit) fratres, cum homine nascitur. Sed qui benè eruditus, citò videt hostem suum: & aggreditur & luctatur, & citò vincit. Idoneus est enim nondum crescentibus hostibus, qui autem illam concupiscentiam, cum quæ de peccati propagine natus est, contēdit vincere, & multas adhuc excitat exeritque libidines, difficulter eas superat, & aduersus se ipse diuisus, igne proprio concrenatur. Ecce hæc sunt causæ, quòd in vno eodemque discrimine vitæ constituti homines, tam diuersos, diuisos, adeoque contrarios inter se fortiantur exitus & euentus. Supercecidit ignis, inquit noster propheta, & non viderunt solem. Qui possunt videre viam, quæ superueniētia sibi mala effugiant, quos ardor ille concupiscentiarum intantum occupauit & excæcavit, ut ne ipsum quidem lucis atque diei fontem solem videre queant? Quis autē est ille, de quo propheta loquitur, Sol? Non iste, ut inquit Augustinus, quem tecum vidēt & pecora & muccæ, & boni & mali: quia facit solem suum oriri super bonos & malos. Quis igitur? Ille nimirum, de quo conquesturi sunt in die iudicij, dicentes: Ergò errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & sol intelligentiæ (vel, ut alij legunt, iustitiæ) non est ortus nobis. Ortus quidem est sol omnibus hominibus, sed quorum oculos ille concupiscentiarum flammæ ac fumi excæcarunt, nõ vident eum. Has igitur flammæ cum suis fumis oportuit castigatione carnis, modestia animi, obedientia, atque omni salutari disciplina restinguere atque depellere: ut hac ratione repurgato ac serenato intelligentiæ cælo, & obstaculis illis ab oculorum acie remotis, lumen veritatis intueri possent. Video me diutiùs his immorari, quàm decreueram: sed detinet me incredibilis quadam voluptas contemplandi thesauros illos sapientiæ diuinæ, quos nobis benignissimus ille pater celestis deus, in scriptura tanquam agro effodiendos, contemplandos, & in vsus nostros vsque in vitam æternam conuertendos proposuit. Ac ne adhuc quidem ab hoc diuelli sustineo, ut progrediar: Nam præter ea quæ iam diximus, videre est etiam in hoc versu quiddam summa admiratione dignum, & apud omnem posteritatem memorabile. In recenti adhuc hominum memoria est, quomodo post plurimos imperij conuentus, post plurimos de componenda pace & concordia doctrinæ

ac religionis inter ecclesiam & eos qui sequebatur Lutero, frustra habitos tractatus, tandem exarserit bellum inter Carolum Quintum Imperatorem ab vna, & Iohannem Fredericum Saxonie ducem principem electorem, & Philippum Langrauium Hassie ab altera parte. In quo bello Saxonie Dux & Langrauius victi sunt, & in captiuitate abducti. Prælium illud quo victi sunt, commissum est anno salutis humanæ 1547. mensis Aprilis die 24. Erat illis diebus horrenda cæli facies, in magna siccitate, cælo nullis quidem obducto nubibus, & tamen ita nebuloso & caliginoso, ut nemo posset clarè videre solem. Iam & ea cæli facies & ille annorum numerus mirabiliter exprimitur hoc versu. Colligamus principio numerum annorum: deinde videamus reliqua. In postrema dictione versus, quæ est, Solem, habes literam M, quæ significat mille. In prima quæ est, sicut: & secunda, cera: & sexta, supercecidit, inuenis quater literam C, hoc est, quadringentos. Deinde in quarta, fluit, & vltima solem, duo ll. quæ significant centum. Habes igitur mille quingentos. Repete à principio, & inuenies in prima, tertia, quarta, singulis singula V, in quinta bis V, in sexta semel V, in penultima bis V: quæ collecta in vnū, constituunt numerum 40. Rursus ab initio repetendo numerum I, quam literam inuenies in toto versu septies. Iam collige omnia, & videbis numerum annorum 1547. Quæris etiam illius anni mensum ac diem? Numerum syllabas, & inuenies 25. Harum postrema quæ est Lem, cõstat literis tribus, quæ te admonent trium eius anni mensum: reliquæ 24. dies mensis quarti, ut autem intelligas mensum numerum querendum esse in fine, idque per numerum literarum postremæ syllabæ, incipit hæc syllaba ab L, quæ est prima litera in ipsa dictione litera: definit autem in M, quæ est prima in dictione mensis. Vides itaque tribus literis, tres integros menses significari. Porro quarti mensis, qui nõ est integer, dies syllabarum numerus tibi demonstrat, incipiendo à principio versus, & in penultima desistendo. Et hoc tibi significat litera S, prima videlicet totius versus, & itidem prima huius dictionis, syllaba. En tibi tempus, quo res illa est gesta, exactissimè supputatum. Iam videamus ea, quæ de cæli facie, quæ fuit illo tempore, sunt. Psalmus habet, supercecidit ignis, & non viderunt solem. Porro nõ quis me suspicetur aliquid hic fingere, (tamen si totus mundus hæc meminisse adhuc potest, cum facta sint anno abhinc nono. Hic enim in quo nunc sumus, est 1556.) ascribam super hac re verba Iohannis Sleidani ex 19. lib. cõmentariorū de statu ecclesiæ sub Carolo V.

Quod ait de flamma, quā Saxones in suas ipso-  
rum scaphas coniecerant, ut exustā non veni-  
rent in potestatem & usum hostis, non referā.  
minutius enim hoc est, q̄ pro magnitudine re-  
rum de quibus hīc agitur. Lōgē maior aliusq;  
hīc significatur ignis haud dubiē. De sole ve-  
rō hęc eius sunt verba: Quo tempore Cæsar  
prope Missenū accessit, quod fuit Aprilis die  
XXII. deindē postridiē & eo die quo flumine  
transmisso pugnavit, & aliquot pōst diebus,  
solis aspectus valdē fuit tristis, obscurus, pal-  
lidus, & velut caligine quadam circumdatus,  
itā quidem, ut pleriq; longissimē à Saxonia re-  
moti, & ignari quid ageretur, iudicarent, ma-  
gni aliquid portendi. Nec enim in Germania  
solum, sed per Galliam etiam & Britāniam, id  
fuit observatum: & itā rem habere, multa ho-  
minum millia testificari possunt. Hactenū  
Sleidanus. Quis non miretur hęc sibi inuicē  
itā constare? Quod si casu fit, raris valdē hic  
est & mirabilis casus. Sin prouidentia dispen-  
sationeque diuina, sinē qua ipse testatus est  
ne passerulum quidem super terram cadere  
Matth. 10. profectō dignum est, quod æternā  
memoriæ cōmendetur. Non est meum de re-  
bus tantis pronuntiare sententiam: pertinet  
hoc ad viros doctrina ac sapientia magnos, &  
spiritu Dei præter cæteros afflatus illumina-  
tosq;. Neq; ego dico in contumeliam illorum  
principum, cuius rei testem inuocō nōm dēi.  
Quos ex animo grauius doleo, sic deceptos  
fuisse à Lutero, ut putaret se pro vera religione  
ac verbo Dei fœdera percutere cum alijs re-  
gibus, principibus & ciuitatibus, aduersus du-  
os summos in orbe Christiano magistratus,  
Rōmanum Pontificem & Imperatorem, cum  
hoc ipso ipsum verbum D E I hostiliter  
oppugnarent. Nonnē enim hoc est verbum  
Dei, de summo in ecclesia sacerdote? Qui autē  
superbiērit, nolens obedire sacerdotis impe-  
rio, qui eo tempore ministrat nōm Deo tuo:  
ex decreto iudicis morietur homo ille, & au-  
feres malum de Israël. Quod autem itā super-  
biērit Luterus aduersus Rōmanum pontifi-  
cem, iam toti mūdo innotuit. Porrō quod ibi  
dicit de pontifice Iudaico, hoc ipsum in eccle-  
sia Christiana de pontifice Romano intelligē-  
dum esse, luculentissimē docet ille doctrina sac-  
sanctitate clarissimus episcopus ac martyr D.  
Cyprianus, epistolarum lib. 1. epistola 3. vbi  
post illum ipsum ex Deuteronomio locū ad-  
ductum, & illum ex primi Regum lib. 8. quo  
Dominus ait ad Samuelem, à Iudæis spre-  
tum: Non te spreuerunt, sed me spreuerunt, ad-  
ducit ex euangelio de sacerdotibus noui te-  
stamenti similem Luc. 10. Qui audit, inquit,  
vos, me audit, &c. Et post interiecta exempla,

Deut. 7.

principiū ipsius Christi, summa cum modestia  
& mansuetudine respondentis coram ponti-  
fice, ex Iohan. cap. 18. & Apostoli Pauli ex 23.  
Actorum, tandem magna cum grauitate con-  
cludit argumentationem his verbis: Cum hęc  
tanta ac talia, & multa alia exempla præcedāt,  
quibus sacerdotalis autoritas & potestas, di-  
uina dignatione firmatur, quales putas esse  
eos, qui sacerdotum hostes & contra ecclesiā  
catholicā rebelles, nec præmonentis Domini  
comminatione, nec futuri iudicij ultione ter-  
rentur? Deindē clarissimis verbis affirmat,  
hanc esse & semper fuisse primam originem, &  
solam causam omniū hæresum & schismatū,  
dicens: Neque enim aliundē hæreses obortæ  
sunt, aut nata schismata sunt, quā inde, q̄  
sacerdoti dei nō obtemperat: nec vnus in ec-  
clesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex  
vice Christi cogitatur. Cui si secundum magi-  
steria diuina obtemperaret fraternitas vni-  
uersa, nemo aduersum sacerdotum collegiū  
quicquam moueret. &c. Viden' quantam obe-  
dientiam sacerdotibus suis velit præstari De-  
us, & quā horribiliter puniat illos, qui hanc  
obedientiam illis non præstant? Neq; verō ab  
hac obedientia liberat quenquam, quod sepe  
accidit, ut sint in pontificibus vitia, etiam gra-  
uissima. Nonnē enim verbum Dei est, Super  
cathedram Moſis sederunt scribæ & phari-  
sæi? Omnia ergō quæcunq; dixerint vobis,  
seruate & facite: secundum opera verō eorū  
nolite facere: Dicunt enim, & non faciunt.  
nonnē pontifex Romanus sedet super cathe-  
dram eius, cui dixit Christus, tibi dabo clauis  
regni cælorum: & quodcunq; ligaueris super  
terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunq;  
solueris super terram, erit solutum & in cælis?  
Qui igitur huius autoritatem ac potestatem  
oppugnat, quam Deus ei tam clarē verbo suo  
asseruit, quid aliud oppugnat, quā verbum  
Dei? Possunt & alia plurima, tū ē scripturis di-  
uinis, tum ex antiquissimis probatissimisque  
Ecclesię patribus ac doctoribus ad hoc con-  
firmādum adduci: sed quorsum est opus? quid  
enim vnquam satisfaciet ei, cui hęc tam clara,  
tam euidentia, tam graui non satisfaciunt?  
De potestate ciuili verbum Dei est: (nisi fortē  
negabunt esse verbum D E I, quod hīc per  
Apostolos suos annunciauit hominibus.)  
Omnis anima potestatibus sublimioribus  
subdita sit. Non est enim potestas nisi à  
D E O. Quæ autem sunt potestates, à D E O  
ordinate sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei  
ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi  
sibi damnationem acquirunt. Nam principes  
non sunt timori boni operis, sed mali. Et cui  
ignotum est horribile illud exemplū Coreh,  
Da-

Dathan & Abiron, Numerorū 16? Hi quoque  
cum insurgerent aduersus Moſen & Aaron,  
prætulerunt se hoc facere secundum verbū  
& voluntatem Dei. Nam hęc sunt eorum ver-  
ba: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo san-  
ctorum est, & in ipsis est dominus. Cur eleua-  
mini super populū domini? Cōfer tu mihi cū  
his hęc verba Luteri: In sacramēto pœnitenti-  
æ, inquit, ac remissione culpe, non plūs facit  
Papa, Episcopus, quā infimus sacerdos: imō  
vbi non est sacerdos, æquē tantum quilibet  
Christianus, etiam si mulier aut puer eſset. Hęc  
atq; alia plūs quā sexcenta, multō etiam in-  
solentiora his, inuenias passim in libris Lute-  
ri. Moſes misit, ut vocaret Dathan & Abiron.  
Illi verō responderunt: Non venimus. Nun-  
quid parū est tibi, quod eduxisti nos &c.  
Quoties pōtifex Romanus & Imperator vo-  
cārent hos, qui se nominant Protestantes, ad  
conciliū vllum, nisi (ut ipsi loquebātur) libe-  
rum, & in Germania legitimē conuocatū. Li-  
berum autem dicebant, in quo nullam habe-  
ret potestatem pontifex, sed in quo ipsis lice-  
ret statuere quæ libere. Hęc ad eō sunt mani-  
festa, ut nullus hominum, cui modō aliquid  
sit frontis, ausit negare. Facta sunt autē omnia  
authore & instigatore M. Lutero, atque eis,  
quos diabólicos incantationibus suis infat-  
uauit. Inter quos erant, & etiam nū sunt mul-  
ti viri præclaris aliōq; ingenijs. Vnum horū  
pro cæteris omnibus hīc nominare libet Phi-  
lippum Melāchthonē, qui iuuenis admodū  
eo ingenio præditus, quo rectē exulto posset  
toti terrarū orbi lucem adferre, magno cum  
suo & generis humani malo incidit in illam  
Circen, & per imprudentiam iuuenilem hau-  
sto venenato poculo, versus est in bestiam,  
ipsa etiam venefica Circe nocentior. Mul-  
tos enim quos nunquā potuisset Luterus  
euertere, (quippe cuius furiosa & impura ne-  
quitia tam erat manifesta, ut plurimos etiam,  
paulō cæteris cordatior, de sua secta offen-  
deret) eos Philippus ingenij stuitate, huma-  
na affabilitate, & eloquentiæ dulcedine dece-  
ptos euertit. Nē quis verō miretur, quod Lu-  
terum nomino Circen, rationem mihi huius  
nominis suppeditauit Erasmus Roteroda-  
mus, in Epistola quadam ad Conradum Go-  
clenium, cuius hęc sunt verba: Doleo istic  
tam multos infectos nouis dogmatibus. Lu-  
terum ex ipsis scriptis deprēhēdo virum ef-  
se sceleratissimū. Zuīnglius & Oecolampadi-  
us planē tyrannidem affectant. Quotquot se  
semel illis sectis addixerunt, exuunt prorsus  
hominem. Ille cōtant iuuenes literatos. Nam  
ipsi nihil discūt, &c. huiusmodi itaq; ingenijs,

itā euerſis ac transformatis, præstigiator ille  
fretus, principib' illis quicquid voluit psuasit.  
Iam verō cum itā decepti, in contumacia &  
rebellionē similes fuerint Coreh, Dathan &  
Abiron, aut certē illis, qui horum insaniam  
erant secuti, quid miraculi est, si quemadmo-  
dum illorum interitus prodigiosus fuit atq;  
horrendus, itā cum hi vincerēt à potestate  
legitima & ordinaria, in sole & elementis ap-  
paruerūt terribilia signa: eademq; quid signi-  
cauerint, hīc pateſcit in scriptura mystica? Ta-  
metſi ego quidem nihil prorsus hīc pronun-  
ciare velim, nē cui videar mihi plūs sumere,  
quā cognitionē meæ personę deceat. Quod  
autem hoc modo collata, in mediū propo-  
no, viris doctis, pijs ac sapientibus considerā-  
da, hoc non opinor quenquam mihi iure vi-  
tio vertere posse. Non est hoc nouum neque  
rarum, illos habere funestos ac prodigiosos  
exitus, qui se legitime potestati, cui ipsi diuina  
ordinatione subiecti esse debebant, oppo-  
nunt, in eandemq; insurgunt. Quid acciderit  
Mauritio, alteri principi electori, quis igno-  
rat? Porrō quæ prodigia huius mortem ante-  
cesserint, ex oratione Ioachimi Camerarij  
in funere eius Lipsiæ habita, recenset Iohānes  
Sleidanus commentariorum lib. 25. his ver-  
bis: Sanguineas guttas in folijs arborum hæ-  
rentes, canum importunissimos latratus, &  
mutuas dilaniationes, equorum velut fremi-  
tus, & concursationes armorum, & alia quæ-  
dam terroris plena: deindē tabernaculum eius  
turbine dissectum, cæteris intactis, & quæsdā  
ipsius voces, velut præſagas futuræ mortis  
atq; prænuncias. Hęc ex oratione Camerarij  
Sleidanus, quibus ipse de suo adijcit quæ fe-  
quuntur: Et sanē quantum ad guttas illas cru-  
entas pertinet, multis in locis vulgō cōspectæ  
sunt. & Argentiæ quidem sub initium Iunii,  
cum super herbas, frondes, tegulas, atq; saxa  
decidissent. Volitabat tunc ingens turba pa-  
pilionum, neq; deerant qui cruorem hunc ab  
ijs emanare dicerent: alij contrā, portendi ali-  
quid atq; significari iudicabant. Hactenū ex  
Sleidano. Prouolauit aliquantō post mortē  
Mauricij libellus quidam in publicum, de  
horribilibus spectris, in arce quadā eius atq;  
alijs locis visis. Verū huic quantum fidei de-  
beat, equidem ignoro. Diuulgata sunt id  
genus plurima intra hos annos, quibus itā tur-  
bata est Ecclesia. Ego iudicium de his omni-  
bus nōo, atque ab hoc sapientiæ & intellectūs  
spiritu donatis viris relinquo. Mihi Pfāmus  
hic occasionem dedit ea proponēdi in mediū  
ad considerandum & expendendum, possint  
ne & hęc referri in ea exempla, quibus doce-  
mur, quantum perē cauendum sit, nē resistamus

superiori potestati, quod Paulus expressè vocat, Dei ordinationi resistere: & addit: Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Fuerunt illi aliquandò principes laudatissimi. Quod autem in eas calamitates inciderunt, Luteri doctrinæ debent: cui similia mala, quæ numero & enormitate sunt in explicabilia, debet non solum Germania, sed totus ferè orbis Christianus. Atque vtinam adhuc horum finem videremus. Hæc nimirum futura præuidit ille in omni doctrinæ genere tantus Erastus Roterodamus, cum (vt supra ostendimus) ad Gocleniū scriberet se ex Luteri scriptis deprehendisse, virum esse sceleratissimum. Nam si maluisset Luterus ex officio viri boni, doctrina sua, consilij & admonitionibus, consulere veræ religioni & publicæ paci Ecclesiæ, quàm perditissimorum hominum more decipere principes, (quibus per tâ ardua, multa, & semper in orbem recurrentia negocia imperiorum, non vacat tantum impendere studij lectioni sacræ, vt ipsi de talibus quæstionibus ac dogmatibus possint per semetipfos rectè iudicare, neque hoc ipforum est munus) & imperitam multitudinē (cuius iudicia quis prudens non nouit?) demerere, odio, ira, furore in clerum accendere & inflāmare, atq; hac ratione sua flagitia non solum tegere, verum etiam tanquam præclara aliqua facinora iactare, totiq; orbi ostentare, ex illis tam nefandis, turpibus atque pudendis, etiam gloriam captare: si, inquam, illa maluisset, quàm hæc facere, longè aliter sua studia & actiones instituisset: Nunquam eas quæstiones ceu paradoxa libris inscripta sparsisset in vulgus, idque lingua vernacula, vt etiam ab indoctissimis cerdonibus ac petulantibus & impuris scurris, morioibus ac Sannionibus legeretur, atq; in conuiujs symposijs que, inter infana pocula ab ebrijs, in cōtumeliam totius cleri recitarent ac decantarentur. Sed si omnino putasset ea monēda ac proponenda alicui, fecisset id in locis conuenientibus, retulisset ad viros, graues ingenijs, doctrina, prudentia ac sapientia præstantes: præterea in eo dignitatis, vocationis, & functionis gradu constitutos, vt credibile esset, etiam hac ratione Deum non denegaturum esse eis spiritum intellectus siue iudicij, vt de talibus rectè possent cognoscere & pronunciare. Si quid animaduertisset, aut animaduertisse sibi videretur erroris in doctrina, id sobriè & modestè, vt virum grauem, religiosum atq; theologum decet, in scholis, inter eiusdē professiois viros differuisset: neq; tam insolenter, omnium quicumq; in omnibus vbiq; theologorum scholis docerēt ac docuissent, iudicia præ suo solius cōtempisset. Si

quid superstitionis vidisset in cæremonijs, quod iudicaret opus esse vt corrigeretur, aut etiam tolleretur, monuisset Episcopos, vt illi ex officio suo, ratione dignitatis & auctoritatis suæ id facerent, idq; monuisset nequaquam famosis & contumeliosis libris: sed placidis ac modestis alloquijs, expositis rationibus, quæ se ad hoc mouerēt. Similiter fecisset in his que desiderasset in ceteris, etiam fortè in summi pontificis aula, in senatu cardinalitio, inferioribusq; episcopis, ac ceteris dignitatum gradibus. Atq; inter hæc omnia feruenti studio, assiduis atq; ardentibus precibus ad Deum, iam non in delicijs thalami, quo sibi solenni voto interdixerat, sed in suo monasterio ad altare Dei publice, & in sua cellula priuatim, quibus se voto adstrinxerat, fufis, postulasset spiritum bonum, non solum sibi, vt ea que vera essent, recta, iusta ac pia, tū intelligeret ipse, tū alios quorum hoc præcipue interesset cognoscere, prudenter ac fortiter admoneret, verum etiā illis ipsis quos admoneret, vt admonentē placidè audirent, & ea que pertinerent ad ipsorum officium, facerent. Quod si non statim res ex animi sententia successisset, Deo pro suæ diuinæ sapientiæ consilij arcane, eam in tempus, quod ipsi placuisset, differeret, non illic prohilisset in publicum, ac tanquam phanaticus aliquis ac furibundus, infans clamoribus, criminationibus, conuicijs, & plusquam scurrilibus dicerijs replisset omnia, ita vt omnem obedientiam, omnem reuerentiam, honorem denique omnem, quem omnes homines superioribus potestatibus debet, è medio tolleret, atque ita confunderet omnia, vt iam nusquam appareat vllus ordo, aut ordinaria disciplina vlla: sed quisq; quid sibi libet, faciat: quod rapit impetus animi, ruant omnes, tanq; feroces & effrenes equi, aut caueis emisse immanissime fere. Miseranda per omnia, deploranda, necnon horribilis rerum humanarum facies, neq; iam vlla videtur ratio ad hæc tam confusa ac perturbata componendum, ad tam lethalia vulnera sanandum alia, quàm si, quemadmodum diabolus per illam erinnyia decepit & inflammauit principes, atq; horum infelicibus auspicijs ac ductu populum, vt deficerent ab illis potestatibus, sub quibus Deus illos ordinatione sua diuina constituerat: neq; verò deficerent tantum, verum etiam armis hostilibus in eandem insurgerent: ita iam ex aduerso misertus populi sui benignissimus deus, excitare dignetur viros, pacifico suo spiritu afflatos, eosdemq; mittat, commendatos gratia, quali olim commendatum legimus sanctum illum Ioseph filium Iacob apud Pharaonē, aliosq; quosdā apud alios monarchas, reges, seu

seu principes, qui moneant illos ac doceant errores ipsorum: & quod oporteat eos agnoscere & colere potestates superiores se, si modò vult idem sibi fieri ab illis, quos habent sub se. Nec sumant sibi ea quæ sunt pontificum, atq; illius ordinis, nè prouocent in se iram Dei, quemadmodum fecerunt Coreh, Dathan & Abiron, Numerorum 16. & Ozias rex, secundi paralipomenon 26. Sed ex officio suo fortiter stringant gladium sibi traditum à Deo in hostes ecclesiæ, exemplo Abraham: atque inde reportata victoria, benedictionem percipiant à sacerdotibus Christi, quemadmodum ille à Melchisedec, qui fuit figura Christi: & quemadmodum ille fuit huius figura, ita pontifices, & præcipue Romanus, sunt eiusdem in terra vicarij. Sicut misit me pater, inquit, & ego mitto vos. Petro autem antequam pateretur, Tibi dabo clauis regni cælorum &c. Post passionē autem & resurrectionē à mortuis, antequam ascenderet in cælum, Pasce agnos meos. Neq; hoc semel dixisse satis habuit, sed repetit eisdē verbis, Pasce agnos meos: ac tertium, Pasce oues meas. Et ad commendandum huius pastoris fidem, iam aditurus passionis mysterium, dixit: Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogauī pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos. Ecce quantum putas obedientiam, quantum reuerentiā, quantum honorem, tanto pastori debemus omnes, quem sic sibi successorem atq; in terrarum vicarium in pascendis ouibus suis constituit celestis ille pastor, ac summus omnium pontifex Iesus Christus? Neq; verò hic respicere debemus ad personam eius, quatenus est homo, eisdem infirmitatibus omnibus subiectus, quibus nos: sed quatenus legatus est, & constitutus à Iesu Christo. Hunc habet iudicem ac dominum suum, cui stat & cadit. Nemo nostrum tā insolens sit ac temerarius, qui sibi iudiciū sumat in tanti homini seruum, in tāti regis, tam grauis & maxime omnium causæ legatum: Sed obseruemus omnes, quid per eum nobis imperet ille, qui legauit eū: Seder Romanus pontifex in Cathedra Petri, quemadmodum de scribis & pharisæis dixit Christus, Sederunt super Cathedram Moysi. Si itaq; tunc turbis atq; discipulis suis præcepit, dicēs: Omnia ergo quecumq; dixerint vobis, seruate & facite: quanto magis nobis nūc præcipit, vt oia seruemus & faciamus quicumq; dixerit ille, qui sedet in cathedra Petri, quæ ipse tanta cū auctoritate ac potestate constituit fundamentum ecclesiæ suæ, atq; ouium suarum pastorem primum? Hæc si quis possit docere principes illos, atq; dedocere ea, quæ Antichristus ille Luterus artibus

suīs diabolicis eis persuasit, is haud dubiè declarauerit se verè habere spiritum Dei: & quod iam superat omnem potentiam humanam, id ille sola gratia & virtute diuina perfecit, nepe, vt resutatis, eiectis, ac profligatis heresibus omnibus, sublati illis Phlegetontes irarum, odiorumq; dissidijs, mundi reduceret gratissimum illum veritatis & iustitiæ solem, nunc multo maxime hominū parti, per illius Tartareæ doctrinæ errores & mendacia tectum & absconditum: atq; ecclesiæ restitueret super omnia amabilem pacem atq; cōcordiam. Rationē præterea ostenderet certissimā, atq; antidotum oīm presentissimū propinauerit: quæ ratio & quo antidoto quicumq; voluerit vti, his nihil vnquam futurum sit periculi ab vlla peste, aut veneno doctrinæ hereticæ. Nulla enim vnq; aut fuit aut futura est heresis, quæ non inde faciat initiū, vt populum abducat ab illo pastore, quem Christus constituit vt pascat & custodiat gregē suum. Hinc abductos, haud secus atque de locijs Vlyssis scribit Homerus, per venenata illa doctrinæ suæ pocula, in quascunq; vult bestias ferasq; transformat. Neque verò hoc est meū somnium, nè quis erret: docuit idem iam ante tot secula, sanctus ille episcopus & martyr Cyprianus, cum eo loco quæ iam ostendimus, tum alijs quibusdam, & grauissimè in tractatu tertio, qui est de simplicitate prælatorum. Huic similes doctrinæ ac testimoniorū locos si quis pergat colligere ex præcis doctoribus ac patribus ecclesiæ, is magnum hinc volumen contexuerit: atq; interea tamen, quantum ad illos attinet, qui nobis ita conturbat ecclesiam, nihil aliud quam luserit operam: neq; enim isti recipiunt illorū patrū auctoritatē, nisi fortè alicubi videant aliquid dicere, quod ipsi, quemadmodum ceteras scripturas, suis istis magicis artibus deprauare possint, atq; ad sua paradoxa stabiliēda detorque-re. Tale, inquam, si quid in eis inueniāt, hic sibi gratulantur quasi palmarum fructus inuenierint: Hic exultant, hic sibi tanq; victoribus plaudunt, atq; hic demum illi sunt eis episcopi, patres ecclesiæ & viri docti. Sin aliquid ex eis producas, quod istis tam aduersetur manifestè, vt nullā admittat deprauationem, neq; patiatur vlla ratione desecti à veritate ad fucandum istorum mendacia, quale est, quod iā adduximus ex Cypriano, iā illi qui id scripserunt, desinūt illis esse, quod fuerant antè. Iam nihil sapuerunt supra vulgus hominum & superstitiosos Papistas, quantumuis illud quod sic scripserunt, nitat firmamentis, ex ipso medio euangelio, cuius titulo isti falsissimè gloriantur, productis, vt in illo Cypriani videmus, quo nihil clarius in biblijs sacris scribi potuit.

Sed priusq̄ progrediar, libet etiam hoc vno dūtaxat exemplo demonstrare. Quis ignorat, q̄ soleant isti contēnere scripta Nicolai Lyranī? Adeo vt sēpē *magis* delirum cognominēt. Ceterū in Euangeliū Matthei scribens, cū exponit locū, q̄ est cap. 16. de datis Petro clauib⁹ regni cęlorū, dictū mirū q̄ istis placeat, eodē locū illū explicet his verbis: Et ego dico tibi, pro te & pro socijs tuis, quia tu es Petrus, i. confessor petrę verę, q̄ Christus est factus. Et sup hanc petrā quam confessus es, i. sup Christum, ædificabo ecclesiā meā. Et portę inferi, i. persequutiones tyrannorū, & insultus & tētatōnes spiritū malignorū. Nō præualebūt aduersūs eā, à vera fide subuertendo. Ex quo patet, q̄ ecclesiā nō cōsistit in hoibus ratiōe potestatis, vel dignitatis ecclesiasticę vel secularis: q̄a multi principes & summi pontifices, & alij inferiores inuenti sunt apostatāsē à fide. Propter quod ecclesiā consistit in illis psonis, in quib⁹ est notitia vera & cōfessio fidei & veritatis. Et tibi dabo clauē, nō solum p te, sed etiā pro alijs. Sicut em̄ cōfessio Petri erat cōfessio aliorū: ita potestas hęc data Petro, intelligit dari alijs. Hęc dum scribit Lyranus, mirū q̄ illis doctus est & fidus euangelij interpres. Ceterorū om̄, q̄ntunū doctōrū virorū grecorū & Latinorū expositiōes, mera sunt deliramenta & sophismata Papiatarū. Valeat iam Chrysofostomus, valeat Theophylactus, valeat Basili⁹ Magnus, valeat Ambrosi⁹, Augustinus, Hieronym⁹, deniq; Cyprianus, Tertullianus, atq; ipsius Petri discipuli Clemens & Anacletus, adeoq; vniuersus ille antiquissimorū patrū chorus, quorū nemo ferē fuit, qui dubitaret ipsum Petrū ratiōe cōfessionis quā illic fecit, à Chro vocari petrā, super quā ædificaturus sit ecclesiā. His oibus iā doctior est, & grauior fideliorq; scripturę interpres Nicolaus Lyran⁹, quātūuis aliās, multorū quidē & maximē istorum hoīm sentētia delirus. Sed videamus obsecro, an illa fuerit Lyranī sentētia, quam isti ex verbis eius cum tanta exultatiōe colligunt. Putant enim illum interpretatione illa tollere omnē primatum Petri, atq; eorū, quicūq; post Petrum federūt in Cathedra eius, & potestātē ligandi atq; soluēdi, nō minūs datā esse cuiuis homini Christiano, in quo sit vera notitia & confessio fidei & veritatis, q̄ Petro, aut post Petrū Pontifici Romano. Hoc si sensit Lyranus, valdē delirauit, idcoq; nos illo tanq̄ deliro reiecto, amplectemur illorū patrū, quos iam recessui, atq; totius ecclesię sententiā. Sed non fuisse illā sententiā Lyranī, ipse Lyranus, cum alibi, tū illo ipso loco satis demonstrauit. Cum enim dixit, Sicut enim confessio Petri, fuit confessio aliorū, ita potestas hęc data Pe-

tro, intelligitur dari alijs: continuō adiecit. Licet Petro principalis, in quantum erat aliorū capitane⁹. Vides illum agnoscere primatum in Petro? Idem in alijs locis scriptorum eius plurimis inuenies. Vndē manifestū est, Lyranum eo loco nequaquā hoc agere, vt tollat ordinē & principatum, quē deus inter sacerdotes etiam veteris legis esse voluit, & Chrs tā apertis verbis instituit in Petro, & semp in ecclesiā permanere voluit: sed monere, nē quis ea potestate tyrānicē abutaf, neq; quisquam sibi blandiā, stultē sibi persuadēs, deum habiturū ratum, si quid dolo malo impetret à summo pontifice, quod sua natura sit iniustum: qualia multa, proh dolor, sēpē nō sinē magno dolore & gemitu videmus fieri. Quis em̄ credat deū habiturum esse ratum, q̄ passim videmus opulentissima quaq; sacerdotia conferri in illos, qui nihil minus in vita præstāt, q̄ quod illorum sacerdotiorum functio requirit? Quis credat Deum approbaturum esse, quod homines indocti, ignaui, dissoluti, ac stolidi nonnunq̄, freti potentia, diuitijs, muneribus & gratia ppinquorum, euehant ad summās dignitates in ecclesiā? Quis credat Deum approbaturum, q̄ multi insatiabili auaritia instigati, nullum faciunt finem congerendi & coaceruandi Beneficia Ecclesiastica, extorquendi pensiones, & ingentia vectigalia ab illis exigendi colligendiq; quibus nihil vnquam vel minimi leuissimiq; beneficioli, neq; præstiterunt, neq; præstare cogitāt? Videas, qui cum felicitate ingenij bonam aliquandō operā nautant, ac præstent aliquod boni, tamen hoc ipsum quicquid est, dum arripiunt in occasionem se suosque propinquos locupletandi & ad eminentiam euehendi, ita contamināt, vt per multa offendicula, aliāq; incōmoda, duplo plūs mali inde consequatur, q̄ illud quod præstiterūt boni. Quā multa velantur illis, quas vocant dispensationes, (soluere legibus Latinē dicitur) quæ penitus cognita nemo vir bonus probare potest: neq; puto ipsos pontifices pleraque eorum cōcessuros, nisi per imposturas eorum qui impetrant, deceptos. Quis credat hęc placere Deo? Quis hunc talia approbaturum, etiam si permittat ea pontifex? Quod si quis potifex, aut cuius presbyter, vel eum quem priuatim oderit, nolit absoluere à peccatis, quantumuis ille idoneam agat penitentiam: aut quem priuatim diligit, absoluat sinē penitentia, quis credat hanc absolutionem & illā ligationē ratam esse coram Deo? Vndē & D. Hieronymus in illud, Et quodcūq; ligaueris &c. Istum locum, inquit, Episcopi & Presbyteri malē intelligētēs, aliquid de pharisæorum assumunt supercilio, vt vel damnēt innocentes, vel

vel soluere se noxios arbitrent. cum apud dominum non sententia sacerdotū, sed reorū vitæ queratur. Et Lyranus in illum ipsum euangelij locum de clauib⁹ ita loquitur: Istę clauē non sunt materiales, sed potestas spiritualis duplex. Vna est potestas discernēdi peccatū à non peccato, sicut in veteri loco sacerdotes iudicabāt inter leprā & non leprā. Aduertendū etiā, q̄ licet homo nō possit hoc benē iudicare sinē scientia, tñ sciētia nō dicit clauē, sed potestas iudicādi per scientiā phabita: & ideo licet scientia non sit clauē, tñ necessariō pręxigitur ad debitū vsum huius clauē. Alia clauē est potestas admittendi ad regnū, vel excludēdi secundum verum iudiciū phabitu: quia debēt indigni excludi, & digni recipi. Et in illud, quod cūq; ligaueris &c. quia supposito hęc in terra debito vfu clauē, Deus illud approbat in cęlis, aliter non. Hęc Lyranus: ex quibus manifestū est, illū non tollere primatum summi potifex, neq; potestātē ei⁹ vlla ex parte minuere: sed docere, quis ei⁹ potestatis debeat esse vfus. Vis vt potifex, aut quis presbyter iudicet tibi iudicij veritatē? Declara te eo animo ad illum venire, vt ex illo discas iudicij veritatē. Expone illi penitus ac bona fide causam tuam: & ora, vt nihil aliud iudicet, q̄ quod putet esse iustum in conspectu Dei. Quin etiam ipsū deū obsecra, vt & tuas petitiōes, & illi⁹ in cōcedēdo iudiciū dirigat, vt res vtrinq; ipsius diuinę sapiētię ac bonitati pbeat. Nō est res ludicra, nec deus sustinet à quoquā irrideri, nē q̄s erret. Errāt autē vehemētē & illi qui veniūt ad presbyterū, ac dicūt se esse peccatores, & petūt absolutionē, nec tñ exponūt in quo peccauerint. Recitata autē à presbytero absolutiōe, credūt se corā deo esse absolutos. Ad hos & illos de quib⁹ paulō antē locuti sumus, nihil p̄tinet illud neuteronomij: Et iudicabunt tibi iudicij veritatē. Nā qui tales sunt, nō q̄runt iudicij veritatē, sed peccati impunitatē, & impunē peccādi licentiā. Tūc adeo stolidū aut supinū facis deū, vt sit approbaturus, si fortē in iustus potifex, tibi p auaritiā, ambitionē, aut quodcūq; animi vitiiū aliqd petenti, quod sua natura sit iniustum, largiat, cōcedat, permittat? nō cō se extēdit potestas ligādi atq; soluēdi, vt potifex atq; presbyteri faciāt alijs potestātē impunē peccandi, in ocio delicijsq; & his q̄ suadet libido, viuēdi, alios, vel ob leuia vel etiam nulla peccata grauitē puniāt aut excōmunicent. Quis adeo despicit, vt Chrm credat talē potestātē dedisse a postolis, & horū successoribus? Quē ad modum nec ipse Chrs ideo passus est & mortu⁹ p nobis, & satisfecit p peccatis nr̄is, vt nos iā deinceps impunē peccemus: sed vt peccatis mortui, iustitię viuamus. Qui alia

sibi psuadent, semetipsos decipiunt, & cęci cęcorū duces pariter in foueas incidūt. Id quod plurimis millibus hoīm nostra ætate accidit, quibus psuaserūt hæretici, nulla esse opus satisfactiōe p peccatis, pter eā quā fecit Chrs. hæreticus ab omī veritate abducit hoīem, quādō abducit ab Ecclesiā, q̄ est colūna & firmamentum veritatis. Potifex autē, aut presbyter, quādō vel suo, vel eius qui ipsum adit, vel vtriusq; vitio exorbitat à sentētia legis diuinę, à veritate deflectit. Vndē idē Lyranus scribēs in 17. cap. Deuter. admonet, simpliciter scriptū esse, & facies q̄cūq; dixerint, q̄ p̄sunt loco, quē elegerit dñs: sed additū esse, et docuerint te iuxta legē eius. Ex quo patet, inq̄, q̄ si dicāt falsum, vel declinēt à lege dei manifestē, nō sunt audiendi. Verūm hinc iā orit difficultas, q̄ rebellis hæreticus aliter q̄ oportet, scripturā interpretās, vociferatur Papā non intelligere scripturā, aut de industria puersē interpretari: idcoq; nō docere populū secundum legē dei. Hoc quādō accidit, qd faciemus? Principiō (quod iā dixi) multū interest, quo aīo quis ascēdat ad locū, & veniat ad sacerdotes, & iudicē qui fuerit illo tēpore. Quod si hoc animo veniat, vt in re dubia, & ad fidē animęq; suę salutē prinēte veritatē discat, & quod iustum est faciat, equidem nihil dubito, quin Deus effecturus sit, vt fiat quod scriptū est, qui iudicabūt tibi iudicij veritatē. Habent em̄ hęc verba vim promissōis. deus aut nō est van⁹, neq; decipit quenquā in pmissis. Sin veniat dolo malo, vt iudicē vel decipiat vel corrūpat, nihil miraculi est, si & falsum iudicet iudex, & ipse, vt quod iniquissimū est, in suū ipsius exiliū obtineat. Porro in rebus perplexissimis ac difficilissimis, summus sacerdos seu potifex, iconuocat cœcumenica cōcilia, hoc est, primores totius ecclesię: quos q̄ nō audiērit, sit tibi tanq̄ ethnicus & publicanus. Quod autē Lyranus vidēt vereri, nē quā faciat iniuriā Chro, si petrā, super quā Chrs ait se ædificaturū esse ecclesiā suā, interpretet ipsum Petrū, cum Paulus neget quēquā posse fundamentum aliud ponere, pter id positū est, quod est Chrs Iesus, frustra verē. Nam vt clarissimē docet Leo Papa, Chrs ipse est petra, & Petrus est petra. Chrs petra primaria, & sua ipsius virtute diuina solidata: Pet⁹ secundaria, prioris, hoc est, Chri, virtute solidata. Chrs lapis positus in fundamentum à deo patre: Petrus lapis, positus in fundamentū à Chro. Eodem modo quo Chrs est lux vera, q̄ illuminat oēm hoīem veniēntē in hūc mundū, Ioh. 1. et apostoli sunt lux mūdi, Mat. 5. Chrs ppriē, & suapte diuina virtute: apostoli à Chro p participationē. Hęc placuit exēpli loco inferere de interpretatiōe Lyranī i illū locū euangelistę, vt videas, q̄ nemo



illis fordeat, dummodò videatur aliquid ipsis dicere: & quantà iniuriam faciât scriptoribus ecclesiasticis, dū scripta eorū ad sua dogmata detorquet. Neq; em hoc sensit Lyranus, quod isti interpretant: & si maximè sensisset, nō est tātus doctor Lyran⁹, vt hūc ceteris oibus Græcis & Latinis pferre debeamus. nā vt taceamus q̄ frigidè & ineptè pleraq; interpretat⁹ sit, hæc ipsa interpretatio de qua iam agimus, violentior est & cōtortior: vt multò comodior sit ceterorū interpretatio, qui Petrus ipsum interpretatur Petrus, super quā edificaturus erat ecclesiam Chrs, idq; ea ratiōe, qua diximus. Preterea multa affingit de suo verbis Chri, q̄ nūquam scripta sunt: quod si nostrū aliquis faceret, aut ipse Lyran⁹ faceret in loco alio ipsis infesto, statim exclamarent, intolerabile fieri vim scripturæ diuinæ. Sed vt ad ppositum reuertamur, nō est alia ratio vlla, qua possit sarciri cōcordia, atq; ecclesie restitui cōseruariq; perpetua pax, q̄ ea, quā nunc paulò antè ostēdimus: nepe vt hoc doceatur principes, quod debeāt illū honorē sacerdotibus dei, & vt eūdem illis exhibeāt, cogātq; populos, vt idē faciāt. Meminerint etiā sacerdotes officij sui, de quo iam q̄dam attigimus, & fortassis alio loco nōnulla attingemus. Nā quod isti iam per tot annos clamāt, se puocare ad conciliū, idq; liberum, & legitimè conuocatū, ista nihil aliud sunt, q̄ merè imposturæ, quib⁹ principes & imperitā multitudinem decipiunt & ludificant. Hoc nisi ratiōe euidentissima, ac per oīa irrefutabili demonstrauero, nō recusauero ab illis p conuiciū nominari, quicquid oibus istis suis calūniandi conuiciandi; artibus excogitare poterūt. Quid em, per deū immortalē, vocant liberū conciliū? Illud opinor, quod cōuocatū in Germania, atq; in hac, loco aliquo ipsis maximè comodo, vbi ipsi, aut illi quos ipsi demētārunt, itā dominant, vt quicūq; eō venerint, vel in ipsorū dogmata cōcedere cogant, vel vt mitissimè cū eis agat, cum multis ludibrijs & cōtumelijs discedere. Hoc quidē ipsis videbit liberū, sed lōgè aliud illis, qui intelligūt, q̄ sint multa in istorum doctrina palam impia & blasphemā: q̄ nemo, qui modò vir bonus esse velit, & veritatis verè euangelicæ fortis ac fidelis defensor, nō poterit nō execrari. nūc q̄ poterit esse libertas in cōcilio tali? Discant hoc vel ex semetipsis, scena paulisper in alterā partem versa. Ipsi nō ignorāt, quid pōtifex Romanus, ac tot⁹ ille chorus episcoporū, quid oēs theologorū scholæ de ipsorum doctrina sentiant. Ideò nō putant liberum esse posse conciliū, in quo disceptatio sit penès Romanū pōtifex, aut episcopos alios, aut etiā penès ipsum Cæsare, aut quēcunq; aliū, qui modò sentiat idē de

fide ac religioe, quod pontifex Romanus, episcopi, theologi, totaq; ecclesia hætenus seaserunt, & etiā nūc sentiunt. Quid igit⁹? An ergo hi concedent aut credēt, liberum fore cōciliū, in quo disceptatio sit penès ipsos, pstantes, aut eos quos ipsi doctrina sua ac paradoxis infatuārit? Scio illos in multis nullam habere pudoris ac verecūdiæ rationē. Vix tñ credidero, post mortuū Lutherum, quenquā in ipsis inuentū iri, qui tā sit perditæ frontis, vt hoc audeat affirmare. Quinā igit⁹ erunt in tā grauib⁹ cōtrouersijs disceptatores? qui iudicēs? nō poterit pōtifex, aut q̄sq̄ quā q̄ sit de sententiā, fide, aut ecclesia pōtifex. talē em recūsabunt protestātes, negabuntq; esse iudicē cōpetentem: cūm pōtifex, & quotquot hūc sequunt, habeant tanq̄ reos, vt quos ipsi de peruersa doctrina & impio cultu sint accusaturi. Neq; verò magis poterit Lutherus, si maximè viuat, aut q̄ quā de huius seeta. Nā hi ipsi pstantur se esse actores. Quis igit⁹ psidebit in tāto iudicio? Quis disceptabit? Quis de causis tā grauib⁹, tā perplexis ac difficilib⁹ cognoscat, ac tādem sententiā pnuociabit? Penès quē erit potestas huius legitima? Nā & legitimū conciliū volūt. Cū neq; Pontificiū esse oporteat, neq; Lutherānū, qualis erit? Neuternē? An igit⁹ Iudeus aliquis, aut Turca, aut Anabaptista, aut aliq; de alia aliqua gente, q̄ æquē execret Lutherū atq; pontificē? Hoc nō opinor eos admitturos. Quis ergo psidebit? Quis partes audiet? Quis de causis cognoscat? Quis disceptabit? Quis sententiā feret? An Cæsar ipse? Atq; is auditis partib⁹ pnuociabit? Quid igit⁹, si pōtifex atq; his quos isti pōtificios vocāt, pnuociārit, an obsecuturi sint Lutherani? An huius sententiā futuri contēti? An huius iudicio acquieturi? Nihil min⁹: quod nemo dubitat. Quid igit⁹? Appellabūt? Quē aut appellabunt superiorē iudicē? Hic iam nō inuenio quē mihi possint nominare alium, q̄ Chrm ipsum. Atq; tale quiddā in ipsorū libris inuenim⁹. Sed quōd & quādō venient ad huius tribunal? Ille iam olim cōtēso celo relidet ad dexterā patris, neq; se indē rediturū pmissit ad iudicandū ante nouissimū diem. Quid igit⁹ fiet? An partes imitatæ Lucianicū illum Icaromenippū, alas sibi fabricabūt, atq; subuolantes in cælum, illic coram Christo cūlas agēt? Hic mihi videor ab aliquo istorū audire blasphemā, siccinē in rē tā sacra iocaris? Hoc si facerē, nihil alienū ab illorū more & consuetudine facerē, q̄ in rebus quantunū grauib⁹ ac sacris, à nulla iocādī seu rritate temperant. Sed quid faciam? quōd me vertam? Non inuenio, quem alium possint appellare iudicem, neq; qua ratione alia possint ad huius tribunal peruenire. Quid igit⁹ fiet? Expectandū for-

fortassis dicent generale illud iudiciū, quod fiet in cōsummatione mundi. Quid? Tantane igit⁹ lis, de tot, tā grauib⁹ & nimium periculosis cōtrouersijs, nō de agello aliquo, aut p̄diolo, sed de his quæ pertinet ad tā innumeraibilia animarū millia, earundēq; æternam vel salutē vel damnationem, pendebit vsq; in illū diem nouissimū? Atq; interea miser populus, qui salutē querit, quæ non potest inueniri alibi, q̄ in ea quæ est verè Ecclesia, dom⁹ dei, spōsa Christi, non sciet, vbi hæc Ecclesia possit inuenire, vtrum apud pontificios, an Lutheranos. Hoc si recipiamus, iā nihil aliud sequetur, q̄ vt oēs tanq̄ oues sinē vllō pastore, per hui⁹ mūdi desertum, vsq; in diē iudicij, in medio immanissimorum luporum erremus. Hoccine viris sapientibus probabitur? Hoccine recipietur? Vix ipsos hoc dicere auros opinor. Iā igit⁹ res planè redijt ad triarios, quod dici solet. Vnicum restat p̄fugiū. Verbum nei erit ille iudex, quē appellabunt: Sic em scriptum est in euangelio secūdum Iohannē: Sermo quem locutus sum, ipse iudicabit. nūc habemus ab ipso Christo expressè nominatum summū iudicē: quē quiuis appellauerit turd, & à quo iam nulla sit appellatio vltrā. Iam illi vicerunt: iā ego captus sum, iam vincus, iam itā cōstrictus, vt nō possim effugere. Quid igit⁹ faciam? Quid institua? Nullāne patet fenestra, aut rima, per quā ex carcere hoc possim elabi? Sed ecce aperitur ostium, patefcunt valvæ totius carceris. Dissiliunt vincula, & quo nihil magis expetēdum captiuo, en adest ratio & præfens facultas capiendi, atq; in hæc ipsa vincula conijciēdi hostes istos meos, qui mihi tanq̄ captiuo cecperāt insultare atq; illudere. Videamus enim ipsum Euangelistā. Nam verba quæ isti citant, planè quidem sic habent, vt citant: sed longè diuersa est, aliaq; eorū sententia ab ea, quā isti fingūt. Neq; verò hoc quicquā est noui. Cum omnibus hæreticis hoc habēt cōmune, vt sua dogmata palliant verbis scripturæ diuinæ, sed à genuina sententia in adulterinam & impiam detortis. Hoc enim didicerunt à patre suo ac magistro diabolo: qui non dubitauit hac arte adoriri etiam ipsum sacræ scripturæ authorem filium Dei. Si filius Dei es, inquit, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollēt te, nē forte offendas ad lapidē pedem tuum. Ecce hoc telum scelestus ille, è scriptura diuina, tāquam pharetra depromptum, ausus est torquere in Deum ipsum. Quid igit⁹ miramur, si videamus hoc tam audax facinus patris sui, semper vbique ac perpetuū imitari filios eius hæreticos, quotiescunq; p̄lium instituunt, & cōfigunt cum filijs Dei ex ea, quem hūc vnicam

habet spōsam, Ecclesia? Sed neo gratias, qui vt ille scelestus filios ac satellites suos istis artibus instruit, armatq; in filios Dei, itā ex aduerso multò melius deus filios athletasq; suos instruit armatq; per spiritū suum sanctum, vt intelligant & sciant illa tela sinē vulnere excipere, atq; in illum ipsum, qui torfit, hostē itā rectorquere, vt caput feriant, vt quemadmodum de superbo illo Goliath, à Dauid lapidis icu prostrato legimus, in terram prosternant. Experiamur itaque & nos hoc loco, an principis nostri Iesu Christi, sub cuius vexillo militantes cū hoste congregimur, auspicijs, simile quiddam præstare possimus. Torquet ille in nos telum hoc modo: Chri verbum est, sermo quem locutus sum, ille iudicabit: Ergo de doctrina nostra nullum recipimus hominem iudicem, sed verbum Dei. Quid ais scelestē? An in hanc sententiā verbum illud protulit Chrs? Adde quæ præcedunt, & quæ sequuntur, atq; omnibus hominibus cōspicuum fiet, q̄ perfidē atq; blasphemē tu abutaris verbis Chri, ex euangelio, aduersus euangelium ipsum, & aduersus ipsum Chrm. Christus eo in loco negat se priore illo suo aduentu in hoc venisse in mundū, vt iudicet atq; condēnet mundum, sed vt doceat ac saluificet. Iudiciū autē hoc sibi reseruare vsq; in aduentū alterum. Atq; tunc se iudicaturū & condēnaturum incredulos, idq; per illū ipsum sermonē, quem illi per incredulitatem tunc respuerunt. Iam quid hæc faciunt ad illud iudiciū, quo disceptandū est de dogmatibus fidei? nūc em iam non q̄ritur, sit necne recipiēdum euāgelium: quippe quod nemo veneratione maiore recipit, q̄ nos, qui manemus ac perseueram⁹ in ecclesia dei: sed q̄ritur, quæ sit recta ac genuina euāgelij sententiā: quā hæretici semper subdolis interpretatiōibus ac citationibus deprauāt: nos contra, quāta possumus constantia, fide, ac recta interpretatione defendimus. Neq; ibi Chrs de vllō iudicio loquitur eorū, quibus in rebus humanis semper est opus ad dirimendū lites & cōtentiones, q̄ infinitis de causis exoriūtur quotidie: in quibus semp necessariū est, hostes aliquos iudices cum legitima potestate p̄fidere, sententiā pnuociare, & eos qui victi fuerint, cogere vt quiescant, & his quos leserint, secūdum leges satis faciāt. De horū nullo ibi loquitur Chrs, sed solo illo iudicio, quod ipse faciet in nouissimo die. Hoc quo fiat euidentius, adferamus ipsa verba Dñi, nō vtrinque truncata, & in adulterinum sensum detorta, vt facit hæreticus, sed in suo pleno genuinoq; sensu perfectā, vt decet ingenuè Christianum. Ego lux in mundum veni, inquit, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat: Et si quis audierit verba mea,

mea, & non custodierit, ego non iudico eum. Non enim veni ut iudicem mundū, sed ut saluificem mundū. Qui spernit me, & nō accipit verba mea, habet qui iudicet eū. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eū in nouissimo die. In nunc o tu scelestissime, & iacta euangelium, gloriare euangeliū, pallia, phalera, & quomodo cūque potes, flagitiorū tuorum prodigiosa portenta cōtege splendido, plausibiliq; titulo euangelij: cū hīc omnibus manifestū fiat, quāto cū sacrilegio tu abutaris verbis euangelij cōtra ipsum euangeliū. Vis autē scire, quē tibi in tuis istis hereticis libris & cōtentionibus iudicē cōstituerit deus, etiā in ipso euangeliō? en, accipe, ego tibi hīc ostendā, ut videas q̄ impiē tu contra verbum & voluntatē dei iudiciū tibi fumās de eo, a quo tu ordinatiōe diuina iudicium petere & expectare debebas. In deuteronomio quid legis? Ad quē iudicem te mittit deus, si quādō difficile & ambiguū apud te iudiciū esse perspexeris? Ad quē locum te iubet ascendere? nonne hęc ibi sunt verba dñi? Surge & ascēde ad locum, quē elegerit dñs deus tuus: veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē qui fuerit illo tēpore: q̄resq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcūq; dixerint qui præsunt loco, quē elegerit n̄s, & docuerint te iuxta legē ei⁹, sequerisq; sententiā eorū: nec declinabis ad dextrā neq; ad sinistrā. Iam tu mihi huc adhibe euangelium, & per lapidē illum angularem, qui est Chr̄s, coniunge vtriusq; testamenti structurā, ut intelligas Chr̄m, cū dicit Petro, tibi dabo clauēs &c. tibi dicere: cū inceperis dubitare de doctrina fidei, cultu ac religiōe, ascēde ad locū in quo est cathedra Petri: veniesq; ad sacerdotes, qui sunt in eo ordine, quē ego institui in apostolis meis, & per apostolos meos, & qui habēt eandē potestātē ratiōe loci illius & ordinis, quē ego dedi apostolis meis: & ad illū pontificē qui fuerit illo tempore: queresq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcūq; dixerint, qui præsunt loco, &c. Non hęc omnia tibi loquitur Chr̄s illis ipsis verbis, quibus Petro dat clauēs illas, additq; seratum habiturum in cælis, quicquid ille ligauerit ac soluerit super terram? Inficiare hoc, si audes: aut refuta, si potes. Non ansurum te illud, equidem nō facildē affirmauero, quem video tam multa enormia, horrenda, & abominanda facinora esse ausum. Refutare autē non posse, certō scio: nisi tam stolidū facis Chr̄m, ut tantam in te & me dederit potestātē alicui, cui te & me nollet per omnia obtemperare. Quis princeps tam desipuit vnq; qui in sua aliqua ciuitate constitueret Magistratum, populū autem eius ciuitatis nollet obedire illi

magistratui? Quā igitur fronte, quo animo, qua perditissima sceleratē conscientiæ tuę impudētia, tantā stultitiā atq; demētiā infimā, las ipsum filium Dei, ipsam æterni patris æternam, incomprehensibilem, & inscrutabilem sapientiā, ut hinc rediturus ad patrem, cōstituat sibi legatū suum & vicariū, cum tam plena rerum omnium potestātē: populū autē suum nō velit huic tanq; sibi metip̄s, si adsit, dum aberit ipse, obedire? Ipsa rerum natura te docere debebat, nullam esse posse potestatem, nisi ex altera parte sit obedientia subditorum: Quem admodum enim sublatis liberis, simul tollitur paternitas: sublata seruitute, tollitur dominium: mortua vxore, is qui fuit maritus, definit esse maritus: ita per omnia se res habet in potestātē, ut sublata obedientiā, simul tollat potestās. nam hanc esse omnium relatiuorum naturam, tota philosophorum schola nouit & clamat. Quicunq; igitur abnegata obedientia superiori potestati resistunt, non solum ordinationi diuinæ, iuxta verbū apostoli, resistūt: sed ipsum opus Dei, quantum quidem in ipsis est, destruunt atq; è medio tollūt. Meritō igitur tales horribilibus supplicijs interimit deus. et cū auctore apostolo, omnis potestas à Rom. 13. Deo sit, atq; omnis anima potestatis sublimiorib⁹ debeat esse subiecta, dic tu mihi, potestne esse potestas vlla maior, aut sublimior in terra, quam potestas ita ligandi soluediq; ut quicquid hic ligaueris soluerisq; in terra, idem deus sit habiturus pro ligato atq; soluto in cælis? Atqui hanc potestātē dedit Petro, atq; in ipso Petro omnibus illis, quotquot sederunt vnq; aut sedebunt in cathedra Petri, vsq; ad consummationem huius seculi, quem admodum Moſi & illis qui sederunt in cathedra eius, dedit potestātē mandandi, præcipiendi, & iudicandi de omnibus, vsq; ad consummationem legis Mosaiçæ. Super cathedrā moſis, inquit, sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quęcunq; dixerint vobis, seruate & facite. Quibus autē hoc, & quādō tā grauiter præcepit dñs ac deus noster Iesus Christus? Præcepit non solum turbis Iudęorum, verum etiā suis ipsi⁹ electis atq; dilectis discipulis: & præcepit, quādō iam instabat illius potestatis & cathedræ finis: quādō aderat ipse, qui aboliturus erat Cathedram Moſis, & erecturus cathedram Petri, ut videlicet doceret, quantam obedientiā vellet præstari Petro & successoribus Petri, cū tantā à suis etiā ipsius discipulis vellet præstari successoribus Moſis, etiam tam improbis & sceleratis, ut videre est per totū illud caput euangelij Mat. 23. Quinetiā ipsemet suo ipsius exemplo eandē obedientiā approbavit, docuit & confirmavit, dum se illis iudi-

iudicandum, condēnandum, crucifigendūq; permisit. Hęc nimirum intellexerunt, atq; etiamnum intelligūt laudatissimi quic; imperatores, reges, ac principes orbis Chřiani, quādō se eouſq; demittunt, ut etiā pedes, qui resideret in cathedra Petri, osculētur. Hereticus autē cū hoc audit, exclamat, ut tātum nō rūpatur, rē fieri indignissimā oīm, Romanū Papam hoc sibi sumere, ut patiat sibi osculari pedes etiā à tantis Monarchis: atq; hac ratiōe vociferantur illū efferre sese etiā supra ipsum Christū. Vbi em̄, inquit, vnq; tale quiddā sibi fieri permittit Chr̄s? Sed si me audire sustineat cōtumacissimi hoīes, ego ex ipso euangelio, ad quod ipsi nunq; non, tanq; ad supremum tribunal, puocant, apertissimē ostendam. nā apud Lucam quō legis? Et stans retrō secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguētō vngēbat. Quid autē ad hęc Christus? num repulit eā? num negauit sibi honorem illum deberi? Audi quid respōderit hospiti suo Simoni, factum illud calumniant: Vides, inquit, hanc mulierē? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hęc autē lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit: osculum mihi non dedisti: hęc autē ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Propter quod dico tibi, remittunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Vides nunc o tu, quē in presentiarū illis nominibus quibus dignus es, nō appello, vides, in quā, q̄ pōtiffex Romanus recipit oscula pedū, hoc illum facere exēplo principis sui Christi: neq; ad semetipsum hunc honorē referre, sed ad eū à quo legatus est, & cuius vice adueniētes recipit, audit, ius dicit, ligat, soluit? Quōd si magni reges ac principes putant grauem iniuriā fieri sibi, si nō eo quo dignum est, honore excipiātur legati ab ipsis missi, quid putas illū regē regum ac dñm dominātium Iesum Chr̄m de te tuiq; similibus sentire, quādō pro honore, quē tāto ipsius legato deberis, nihil aliud q̄ conuicia, cōtumelias, opprobria, & quicquid iniuriarū excogitare potestis, desertis? Quis credat vos amare Chr̄m, aut nō potius deuotissimos esse hostes Chr̄i, & quod est verbū Iohannis apostoli, antichristos? Cæc⁹ es heretice perditissime, cæc⁹ es, in quā, tua malitia te excæcauit. Nō vides quid intersit inter Chr̄m, quādō sublatis in suos humeros peccatis nostris, vtriq; potestati, Ecclesiasticę in Pōtifficibus, & ciuili in Pilato sese submitrit, ut per supplicium crucis penas q̄ nostris sceleribus debebantur, depēdat: atq; eundē, quādō vti legatus nei patris, recipit agentem penitentiam peccatorem, eideq; potestātē ea quā accepit à patre, peccata

remittit. Hęc si videres, nō debaccharere tam impiē atq; blasphemē in illum, quē Chr̄s legauit, & in loco ac vice sua cōstituit in terris, cū eadē illa potestātē, quam ipse accepit à patre. Quodcūq; ligaueris super terrā, inquit, erit ligatum & in cælis: & quodcunq; solueris super terrā, erit solutū & in cælis. Et, Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Quorum remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt. Et: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Non eodē modo se gerit pōtiffex, aut cuius episcopus, pastor, aut presbyter, quādō supplicat deo, p̄ peccatis populi, atq; etiā suis ipsius: & quādō in cathedra tanq; legatus à deo missus residēs, audit peccatōrē, atq; eidē edicit ac mādāt, nomine ei⁹ qui legauit ipsum, quid facere, qd̄ omittere debeat. Quādō no bis edicit q̄ facere debemus, tanq; legatus à deo veniēs loquit: & nos ab ore eius pēdere debemus, & legē ex ore eius requirere, quia angelus dñi exercitūū est. Quādō verō altari assūstus precēs & sacrificiū offert, tanq; à nobis veniens legatione fungitur apud deū. Quod si intelligeret agnosceretq; popul⁹, magna sanē cum reuerētia, magno cum tremore adstaret sacrificanti sacerdoti, ardētissimis votis ac desiderijs optās, orās & obsecrās, ut ea q̄ petit sacerdos, impetret. Neq; em̄ tanq; priuatus aliquis pro se solo, sed tanq; legatus publicus, p̄ toto populo precēs & sacrificia offert. Hęc si veriora sunt & euidētiora, q̄ vt quisquā quicquā eis possit contradicere, nisi palām velit abnegare euangeliū ipsum: an nō manifestissimē cōsequit, verissimū esse quod docuit Cyprianus, non aliūdē natas esse hæreses, q̄ in dē, q̄ homines superbientes, noluerint agnoscere summum ecclesiæ sacerdotē, neq; huic tanq; legato & vicario Christi, obtemperare? Prætereā hinc esse solā & vnicā rationem componendi hęc tam horrenda dissidia, ut per viros bonos, doctos, ac sapientes, hoc doceant principes atq; populi, ut hunc sacerdotē agnoscat, & eam quam habet potestatem, q̄ hęc superet omnē potestatem humanam, neq; aliūdē sit q̄ ab ipso deo, cui rebellat, qui huic potestati rebellat. Hoc si intelligatur, si recipiatur, si fortiter & constanter semper atq; perpetuō recineatur, in promptu est, in manu est ratio omnium certissima, & præter quam nō est alia vlla, tum ea q̄ nunc sunt dissidia in Ecclesia cōponendi, tum nē vnq; similia exoriātur, prouidēdi. Cætera quæ de hac re conscripsimus, hęc transsilimus, & ad psalmum reuertimur. Quod nostra translatio in hoc versu, ex cuius occasione hęc scripsimus, habet: Sicut cera quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderūt

solem: id est Hieronymus transtulit his verbis: Quasi vermis labefactus pertranseat, quasi abortiuum mulieris, quod non vidit solem. Ad verbum transferri poterit: Sicut limax liquefactionis ingreditur: abortiuum mulieris, non viderit solem. Harum, & si quæ præterea sunt, translatio sententia, ferè nihil differt à sententia nostræ huius. Limax liquefactionis, hebraismus est, pro eo quod nos dicimus, limax liquefcens. Est itaq; sensus, interprete Iohanne Campensi: Similes fiant limaci, quæ inter rependum colliquefcit: & abortiuo, vel talpæ, quæ non videt solem: Hoc est, Impij illi sic peribunt, sicut limax quæ sunt tabis, qua contabescit ac interit, etiam in ipso solo per quod repit, signa ac vestigia relinquit: & sicut abortiuum, quod moritur etiam antequàm nascatur. His omnibus significatur inexpectatus ac repentinus impiorum hominum interitus. Idem significatur verfu qui iam sequitur.

7+ Priusquam intelligerent spinæ vestra rhamnum, sicut viuentes sic in ira absorbet eos.] Euthymius ait, rhamnū dumorum quoddam genus esse, quod maximis & acutissimis refertum sit aculeis: esse itaq; hanc sententiam prophetæ: Ignis ille quem diximus, prius irruet in vos, q̄ spinæ vestrae, i. peccata vestra, intelligat rhamnum, i. priusquam ad summum deueniant cumulum, eo modo quo tenuiores spinæ tandem adauctæ, rhamni speciē gerit: quod & re ipsa accidit, inquit: Nam Saul postmodum non diu vixit. Sed quod nostra translatio habet, spinæ vestrae, in Hebræo est, **סִרְיָה**: quod Hebræorum magistri interpretantur, ollæ vestrae: ut sit sensus, priusquam sentiāt ollæ vestrae calorem rhamni sub se ardentis, quasi viuentes, tanq̄ ira absorbebit eum. Porro **סִרְיָה** & spinā significat, & ollam: Sed quandò spinam, video vt plurimum in plurali habere **סִרְיָה**: quandò verò ollam, **סִרְיָה**. Nostri verò interpretes ferè omnes vertunt hoc loco, spinæ vestrae. D. Hieronymus totū versum hoc modo: Anteq̄ crescant spinæ vestrae in rhamnum, quasi viuentes, quasi in ira tempestas rapiet eos. Iohannes Campensis in paraphrasi his verbis: Priusquam crescant spinæ vestrae, o impij, in rhamnum, in flore ætatis, veluti iratus Dñs subuertet eum, qui dux est vester vnà vobiscum. Omnes hæc translationes eodè tēdunt, nem-

pe, citò & antequàm ipsi hoc expectēt, perituros esse impios illos.

Letabitur iustus cum viderit vindictam manus suas lauabit in sanguine peccatorum.] Hæc est tertia totius psalmi pars, q̄ est de victoria iustorum, & iustitiæ fructu. Quod ait, Letabitur, non est ita accipiendum, quasi voluptatē capturi sint iusti ex impiorum supplicijs. Hoc em̄ non est iustorum ac bonorum, sed crudelium tyrannorum. Verum q̄ videbit deū non negligere sanctos suos, sed pro sua diuina iustitia ac bonitate hos ab illorū iniurijs vindicare, amplissimis iustitiæ p̄mijs donare, hoc summopere delectabit eū. Nō gaudebunt iusti aliorū malis, sed gratulabuntur sibi sua bona. Tametsi propheta suo more sermonē non nihil flefcit, accomodans illum affectibus moribusq; humanis, qui stragibus, cladibusq; hostiū suorū gaudere consueuerunt. Hinc est quod ait, Manus suas lauabit in sanguine peccatorum. Augustinus per allegoriā interpretatur in hanc sententiā: Iustus vidēs vindictā dei in peccatores, lauabit in sanguine eorū manus suas, i. mūdiores reddet a cōditiōe vitæ suæ, dū ex illorū supplicijs discit, Deū punire peccata, opera autē iustitiæ remunerare. Pro eo quod noster interpres dixit, manus suas, in Hebræo est **יָדַי**, i. pedes suos: vt sit sensus, facta impiorum strage, ipse victor per sanguinem eorum gradietur, pedes suos in eo lauas.

Et dicit homo: si vtiq̄ est fructus iusto, vtiq̄ est Deus iudicās eos in terra.] Hoc est, homo videns tantos iustitiæ fructus, etiam in hac vita, secū philosophabitur in animo suo, dicēs: profecto si ita res habet, vt deo sic perdat impios, sanctos autē suos cōseruet, tueatur, ac foueat: stultissimi sunt, qui putāt Deū non curare res hominū: cūm declaret factis, se iudiciū exercere etiam in hac terra, dum sceleratos ita punit, & iustos tanta cum abundantia remunerat. Explicui, quanta potui diligentia ac fide, hūc psalmum. In quo datis occasionibus, prolixius de afflictionibus ecclesiæ, q̄ in hac nostra tempora inciderūt, disserui. Hoc nō dubito viros bonos in bonā partē esse interpretaturos. Ipsa rerū q̄ acciderūt, indignitas, & malorum q̄ patimur, atrocitas, huc impulerunt me, vt fortassis liberius, q̄ p̄ mea cōditiōe, videar locutus. Cōfido nihilominus futurū, vt oēs æq; iudicij viri agnoscat, q̄ neminem affecerim iniuria.

## PSALMVS LVIII.

**E**Ripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua me. Quia ecce ceperunt animā meam, irruerunt in me fortes.

fortes. Neq; iniquitas mea, neq; peccatum meum dñe, sinè iniquitate cūcūri & direxi. Exurge in occursum meū, & vide, & tu Domine Deus virtutum, deus Isracl. Intende ad visitandas omnes gentes, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum, quoniam quis audiuit? Et tu dñe deridebis eos, & ad nihilū deduces omnes gentes. Fortitudinem meā ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia eius præueniet me. Deus ostendit mihi super inimicos meos, nē occidas eos, nē quādò obliuiscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua, & depone eos pro teator meus Domine. Delictum oris eorum sermonem labiorum ipso rum, & comprehendantur in superbia sua. Et de execratione & mēdacio annunciantur in consummatione, in ira cōsummationis, & non erūt. Et scient quia Deus dominabitur Iacob, & finium terræ. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò nō fuerint saturati, & murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo manē misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus, & refugium meū in die tribulationis meæ. Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus misericordia mea.

## IN PSALMVM LVIII.

## TITVLVS.

**T**itulus hic in eā translatione, qua vtimur in Ecclesia, ita habet: In finem, nē disperdas Dauid, in tituli inscriptiōe, quandò misit Saul, & custodiuit domū eius; vt interficeret eum. Prior huius tituli pars hanc potest habere sententiam, iuxta hanc quidem translationem: Respice in finem omnium eorum quæ in Dauide geruntur, hoc est, in Christum, qui est finis totius legis & prophetarū, vt non disperdas Dauid in tituli inscriptione: id est, nē dispipes regnum Christi, per Dauid significati, vt regium illum titulum, quo Deus illum honorare dignatus est, immutes. Ex Græca translatione ad verbum sonat: In finem nē corumpas Dauid in tituli inscriptionem. Hoc licuerit hoc modo exponere: Respice in Christum, qui finis est, nē corumpas ea quæ diuinitus reuelata sunt Dauidi, in inscriptionem regij ac triumphalis tituli. De hoc titulo diximus iam in superioris psalmi titulum. Cæterum ex Hebræo transfertur hoc modo: Victori, nē disperdas, ipius Dauid humilis & perfecti. Vel, secundum Hieronymum, Victori, vt non disperdas Dauid humilem ac simplicem. Huius hæc est sententia: Psalmus hic datus est victori, hoc est, præsulī siue antistiti eorum qui musica in domo seu templo Dei tractant, in quo canitur prophetia de non disperdendo

Dauide rege diuinitus designato, aut regno eius, quantumvis in oculis hominum sit humilis, pauper, afflictus, atque interea in sua innocentia integer atq; perfectus. Christus victor est, non solum diaboli & mortis in prælio, verum etiam omnium sanctorum martirum, & cæterorum, quotquot in organis corporum suorum, Deo dulcissimos hymnos cecinerunt in certamine musico. Inter hos psalmam obtinuit, horum factus est præsul, horū antistes, atq; totius chori moderator. His opinor priorem tituli huius partem satis esse explicatam. Secunda, qua dicitur, Quandò misit Saul, & custodiuit domum eius, vt interficeret eum, (vel, vt ex Hebræo sonat ad verbum, quandò misit Saul, & custodiuerunt domum, vt interficerent eum) attingit historiam, quæ legitur primi Regum decimonono, his verbis: misit ergo Saul satellites suos nocte in domum Dauid, vt custodirent eum, & interficerent manē. Quod cūm annunciauisset Dauid Michol vxor sua, dicens: Nisi saluaueris te nocte hac, crās morieris: deposuit eum per fenestram. Porro ille abiit, & aufugit, atq; saluaus est. Hæc Diuus Augustinus mysticè de sepulcro Christi interpretatur, quod Iudei per Saulem significari, procurarunt per milites custodiri, vt manē, hoc est, facta resurrectione, interficerent eum, hoc est, memoriam eius extinguerent. Sed Michol vxor eius, id est, Ec-

Esa. 7. iuxta LXX.

clesia sponsa Christi, emisit eum per fenestram. Quid est fenestra? Est ea domus pars, per quam lux intrat in domum. Ea fenestra in Ecclesia fides est. Lux est intellectus veritatis. Hic intellectus fide percipitur. Nisi credideritis, inquit Esaias, non intelligetis, per fidem itaque innotuit toti terrarum orbi, quod Christus in ligno crucis moriendo, mortem vicit: & sepulchro resurgendo, vitam reparavit: atque de potestatibus triumphando, regnum patris intravit, declaratusque est verus rex verorum Iudaeorum, hoc est, omnium eorum qui per confessionem veritatis Deum laudibus suis celebrant. Atque hic est ille regius titulus eius, quem impossibile est corrumpi seu aboleri, quantumvis impij illi obstrepentes vociferentur: Noli scribere, rex Iudaeorum. Hæc de titulo, nunc ad argumentum psalmi.

Iohan. 19.

## ARGUMENTVM PSALMI.

**T**Ria in hoc psalmo agit, atque omnia hæc in mysterio, sub persona Christi, secundum huius naturam humanam: nec non corporis eius mystici, quæ est ecclesia. Principio petit eripi de manibus inimicorum, hoc est, resuscitari à mortuis. Deinde vaticinatur de hostium suorum, hoc est, populi Iudaici conversione, quæ fiet ante consummationem huius seculi. Postremò tanquam omnium inimicorum suorum victor, gratias agit cum laudibus illi, cuius beneficio hæc omnia sit consecutus.

## EXPLICATIO PSALMI.

**E**Ripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me, libera me.] In ipsum David hostiliter insurrexit Saul atque huius satellites, dum obsidentes domum observauerunt eum, ut comprehensum occiderent. In Christum hostilius etiam insurrexerunt pontifices Iudaeorum, dum non satis habuerunt occidisse eum per supplicium crucis, nisi nomen etiam eius penitus abolerent. Unde constituerunt milites, qui observarent sepulchrum: quos etiam data pecunia corrumperunt, ut dicerent furto sublatum esse, ad cuius resurgens miracula territi, de sepulchro fugerant. In nos, qui sumus membra corporis illius mystici, quanta cum saevitia insurgunt crudelissimi Turcæ, pertinacissimi in sua superstitione Iudej, & supra hos omnes formidandi, propter intestinas insidias, tot millia falsorum fratrum, & perfidissimorum hæreticorum. Hi enim prætextu religionis ac verbi DEI, tecti pellibus ovinis, cum sint saevissimi rapacissimi que lupi, multo nocentius grassantur, quam illi qui se aperte profiterentur esse hostes CHRISTI & Ecclesie

eius. Unde magna nobis incumbit necessitas clamandi assidue ad Dominum ac Deum nostrum, ut à tam multis, varijs, & crudelibus hostibus eripiat nos. In hoc versu nihil est quod nos ratione translationis remoretur: nisi forte admonendum est, interpretem in medio versus, ubi ait, & ab insurgentibus &c. coniunctionem &, de suo adiecisse: & pro, libera me, potuisse vertere iuxta proprietatem verbi Hebraei, protege me. Est enim hebraicè

*Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua me.]* Operantes iniquitatem, sunt, quotquot Christum, vel in ipso capite, vel in membris & corpore illo mystico, quæ est Ecclesia, persequuntur. Iidem dicuntur viri sanguinum, hoc est, sanguinarij: quod CHRISTI & sanctorum eius sanguinem non desinunt effundere. Statim ab initio generis humani Cain effudit sanguinem Abelis fratris sui: quem nepos eius Lamech, atque alij innumerabiles sunt imitati. Ac tandem peruentum est ad eos qui occiderunt ipsum Caput CHRISTVM: cuius sanguinem cum effudissent, aggressi sunt discipulos eius, in primis autem Stephanum: deinde Apostolos, atque horum discipulos ac successores. Neque erit huius persecutionis finis, ante finem huius mundi. Ab huius itaque initio usque ad consummationem eius clamat CHRISTVS in sanctis membris corporis sui mystici, orans de viris illis iniquis & sanguinarijs eripi atque saluari.

*Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.]* Pro, ceperunt animam meam: ex Hebræo sonat, insidiati sunt animæ meæ. Pro irruerunt in me fortes, Congregati sunt aduersum me fortes. Sed quinam sunt illi fortes? Hoc certe est opere precium non ignorare. Neque enim parum momenti habet ad victoriam, nouisse vires, dolos, insidias ac stratagemata sui hostis. Omnium fortissimus hostis est aduersarius noster diabolus, nunquam desinens circuire nos tanquam leonem, quærens quos deuoret. Sed sunt etiam fortes huius mundi tyranni: qualis fuit in regno Iudaico Saul contra humilem & afflictum Dauidem: qualis Iudeorum pontifices, Herodes, Pilatus, contra dominum nostrum Iesum Christum, secundum carnem & eam paupertatem, qua non habebat ubi reclinarer caput, insurrexerunt, quales iidem contra Apostolos ac discipulos eius, homines plebeios & piscatores: qualis Nero Imperator contra Petrum & Paulum: quales ceteri tyranni contra inermem ecclesiam. Attamen his omnibus potentiores ad nocendum

dum sunt hæretici: quod hi symbolis quibusdam militum Christi, quæ furtim adipiscuntur, excubitores seu vigiles decipientes, in ipsa castra subintrant, & pro sua crudelitate ac sanguinaria libidine grassantur & occidunt, dum ab imprudentibus, symbolorum consonantia deceptis, non noscuntur hostes, sed pro ciuibus commilitonibusque recipiuntur. Ab his itaque ut virtute ac protectione Dei eripiamur atque saluemur, assidue nobis ad protectionem nostrum Deum clamandum est.

*Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri & direxi.]* Prior pars huius versus, in distinctione Hebraica, est posterior pars precedentis. Sententia manifesta est: nempe, nulla mea iniquitate, neque illo peccato meo illos læsi, ut aliquid iustæ causæ habeant ita in me læuendi. Sic apud Iohannem Dominus: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quod sequitur, *Sine iniquitate cucurri & direxi,* apud Hebræos est initium versus. Sensus, secundum nostram hanc translationem est, auctore Euthymio: Absque peccato cum eis conuersatus sum: atque ideò direxi, hoc est, actiones meas ad virtutem dirigendo, me omnibus æquum præbui. Cæterum ex Hebræo ad verbum translatum sonat hoc modo: Sine iniquitate currunt & preparantur: hoc est, Quamquam nulla eos unquam affecit iniuria, illi tamen nihilominus currunt, festinant, & omnibus quibuscunq; possunt rationibus se aduersum me instruant, ut perdant.

*Exurge in occursum meum, & vide.]* Hoc est, O Deus meus, qui in excelso, extra omnia tela hostium securus tutusque resides, exurge, ut his meis afflictionibus occurras: & vide, quam atrociter patiar, ut me à tot, tam potentibus & crudelibus hostibus serues. Loquitur autem propheta mysticè, spiritu prophetico, in persona Christi, secundum humanam huius naturam. Impossibile enim est, vllas afflictiones in naturam diuinam incidere. Sed Diuus Augustinus indicat in his altius quoddam mysterium. Exurgit enim Deus pater in occursum filij, quod manifestum facit hominibus, filium esse sibi æqualem. Iudei corruptis pecunia custodibus sepulchri, conati sunt extinguere gloriam resurrectionis. Deus autem occurrens, exaltauit illum, atque in dextra sua constituit, ut iam omnis lingua confiteatur, quod Dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Unde putat Augustinus illud, & vide, habere hæc significationem: & fac ut omnes gentes per totum terrarum orbem videant

hanc gloriam meam, quam apud te habeo, hæc æqualitatem que est inter te & me: ut per hanc cognitionem habeant vitam æternam. Hæc est enim vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, Iohan. 17. Iam huic pulcherrimè consonat quod sequitur in Psalmo:

*Et tu Domine Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.]* Quasi dicat: O tu Domine Deus virtutum, hoc est, exercituum celestium illius & inuictissimè, imò oia vincens militie, (אֱלֹהֵינוּ) qui hætenus dixeris vnus gentis Iudaicæ Deus, intende, hoc est, (ut ex Hebræo sonat) euigila, exurge, ut regnum tuum proferas, & extra fines populi huius Iudaici, qui ne recipere quidem te regem suum dignatur, in omnes gentes totius orbis terrarum extendas: ut quicumque Evangelio tuo credentes, te regem suum læti recipiunt, legibus, præceptis, & mandatis tuis libenter obediunt, hi misericordiam, gratiam, & vitam æternam consequantur. Qui verò in sua malitia pertinaces permanentes, neque verbum tuum, neque mandata recipiunt: sed contumaciter respsant, Nolumus hunc regnare super nos, horum ne miserearis. Indigni enim tales sunt misericordia tua. Hoc autem quam graue illis futurum sit, ut quisque in animo suo prudenter expendat, propheta noster suo more accinit suum illud *אֱלֹהֵינוּ*. Jam verò illud dissimulare nolim, quod sanctus Augustinus prudentissimè differit in posteriorem huius versus partem, qua dicitur: *non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem:* Est autem eius disputationis hæc summa. Quod ait, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem, duobus modis intelligi potest: Siue quia omnino nulla peccata impunita relinquit Deus, siue quod est quedam iniquitas, quam qui operantur, omnino eorum deus non misereatur. Iniquitas omnis, inquit, parua magnæ sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine penitentiam agere, aut à Deo vindicante. Nam & quem penitet, punit seipsum. Ergo fratres puniamus nostra peccata, si querimus misericordiam Dei. Non potest Deus misereri omnium operantium iniquitatem, quasi blandiens peccatis, aut quasi non eradicans peccata. Prorsus aut punis, aut punit. Vis nõ puniat? Punit tu. Nam & illud fecisti, quod impunitum esse nõ possit: sed à te puniatur potius, ut facias quod in illo Psalmo scriptum est, Præueniamus faciem eius in confessione. Quid est, præueniamus faciem eius in confessione? Anteq̃ ipse attendat ut puniat, tu

TT 3 præueni

preueni confitendo, & puni. Non ille inueniat quod puniat: quia cum tu punis iniquitatem, facis æquitatem. Et ideo tui miserebitur Deus, quia iam te operantem æquitatem inuenit Deus. Quid est, operantem æquitatem? Quia hoc in te odisti quod & odit ille, ut incipias placere DEO, dum hoc in te punis, quod displicet Deo. Nam non potest impunitum relinquere peccatum, quia verum est, Non miserearis omnium qui operantur iniquitatem. Hæc est prior illa sententia, in quam pie & commodè interpretari possumus verbum illud prophetæ. Iam videamus alterum illum modum siue sententiam, & q̄ sit illa iniquitas, quæ qui operantur, illorum non miserebitur Deus. Hæc iniquitas est, qua homines nolunt desistere à peccando, nec pœnitentiam agere: sed peccata sua defendunt etiam, remouentes ea à se, & in Deum, tanquam is sibi horum extiterit author, conferentes. Hoc faciunt negantes libertatem arbitrij seu voluntatis humanæ, asserentes homines non posse iuste agere: & hæc illis esse causam peccati: esse illos eo fato natos, & sub illis sideribus, ut cogantur (velint nolint) aut furari, aut latrocinari, aut mœchari, aut alia id genus scelera patrare. Hi prorsus nolunt respicere, nolunt agere pœnitentiam: sed obstinati pergunt peccare, Deum ipsum interim accusantes, qui hac lege ipsos condiderit, ut peccent. Quapropter indignissimi sunt misericordia: neque vnquam consequentur eam, iuxta hoc verbum nostri prophetæ: Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

*Conuertentur ad vesp̄am, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Hunc versum bifariam exponunt. Nam alij de conuersione gentium putant loqui prophetã, qua ab idolis ad Deum verum conuersæ sunt, idque ad vesp̄am, id est, sexta, hoc est, postrema etate,

1. Iohan. 2. iuxta verbum Iohãnis quo ait: Filioli mei, non-  
1. Cor. 10. uissima hora est: & Pauli: Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Alij de reliquijs Iudæorum, quæ tandem agnoscetes errorem suum, post Christum iam crucifixum & rediituum ex mortuis, post ascensionem eius & missum spiritum sanctum, conuersi sunt, & per illum eundem sanguinem, quem ipsi crucifigentes Dominum, effuderat, salui facti sunt: nimirum iuxta vaticinium esaiæ, quod citatur ab

Esa. 10.  
Rom. 9.

Esa. 1.

Apostolo Paulo: Si fuerit, inquit, numerus filiorum Israël tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Atq; hoc est illud semen, de quo idē propheta alibi, & citatur ab Apostolo eodem illo ad Romanos loco: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuif-

femus. Porro tametsi de vtriusq; nobis dico, qui ex gentibus conuersi credimus, & illis qui ex Iudæis, rectè & commodè verba hæc nostri prophetæ interpretari possumus, respicienti tamen ad titulum & argumentum psalmi, magis videtur congruere his qui ex Iudæis. Quorum etiam reliquiæ postremæ sub finem huius ætatis conuertentur, iuxta prophetiam Osee cap. 3. Dies multos sedebunt filij Israël sine rege & c. & post hæc conuertentur & c. Vnde & Apostolus ait: Cum plenitudo gentium intrauerit, omnis Israël saluus fiet, Rom. 11. Et quod apud Matth. 11. Dominus: Helias cum venerit, restituet omnia. Quod ait, *famem patientur*, hoc est, esurient & sitient iustitiam. Atq; hæc est illa salutaris fames, quæ beatos efficit: quod hanc patientibus Dominus promisit fore vt *Math. 5.* faturentur. Tales fuerunt illi, de quibus in Actis Lucas: Qui susceperunt, inquit, verbū cū *Act. 17.* omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent. Famem patientur vt canes, inquit. Quid sibi vult, quod comparat eos canibus? Nemo ignorat, quàm sit famelicum animal canis. Iudæi execrabantur gentes tanquam immundas, neq; pluris æstimabant quàm canes. Ex quorum sententia Dominus apud Matth. ad mulierē Chananzam loquens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Quid ad hæc illa? Non stomachatur, non fert indignè se appellari canē: sed tanquam ex osculans hoc nomen, respondet: Etiam Domine: Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Vides auidissimam vrgentissimamq; famem canis: sed audi quid hæc impetrauerit: O mulier, inquit, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Audin' tu ò infelix Iudæa, audin', in quâ, quid impetret famis istius canis? Iamdudum aduesperascit: mundus tendit ad occasum: præterijt tibi, imò perijt in incredulitate tua dies: cœuere te saltem ad vesp̄am, & imitare hos canes. incipe tandem aliquandò esurire panē verbi Dei, panem Euangelicæ doctrinæ, panē illum qui de cælo descendit: quem quicumque manducant, hi viuunt in æternum. Et circuibunt ciuitatem, inquit noster propheta. Quenam est illa ciuitas? Frigidum mihi videtur, & propemodum puerile, quod quidam, præsertim Euthymius, hic interpretantur Ierusalem, ad quam ex dispersione venerunt Iudæi & c. Longè alia est hæc ciuitas: ea videlicet, quæ per illam Ierusalem est significata, hoc est, Ecclesia, in totum terrarum orbem dilatata. Hanc tanquam famelicis canes circuibunt, quærentes panem verbi Dei, secundum prophetiam Amos prophetæ, qua dixit: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem super

super terram, non famem panis, neque sitim aque, sed audiendi verbum Dei: & commouebuntur à mari vsq; ad mare, id est, circuibunt ecclesiam, quæ per orbem terrarum longè ac latè extenditur. Qui cortici nudæ historig de Dauide inhaerent, neq; penetrant ad sensum mysticum seu spiritualem de domino nostro Iesu Christo, illi longè aliter interpretantur. Neq; verò id mirum est, cum plurimum interfit inter occidentem literam, & spiritum viuificantem. Conuersionem intelligunt assiduum discursiōem: vesp̄am, finem diei artificialis: pro, famem patientur, transferunt latrabunt. verbum Hebræum est, *אֲרָבִי* quod generalius quiddam significat, nempe inquietum esse, tumultum excitare siue tumultuari. Quibus omnibus nihil aliud significari putant, quàm eam sollicitudinem, qua ministri Saulis ea nocte obseruauerunt Dauidem, nè qua elaberetur. Sed quia nos iam gustauimus mustum doctrinæ Euangelicæ, fastidium fatuas illas aquas interpretationum Iudaicarum. Possumus tamen etiam ex illa quæ est secundum historiam, sententiam elicere mysticam, à superiori illa diuersam quidem, non tamè absurdam: nempe vt per ministros Saulis, quosuis hostes Christi & Ecclesiæ intelligamus, q̄ ad vesp̄am, id est, mundi huius occasum, discursantes & circumeuntes, latratibus suis infestant Ecclesiam. Huic non malè consonat quod sequitur:

*Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit?* Si cui placeat retinere postremam interpretationem versûs precedentis, is interpretabitur hunc in hanc sententiam: Ecce loquentur (vel loquuntur) in ore suo, hoc est, inter se conferunt de perdedo me: & gladius (vel, vt ex Hebræo, gladij) in labijs eorum: hoc est, ipsa eorum verba tanquam gladij quidam sunt, ad meam necem comparati. Et hæc quidè secundum historiam de ministris Saulis, insidiantibus Dauidi: secundum mysterium verò de Iudæis persecutoribus Christi, atque de omnibus Ecclesiæ hostibus: maximè verò hæreticis, quorū verba sunt sic acutissima, quibus ex insidijs imprudentes inuadunt & interficiunt. Atque ita id quod in fine versûs dicitur, quoniam quis audiuit? siue ex Hebræo, quoniam quis audit? hanc habet sententiam: Nemo enim nostras insidias intelligit: eo securius grassabimur. Si verò præcedentem versum cum Augustino, alijsque viris doctissimis, interpretemur de illis, qui ad vesp̄am, hoc est, mundi finem, conuertuntur ad CHRISTVM, & esuriunt panem doctrinæ eius & c. iam hunc inter-

pretabimur in hanc sententiam: Ecce loquentur in ore suo, hoc est, iam ad fidem conuersi, etiam ore fidem quam corde apprehenderunt, alijs annunciabunt: & gladius ille spiritualis, quod est verbū Dei, versabit in labijs eorū: & conuertentur se non ea auiditate audiri qua debebant, dicentes: Quoniam quis audiuit? vt sit idem cum illo: Quis credidit auditui nostro?

*Et tu Domine deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes.* Qui sunt illi quos deridebit Dominus? Sunt illi, qui per insidias, Christo, & membris corporis eius mystici mortē machinantur: quales sæui illi tyranni, & horum scelerati satellites, quemadmodum Saul & huius ministri, Dauidi mortem machinabantur: quales crudelissimi animarum latrones hæretici: quæ falsæ doctrinæ p̄ insidias, imprudentes conficiunt. Deridebit & illos Dominus, qui ad sanam doctrinam aures obturant: neque credere volunt eorum sermoni, qui legitime à Deo missi, sermonem Euangelicum fideliter annunciant. Hi nunc ludibrio habent filios Dei. Ipse autem Deus vicissim deridebit eos, quando confusi discedent in ignem æternum: filijs autem cum summa exultatione intrantibus in regnum patris. Pro eo quod noster interpres dixit, & ad nihilum deduces: in Hebræo est, *אֲרָבִי*, id est, subfannabis: vt sit simile illi quod est Psal. 2. Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus subfannabit eos.

*Fortitudinem meam apud te custodiam, quia Deus susceptor meus es.* Hoc bifariam intelligere possumus: principio secundum historiam quidem sub Dauidis persona, hoc sensu: Dum Saul me persequitur, armatus inermem, magno satellitio stipatus solitarium, ego fortitudinem meam custodiam apud te, id est, cauebo nè à tua gratia protectioneque excidam: quoniam tu es protectio mea. Sub Christi verò persona, aut Ecclesiæ, simili modo, dum huius hostes, cuiuscunque etiam generis, crudeliter sæuiunt, omnis spes victoriæ nobis in Deo est: quoniam is vt Christi (quatenus is homo) susceptor, siue, vt ex Hebræo sonat, protectio fuit, ita & Ecclesiæ & huius filiorum protector est. Deinde secundum historiam de Dauide quis intelligere poterit: qui aliquoties cum posset Saulem hostem suum interficere, fortitudinem suam apud Deum tanquam depositam custodiuit, nè id faceret: quemadmodum Christus, cum etiam vnico verbo hostes suos posset prosternere, quod declarauit cum diceret, Ego sum: tamen se illis capiendum Iohan. 18. & crucifigendum permisit. Sciebat enim quod Deus

Phil. 2. Deus protector suus esset: qui & exaltauit eum, & dedit ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu flectatur omne genu. Vnde & nos discimus, nullam esse certiorē rationem vincendi, q̄ vt p̄sidijs nostris diffisi, ad Deum confugiamus, & virtutē seu fortitudinem nostram apud illum cull odiamus. mihi vindictam, inquit, & ego retribuam.

Rom. 12. Deus meus, misericordia eius p̄ueniet me: Deus ostendit mihi super inimicos meos.] Hoc modo in Hebr̄o distinguitur. Pro, Deus meus, hebraicē est simpliciter *אֱלֹהֵי*, id est, deus. Sed suspicor Septuaginta legisse *אֱלֹהֵינוּ*. Hoc enim significat, Deus meus. Est autem in priore parte versus Hebraismus, quem optimē reddidit in sua translatione Diuus Hieronymus his verbis: Dei mei misericordia p̄ueniet me. Itā translationum, manifestam habet sententiam: nempe, Tanta est benignitas Dei & misericordia erga me, vt etiam anteuersurus sit vota mea & preces auxilio suo. Vel, (vt quidam interpretantur) anteq̄ opus habeam, antequam hostis adueniat, ipse mihi auxilio suo sit adfuturus. Pro eo quod noster interpres dixit, *Deus ostendit mihi super inimicos meos*, id Diuus Hieronymus melius reddidit: Deus ostēdit mihi insidiatores meos. Hoc est, dedit mihi intellectū, vt intelligam & cognoscam eos qui mihi insidiantur, vt non possint me suis insidijs imprudentem opprimere. Est autem hoc non exiguum donum Dei, nouisse eos, qui cū veniant in vestimentis ouium, intūs tamen sunt lupi rapaces. Non est hæc minima pars Philosophiæ Christianæ, posse discernere hominem hæreticum, pseudopphetam, pseudopphetam, ab orthodoxæ fidei doctore. Qui hoc didicit, is sciat se reuera multum in hac doctrina profecisse. Nouerunt enim perfidi illi omnia dogmata sua, quantunuis pestifera atq; lethalia, itā fucare verbis scripturæ diuinæ, vt imprudentes putent se nihil aliud audire aut legere, quàm ipsissimum purissimumque verbum Dei. Hanc artem à patre suo diabolo discunt: qui cū sit princeps tenebrarum, tamen nouit se transfigurare in angelum lucis.

Matt. 7.

2. Cor. 11.

1. Cor. 11.

*Nē occidas eos, nē quando obliuiscantur populi mei.*] Hoc est, nē penitus & in totum extirpes populū illum Iudaicum, quantunuis ingratum & impium: nē quando cæteris gentibus in obliuionem abeat, me aliquandō habuisse eos populū meū electū & vnicē dilectū. Neq; sine causa permittit Deus frequenter exoriri hæreses in Ecclesia: Verē enim dixit Apostolus: Oportet hæreses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Miror

quī factum sit, vt in translatione Græca pro, *populi mei*, sit *τοὺς υἱοὺς τοῦ θεοῦ*, id est, legis tuæ: cū in Hebr̄o nihil tale sit.

*Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine.*] Hoc omnes videmus iam esse factum. Nusquā enim certam sedem habet populus ille Iudaicus, sed per omnes nationes dispersi vagantur. Et hoc factum est virtute, id est, potentia Dei, cui fuerunt rebelles. Pro, depone eos, commodiūs dixisset interpres, prosterne eos. Tale est, quod apud Matt. innuit Dominus, cū ait: Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes: Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, fortē mansissent vsque in hanc diem.

Matt. 12.

*Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum: & comprehendantur in superbia sua.*] Hoc Diuus Augustinus argutē interpretatur, repetēs ē superioribus verbum, occidas. Ibi dictum est, Nē occidas eos. Quid igitur eis facies? Occidas delictum oris eorum, quod nā est illud delictum oris? Hoc nimirum, quod volentes extinguere CHRISTVM, vociferabantur, Crucifige crucifige eum. Quomodō hoc delictum oris eorum Deus occidit? Quia quem illi in cruce occiderunt, Deus à mortuis resuscitauit: & cuius resurrectionem, data custodibus sepulcri pecunia, suppresserunt, hunc DEVS non solum resuscitauit à mortuis, verum etiam in dextra sua collocauit: deditque nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu flectatur omne genu, cælestium, terrestrium, & infernorum. Vides occisum delictum oris eorum, hoc est, delictum ac refutatū impium illorum de CHRISTO iudicium: & sermonē illum blasphemum, quo negauerunt illi spem esse in Deo. Vides etiam comprehensos in superbia sua. Quæ fuit illa superbia? Illa nimirum, qua sibi tanquā victoribus plaudentes dicebant: Sperauit in Domino: eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum. In hac superba insultatione iam comprehensi sunt. Deus enim declarauit, quā non fuerit vana illa spes, quā ille non sit sua tam beata spe frustratus. Eripuit enim illum non solum ex illorum blasphemorum manibus, verum etiā ex ipsa morte, ex inferni faucibus: & ē sepulcro, quantunuis diligenter clauso, obsignato, & à militibus custodito eduxit: ac tandem in cælo ad dextram suam collocauit. Viden' illos in superbia sua comprehensos? Iam nihil est opus horum interpretationi diutiūs immorari. Nam ea quæ sunt in Hebr̄o, nihil ab his discrepant. Quod autem sequitur,

Iohan. 19.

Phil. 2.

Phil. 2.

Et

*Et de execratione, & de mendacio annunciantur.*] Hoc in Hebr̄o non est initium alterius versūs: sed huius, quem nunc interpretati sumus, finis. Sensus est, secundū hanc quædam translationem: Annunciantur, hoc est, omnibus fient fabula, ab omnibus redarguent de execratione, hoc est, q̄ me filium Dei, sibi missum à Deo, vt saluos ipsos facerē, execrati sunt tanq̄ blasphemū in Deū, q̄ non negauerim me filium eius esse: & tanq̄ seductorē populi, quem docui viā veritatis & iustitiæ, qua in cælum itur: & de mendacio, quo de me impudenter mentiti sunt, q̄ veterim dare tributa Cæsari: cū contraria docuerim, nempe vt darent Cæsari q̄ sunt Cæsaris, & quæ Dei, Deo. De his, inquam, annunciantur, i. publico sermōe deferentur, q̄ tam impiē de doctrina mea & operibus per calumnias & blasphemias sint locuti. Ceterum id quod noster interpres dixit, annunciantur, in translatione Græca verbum est medium, tam actiue q̄ passiuē significationis, *ἀγγελλομαι*, i. annunciantur, vel annunciantur. In Hebr̄o autē planē actiuū est *אָנְכִי*, i. narrabūt: vt sit sensus, De execratione & mendacio ipsi narrabūt, hoc est, palām confitebūtur se in hoc peccasse, q̄ execrati sunt Christum, & impijs mēdacijs traduxerunt. Quandō autem hæc fiunt? Sequitur:

*In consummatione in ira consummationis, & nō erunt.*] Quænam est illa consummatio? Illa nimirum, de qua Christus loquit, cū dicit: Sic erit in consummatione seculi. Tunc enim videbunt in quem pupugerunt. Hoc vehementiūs inculcat eo quod sequitur, in ira consummationis: hoc est, in die iudicij, q̄ auditi sunt: Itē maledicti in ignem æternū &c. Tunc non ampliūs erunt, sed ē numero viuentium, tanq̄ hædi ab agnis segregati & eieci, in æternū peribunt. Atq; hæc quidē est huius translationis sententia, à qua nihil discrepāt q̄ sunt in Hebr̄o. Ea ad verbum translata, sic sonāt: Consume in furore: consume, & non sint. Vt Propheta spiritu moreq; Prophetico alloquaf Deū in hanc sententiam: Consume impios illos in tuo furore: consume eos, vt post hæc, presus non sint.

*Et sciant q̄ Deus dñabitur Iacob & finit̄ terre* *אֱלֹהֵינוּ*] Hoc est, Tūc sua ipsorū xpientia discāt id, quod mihi tuo o Deus legato & filio credere noluerūt. Quid nā est hoc? Nepe q̄ Deus p̄vigenitū filium suum, dñum habet in posteritate sancti patriarchæ Iacob: neq; in hanc tantū, sed in oēs fines totius terræ. Ipse em̄ filius, est summus ille angularis lapis, vtrunq; patrietē coniungens, hoc est, vtranque gentem

in vnam Ecclesiā, q̄ domus est ac templū Dei, concilians. Hoc autē quantum sit opus ac bñficiū Dei, quō altiūs infigat memoriæ cogitationiq; nostræ, accinit Propheta *אֱלֹהֵינוּ*.

*Couertantur ad vesperam, & famem patiētur vt canes, & circuibunt ciuitatē.*] Hunc versum iam supra satis luculēter & copiosē explicuimus. Quamobrem nunc non est opus, vt ei diutiūs immoremur.

*Ipsi dispergentur ad manducandum: si verd nō fuerint saturati, & murmurabunt.*] Dispergētur, siue (vt ex Hebr̄o sonat) vagabunt, hoc est, de loco ad locum discurrent, vt comparēt sibi victum: cū aut nō inueniant quo saturētur, murmurabunt, non quidē iam contra Deum, sed cōtra seipsos, q̄ tam serd resipuerint, vt iam non possint se doctrina hac cælesti saturare. Itā nonnulli interpretant. Euthymius tñ aliter interpretatur, nempe q̄ cum nusq̄ inueniāt quo sibi satisfiat, more maiorū suorum murmuraturi sint aduersus Deū. Pro *murmurabunt*, in Hebr̄o est *אֵינֵם*, i. dormient: vt sit sensus: Si non fuerint consecuti quo cupiditatem suam ac desiderium saturant, in sua fame obdormient. Hoc certē videmus iam illis vltra millequingentos annos euenire perpetuō. Per totum terrarū orbem discursant. Expectant Messiam suū cum desiderio summo, nolētes credere Euāgelio quod iam olim venierit: & in hac fame obdormiunt, hoc est, moriuntur omnes.

*Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo manē misericordiam tuam.*] Hæc quæ hinc incipit, est tertia pars Psalmi: in qua iā victor oīm inimicorum suorum exultās gratias agit Deo, cuius gratia & bñficiū victoriam sit consecutus. Ego inquit, cantabo fortitudinē tuam, hoc est, carminibus meis & canticis celebrabo te, quod tua fortitudine hostes meos prostraueris, & me ab illorum crudelitate seruaueris. Et exaltabo, hoc est, laudibus offeram misericordiam tuam, hoc est, benignitatē tuam erga me: idq; faciam manē, hoc est, exorto iam sole per resurrectionis gloriam. Manē, inquam, nos omnes, quotquot in Christum ex mortuis rediuuū pie credimus, exaltabim⁹ misericordiam Dei. Manē, inquam, quandō tranfactis hisce tentationibus, atque discussis omnibus huius mundi tenebris, ipsi quoque rediuui ex mortuis, æterni illius, & nunquā occubitori solis claritate fruemur. Atq; hoc iustissima hæc de causa.

*Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.*] Hoc non indiget expositio. Quod ait, susceptor: Hebraicē est *אֱלֹהֵינוּ*, id est, protectio: Hieronymus tran-

VV tulit,

tulit, fortitudo. In die tribulationis, hoc est, tempore afflictionis.

*Adiutor meus, tibi psallam: quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia mea.]* Neque in his vlla est difficultas. Quod ait, *adiutor meus*: in Hebræo est *אֲדִיטוֹר*, quod verti potuit, fortitudo mea: sed eadem manet sententia. Hieronymus totum versum ita transtulit: Virtutē meam tibi cantabo: quoniam Deus adiutor meus, Deus misericordia mea. Hoc est, carminibus & hymnis meis confitebor tibi, quia hanc

meam tam lætā beatamque de hostibus meis victoriā, nullis viribus meis, sed tua virtute, tuo auxilio, tua denique erga me misericordia ac benignitate sum consecutus. Ad eam victoriā, adque tam lætā epinicia adiuuet atque euehat nos quoque optimus, fortissimus, inuictissimusque Deus pater, per vnigenitum filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, in spiritu sancto: qui est vnus, verus, & æternus Deus: cui laus, gloria, honor, & imperium in secula seculorum, Amen.

PSALMVS LIX.

**D**eus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis. Commouisti terrā, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. Ostendisti populo tuo dura, potastis nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcūs. Et liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me. Deus locutus est in sancto suo, lætabor & partabor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metabor. Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Effraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus, Moab olla spei meæ. In Idumæam extendam calcamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam? Nonne tu Deus qui repulisti nos? & non egredieris deus in virtutibus nostris. Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominibus. In Deo faciemus virtutē, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

IN PSALMVM LIX.

Titulus in translatione qua vtimur in Ecclesia.

**I**n finem pro his qui commutabuntur, in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinā, cum succedit Mesopotamiam Syrię, & Syriam Sobal, & couertit Ioab, & percussit Edom in valle salinarum duodecim millia. Finē iam antē factis dictum est, esse Christum, in quo finis est & consummatio omnium eorum quæ in lege sunt & Prophetis scripta. Pro his qui commutabuntur, hoc secundum figuram historię poterimus intelligere de eis, qui cum aliquādō essent hostes Dauidis regis noui, adhærentes adhuc veteri illi Sauli, postea cōmutati sunt, & libenter regem suum agnouerunt, atque titulum regium in illo sunt venerati. Secundum rei veritatē illi, qui aliquā noluerūt agnoscere Christum regem, neque exuere veterem illum Adam, vt induerent nouum, postea verō resipuerunt: & renati ex aqua & spiritu sancto, Christi titulum regium ac triumphalem nobiscum adorant. Atque hæc in spiritu reuelata sunt ipsi Dauid, quod d. qui Psalmum hunc super eo argumento cecinit: idque in doctrinam, vt videlicet nos hinc discamus scripturæ diuinæ mysteria, nempe, quod quæ in figura præcesserunt in Dauide, in rei veritate secutura fue-

rint, & iam secuta sint ad salutem nostram in Christo: qui quemadmodum Dauid succedit Mesopotamiam, & Syriam Sobal igne, fecitque sibi vtranque tributariam, ita misit ignē doctrinæ & charitatis suæ in terram: qua eos qui crediderunt & baptizati sunt, inflāmauit, vt fructibus fidei & charitatis domū eius regiam, quæ est Ecclesia, assidue ditent ac ornent. Atque hæc effecit per suum ducem Ioab, quod paternitatem sonat. Percussit enim Deus nos non gladio hostili vt pderet, sed virga paterna, vt saluos faceret: idque in valle salinarum, siue salis, hoc est, in humiliatione, in qua coquitur sal ille cælestis sapientiæ: percussit autem duodecim millia, quæ constant quatuor ternarijs: quia per duodecim Apostolos omnes gentes, à quatuor mudi cardinibus, doctrina sacrę triadis repleuit. Hęc est explicatio tituli huius iuxta hanc, quam habemus translationem. Hinc iam nō erit difficile colligere sententiā eorum quæ sunt in Hebræo. Ea sic transferri possunt: Victori pro lilio, testimonium *אֲדִיטוֹר*, (quod Hieronymus vertit, humilis & simplicis: alij carminis gen⁹ esse putāt, de quo iam dictum est) Dauidis ad docendum: cum expugnaret Syriam Mesopotamiam, & Syriam Sobal, & reuersus est Ioab, & percussit Edom

in val-

in valle salis, duodecim millia, Victor Christus est, vt in superioribus titulis diximus. Is cecinit hoc carmen pro lilijs suis, qui non alij sunt, quàm illi immutati, nempe qui per regenerationis lauacrum mundati, lilliorum cædorem induerunt, & per fragrantiam operū charitatis, facti sunt bon⁹ odor Christi, iuxta verbum Apostoli: & per hæc ipsa opera testimonium de se præbent habitantis in se Christi, qui cum humilis esset ac mitis corde, omnes inuitauit ad se, vt hanc ipsam humilitatem & mansuetudinem à se discerent: propterea (inquit) humilis & simplicis Dauidis ad dicendum. Quandō autē hæc fecit? Quandō expugnauit Syriā Mesopotamiam, hoc est, eam quæ inter flumina sita est: quæ videlicet aqua baptismatis semel inundata, assidue irrigatur fluentis doctrinæ cælestis: & Syriā \* Sobah, quæ disciplinæ præceptis ad resistendum hosti diabolo exercetur. Nam hoc per *אֲדִיטוֹר* significatur: quod interpretatum sonat, præceptum in ea. Hęc sunt per quæ Deus regno suo subiicit genus humanum, aqua baptismi, & salutaris doctrinæ: præcepta viuendi, & virga disciplinæ. Atque hæc omnia gessit animo nequaquam tyrannico, sed per ducem suum Ioab, vt dixi, hoc est, affectu paterno, & virga paterna: qua percussit Edom *אֲדִיטוֹר*, hoc est, genus humanum, in duodecim millibus significatum vniuersum, à quatuor totius mundi plagis, in illa mystica triade perfectum: & in valle salis, siue salinarum. Neque enim in tumore superbię, sed in modestia humiliatiōis discitur vera sapientia. Hoc etiam per nomē Syriæ nobis indicatur, quæ Hebræicè dicitur *אֲדִיטוֹר* quod superbiām significat. Superbis resistit Deus, humilibus autē dat gratiam. Superbos percutit, vt humiliatos sanet. Hinc est quod Iohannes Baptista, cum veniret in regionem Iordanis, & predicaret baptismum penitentię in remissionem peccatorum, inter cætera sic diceret: Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei. Ecce, oportet superbā illam Syriam humiliari, oportet humiles & afflictos subleuari: vt quod prauum erat, fiat directū: & quod per inequalitatem seu iniquitatem erat asperum, fiat per æquitatem planū: Cum hæc facta fuerint, tunc omnis caro, i. omnis homo, videbit salutare Dei. Porro historiā quæ in titulo attingitur, lege 2. Reg. 8. & 10. & 1. Paralip. 18. Atque hæc quidem de titulo: nunc ad argumentum Psalmi.

ARGVMENTVM PSALMI.

**P**salms tribus partibus cōstat. In prima canit paternam illam correptionem, qua eos tanquā virga percussit vt resipiscerent. Deindē per enumerationem aliquot regionū, significat regnū Dei, hoc est, Ecclesiam Christi, dilatandam esse per totum terrarum orbē. Postremō implorat auxilium Dei, sub nostra omnium persona, dum pegrinamur in his terris, donec hinc perducamur in illam ciuitatē cælestem, quā hęc iuxta quorundam sententiā, vocat ciuitatem munitam, hoc est, omnibus hostibus prorsus inaccessā.

EXPLICATIO PSALMI.

**D**eus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis. Loquitur Propheta sub illorum persona, qui diuina correptione emendati, in melius commutati, abluti, & lilliorum candorem induti, beneficiū Dei agnoscunt, gratias agunt: & cum imploratione gratiæ & auxiliij perpetui, se totos illi subiiciunt. Nam hi significati sunt per illos quos Dauid succedit, ac sibi tributarios fecit: & quos per suum ducem Ioab percussit. Quod ait, repulisti nos, *אֲדִיטוֹר*, id est, tanquā execrabiles reieicisti nos. Destruixisti, Hebræicè *אֲדִיטוֹר* id est, dissipasti, disiecisti, seu dispersisti nos. Hęc facit Deus, quandō permittit oriri bella, irruere hostes, nōn solum illos qui flamma & ferro sequuntur, verū etiam multo grauius illos, qui seditiosa doctrina. Quandō autem, aut quamobrem facit? Quandō irascitur peccatis populi sui, quandō vult eos emendare. Neque tamē hæc sine misericordia. Si quis paternam correptionem agnoscens resipiscat, vitamque emendet, in promptu est misericordia: statim acerbiter illam correptionis conuertit in paterni amoris dulcedinem. Quod noster interpres dixit, & misertus es nobis, in Hebræo est, *אֲדִיטוֹר לָנוּ*, quod Hieronymus vertit, conuertisti nos. Est tamen iuxta proprietatē linguæ Hebræę temporis futuri, Conuertaris ad nos, siue precandi modo, Conuertaris ad nos: vt sit sensus: qui tanquā abominatus & execratus nos, auertisti te à nobis, manibus flagellantium propter peccata nostra nos tradens: conuerte nunc te rursum ad nos, vt castigatorem & emendatorem miserearis. Huic sententię pulchrè consonat versus, qui sequitur in Psalmo:

*Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia cōmota est.]* Quomodo commouit terram? Per correptionem admonuit habitatores terrę, vt quisque in sese descenderet, peccata sua agnosceret, penitentiam ageret: atque hac ratione conturbauit eos, hoc est,

VV 2 cor-

contristavit. Viderunt iustam in se iram Dei: & commoti, pœnitentiam egerunt. Iam itaq; tempus aderat, vt sanaret contritiões eorum. Hoc est quod ait: *sana contritiões eius, quia cōmota est.*

*Ostendisti populo tuo dura: potisti nos vino compunctiões.* Hoc est, varias afflictiones sup nos induxisti, dolore atque tristitia nos implevisti. Hoc enim per vinum compunctiões significat. Tali vino potamur propter peccata nostra: cum alioqui vinum creatum sit à Domino, vt lætificet cor hominis. Exultatio animi & corporis, vinum moderatè potatum, inquit Sapiens: sed propter peccata vertit nobis exultatio hæc in dolorem & tristitiam.

*Dedisti mei ventibus te significatiões, vt fugiant à facie arcus.* Eccè, sic debemus interpretari afflictiões, q; nobis diuinitus immittunt, q; immittantur nobis ad salutem: ideoq; tantum absit vt cū hominibus impijs & blasphemis obmurmuremus Deo corripienti nos, vt gratias potiùs agamus illius erga nos pietati. Quid enim per afflictiones illas agit aliud, quàm nobis dat signum, vt fugiamus ab imminente nobis hoste? Videtur Propheta aluisse ad castrense quiddam. Si qui sunt humaniores in exercitu hostili, vt cupiāt seruare magis eos quos inuadunt, quàm extinguerè aut perdere, hi nonnunquàm vile aliquid incendunt, vt miser illi viso fumo, intelligāt aduentare hostem, ac fugiant. Et huius Psalmi titulus indicat, Dauidem priùs accendisse Syriam, quàm veniret Ioab, & percuteret Edom. Ità Deus timentibus se dat signum per afflictiones temporales, vt fugiant ab ira ventura. Tempus est, inquit Apollolus Petrus, vt iudicium incipiat à domo Dei. Quapropter paulò antè in eodem capite admonet nos, nè perturbemur, dum per afflictiones temporales tanquàm per ignem exploramur: sed potiùs gaudeamus, quòd hïc confortes simus afflictionum Christi, vt in reuelatione glorię eiusdem, nos quoquè illius glorię efficiamur confortes, idq; in gaudio & exultatione inæstimabili. Cùm dicit Propheta, vt fugiant à facie arcus, per arcum omne genus armorum intelligit. Est enim synecdoche. Atque hoc loco Diui Hieronymi translatio ab hac nostra non dissonat. Cæterum in Hebræo est:

לְהַתְּנוּחַם בְּרַפְּאֵי הַקֶּשֶׁט סֶל  
Hoc Felix Pratenfis transtulit: Vt exaltarentur propter veritatem. In eandem sententiam & alij nostræ etatis interpretes. Quidam his verbis, Vt triumpharent, idq; propter veritatem. Sed Septuaginta & Diuus Hierony-

mus videntur pro *וְרַפְּאֵי*, quod veritatem significat, legisse *וְרַפְּאֵי*: hoc enim significat arcum. Porro quò altius animis nostris imprimat harum rerum memoriam, & assiduam cogitationem, accinit in fine versùs *וְרַפְּאֵי*.

*Vt liberetur dilecti tui, saluum fac dexteram tuam, & exaudi me.* Cohæret cum precedente, hoc sensu: Propterea dedisti metuentibus te signū vt fugerent, quòd velis dilectos tuos liberari. Tu itaque quod pro tua incomprehensibili bonitate & charitate, qua diligis nos, vltro vis, id pro tua diuina potentia præsta: nempe vt nos dilecti tui, tua benignitate, virtute atque potentia liberemur ab omnibus psequentibus nos. Hoc me precantem te, exaudi.

*Deus locutus est in sancto suo, latibor & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum meibor.* Hec est secunda Psalmi pars, in qua agit Propheta de regno dilatando, hoc est, extendenda Ecclesia. Promittit sibi certò fore, vt feliciter ac lætus regnet, ipsum regnum longè lateq; extensurus. Quoniam argumento hoc sibi promittit? Quia Deus locutus est ita futurum esse: & est impossibile aliter fieri, quàm is loquitur. Et quò maiorem vim pronuntiato attribuat, addit, *in sancto suo*. Quid est, *in sancto suo*? Quidam secundum historiam seu literam interpretantur, in sanctuario suo, hoc est, propitiatorio, ex quo solebat responsa siue oracula dare. Porro hoc propitiatoriū figura erat Christi. Ergò Diuus Augustinus aptè interpretatur, in sancto suo, hoc est, CHRISTO: Quia Deus erat in CHRISTO, inquit, mundum recòcilians sibi. Quòd ait, *Latibor & partibor Sichimam*: sciendum est, Sichimam regionem esse in terra Chanaan, in quam venit Iacob, cùm reuerteretur ex Mesopotamia Syria: & iuxta eius regiões vrbem, nomine Salem, emit partem agri à filijs Emor, patris Sichem: & erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel. Vbi in terra defodit idola, quæ familia secum abspertarat ex Mesopotamia, cùm iussisset vt abijcerent ea, & mundarentur: & prepararent se ad profectiões in Bethel, vt ibi faceret altare Domino. In hac Sichima Dina filia Iacob, ab ipso Sichem filio Emor stuprata fuit: quam iniuriam grauissima cede vindicauerunt filij Iacob, fratres Dinę. De quibus omnibus vide Gen. cap. trigésimūtertium & trigésimūquartū & trigésimūquintū. De hac terra loquitur Iacob ipse Gen. 48. ad Ioseph filiū suum his verbis: Dabo tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Scribūt quidam, q; huius

terræ habitatores fuerint illi, qui post mortem Saulis resisterunt Dauidi, eò quòd Abner, princeps exercitùs Saulis, commendauerit illis in regem filium Saulis nomine Isoboth: vt secundum historiam, sensus verborum prophetæ sit: *Quantunuis nunc Abner & Isoboth mihi resistant, vendicantes sibi Sichimam: ego nihilominus lætus mihi subijciam illam, & pro meo arbitrio partibor siue dimittar eam.* Sic enim futurum esse locutus est dominus in sancto suo. Diuus Hieronymus in cap. 48. Genes. ostendit locum esse in Samaria, vbi est vrbs Sichem, postea Neapolis Samaritanorum dicta: iuxta cuius puteum Dominus Iesus cum muliere loquebatur, vt in Euangelio Iohannis legimus. Propheta itaque in mysterio loquitur, significas futurum esse, vt Christus regnet in gentibus. Quòd ait, *meibor*, siue, vt alij trāsferunt, diuidam, verbo castrensi vtitur, ex more illorum, qui victoria potiti, spolia terramq; hostilem suis distribuunt. Addit propheta, *& conuallem tabernaculorū*: qui locus est superiori vicin⁹, in eadem videlicet regione, ab ipso patriarcha Iacob nominatus *וְרַפְּאֵי*, id est, tabernacula, quòd ibi fixerit tentoria, hoc est, tabernacula pastoribus suis & gregibus. Diuus Hieronymus scribit, etiamnum suo tempore fuisse illic trans Jordanē ciuitatem eò nomine, putà Succoth.

*Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Esraim fortitudo capitis mei.* Galaad, quam possedit dimidia tribus Manassę, trans Iordanem scriptura diuina commemorat, inquit Hieronymus in 22. cap. Ieremię. In quo monte Laban fugientem consecutus est Iacob: & mons iuxta Genesim nomen accepit *וְרַפְּאֵי*, id est, tumulus testimonij, eò quòd ibi Iacob Labanq; iurauerint, in acruum lapidibus congregatis. Est autem caput, siue principium Libani montis excelsum, qui vnuerfus cedris confitus est, iuxta illud Dauid canentis: Et commouebit dominus cedros Libani. Et alibi: Videt impium super altarium & eleuatum sicut cedros Libani. Et in Zacharia legimus: Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Porro Manasses & Ephraim fuerunt duo filij Ioseph: quibus auus eorum Iacob mirabili benedictione benedixit, Gen. 48. Possessio dimidię tribus Manassę describitur Iosue capite 13. his verbis: Deditq; dimidię tribui Manassę, filijsq; eius iuxta cognationes suas possessionem, cuius hoc principium est: A Mahenaim vnuerfam Basan, & cuncta regna Og regis Basan, omnesq; vicos Iahir, qui sunt in Basan, sexaginta oppida: & dimidiam partem Galaad, & Astarath, & Edrai, vrbes regni Og

in Basan: filijs Machir filij Manassę dimidię parti filiorum Machir iuxta cognationes suas. Reliqua quæ sunt de possessionibus Manassę & Ephraim, vide in eodem libro, nempe Iosue cap. 16. & 17. Nobis satis est, quòd ppheta secundum historiam quidem figuram per hanc enumerationē significat, se mortuo Saule regnaturum super vnuerfum Israel: secundum veritatis mysterium, Christū regnaturū esse super omnes gentes. Manasses, Hebr. מַנַּשֶׁשׁ, obliuionem sonat. Hoc nomen infanti recens nato iniunxit pater eius Ioseph, adita ratione eius his verbis: Obluisci me fecit Deus omnium laborū meorum, & domus patris mei. Ità benedicit Christus illis, qui sunt ipsius possessio: vt oblitis omnium laborum & afflictionum huius mundi, omnem abstergat lachrymā, atq; in enarrabili gaudio repleat vsq; in eternū. *וְרַפְּאֵי* fructificationē sonat. Hoc nomē iuniori filio imposuit, dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meę. Huic auus Iacob, cūm vtriq; benediceret, dextram manum imposuit, cūm tamen, eò quòd iunior esset, ad sinistrā staret, sinistra imposta Manassę, qui stabat ad dextrā, eò quòd esset natu maior. Quòd cūm agreferret Ioseph pater, dixit au: Scio, fili mi, scio. Et iste qui pater (Manassen indicās) erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius minor, maior erit illo: & semē eius crescet in gentes. Creuit quidem Ecclesia in populo Iudaico per legem, sed multò magis in populo gentili per Euangelium. Vndè & noster hic ppheta de Ephraim hïc in Psalmo dicit: *Ephraim fortitudo capitis mei*: hoc est, multò maxima pars regni mei, quæ est Ecclesia.

*Iuda rex meus, Moab olla spei meę.* Meritò inquit, *Iuda rex meus*: Sic enim de eo vaticinatus est pater eius Iacob, paulò ante mortem suam. Iuda, inquit, te laudabunt fratres tui. Manus tuę in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. Ad prædam, fili mi, ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leona. Quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium, &c. Quibus verbis, prophético spiritu prolatis, indicat regnum Israelis futurum esse in tribu Iuda, de qua erat Dauid: non autem in tribu Benjamin, de qua Saul: & ex tribu Iuda oriturum esse Christum, regem regum & nominum dominantium, cuius regno subijciendæ sint omnes gentes & nationes totius orbis terrarum.

Moab fuit filius Loth, quæ fuit uxor ex maiore filia

Gen. 48

Gen. 49

Gen. 49

Gen. 49

Gen. 49

Gen. 49

Gen. 49

Gen. 49

Gen. 49

Gen. 49

Gen. 49



re filia sua, vt legimus Gen. 19. Hinc nati sunt Moabites. Hos Dauid superauit bello, & subiecit eos sibi, vt seruirent sub tributo, vt legitur 2. Regum 8. Habitauerunt in Arabia, vt scribit diuus Hieronymus in 15. caput Esaiæ. Metropolis eorū fuit  $\text{מבא}$ , quam diuus Hieronymus ait suo tempore Arcopolim esse nominatam, non vt plerique existimant, quod  $\text{מבא}$ , id est, Martis ciuitas sit. Interpretatur autem  $\text{מבא}$  &  $\text{מבא}$ , id est, aduersarius. De potentia huius populi multa leguntur, cum alibi, tum verò apud Ieremiam cap. quadragesimo octauo: Fertilis (siue, vt ex Hebræo, felix) fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in facibus suis. Nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abiit. Idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Et aliquantò post, in eodem capite: Audiimus superbiam Moab. Superbus est valde. Sublimitatem eius, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius ego scio, ait Dominus: Iactantiam eius, & quod non sit iuxta eam virtus eius: nec iuxta quod poterat, conata sit facere. Sed huic potentia, felicitati, atque superbiam horribilia minatur in eodem capite. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam eis ordinatores & stratores laguncularum, & sternent eum, & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. Et confundetur Moab à Chamos, &c. Et post multa alia: In cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium: & super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus: quoniam contriui Moab tanquam vas inutile, ait Dominus. Quomodo victa est, & vlulauerunt? Quomodo deiecit ceruicem Moab, & confusus est? Eritque Moab in derisum, & in exemplum omnibus in circuitu suo, &c. Hæc omnia, atque alia multa quæ de hoc in scripturis diuinis legimus, magna habent doctrinæ mysteria. De quibus Diuus Hieronymus in decimum quintum caput Esaiæ scribit his verbis: Quomodo circumcisio & carnalis est, & spiritalis: & de spiritali ab

Philip. 3.

1. Cor. 10.

 $\text{מבא}$ 

Num. 22. &amp; 23.

quando Balac rex Moabitarum ad maledicendum Balaam inuitauit hariolum, qui inter cætera etiam hoc contra Moab mysticum prophetauit: Orietur stella ex Jacob, & confurget homo ex Israel, & percutiet principes Moab. Quis est ille homo ex Israel? Non alius quam Dominus noster IESVS CHRIS TVS. Quomodo is percutit principes Moab? Quinā sunt illi principes? Audiamus Hieronymum paulò post in idem illud caput: Sapientia secularis, inquit, de qua Dominus loquitur per prophetam, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium repro- babo: quia authorem sui sensum habet, qui ex conditione Dei generatur. Videtur quidem de patre nasci, quod interpretatur Moab: sed quia adulter est, & aduersarius populo Dei, de incestu & spelūca ac nocte generatur. Vnde & in nocte perijt, in errore scilicet sempiterno. Et Aegyptij in mari rubro vigilia maritima, quæ nocturnum tempus ostendit, fluctibus obruti sunt. Et Loth Sodomitis nocte pereuntibus venit in Segor, & ortus est ei sol. Quod intelligens beatus Apostolus scribens de sanctis atque perfectis, Non sumus noctis neque tenebrarum, sed sumus filij diei. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, vigilemus, induti lorica fidei & charitatis. Iuda quidem filius confessionis est: quod quid aliud est, quam filius lucis? Sic enim de Lia Genes. vigesimo nono legimus: Quartò concepit, & peperit filium, & ait: Modò confitebor Domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam. Moab autem filius noctis, per ebrietatem. Is itaque persequitur quidem filium lucis: sed quia vincit leo de tribu Iuda, Moab olla spei filiorum lucis. Quomodo olla spei? Quia in afflictionibus percoquitur & perficitur spes nostra. Sic enim ad Romanos quinto scribit Apostolus: Scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem. Spes autem non confundit. Et 2. Corinth. duodecimo: Et nè magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi, vt discederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virus Christi. Vides quia Iuda, hoc est, Christus rex eius erat: huic se totum regendū tradiderat: sub huus regis vexillo fortiter militabat: idcirco persecutor ille Moab, ille filius tenebrarū & noctis, adedò nò perterruit eum, vt etiam in hoc tanquam in

olla

olla coqueret spem suam: atque in afflictionibus suis etiam gloriaretur: idque adedò libenter. Pro eo quod nos habemus in hac translatione, *spei meæ*, in Hebræo est  $\text{מבא}$ , id est, lauari mei. Hoc eandem habet sententiam. Nam quæ admodum per afflictiones efficitur participis passionis dominicæ, atque indè concipimus certam spem consortij futuræ gloriæ: ita per easdem afflictiones abluimur & repurgamur à vitijs, vt efficiamur idonei ad participationem eius gloriæ.

In Idumæam extendam calcamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt. Idumæa regio est, in qua habitauit Esau, frater Jacob, maior quidè natu, sed iure primogenitorū priuatus, quod à eocupifcentia ventris sui victus, vendiderit ea Jacob fratri iuniori: qui etiā benedictionē patris Isaac illi præripuit. Vnde acerbissimo odio persecutus est fratrem. Quod odium etiam in posteros pmanauit, adedò vt videmus, ex Aegypto pro Israelitis, id est, posteris Jacob, Idumæi, hoc est, posteris Esau, noluerint eis dare transitū per terram suam in terrā promissionis. Hęc Diuus Hieronymus in 25. caput Ezechielis per tropologian interpretatur his verbis: Idumæa terrena appellatur & carnea: quæ confurget contra spiritum, vt nò faciamus ea quæ spiritus sunt: & animam in medullis positam ad se retrahere festinat: vultque vltiones reddere, quibus prius subdita fuerat, filijs Iuda: & recordatur doloris antiqui, quod non propria fuerit potestatis: & idedò vindictam expetiuit de eis, qui recedentes à carne, spiritum sequebantur. Propterea ipse Dominus filiorum Iuda vltor existens, iuxta prophetiam Ezechielis, extendit manum suam super Idumæam, & aufert de ea hominem & iumentum, quicquid vel rationis videtur habere, vel simplicis fidei, vt redigat eam in solitudinem, &c. quæ ibi persequitur Hieronymus. Hoc est illud, inquit, de quo & Apostolus disputat, scribens: Iacob dilexi, Esau verò odio habui. Diligit autem Iacob, quia carnem atque terrenum supplantat & superat, & benedictiones illius meretur accipere. Primum enim iuxta carnem, & postea secundum spiritum viuimus. Antè vitia, deindè virtutes, quibus vitia subtrahuntur: quia appositum cor hominis ad malitiam à pueritia, erroresque adolescentiæ ætas matura condemnat. Vnde & Dauid: Delicta, inquit, iuuentutis meæ & ignorantias meas nè memineris. Et tamen sciendum quod Iacob primam accepit benedictionem, Esau secundam: Et quod ad extremum dicitur de eo, seruus eris fratris tui: hoc significat, quod postquam caro spiritui sub-

Rom. 9.

Psalm. 124.

iecta fuerit, illique coniuncta, caro esse destitit, & Idumæa transeat in Iudæam. Atque hoc ipsum est quod hic ait noster propheta, In Idumæam extendam calcamentum meum. Dauid gentes illas barbaras vicit, ac populo Israelitico seruire coegit, atque tributum pendere. Christus per Apostolos suos, de quibus scriptum est, Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona ex-tendit regnum suum in nationes idololatrarum gentium, easque gladio verbi sui sibi subiecit. Idem operatur in singulis hominibus assidue, dum per salutarem doctrinam & virgam disciplinæ, domat in nobis carnales hostes ac brutos affectus: donec tota carne domita, subiectaque spiritui, totus homo efficiatur spiritualis, & fiat id quod in posteriori versu parte sequitur: *Mihi alienigenæ subditi sunt. Qui sunt alienigenæ?* Idumæi, ex Esau fratre Jacob secundum carnem erant oriundi, tamen hostilibus animis posteros Jacob persequebantur. Sed Dauid eos manu forti domuit. Alienigenas autem hic Philistæos significari, ex Hebræo manifestum est. Sic enim ibi legimus,  $\text{עַל פְּלִשְׁתִּים הָיִינוּ אֲדָמָי}$ : hoc est, vt quidam interpretantur, aduersum me & Philistæa iubila. vt sit ironia, hoc sensu: In nunc & gloriare, quasi me viceris, cum videas te sic à me esse victam. Potest etiam sine tropo accipi, hoc sensu: Cum videas te planè à me esse victam, veni, agnosce victorem, atque meum de te triumphum tuis acclamationibus cum cæteris populis mihi subiectis celebra. Ita planè caro nostra, cum virtute spiritus domita sese per omnia spiritui submiserit, iam dicit etiam ipsi victori applaudere, agnoscens iustissimo bello se esse victam. Hac tenus itaque de potetia & amplitudine regni Christi: quod vt indiès magis magisque in nobis vigeat ac floreat, cum summo desiderio suspirans exoptat propheta versu qui sequitur: quod est initium tertiæ partis totius Psalmi.

*Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?* Per interrogationes excitat nos propheta, vt attendamus & agnoscamus, cuius virtute res tantæ gerantur. Neque enim est, quod quicquam sibi hic arroget homo. Longè superant vires humanas. Solus DEVS est, cuius potentia hæc geruntur. Bifariam autem ciuitatem hanc munitam interpretantur. Nam Euthymius urbem Ierusalem intelligit: vt propheta loquatur in personâ eorū qui captiui abducti erant in Babyloniā, cum summa lætitia gestientium redire Hierosolymā urbē insigniter munitam turribusque munitam. Ex qua sententia

ego

ego in argumento Psalmi per tropologiam, caelestem illam Ierusalem, cuius illa terrena in Palaestina fuit figura, sum interpretatus. Alij de ciuitate hostili accipiunt, qualis fuit Rabbath Ammonitarum, diuturna obfidiōe & magna cum difficultate expugnata, vt videre est lib. 2. Regum cap. 12. Horū sententiam diuus Augustinus secutus, per tropologiam de populo gentili in toto terrarū orbe habitante intelligit: vt sit sensus: Quis dabit mihi victoriam de omnibus gentibus, vt eas gladio verbi victas, adijciam regno Christi? Non est hoc virtutis aut eloquentiae humanae. Solus Deus est, qui rem tantā perficere potest. Huic non malè consonat altera pars versūs, quis deducet me vsque in Idumæam? hoc est, quis dabit mihi tantam victoriam, vt gentes illas nihil aliud quām terrena, mundana, & carnalia sapientes, subijciam spiritali regno Christi? Et moraliter vnusquisque nostrū, sentiens in se grauissimam hanc luctam, quā spiritui cum carne est, meritō suspirans ad Deum clamat, Quis deducet me vsq; in Idumæam? hoc est, quis dabit mihi victoriam de hac assidue mihi rebellante carne? Nonne tu Deus, &c. Hanc luctam sentiens Apostolus Paulus, exclamat, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et subijciens respondet: Gratia Dei per Iesum Christū dominum nostrum. Augustinus pro, ciuitatem munitam: legit, ciuitatem circumstantia: & de circumquaque per orbem terrarum habitantibus gentibus intelligit.

Nonne tu Deus qui repulisti nos? & non egredieris Deus in virtutibus nostris. Huius versūs sententiā magna ex parte iam indicauius, nempe quod ea quae iam in praecedentibus dicta sunt, non humanis viribus, sed virtute dei geri possint. Quod autem ait, qui repulisti nos, &c. planè eandem habet sententiā cum illo Psalmi 43. Nunc autem repulisti & cōfudisti nos,

PSALMVS LX.

**E**Xaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meae. A finibus terrae ad te clamaui, dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me. Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula, protegar in velamento alarum tuarum. Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam, dedisti haereditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adijcies, annos eius vsq; in diem generationis & generationis. Permanet in aeternum in conspectu DEI, misericordiam & veritatem eius quis requiret? Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi, vt reddam vota mea de die in diem.

IN PSALMVM LX.

& non egredieris in virtutibus nostris. Hoc est, ita pateris nos affligi, quasi repuleris nos nos planè à te: & finis confundi pudore vultus nostros, vt exprobrent nobis hostes nostri, aut reiectos nos esse à te, aut te quem nos gloriamur nos habere Deum, non esse Deum, sed illorum idola esse veros deos. Permittit autem Deus hæc fieri, vt exerceat milites suos ad veram virtutem, doceatq; contemnere terrena, & ad caelestia adspirare. Gratis colendus est Deus propter semetipsum, vt quemadmodum dixit ad Abraham, ipse sit merces nostra magna nimis. Indignissimum est enim, illum ratione harum rerum terrenarū & vilissimarum duntaxat colere, & non potissimum propter ipsum, vt ipso fruamur. Quod noster interpres dixit, in virtutibus nostris: in Hebræo est, *לְיָדֵינוּ*, id est, in exercitiis nostris.

Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis. Manifesta sententia: Tu Domine Deus præsta nobis auxilium, quod ab afflictionibus his & hostibus liberemur: quia vana est quod ab hominibus expectatur: vt meritō dixerit Ieremias: Maledictus homo qui cōfidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Vndè Psalmum concludit hoc modo:

In Deo faciemus virtutē, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Pro eo quod noster interpres dixit, ad nihilum deducet: in Hebræo est, *וְיָדֵינוּ*, hoc est, conculcabit. Sensus est: Virtute & auxilio Dei vincemus hos hostes: ipse profrenet ac proteret omnes qui nos affligunt. Absit vt nostris viribus tam speciosam lætamque victoriam arrogemus. Illi, cui debetur hæc gloria, cuius gratia, auxilio, atque virtute vicimus, hanc laudem tribuemus, idq; tum in hac vita adhuc militantes atque viacentes, tum in illa caelesti victores iam triumphantes, atque hoc finè sine in secula seculorum, Amen.

TITVLVS.

**T**itulus hic facilius est superioribus illis. In translatione, qua vitur in Ecclesia, sic habet: In finè in hymnis Dauid. Quod ait, in finem, admonet nos intendere in Christū, vt in superioribus abundè dictū est. Quid sit hymnus, nouimus omnes, carmen videlicet in laudem dei factum. Nomen Dauid, authorem Psalmi indicat: qui nō solum ppheta de Christo venturo prophetans, verum etiam ipseus Christi figura extitit. In Hebræo est, *לְיָדֵינוּ*, Hoc est, Victori super neginath Dauidis. Vbi *לְיָדֵינוּ* musicū instrumentū accipimus, quo Dauid voluerit Psalmū cantari, vt dictū est in Psalmum quartū, & alibi. Est itaq; sententia tituli huius, Psalmū hunc à Dauide esse cōpositum, vt sit ppheta de fine legis & omnium pphetarū, hoc est, Christo, iuxta translationē qua vitur in Ecclesia, vel iuxta id quod ex hebræo D. Hieronymus & alij transferunt, de Christo victore, nō solum hostis diaboli in prælio, verum etiam sanctorum omnium in certamine musico, quo certatim illi citharis suis, organisq; musicis omnibus, tam corporis quā animi, studuerunt ac semper student domino deo gratos hymnos concinere. Nec opus est, nos explicationi tituli huius immorari diutius. Quarè si de occasione, qua hunc cecinisse videtur propheta, pauca dixerimus, aperiemus argumentū.

QVA OCCASIONE HVNC

Psalmum cecinerit.

**Q**ua occasione Psalmum hunc cecinerit Dauid, ex titulo colligi non potest, neque certi aliquid aliud. Cōsiderantibus tamen verba Psalmi, nō videtur dissimile veri, quod Nicolaus Lyranus coniecit, nempe prophetā tunc cecinisse hūc, cum euasisset manus Saulis, psequētis se in deserto Ziph, & cingentis vt caperet: quæ admodum scriptū est 1. Regū 23. Ex quo periculo singulari dei beneficio ereptus, ascendit indè, & habitauit in locis tutissimis Engaddi, vt legim⁹ 1. Reg. 24. Erat em̄ hic locus in extremis finibus regni Saulis, vt si quid noui periculi machinaret Saul, Dauidi facilius esset effugere: vt factū legim⁹ 1. Reg. 27. Tametsi fuga illa tunc quidē non tā necessitatis presentis erat, placato iā recenti beneficio Dauidis Saule nō nihil, q̄ prudentiē ad euitandū noua pericula. Ex harū rerū occasione nō est dissimile veri, vt dixi, Psalmum hunc esse cōpositum. Certè ipsa verba præ se ferunt, q̄ à grauissimo aliquo piculo liberatus cecinerit.

DE ARGVMENTO ET PARTIBUS Psalmi.

Quidam non ineptè Psalmum hunc in tres

partes distinguunt. Nā primis duobus versibus clamans ad Deum, obsecrat, vt, quæ admodum hæctenus fecit, pergat se ex angustijs clamantē exaudire. Deindè cōmemorat, quomodo è proximo piculo sit ereptus: & quantā hinc spem cōceperit, quod in perpetuum se conseruaturus sit dominus, atq; daturus vt in tabernaculo suo tūtus habitet. Postremò, pmittit gratitudinem suam, qua laudaturus sit Deum, idq; nō ad breue aliquod tempus, sed vsq; in aeternum. Atq; hæc omnia cum iuxta historię literam (vt Ecclesię more loquamur) Dauid sub sua persona loqui videatur, secundum spiritū tamen tanquā propheta loquitur sub persona Christi, non tam ratione capitis, pro nobis omnib⁹ acerbissima passi, quā totius corporis, per omnes mūdi plagas in omnes fines orbis terrarū extensi. Hæc obseruata, plurimum lucis nobis adferent ad explicandū Psalmum.

EXPLICATIO PSALMI.

**E**Xaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meae. Hic omnia sunt plana: nisi q̄ pro, deprecationem meam, in Hebræo est, *וְיָדֵינוּ*, quod Hieronymus vertit, laudationem meam, vt intelligamus prophetam hoc verbo significare, quod cum gratiarū actione laudet dominū, quod se de manu Saulis eripuerit, idq; secundum historię figurā sub sua persona: sed per tropologiam, vt sub persona Christi, quod hunc de potestate Iudæorū eripuerit, cum resuscitaret à mortuis: & sub psona Ecclesię, q̄ hanc à potestate diaboli, atq; omniū hostium ac persecutorū eius, per mortē & resurrectionē eiusdem dñi nostri Iesu Christi. Alij transferunt, clamorē meum. Sed sciendū est, quod verbum *וְיָדֵינוּ*, vndè nomen *וְיָדֵינוּ*, significat quiddē clamare fortiter, siue id fiat cantando, siue de bonis acceptis præ gaudio benefactorē laudando, siue in afflictionib⁹ auxiliū implorando: accipitur tamen interm̄ p cauo, laudo, inuoco, &c. sed ita, vt hæc omnia cum vehemēti affectu animi: vt secundum Hieronymi translationē propheta agnosceret magnitudinē grauitatemq; periculi, à quo dei beneficio fuit liberatus, ex ardentissimo cordis affectu, & exultatione animi exclamans, Deū de tanto beneficio laudet. Quod autē sequitur, intende orationi meae, Hebræicè *וְיָדֵינוּ*, magis videtur esse implorantis auxiliū aduersus ea quæ adhuc imminēt. Nā de vtriusq; præteritis dico & futuris, prophetam in Psalmo agere, in explicatione argumenti indicauit.

A finibus terrae ad te clamaui, dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me. Hæc manifestè loquitur in spiritu sub psona Ecclesię, per totū orbem terrarū, vsq; ad extremos fines eius

XX

exten-

TITV-

extensa. Hinc enim assidue populus dei ad dominum deum suum clamat. Postumus nihilominus etiam de ipso propheta intelligere, ex anxietate, in qua erat cum cinctus esset a militibus Saulis, deum invocante. Deinde etiam de Christo, Deum patrem invocante in horto, cum in agone & pauore mortis esset constitutus. Hoc modo si interpretemur, iam fines terrae non poterimus accipere extremos illos terminos, quos Oceanus excipit, sed superficiem, in qua supplices prostrati, Deum invocant. Quod noster interpres dixit per praeteritum tempus, clamavi dum anxietetur cor meum: in Hebraeo est, **קָרָאתִי לַיהוָה בְּעִתְּי לְפָנָיו**, quod iuxta proprietatem sermonis Hebraei, transferri potuit, clamavi quod angitur cor meum. Visitatissimum enim illis est, (id quod saepe monui) per futurum tempus efferre illa quae semper fieri consueverunt. Nos ea per praesens efferimus. Sententia prophetae hoc loco est, Ecclesiam assidue, quotiescunque in angustijs constituta est, clamare ad Deum. Posterius autem membrum huius versus, longius in Hebraeo extenditur, quam in hac translatione nostra. Hebraea sic habet: **בְּיַדְּךָ יְיָוִה יִרְדָּה מִן הַר הַקָּדוֹשׁ**. Hoc ad verbum sonat, In rupem sublimiore me, deduces me. Sententia est, in rupem sublimiore quam quod ego meis viribus queam ascendere, tu virtute tua diuina deduces me. Tamen si D. Hieronymus longè aliter vertit. Sic enim eius translatio habet: Cum fortis eleuabit aduersum me, tu eris ductor meus. Harum tam dissimilium translationum rationem non est difficile videre, quando respicimus ad *περὸν ἄνω*, id est, variam significationem dictionum Hebraicarum. Illis autem qui prorsus ignorant linguam Hebraeam, non ita facile potest demonstrari. Porro nostrae huius translationis, qua utitur ecclesia, non est obscura sententia: Exaltasti me in petra, hoc est, constituisti me in rupe excelsa, in qua hostis non poterit me consequi ut comprehendat. Deinde sequitur alius versus, qui sic incipit, *Deduxisti me*, &c. Hoc iuxta nostram translationem hanc ponit absolute. In Hebraeo verò finis est versus praecedentis, & refertur ad petram, in quam se virtute Dei deductum dixit. Deinde incipit sequens versus hoc modo:

*Quia factus es spes mea, turris fortitudinis, a facie inimici.* Quam constanter David sperauerit in Deo, satis aperte loquitur historia Regum. Hic fuit figura Christi: qui & ipse qua homo, vniuersam spem suam habuit in deo. Christum sponsum imitatur sponsa ecclesia: imitantur & huius ingenui filij, ut neque in suis viribus, neque in diuitijs huius mundi, neque in amicorum propinquorumque potentia, si maxime hac

omnia affluant, vllam spem figant, sed in solo Deo. Hac autem spe tantoperè delectatur deus, ut fiat eis turris fortitudinis a facie inimici, hoc est, inexpugnabile propugnaculum ad arcedendum hostem, ne possit ad eum, qui sic sperat in Deo, appropinquare. Quod ait, turris fortitudinis: Hebraismus est, per turris fortis, hoc est, propugnaculum forte & inexpugnabile.

*Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.* Quod noster interpres dixit, *inhabitabo*: in translatione Graeca est, *κατασκηνώσω*, quod non significat simpliciter inhabitare, sed tanquam peregrinari, aut aduenari, aut inquilinari. Unde translatio qua securus est Augustinus, habet: Inquilinus ero in tabernaculo &c. Idem planè significat verbum Hebraicum **שָׁכַנְתִּי**. Unde aptissime D. Augustinus verba prophetae sub Ecclesiae persona dicta accipiens, interpretatur his verbis: Inquilinus ero in tabernaculo tuo in secula: Sauiat quantumlibet inimicus, oppugnet me, insidias mihi praeparat, scandalis crebrescat, faciat angere cor meum: inquilinus ero in tabernaculo tuo vsque in secula. Non vincetur ecclesia, non eradicabitur, nec cedet quibuslibet tentationibus: donec veniat huius seculi finis, & nos ab ista temporali, aeterna illa habitatio suscipiat, ad quam nos deducet, qui factus est spes nostra. Haec Augustinus. Quo verò protectore sic inter tot hostes, Turcas, haereticos, falsos fratres, atque perpetuas oppugnationes ipsius diaboli, vsque ad consummationem seculi habitabit, ut non expugnetur tandem ac eueratur? ad hoc respondet altera parte versus, dicens: *Protegar in velamento alarum tuarum.* quasi dicat: Tu domine ab illis omnibus proteges me. Sic apud Esaiam: *Protexit me in vmbra manus suae.* Pro eo quod nostra haec translatio habet, *protegar*, in Hebraeo est **סָמַךְ**, i. cõsidam. Porro quod magis nobis huius protectionis fiduciam commendat, atque eorum quae dicuntur, certitudinem altius nostris & cogitationibus infigat, accinit in fine versus **וְיָרָם**. Confirmat autem haec omnia versus qui sequitur:

*Quoniam tu Deus meus exaudiisti orationem meam, dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.* Hic omnia aperta sunt. Pro orationem meam: in Hebraeo est **שָׁמַרְתָּ**, id est, vota mea. Per hereditatem, intelligit aeternam regni dei possessionem. Unde Augustinus exhortatur nos, dicens: Perseueremus ergo in timore nominis dei: eternus pater nos non fallit. Laborant filij ut suscipiant parentum suorum hereditatem, quibus mortuis successuri sunt. Nos non laboramus accipere hereditatem ab illo patre, cui non morienti succ-

succedamus, sed cum illo in ipsa hereditate in aeternum viuamus?

*Dies sup dies regis adicies, annos eius vsque in diem generationis & generationis.* Iudaei quidem haec crassissime, ut omnia, de regno Dauidis interpretantur: qui ad iustam hominis aetate vixit, nempe septuaginta annos, ut posset videre filios vsque in tertiam generationem, ut videre est 2. Reg. 5. Nos autem scimus prophetam in spiritu loqui de regno Christi aeterno. Hoc regnum ex hac generatione, perpetuis mutationibus obnoxia ad similitudinem lunae, extenditur in illam generationem eternam in caelo, ubi iam facti immutabiles, fulgebimus, sicut sol in regno patris nostri, nullis tunc deinceps immutationibus obnoxij. Posterioris membri, quod est, annos eius vsque in diem generationis & generationis, verba paulo aliter ex Hebraeo sonant, quam in hac translatione: sententia tamen utrobique est eadem. Ex Hebraeo ad verbum transluleris hoc modo: Anni eius velut generatio & generatio. Non finietur nostri regis regnum certis dierum annorumque periodis, sed per omnes dies & annos & generationes vsque in aeternum permanebit. Hinc est quod sequitur:

*Permanet in aeternum in conspectu Dei: misericordia & veritate eius quis requirit?* Prior pars huius versus manifesta est: explicat enim sententiam praecedentis. Christus rex noster permanet in aeternum in conspectu dei. Nam postquam moriendo morte destruxit, & resurgendo vitam reparauit, ascendit in caelum, & confedit ad dextram patris: ubi vnà cum ipso patre regnat, & regni eius nullus vnquam erit finis. Unde quod noster interpres dixit, *permanet*, in Hebraeo est **שָׁמַרְתָּ**, i. sedebit: ut intelligas, in regio suo throno. Altera pars versus, *miseriordia & veritate eius quis requirit?* bifariam intelligi potest: aut, quotusquisque in hac vita serijs & ardentibus precibus implorat misericordiam eius, ut remittat sibi peccata iam facta: & scrutatur mandata eius, ut secundum haec viuendo, verè iustus sit in conspectu eius? Neque enim is qui per misericordiam cõsecutus est remissionem praeteritorum peccatorum, adhuc verè iustus est, nisi ipse deinceps iustitiam faciat. Filioli, nemo vos seducat, inquit Iohannes, qui facit iustitiam, iustus est. Nihil profuit seruo, remissa sibi fuisse decem millia talentorum, cum ipse nollet remittere cõseruo suo denarios centum. Aut sic intelligi potest: Cum peruenerimus ad illud in regnum illud caeleste, quod ipse iam nos praecessit, quis tunc requirit misericordiam & veritatem eius? Quasi dicat: in hac vita, qua peregrinamur, haec facimus: in illa autem, qua cum ipso viuemus in patria, nemo nostrum id faciet. Illic tunc non erimus miseri, ut misericordia sit

nobis opus: neque requiremus veritatem eorum quae nobis promisit, aut etiam nostrarum actionum & iustitiae nostrae: quia illa tunc omnia erunt impleta. Posterior haec pars versus, paulo aliter in Hebraeo habet: **מִי יִשְׁאַל בְּרַחֲמֵי יְיָוִה**. Id hoc modo vertendum erat: Misericordiam & veritatem praepara, quae cõseruabunt eum. Nam cõmentator Hebraeus David Kimhi exponit in hanc sententiam: Praepara regi misericordiam & veritatem. Haec enim sunt quae regnum eius cõseruabunt. Et certè haec duo praeparauit nobis Deus pater in Christo, nempe ut misericordiam ac remissionem peccatorum nostrorum cõsecuti simus per sanguinem eius: & veritatem iustitiae, quando confortati spiritu Christi, in nouitate vitae ambulantes, operamur iustitiam. Haec duo necessariū est esse coniuncta in regno Christi. Nam qui putant iustitiam nostram in hoc esse perfectam, quod fide apprehendimus remissionem peccatorum: non esse autem praeterea opus operibus iustitiae, neque haec exigi à nobis, illi desipiunt valde: & semetipso aliosque quotquot ipsis credunt, decipiunt atque seducunt. Faciunt enim ipsum Deum iniustum, quod in hunc locum admonet Augustinus. Iniustissimum enim esset, eandem mercedem dare illis, qui accepta semel remissione peccatorum, nihilominus pergunt peccare quam antè, neque magis operantur bona, quam antè: atque his, qui à peccando desistentes, benè faciendo gloriam & immortalitatem quaerunt. Quantum melius rectiusque loquitur Paulus? Qui reddet vnicique, inquit, secundum opera eius: eis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quaerunt, vitam aeternam: ijs autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Et alibi: Qui parcat seminatur, parcat & metet: & qui seminatur in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

*Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi, & reddam vota mea de die in diem.* Erat quidem David in hoc assiduus, ut Psalms suis nomen Dei celebraret: idque cum multis locis eum in suis Psalms Deo vouisse legamus, certè vota ea fidelissimè reddidit de die in diem per omnem vitam suam. Ceterum dominus noster Iesus Christus, cuius typus erat David, omnium psallentiū id perfectissimè praestitit: ideoque in Psalms titulis huic victoria omnium meritò tribuitur. Is hoc fecit, cum inter homines adhuc versaretur in terra: neque adhuc desinit cum deo patre suo iam regnans in caelo, vota sua pro membris adhuc in terra versantibus, ipsi deo patri reddens. Hoc est quod in sua epistola scribit Iohannes:

X.X 2 Iohannes:

Iohan. 2.  
Math. 18.

Rom. 2.  
1. Cor. 9.

hannes: Aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Quia etiam nos ipsi, quotquot sumus filij Dei non degeneres, ex matre nostra, Christi autem sponsa Ecclesia, assidue psallimus Deo in cordibus nostris: & ea quae illi vouimus, siue in Baptismo, siue aliis quacumque ratione, de die in die studemus illi persolvere, inuocantes interea & implorantes gratiam & auxilium eius ad hoc ipsum: donec tan-

dem ex his afflictionibus, laboribus, atque periculis tentationum erepti, in illa patria caelesti, non iam amplius cum suspirijs & lachrymis, ut ferè facimus hic in exilio: sed in summa securitate cum inestimabili gaudio, Psalmos nostros & hymnos sine fine cantemus ipsi Deo patri, & uirginito filio eius domino nostro IESU CHRISTO, & spiritui sancto, in secula seculorum, hoc est, in aeternum, Amen.

## PSALMVS LXI.

**N**onne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse Deus meus & salutaris meus, susceptor meus, non mouebo amplius. Quousque irruitis in hominem, interficitis uniuersos vos, tanquam parieti inclinato & maceriae depulsae? Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quonia ab ipso patientia mea. Quia ipse deus meus & saluator meus, adiutor meus non emigrabo. In Deo salutare meum & gloria mea, deus auxilij mei & spes mea in Deo est. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda uestra, Deus adiutor noster in aeternum. Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiae si affluant, nolite cor apponere. Semel locutus est Deus, duo haec audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.

## IN PSALMVM LXI.

## TITVLVS.

**T**itulus huius Psalmi in translatione qua utimur, sic habet: In finem pro Idithun Psalmus Dauid. Neque aliter in Hebraeo, nisi quod pro, *In finem*, alij transferunt, Victoris: de quo iam in superioribus abundè dictum est: ut in hoc titulo nihil aliud nobis ueniat inquirendum, quam, quid sibi velit illud, *pro Idithun*. Dixim⁹ autem de Idithun in titulum Psal. 38. nempe quod fuit vnus ex illis, quos Dauid segregauit in ministerium, ut prophetarent in citharis & psalterijs & cymbalis, ut legimus 2. Paralip. 25. Quidam alij, ex quibus est Rabin⁹ ille Salomon, vnus comentatorum quos habent Iudaei, putant Idithun esse nomen instrumenti musici, in quo Dauid uoluerit Psalmum cantari. Verum hoc mihi quidem planè uidetur esse somnium aut figmentum Iudaicum. Quidam ex nostris, hoc est, scriptoribus Ecclesiasticis, scrutati nominis Idithun *ידיתון* etymologiam, aiunt significare id, quod Latine dixeris, transiliens eos. Huius interpreta-

tionis tamen ego nondum potui satis manifestam rationem inuenire, non tamen propterea rejiciendam puto, quod aptissime conueniat Domino nostro Iesu Christo, per Idithun significato. Is enim ut est finis legis, atque omnium psallentium victor, ita maximos omnium dedit saltus à caelo in terram: hinc ad ipsos inferos, ab inferis rursus in terram, è terra rursus supra caelos omnes usque, ad dextram patris. Aded nihil tam fuit altum aut arduum, quod ille non superauerit saliendo. Ad hos saltus nos quoque instituit, formauit, inuitat, & adiuuat: ut transilientes ipsius uirtute salebras huius uitae mortalis, tadem uictoria potiti, vnà cum ipso quiescamus in regno patris.

QUANDO, ET QUA OCCASIONE  
uideatur cecinisse hunc.

**H**ic praeter coniecturas nihil habemus. Non uidetur autè malè coniectare hoc quidem loco Nicolaus Lyranus, nempe hunc Psalmum uideri factum à Dauide, cum subindè mutaret locum, propter persequentem se Saulem. Fugit enim in speluncam Odollam, inde ad regem Moab.

**M**oab. Rursus in Iudaea reuersus, ita monente propheta Gad, abiit in saltum Areth: quae omnia scripta sunt 1. Reg. 22. Haec non malè consonant illis, quae in tituli explicatione diximus de Idithun, hoc est, transiliente: ubi etiam de saltibus CHRISTI, & quomodo nos ad eosdem instituat, qui etiam ad discipulos dixit: Cum autem persequeretur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Eisdem mandat, ut intrepide faciant officium suum, neque metuant quenquam. Sibi enim tantam de illis esse curam, ut etiam capillos omnes capiti illorum habeat numeratos, nè uel vnus ex illis pereat. Nè timeant eos qui corpus occidunt, cum animam non possint occidere: sed summa cum fiducia confiteantur se coram hominibus: pro quo promittit eis, quod ipsos uicissim confessurus sit coram patre suo caelesti. De huiusmodi persecutionibus, & in his constantissima fiducia, canit Psalmus.

## ARGUMENTVM.

**P**ossimus Psalmum in quinque partes distribuere. Nam primo loco proponit spem suam uniuersam figere in Deo, huic se totum dedere atque subijcere, neque ab hoc proposito unquam decessurum. Secundò cum ait: Quousque irruitis in hominem &c. cum graui increpatione repellit illos à se, illos hostes suos, qui non solum aperta uia, uerum etià dolosis blanditijs eum à proposito nitentur depellere. Tertio renouat propositum suum, & in eo sese confirmat. Quarto hortatur omnes, ut se in hoc proposito sequantur, atque se totos in Deum conijciant, omnia ab hoc sperantes & expectantes, qui nunquam tales destituit: nihil autem ab hominibus sperent, quod hi uani sint, mendaces atque dolosi: Neque in suis astutijs & iniquis imposturis, rapinis atque diuitijs ullam spem habeant. Quintò haec omnia confirmat & concludit vna sententia, ab ipso Deo pronuntiata, nempe quod is solus propter immensam bonitatem & misericordiam uelit unicuique reddere iuxta opera sua.

## EXPOSITIO PSALMI.

**N**onne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Sic philosophatur secum homo uerè pius ac religiosus, atque diuinae huius philosophiae peritus, in omnibus afflictionibus suis, quaecumque etiam accidit, semper uoluntatem suam subijciens uoluntati Dei, dicens cum beato Iob: Sicut Dño placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Item illud: Dominus est, faciat quod bonum est in conspectu suo. Et illud: Non mea uoluntas, sed tua fiat. Prior pars uersus ex

Hebraeo, quantum ad uerba attinet, paulò aliter sonat, quam in hac translatione: sensus tamen non mutatur. Ad uerbum licuerit hoc modo transferre: Profectò apud Deum silet anima mea. Hoc est, Quaecumque etiam eueniant aut accidant mihi, tamen propositum est, in silentio per patientiam tolerare omnia, sine omni obmurmuratione, quasi inuitus tolerem. Quamobrem hoc? Rationem subiicit altera parte uersus, dicens: ab ipso enim salutare meum. Quasi dicat: Scio enim quod ipse in omnibus operatur salutem meam.

*Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus, susceptor meus, non mouebo amplius.* Cum dicit ipsum esse DEVM suum, vnico uerbo rationes omnes comprehendit, quare se totum in illum conijciant. Nam hoc est esse Deum alicui⁹, omnia quae illi bona & utilia futura sunt, praestare: & hoc est facere sibi aliquem Deum, omnia bona ab aliquo sperare, petere, & expectare. Indè fit, ut qui haec aliunde quam à uero Deo sperant, petunt, & expectant, hi faciant sibi idola, & incidant in idololatriae peccatum. Vnde Paulus auaritiam uocat idolorum seruitutem, quod auarus uniuersam spem suam, & amorè uniuersum in pecunia ponat. A quo peccato noster hic propheta in penultima huius Psalmi parte grauissimè nos dehortatur. Pro eo quod noster interpretes dixit, *Nam & ipse Deus meus*, in Hebraeo est *אֱלֹהֵי הוּא אֱלֹהֵי*.

quidam transferunt, utique ipse est petra mea: alij, rupes mea: Hieronymus, scutum meum. Verum haec omnia prorsus eandem habent sententiam cum translatione nostra. Omnia enim significant id refugium, in quo homo praecipuam suam spem collocat: & significatiore uerbo noster interpretes rem extulit, quàm ceteri. Quae sequuntur, *& salutaris meus, susceptor meus*: uim exaggerandi id, quod dictum est, habet, hoc sensu: ipse est uniuersa mea salus: ipse est qui me confugientem ad se suscipit, Hebraicè *יְשׁוּעָה*, hoc est, protectio mea. Vnde uersum concludit uerbo fidutiae plenissimo, dicens, *non mouebo amplius*. Quasi dicat, Quicumque etiam terrores in me irruant, quicumque hostes me quantumuis crudeliter persequantur: ego tanto meo protectore fretus atque confusus, immotus consistam. Postquam hoc modo sese confirmauit, conuertit se ad ipsos hostes, cum increpatione grauissima illos à se repellens, ac dicens:

*Quousque irruitis in hominem, interficitis uniuersos vos, tanquam parieti inclinato & maceriae depulsae.* Hoc est, O vos uniuersi crudelissimi hostes, cum sitis tam multi, non modò numero me, uerum etiam uiribus, armis,

atque omni genere potentie tanto superior: cur non pudet vos tanta moliri aduersus hominem vnum, eundemque infirmum, & ad ruinam inclinatum, tanquam luxatum ac ruinosum parietem, aut maceriam arietatione ad ruinam impulsam? Hæc est genuina versus sententia, nec discrepant quicquam ea quæ sunt in Hebræo: nisi quod pro, *irruunt*, illic est *התחננו*, id est, insidiamini. Hoc iam significantius est ad increpationem. Nam turpe esset, etiam aperto Marte tam multos, eodemque sic armatos, in vnum hominem inermem atque infirmum irruere ad occidendum: quanto vero turpius est, ex insidijs illud moliri?

*Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere: cucurri in sinu suo benedicere, & corde suo maledicere.* *אֲנִי בָרַכְתִּי וְהוֹדוּ אֵלַי בְּלִבָּם*. Qui referunt hæc ad historiam de Dauide, interpretantur precium hoc duas filias Saulis, quarum vnam natu maiorem, nomine Merob, promiserat ei Saul, vt fortiter pugnaret aduersum Philisteos, i. Reg. 18. Sed cum tempus nuptiarum aduenisset, non est data Dauidi, sed alij cuidam, cui nomen Hadriel, Molathitæ. Dauid autem cum dilexisset Michol, filiam Saulis alteram, idque nunciatum esset Sauli, promisit se hanc daturum, non tamen animo beneuolo. Dabo eam illi, inquit, vt fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philistinorum. Hoc cum ad suos diceret Saul, Dauidem tamen per dolum blandè est allocutus, dicens: In duabus rebus gener meus eris hodie: & seruis suis mandauit, vt persuaderent ei, se esse regi charissimum, neque debere esse solum de spolijs, sed etiam de honore coniugium impar, propterea quod Dauid non haberet opes regio matrimonio dignas: regem non requirere sponsi opes: vnum duntaxat optare regem, vt sibi dentur à Dauide ceterum præputia Philistinorum: vt hæc voluptatem capiat ex interfectis tot hostibus. Huic rei hic suberat dolus, quod Saul speraret Dauidem à Philistæis interfectum iri, dum daret operam vt interfectis tot hostibus ea præputia colligeret. Sed nihil proficiunt imposturæ doli: hominum aduersus amicos Dei. Dauid enim, auditis illis, aggressus est Philistæos, & percussit ex eis ducentos viros: & abscissa præputia illorum attulit Sauli, petijtque iam sibi dari filiam Michol in vxorem, vt erat pollicitus. Saul itaque cognito quod Deus staret à partibus Dauid, dedit ei Michol vxorem: quæ etiam amore coniuge digno Dauidem complexa est. Et tamen hanc quoque, Saul postea dedit alij viro nomine Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim,

vt habetur primi Regum vigesimo quinto. Dauid tamè post mortem Saulis repetijt eam ac recepit, vt legimus 2. Regum 3. Diuus Hieronymus in traditionibus Hebraicis in libros Regum scribit, quod Phalti non tetigerit eam, sed integram restituerit Dauidi. Horum nihil ociosum est, sed omnia plena magnis mysterijs: quæ nobis iam non vacat explicando persequi. Dauid, Christus est: Saul, synagoga est: Merob, populus Iudaicus ille maior natus, iam tum nubilus, cum Christus in carne veniret. Pro hac pugnat Christus aduersus diabolum, per Goliath significatum, & vincit: non tamè impetrat Merob maiorem natu filiam. Illi enim Iudæi, ad quos missus venit, & pro quibus diabolum vicerat, non sunt amplexi fidem eius. In propria venit, & sui eum non receperunt, inquit Iohannes. Michol autem iunior filia data est ei, post occisos Philistæos, & ab his reportata præputia. Oportuit prius intrare plenitudinem gentium, & sic omnem Israel saluū fieri. Hæc iam amauit Dauidem: & filios Merob fororis suæ per educationem & adoptionem etiam suos fecit. Hæc de historia, eiusdemque allegoria breuiter perstrinximus. Diuus Augustinus in hunc locum pulcherrimè differit de duabus ciuitatibus in his terris, vna malorum, quam edificauit Cain persecutricem populi DEI: alteram bonorum, quæ est Ierusalem, edificata à Dauid in eo loco vbi antè fuerat Hiebus. Hæc dum in his terris est, semper ab illa infestatur. Esse autem has duas ciuitates sibi inuicem in his terris permixtas, in die iudicij segregandas. Quod noster interpres dixit, *precium meum*: in Græca translatione est, *τιμή μου*, id est, honorem meum: sed significat precium honorarium, quod victori dabatur. In Hebræo est, *תְּמִנָּה*, quod Diuus Hieronymus vertit partem eius. Hoc eandem sententiam habere potest: deriuatum est enim à *תָּמַן*, quod significat capere ac tollere.

Ceterorum coniecturas, non videtur operæ precium adducere. Quod autem sequitur, *cucurri in sinu suo*: sitim hanc Diuus Augustinus aptè interpretatur ardens desiderium, quo CHRISTVS desiderauit salutem generis humani: ad quod etiam verbum in cruce ab illo dictum, *Sitio*, pertinet. Sic etiam nūm omnes homines pij in hoc mundo assidue desiderant, non solum vt ipsi quotidie proficientes in iustitia perfecti euadant, sed etiam vt impij conuertantur ab iniustitia sua ad iustitiam, & salui fiant. Hic tñ in Hebræo est *בְּרִיב יְרֵגִי*, i. afflabat mēdaciū: Hoc aptissimè cōsonat ei quod sequitur:

sequitur: *ore suo benedicent, & corde suo maledicent*: quæ admodum à Saule & ministris eius factam esse Dauidi, iam in historia vidimus. In fine versus accinitur in Hebræo *כְּלֵה*, quo admonemur, ne harum rerum & mysteriorum magnitudinem perfunctoriè percurramus: sed tanquam res momenti maximi, altius in memoriam & cogitationem imprimamus.

*Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea.* In hoc iam nulla est difficultas, sed manifesta sententia. Vt cunquè illi tyrannicam suam persecutionem aduersum me instituant, siue per apertam vim, siue per insidias, dolos & mendacia, ego nihilominus immotus consistam: eò quod me totum coniecerim in Deum, illi salutem meam commendauerim: ab eodemque vires ad perseverandum omnia quæcunque acciderint, expectem. Fidelis enim est, nec sinit suos tentari vltra id quod possunt: sed facit etiam cum ipsa tentatione prouentum, vt possint sustinere.

*Quia ipse est Deus meus & saluator meus: adiutor meus, non emigrabo.* Neque hic quicquam difficultatis est: omnia enim ferè dicta sunt in versu secundo: nempe quam emphasin habeat, *ipse est Deus meus*. Et quemadmodum illic, *Deus meus*, in Hebræo est *אֱלֹהֵי*, i. rupes mea, ita etiam hoc loco. Quod illic interpretans transtulit, & *saluator meus*: hic autem, & *saluator meus*, in Hebræo vtrobique est *יְשׁוּעָה*, i. & salus mea. Quod illic *suscceptor meus*, hic autem *adiutor meus*: in Hebræo est *בְּרִיבִי*, id est, protectio mea, seu firmamentum meum. Quod illic, *non mouebo*: hic autem, *non emigrabo*: in Hebræo est *לֹא אֶמְצָא* nō mouebo. Itaque, hic nihil restat dicendum, quod non sit dictum in versu secundo. Optanda erat maior constantia interpretis.

*In Deo salutare meum & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.* Hoc est, à solo Deo salutem meam magna certissimaque spe & fiducia expecto, non autem ab homine aut vlla creatura: neque gloriam meam in opibus, nobilitate, potentia aut sapientia huius mundi, aut versutia astutiaque ingenij, sed solo Deo habeo. *Qui gloriatur*, inquit Apostolus, in Domino gloriatur. Quod noster interpres dixit, *Deus auxilij mei*, in Hebræo est *אֱלֹהֵי עֲזָרָה*: hoc alij transferunt, rupes fortitudinis meæ: Diuus Hieronymus, robur fortitudinis meæ. Sed eadem est horum omnium translationum sententia, nempe, nullius auxilio, nullius firmitati aut robori fido alterius, sed solius Dei. Eodem pertinet illud quo versum claudit,

*Spes mea in Deo est: quasi dicat, non in vlla creatura.*

*Sperate in eo omni congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.* *כְּלֵה*. Per omnem congregationem populi, vniuersam Ecclesiam intelligit: pro quo tamen in Hebræo legitur *בְּבָרַךְ*, id est, in omni tempore: vnde Diuus Hieronymus transtulit, *Sperate in eo omni tempore*. Septuaginta fortassis pro *כְּלֵה*, quod significat tempus, legerunt *כְּלֵה*: nam hoc significat congregationem. Quod ait, *effundite coram illo corda vestra*: nihil aliud dicit, quam omnes afflictiones & necessitates vestras illi exponite, vt ille vos ab his omnibus liberet. Sic Ieremias: *Effunde sicut aquam cor tuum ante cōspectum Domini*. Et Anna mater Samuelis: *Effudi animam meam coram Domino*. Pro eo quod sequitur, *Deus adiutor noster in æternum*: Hebraicè est *אֱלֹהֵי בְרִיבִי לְעוֹלָם*, hoc est, Deus spes nostra, selah. Suspicio interpretem pro *כְּלֵה* posuisse in æternum. Nam Diuus Hieronymus illud transferre solet, *semper*.

*Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Hic rationem reddit, quare non in vllis hominibus, sed solo Deo sperare nos vellet. *Veruntamen*, inquit, siue (vt ex Hebræo transtulit) profecto, *vani filij hominum*. Quod ait, *vani*, in Hebræo significantius etiam per abstractum dicitur, *הַבָּל* id est, vanitas: quasi dicat: quid ab hominibus quis speret, qui nihil aliud sunt quam ipsa vanitas? Similiter pro eo quod sequitur, *mendaces filij hominum*: pro *mendaces*, in Hebræo est *שֶׁקֶר*, id est, mendacium. Quod autem sequitur, *in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum*: id in nostra quidem hac translatione cum eo quod præcedit, connectitur, in hanc sententiam: *Filij hominum sunt mendaces in stateris, hoc est, iniusta pondera habent, vt se mutuo decipiant ipsi, idque de vanitate sua, hoc est, diuitijs & mercimonijs suis, quæ tamen in se nihil aliud sunt, quam vanitas*. Euthymius interpretatur hoc modo: *Mendaces sunt in suis iudicijs*. Per stateras enim iudicia ipsa intelligit. Corrupta est in eis, inquit, iudicij sedes: instabilia etenim eligunt pro stabilibus, & mala pro bonis: & adeo mendaces sunt, vt seipso in primis iniuria afficiant, dum virtutibus se priuant. Ceterum ex Hebræo ad verbum transtuleris hoc modo:

Men-



Ephes. 5.

quàm obdormiam in mortē. Et Paulus Apostolus dormientem excitat his verbis: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Ecce hæc est illa gratissima lux, à cuius exortu noster Propheta dicit se vigilare ad Deum. Est quidem hic sol iam ante millequingentos annos generi humano exortus: atque interea mysticus ille homo & spiritalis, sub cuius p̄sona loquitur Propheta, hoc est, vniuersa Christi fidelium ecclesia, quæ est tanquàm vnus homo, nunquàm desinit vigilare ad Deum. Increduli verò, siue Iudæi, siue Turcæ, siue hæretici, siue alioqui pseudo-christiani, & quicumque se ab hac luce auertunt, neque oculos aperire sustinent ad huius solis radios gratissimos, hi somnum infelicissimum non sine exitiali veterno dormiunt.

*Situit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.* Quod ait, *situit in te anima mea:* à Græca translatione vertendum erat, *Situit te anima mea, id est, in te.* Diuus Augustinus legit, *situit tibi anima mea.* Sed sententia manifesta est, nempe: Anima mea, magno desiderio ad te anhelat. Quod autem sequitur, quàm multipliciter tibi caro mea desiderat te. Sed hoc loco non immeritò quis mirari poterit, qua ratione dicat Propheta, etiam carnem suam desiderio ferri in Deum, cum Paulus ad Galatas scribens, dicat carnem concupiscere aduersus spiritum. Quamobrem sciendum est, pugnam hanc esse inter spiritum & carnem, donec alterutra pars vincat. Nam quemadmodum homines ignaui ac ventri dediti, toti degenerant in carnem, ut nihil aliud quàm carnalia quærant: ita hi qui virtute spiritus carnem superant, paulatim toti efficiuntur spirituales, ut anima & corpore summo cum desiderio adspirent ad Deum: præsertim cum per fidem sciant fore, ut caro resurgens à mortuis, animæque reddita, in æternum apud Deum victura sit. Subest etiam altius mysterium. Nam Christi caro Ecclesia est, sponsa videlicet sponsi, iuxta illud: Et erunt duo in carne vna. Hæc, sponso iam hinc digresso ad patrem, assiduo, eodemque ardentissimo desiderio eodè peruenire desiderat. Vnde Propheta de huius desiderio loquens ait, quàm multipliciter tibi caro mea: quasi sub sua persona loquens CHRISTVS dicat: O pater, anima mea sitit peruenire ad te: neque diù differetur, quod tantoperè sitit, hoc est, desiderat: sed quàm multipliciter caro mea, hoc est, sponsa mea Ecclesia, quæ per huius mundi desertum peregrinabitur vsque ad consummationem seculi, per innumerabiles hostium insidias & laqueos, per assultus & oppugnationes à

Gen. 2.

fronte, à tergo, à dextris, à sinistris, intus & foris: ut huic multò plures grauioresque sine causa sitiendi te, desiderandi peruenire ad te, quàm mihi: quia ego scio vnde mihi cauendum, & quando ad te perueniendum: illa verò tanquàm ovis in medio luporum, diem redemptionis suæ, tibi soli notum, assiduo desiderio expectat. Pergam, si hoc vnum admonuero, id quod nostra translatio habet, *quàm multipliciter:* in Hebræo esse *רצב*, quod Diuus Hieronymus non per aduerbium *multipliciter*, sed per verbum *desiderauit*, transtulit. Sic enim etiam Dauid Kimhi exponit, ut sit idem quod *רצב*, id est, desiderauit, concupiuit. Porro mappick illud, hoc est, punctum in litera *ר*, putant euphoniæ causa inditum esse. Suspico Septuaginta legisse *רצב*, hoc ad verbum trãfferri poterit, secundum quid? & Hebraica loquendi figura idem est quod Latinè, quãtoperè? Hoc iam noster interpres dixit, quàm multipliciter: Græca translatio, *ποσάκις*.

*In terra deserta, inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.* Terra deserta, inuia, & inaquosa, nihil aliud est, quàm descriptio illius deserti, in quo exulabat. Hoc inuium esse dicit, quòd homines per illud non gradientur, qui vias terant, quæ rectè à deserto ducunt in ciuitatem, in qua est sanctuarium Dei: inaquosum autem, quòd fontibus ac riuis destitutum, non habeat quo quis in eo versans possit releuare sitim. In Hebræo hæc omnia habent significationem siccitatis. Nam quod noster interpres dixit, *deserta:* in Hebræo est *רצב*, quod significat quidem etiam desertum, sed siticulosum. Vnde quidam hic transferunt, in terra siticulosa: Quod autem, *in uia:* in Hebræo est *רצב*: quod Diuus Hieronymus vertit, *conscientie:* alij, *siccitatis:* sed significat, *sitietem.* Et quia ex itinere lassus ferè patimur sitim, etiã pro lasso vsurpant nomen *רצב*. Jam omnia hæc in huius mundi deserto experimur. In ipso mundo nulla apparet via, quæ nos hinc in finem certum ducat, ut videamus quæ sit eundem, ut perueniamus in patriam. Est enim mundus hic labyrinthus inextricabilis. Neque quicquam hic inuenimus, quo restinguere sitim nostram, hoc est, cupiditates ac desideria possumus. Opes, gloria, voluptates, & quicquid istiusmodi rerum est, ad eò non satiant homines, ut etiam copia sui cum adsunt, cupiditates eorum magis inflament: Illa verò, in quibus homines stulti & impij requiem suam & relaxationem quærunt, ad eò non reficiunt eos,

Sap. 5.

eos, ut apud Sapientem etiam conquerantur, se lassatos esse in via iniquitatis. Quis igitur nos, qui hinc in patriam nostram properamus, educet ex hoc tam inuio deserto? quis inter eam dum per hoc facimus iter, atque aestu laboris ac sitis lassamur, potum dabit, nè siti perreamus? Ille nimirum, de quo iam in altera versus parte dicit Propheta, Sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam. Quodnam est illud sanctum, in quo propheta apparuit Deo, cum esset in deserto? Sanctuarium erat in vrbe, vnde Propheta exulabat, & gradiebatur per desertum: quomodo itaque in eo potuit apparere Deo? Corpore quidem gradiebatur in deserto, sed animi affectu erat in sanctuario. Deus autem cor hominis intuetur, affectus considerat: atque ubi hi sunt, ibi videt hominem, ibi homo apparet Deo, & Deus vicissim homini ostendit se, ut quantumuis is peregrinetur in deserto, tamen videat virtutem & gloriam DEI in celo. Hinc est quòd Apostolus Paulus infelicem illorum fortem, qui nihil aliud quàm terrena sapiunt, deplorans, nostram felicitatem ex aduerso extollit, dicens: Nostra autem conuersatio in caelis est: vnde etiam saluatorem expectamus, & c. Nam is ipse saluator est ille dux, qui nos ex hoc tam inuio deserto ducturus est in patriam, & in dulcissimi patris nostri complexus. Is est ipsa via, is lux, is refrigerium nostrum, de semetipso sitim nostram inter eundem restinguens, & laborem itineris releuans. Ego, inquit, sum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrem nisi per me. De siti autem, si quis sitit, inquit, veniat ad me, & bibat. De releuatione laboris: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Pergam ad proximum vestrum, si illud admonuerim, pro eo quod noster interpres dixit, *apparui tibi:* nec dissonat Græca translatio, *εφωκην σοι:* ac ne Hieronymi quidem ex Hebræo, qui itidè ut hic interpres transtulit, Sic in sancto apparui tibi: in Hebræo esse, *רצב*: quod alijs magis placet vertere per agentis significationem, Contemplatus sum te: seu, Vidi te. Verbum Hebraicum manifestè habet formam actiua. Neque verò incommodam hoc habet sententiam, nempe, quantumuis adhuc à patria diiunctus per desertum ambulem, tamen in sanctuario tuo, in vnigenito filio, te o pater, videro atque contemplo. Philippe, inquit, qui videt me, videt & patrem. Ecce, hoc est sanctum illud siue sanctuariu, (Hebraicè *רצב*) in quo Propheta, etiam per desertum gradi-

Phil. 3.

Iohan. 14.

Iohan. 7.

Matt. 11.

Iohan. 14.

ens, apparuit DEO patri, ac Deus pater vicissim Propheta, ut hic illius virtutem & gloriam videret. Idem prorsus datur & nobis, per huius mundi desertum euntibus: si nos ad hoc componamus, ut quemadmodum ambulauit Propheta, quemadmodum ambulauit Christus, cuius ille fuit figura, ita & nos ambulemus.

*Quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te.* Vitas Diuus Augustinus intelligit varia vitæ humanæ genera, quorum aliud in negociando, aliud in rusticando, aliud in fœnerando, aliud in militando, aliud in alio versatur, vnde sibi homines vitæ suæ præsidia quærunt. Verum hæc omnia frustra, nisi adsit misericordia & benignitas DEI. Dauid in deserto nullum illorum genus potuit exercere: sed confugit ad misericordiam DEI: ubi inuenit præsidium planè inexpugnabile. Apud Evangelistam Lucam Martha satagit circa frequens ministerium: Maria verò sedens ad pedes Domini, verbum illius audit. Quid autem de vtraque pronunciat Dominus? Martha Martha, inquit, sollicita es, & turbaris circa plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. In sano furore vulgus hominum tumultuatur, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes, ut ait Flaccus: Qui si intelligerè vim illius verbi Dominici, Non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei: & si crederent eidem dicenti, Primum quærere regnum DEI & iustitiam eius, & hæc omnia adijciuntur vobis: profectò multò quietius beatiusque viuerent, atque omni solitudine deposita, ad laudem Dei sese conuerterent, exemplo huius nostri Propheta, dicentis: Labia mea laudabunt te. Illud interim dissimulandum non est, quòd quemadmodum apud Latinos vita singulari duntaxat numero declinatur, nisi quando pro moribus sumitur, (ut apud Terentium cum ait *Sec. 4.* in Adelphis: Denique Inspicere, tanquàm in act. 3. speculum, vitas omnium iubeo, atque ex alijs sumere exemplum sibi:) ita apud Hebræos plurali duntaxat numero dici *רצב*: quòd ad verbum quidem translatum, sonat vitas: iuxta linguarum verò proprietatem, vitas: ut non sit quod magnoperè reluctemur, si quis contendat hanc esse Propheta sententiam: Illi quidem vitam mihi student eripere: quod etiam si fecerint, tamen pluris mihi est, & multò potior misericordia (siue, ut ex Hebræo, benignitas) tua, quàm vita hæc

Iohan. 4.

Luc. 10.

Matt. 4.

Matt. 6.

Sec. 4.

act. 3.

YY 2 fugax

fugax ac momentanea: cui dum illi frustra tendunt infidias, labia mea laudabunt te.

*Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.* Quid est quod ait, sic? nempe, vt omnia bona, quæcunque in hac vita mihi contingunt, siue in animo, siue in corpore, siue in his quæ extra me sunt, non meæ industriæ, sed tuæ misericordiæ accepta feram. Omnes enim labores mei, omnes curæ ac solitudines inanes fuerint, nisi tu ô Deus meus feceris fructuosos. Neq; tamen inter eâ ignauum ocium probas. Quotiescunque itaq; manus meas ad labores, & ad bene operandum leuabo, id in nomine tuo faciam. Sic de Simone Petro apud Lucam Euangelistam legimus, quod iussus à Domino in altum ducere nauim, & laxare retia in capturam, respôdit: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam, ad eò vt rete eorum rumperetur. Non in scitum est, neq; vanum Proverbium: *Dij facientes adiuuant.* Et illud: *Cum Minerua manum quoque moue.* Sed ne digrediamur à nostro Propheta, est etiam quædam leuatio manuum, qua exprimitur precantium gestus, de qua loquitur Apostolus ad Timotheum scribens: *Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione.* Nam de impuris manibus in oratione leuatis, loquitur Dominus apud Esaiam: *Quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: Manus enim vestra sanguine plene sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè, discite bene facere &c.* Ità enim futurum esse, vt impetremus quod petimus, etiam noster hic Propheta significat verbis quæ sequuntur:

*Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum.* Hoc est, Quæmodum secundum corpus adipe & pinguedine bene & assatim pastis, statim exhilarescunt sensus, ità secundum spiritum gratiæ tuæ donis repletis & exhilaratis, os pariter & lingua cum summa exultatione in laudes tuas erumpunt. Quod noster interpres ex Græco transtulit modo optandi, *repleatur*: id D. Hieronymus ex Hebræo paulò commodius modo indicatiuo transtulit, implebitur: vt consonet præcedentibus verbis, *benedicam, leuabo*, & ei quod sequitur, *laudabit os meum.* Nec tamen incommodum est, etiam per modum optandi siue precandi dicere: *O Domine, fac vt anima mea repleatur gratia tua tan-*

quàm adipe & pinguedine: hoc enim vbi fueris, tunc te labijs exultationis laudabit os meum.

*Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.* Sententia huius versûs non est obscura: habet enim in se comparationem forma conditionali. Si noctu super stratum meum dormies, non sum tui oblitus: quanto magis in matutinis, cum ad vigilias & operas meas surrexero, meditabor in te? Nam quod noster interpres dixit, in matutinis: in Hebræo est, *בבוקר*, id est, in custodijs, siue excubijs. Qui ne in somno quidem obliuiscitur Dei, quanto minus is in vigilijs suis & excubijs aduersus hostem obliuiscetur eius? Quotiescunque cubitum imus, ità nos componere debemus, vt etiam dormientes Deum cogitemus. Ego dormio, (inquit sponsa Cantic. 5.) & cor meum vigilat. Quod addit Propheta, *quia fuisti adiutor meus*: apud Hebræos initium est alterius versûs. Consonat autem aptissimè verbo excubiarum, quod est in Hebræo. Est em̄ verbum castrense, de excubijs aduersus hostes: aduersus quos presentissimum certissimumque auxilium est à Deo. Vnde meritò in omnibus excubijs nostris omnis meditatio nostra, omnis spes, & præsidium nostrum vniuersum in Deo est.

*Et in velamento alarum tuarum exultabo.* Hoc iam per exaggerationem accinitur illi quod dixit, *Quia fuisti adiutor meus.* Vnde commodior hac nostra est Hebræorû distinctio, quæ sic habet: *Quia fuisti adiutor meus, & in velamento alarum tuarum exultabo.* Velamentum alarum, nihil aliud est, quàm protectio ab hoste.

*Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.* Sic apud Hebræos distinguitur, vt hic sit integer versus. Quid est, adhæsit post te? Augustinus legit, & interpretat, agglutinata est tibi glutine charitatis, ad eò vt te per omnia sequatur. Quæcunque tu eam duxeris, siue per plana, siue per aspera, siue per prospera, siue per aduersa tibi agglutinata, te sequitur. Neq; verò hoc illi cedit infelicitè. Me enim suscepit dextera tua: Hoc est, tu non permittis me vquam herere in vepribus aduersitatum: non finis me vsq; prolabi: sed dextera tua suscepit me, vt non modò duceret per vias rectas, verum etiam nè vsq; prolaberer, sustetaret. Nam quod noster interpres dixit, *suscipit*: hebraicè *חָבַט*, alij vertunt, sustentauit. Hieronymus tñ cum nostro interprete, *suscipit*. Quod ad sententiam attinet, parum admodum interest.

*Ipsi verò in vanum quæsiuerunt animam meam, introibunt in inferiora terræ.* Hactenus propheta de

ta de suo in Deum amore ac desiderio, atque inuicta fiducia ac patientia in eodem defixa atque firmata. Hic iam commemorat, quàm funestus exitus maneat illos hostes suos. Ipsi verò in vanum quæsiuerunt animam meam, inquit, hoc est, frustra conati sunt perdere me: quia dextra tua protexit me. Sciendum tamè, pro eo quod noster interpres dixit, in vanum, in Hebræo esse, *בְּוַדְוָה*, hoc est, ad perditionem: vt sit sensus, Ipsi verò hostes mei, qui quæsiuerunt animam meam ad perditionem, id est, vt perdant eam, introibunt in infima terræ, hoc est, ad inferos detrudentur. Septuaginta videntur pro *בְּוַדְוָה*, ad perditionem, legisse *בְּוַדְוָה*: hoc enim significat, in vanum.

*Tradetur in manus gladij, partes vulpium erunt.* Quòd ad Saulem persecutorem Davidis attinet, manifesta est historia. Regum capite ultimo: nempe quòd vnà cum filijs suis, ac toto exercitu victus in monte Gelboè, & in suum ipsius gladium incumbens, mortuus sit. Quòd autem quidam illud, *partes vulpium erunt*, interpretantes aiunt, corpora eorum obiecta esse feris, non videtur consonare historiæ, quæ habet, quòd viri labes Galaad sepeliuerunt cadauera Saulis ac filiorum eius: nisi fortè de cadaueribus vulgi illic interfecti, quis velit accipere. Sed nos scimus prophetiam esse de funesto interitu Iudæorum, qui accidit post mortem Christi, quandò Vespasianus ac Titus urbem Hierosolymam euerterunt. Neq; mitiora manebunt eos, qui adhuc Christum in corpore & membris suis persequuntur. Quod noster interpres dixit, *tradetur in manus*: in Hebræo est, *בְּיַד עֵלְוִה*: quod ad verbum sonat, diffundent eum per manus gladij: vt videatur propheta respexisse ad effusionem sanguinis eorum qui gladio pereunt. Ità monuit Dauid Kimhi. Quod aiunt, *partes vulpium erunt*: Vulpes, vt placet Augustino, dicit reges seculi, qui tunc fuerunt, quandò debellata est Iudæa: quo sensu apud Lucam ait Dominus: *Ite & dicite vulpi illi: Herodem significans. Vt huiusmodi vulpium partes fierent, meriti sunt, cum verum regem suum abnegantes, dicerent: Non habemus regem nisi Cæsarem.* Atque hæc quidem illis euentura prædicit. Quid autem futurum de ipso rege? Hoc nimirum quod sequitur apud prophetam:

*Rex verò letabitur in Deo: laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.* Quis est ille rex? Si respiciamus ad historiam de Dauide, Dauid seipsum appellat regem, quippe iam antè à Samuele iussu ipsius dei,

vnctum in regem. Letabitur autem nò in eorum morte, inquit Euthymius, quemadmodum postea re ipsa declarauit, lugens ac plangens: sed letabitur in Deo, qui liberauit diligentes se. Quòd ait, *Laudabuntur omnes qui iurant in eo*: rectè monet Euthymius, olim fuisse morem vt iurarent per regem, veluti per salutem aut caput regis. Viuente igitur Saule, periculum fuisse ei, qui per Dauid regis salutem iurasset: illo verò mortuo, laudabile fore per Dauid, aut huius salutem capite iurare. Nam p̄ illius mortem, ac declarationem regni Dauidici, obstructum est & obturatum os loquentium iniqua, hoc est, calumniantium ac detrahentium Dauidi. Sed hæc omnia in Dauide præfigurantur nobis regem nostrum Dominum Iesum Christum: cuius regnum tum demum effloruit, cum illa persecutrix eius synagoga Iudaica iam esset mortua: cum illi qui extinctum eum volebāt, facti essent partes vulpium. Tunc demum inceperunt laudari, qui iurant in Christo, hoc est, Christum regem suum ac DEVM agnoscunt & confitentur. Sic enim scriptum est: *nominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias: ac per nomen illius iurabis.* In hoc igitur cõfitemur diuinitatem Christi, & regno eius nos subijcimus, quòd negociorum grauitate iusiurandum postulante, non in alio quàm in Christo iuramus. Nam quod apud Mattheum præcipit Dominus, nè iuremus omninò, id nò eò pertinet, vt simpliciter omne iusiurandum prohibeat: aut (vt ad Publicolam scribit Augustinus Epistola 154.) quòd verum iurare peccatum sit, sed quòd peierare immane peccatum sit: à quo nos longè abesse voluit, qui omninò nè iuremus præcepit. Vbi perfecta est charitas illa, qua Christus vnice in suis delectatur, ibi nullo opus est iuramento. Hic em̄ nemo decipere alterum verbis vult, neq; quicumque dicentis verbis diffidit. Vbi autè alter alteri diffidit, hic non est perfecta charitas. Quod si accidat in negocijs arduis, ad gloriam dei, hominūq; salutem vehementer pertinentibus, hic oportet vt iusiurandi fides defectui charitatis succurrat. Verum de hoc aliquandò copiosius in quintum caput Matthæi. Quod ad nostrum prophetam attinet, is vaticinatur futurum, vt ad eò inclarescat regnum Christi, eiusdemq; diuinitas, vt laudi dandum sit hominibus, per iusiurandum etiam Christi regnum ac diuinitatem confiteri ac celebrare, & obturatum iri omne os eorum, qui nunc iniqua & blasphema in illum & sanctos eius loquuntur. Cui cum Deo patre & spiritu sancto debetur omnis honor, gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Luc. 5.

1. Tim. 2.

Esai.

Lucæ 11.

Iohan. 19.

Deut. 6.



**E**Xaudi Deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam. Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam. Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinyo. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo. Et annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

IN PSALMVM LXIII.

TITVLVS.

**T**itulus huius Psalms, secundum Græcos & Latinos est, In sinem Psalmus Dauid: secundum Hieronymum, cæterosq; ex Hebræo, Victori, Psalmus Dauid. In quibus verbis nihil est, quod non abundè in superioribus explicauerimus. Significat Psalmum hunc à Dauide esse cõpositum: & esse prophetiam de Christo, qui finis legis est, & omnium maiorum victor: eorum verò qui neum in citharis corporum suorum, intensis animorum dulcifonis fidibus, psalmis hymnisq; celebrant, præful excellentissimus.

DE OCCASIONE.

**Q**uod Lyranus ex suo illo Rabino, Salomone recenset, veteres Hebræos exposuisse hunc Psalmum de Dauide, si quibus placet, per me licet sequant. Mihi aliorum sententia placet, qui censent hunc quoquè in aliqua graui persecutione à Saule facta, esse cõtatum. Quæ porro illa fuerit, nihil possumus certò affirmare. Nihil autem dubitamus, prophetico spiritu cantatum esse de persecutionibus quas passus est principis in semetipso, hoc est, capite, Christus à Iudæis: deinde adhuc in corpore suo mystico, hoc est, Ecclesia, patitur vsque ad consummationem huius sæculi.

ARGVMENTVM PSALMI.

**L**oquitur in hoc Psalmo propheta in spiritu sub persona Christi, inuocantis deũ patrẽ, nõ tam pro se, hoc est, capite, q̃ pro suo corpore mystico, q̃ est Ecclesia, vt se à timore violentissimorum hostium, nusquam nõ insidiantium, liberet. Cõmemorat interim, quibus machinis ab illis impetatur, nepe non tantum districto ferro, verum etiam venenatis linguæ, dolosisq; consilijs. A quibus omnibus tamen se diuina potentia liberandum prædicat.

Neque verò hoc tantum, sed ipsos insuper hostes suis ipsorum telis confodiendos, aded vt terribile spectaculum futuri sint omnibus hominibus, Christo interim cum omnibus sanctis suis lætissimum triumphum agente.

EXPOSITIO PSALMI.

**E**Xaudi Deus orationem meam, cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Sententia huius versûs satis aperta est: Petit se in suis precibus exaudiri, idque in priore parte versûs: quæ ex Hebræo ad verbum translata, sonat: Audi Deus vocem meam in locutione mea, hoc est, quando ad te loquor, cõmemorans tibi afflictiones meas, quas ab hoste patior. Deinde quod in altera versûs parte ait: à timore inimici eripe animam meam, admonet Augustinus, illum nõ tam deprecari persecutionem quam ab inimico patitur, quàm timorem persecutionis. Nã utilis nobis est persecutio, ad exercendum virtutem: sed timor eius nobis inutilis est. Hoc enim timore multi percussis, fidẽ abnegarunt, & immolauerunt idolis. Vndè Dominus apud Euangelistam vetat nos timere eos qui occidunt corpus, cum animam non possint occidere: sed potiùs timete eum, inquit, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Animã propheta ipsam vitam appellat, Hebraicè **נַפְשׁוֹ**.

Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. Conuentum malignantium dicit impiorum hominum concilium, quod in hoc congregatum fuit, vt perderent & extinguerent innocentẽ: quod concilium in posteriore versûs parte dicit multitudinem operantium iniquitatem. Quomodo DEVS sæpè seruauerit Dauidem à manu Saulis & huius conciliabulis, manifestum est ex historia Regum. Quomodo autem Christum

sternit à Iudæorum conuentu, palam loquitur Euangelistæ. Quomodo assidue seruet Ecclesiam cum electis filijs suis, ab innumerabilibus seuisimisque hostibus, tum ex historijs Ecclesiasticis de martyribus per lectionem, tum ex his quæ quotidie accidunt, per experientia discimus. Nonnè hac ipsa nostra tam afflictã ætate, multos sanctos videmus etiam in illis ipsis vrbibus, in quibus homines factiosi dominantur, aded non deficere ab orthodoxa fide, vt etiam fortiores in hac, & clariore per illas hostis infestationes, haud secus atquẽ aurum per ignem, euadant? Itã nunquam desinit DEVS protegere suos electos à cõuentu malignantium, & à multitudine operantium iniquitatem. Quod noster interpres per præteritum perfectum dixit, protexisti me: in Hebræo est futuri temporis, **יִסְתַּמְךָ**, id est, proteges me. Diuus Hieronymus modo precandi transtulit, absconde me. Nam hunc modum Hebræi etiam pro futurum indicatum efferunt. Quod autem noster dixit, à multitudine: id in Hebræo est **מִרְבִּיבָה**, hoc est, à fremitu, siue, vt Hieronymus, à tumultu.

Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. Hic miror quomodo factum sit, vt in omnibus exemplaribus Latinis, atque aded etiam in translatione Hieronymi ex Hebræo, legamus, Quia exacuerunt &c. cum neque in Hebræo sit coniunctio causalis **וְ**, id est, quia, neq; in Græca translatione **ὅτι**: quod itidẽ significat, quæ sed in Hebræo **וְ**, in Græco autem **ὅτι**, quorum vtrunque est relatiuum, quod Latine dicimus, qui: & est hoc loco nominatiui casûs, pluralis numeri. Vndè tam ex Græco quàm ex Hebræo transferendum erat, Qui exacuerunt tanquàm gladium linguas suas. Sic Psal. 56. Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Non illi soli sunt homicidæ, qui stringunt ferrum, verum etiam illi qui linguæ suis alios ad hoc instigant. Clamabant Iudæi ad Pilatum, Nobis non licet interficere quenquam: cum tamen ad eundẽ clamarent, Crucifige, crucifige eum, non minùs interfecerunt CHRISTVM quàm Pilatus, aut ministri Pilati milites, qui manus suas ad illud accommodarunt: imò verò multò etiam magis. Nam Pilatus inuitus huc descendit, importunis illorum vociferationibus ac minis impulsus: quod etiam Diuus Augustinus in hunc locum diligenter admonuit, dicens apparitores hora sexta perfecisse manibus,

quod Iudæi hora tertia fecerunt lingua: atque hac ratione conciliat Euangelistas, è quibus Marcus dicit: Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum: Lucas verò, Erat autẽ ferè hora sexta. Hora tertia Iudæi crucifixerunt eum lingua, dicentes ad Pilatum: Crucifige, crucifige eum: hora sexta verò milites, seu apparitores Pilati, crucifixerunt eum manibus. Illi itaque exacuerunt vt gladium linguas suas, hi verò accommodarunt manus. Quod noster interpres dixit, intenderunt arcum rem amaram: in Hebræo est, **וְרַבְרַבִּים הֵצִיב מִיָּדוֹ**, hoc ad verbum translatum sonat, tetenderunt sagittam verbum amarum: vt sit sensus, quem admodum linguæ pro gladijs in confodiendo sunt vsi, itã verbis pro sagittis in configendo me. Quod ait, Vt sagittent in occultis immaculatum: apud Hebræos initium est alterius versûs. Sententia nõ est obscura, nisi quod per allegoriam dicta est: significat enim illos per insidias rem gerere. Hoc de pontificibus Iudæorum manifestum est, qui Iudam proditorem data pecunia ad scelus compararunt. Eadem arte compararunt falsos testes, & post resurrectionem pecunia redemerunt à militibus sepulcri custodibus, nè reuelarent ea quæ de resurrectione viderant: sed dicerent, à discipulis furto ablatum esse. Verbum, immaculatum, Hebraicè **טָהוֹר**, significat per omnia integrum, innocetẽ, & purum ab omni peccato.

Subitò sagittabunt eum, & non timebunt. Hęc est posterior pars illius versûs, cuius initium iam ostendimus & explicuimus. Subitò, id est, ex insidijs & improviso. Et non timebunt: hoc est, putabunt se hoc facturos impunè, interea nec Deum nec hominem timentes. Idem latius explicat versu qui sequitur:

Firmauerunt sibi sermonem nequam: narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos? Hoc modo in Hebræo distinguitur: idque luculentius, quàm in hac translatione nostra. Firmauerunt sibi sermonem nequam, id est, pertinaciter perstiterunt in malo, quod semel decreuerunt facere, nullis neque beneficijs, neque miraculis à proposito reuocari sustinentes. Narrauerunt vt absconderent laqueos, hoc est, consultarunt de collocandis insidijs, abutentes discipulo, proditore, Pilato præfide, tanquàm iudice, & huius militibus, vt carnificibus, conantes culpam nefarij facinoris à sese in hosce transferre. Quapropter itã inter se collocti sunt: Quis videbit eos? Hoc est, Quis intelliget hæc nostris dolis atque malitia nostra sic peragi? eos, laqueos refert.

Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes

Matth. 28.

Iohan. 19.

*antes scrutatio.*] Scrutati sunt iniquitates, hoc est, callidè excogitauerunt, quibus rationibus innocentem euerterent. Quod nostra hæc translatio habet, *defecerunt scrutantes scrutinos*: suspicor, pro scrutatio, legendum esse scrutatio, accusatiuo plurali. Nam Græcè est, *ἐπινοήσας*, Augustinus Latinè legit, *scrutationes*: vt sit sensus, cum omnes artes suas expedirent, vt aliquid criminis aduersus innocentem Christum inuenirent, defecerunt, hoc est, nihil inuenire potuerunt. Apud Matthæum sic legitur: Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: & non inuenierunt. Pro, *defecerunt scrutantes scrutinos*: in Hebræo est *שֶׁמֶרֶת הַשֵּׁשׁ מִיְהוֹשֻׁעַ*, hoc ad verbum sonat, Absconderunt scrutinium excogitatum: hoc est, celauerunt dolosa illa sua consilia, dolosè excogitata & conquisita.

*Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.*] Hic locus obscurior est, & variè exponitur. Euthymius interpretatur his verbis: Ad prauos istos talia molientes accedet homo aliquis, illorum prauitati aduersum me inseriturus: & homo iste erit cor profundum, hoc est, magni & profundi consilij, & vergentis ad malum. Nam & profunda inueniuntur ad malum consilia. Cum verò apparuerit, huiusmodi hominem consilium suum non posse perficere, tunc magnificabitur Deus, qui comprehendit sapientes in astutia eorum, qui inefficaces fuisse ostendet eorum infidias. Verisimile est autem aliquos fuisse, qui vt inimicis gratificarentur, accesserint, & operam suam aduersus iustum polliciti sint. Hæc Euthymius. Cæterum pro eo quod noster interpretis dixit, *Accedet homo ad cor altum*, in Hebræo est *וַיִּקְרַב אִישׁ אֶל־עֲמֻדַת הַיָּדָבָר*. Hoc ad verbum transferri potest: & intus quisque, & corde profundo. Distinguitur autem apud Hebræos ita, vt sit præcedentis versus finis, hoc sensu: Scrutantur iniquitates, absconderunt scrutinium scrutando excogitatum, idè; intra se vnusquisque, & in corde suo profundo. Consultationes quas sapissimè cum suis instituit Saul aduersus Dauidè, vt hunc euerteret, manifestæ sunt ex historia Regum. Pontificum autem, scribarum, & pharisæorum consultationes creberrimæ, adeoque assidua & astutissimæ aduersus Christum, luculenter descriptæ sunt ab Euangelistis. Tyrannorum & hæreticorum consilia & machinationes aduersus Ecclesiam DEI, quis ignorat? Quin etiam ipsius diaboli dolos, quos sapissimè, adeoque assidue exercet per homines imperitos, de ipsa etiam familia Domini, in media

domo, hoc est, Ecclesia, aduersus homines pios, DEO & Ecclesiæ eius seruientes, ipsi serui DEI in suis laboribus, dum fideliter quisque suum officium faciunt, magno suo dolore experiuntur. Dolore dico, quem non tam suum, quam illorum quos decipit diabolus, ratione percipiunt. Ipsi enim sese aduersus talia spiritu Dei iam antè obfirmauerunt. Iam quod in fine huius versus iuxta nostram hanc translationem sequitur apud prophetam, *Et exaltabitur Deus*: hoc in Hebræo est initium versus sequentis, & longè aliter ex Hebræo sonat, quam hæc translatio habet. Verba nostri interpretis hæc sunt:

*Et exaltabitur Deus. Sagittæ paruulorum factæ sunt plaga eorum, & infirmata sunt contra eos lingue eorum.*] Quod ait, *Et exaltabitur Deus*: in nostra hæc Latina (vt dixi) & Græca translatione, est finis versus præcedentis: neq; obscura est eius sententia. Quæ verò iuxta nostram hanc & Græcam translationem, hunc versus constituunt, *Sagittæ paruulorum factæ sunt plaga eorum, & infirmata sunt contra eos lingue eorum*, hæc variè à nostris commentatoribus exponuntur. Mihi maximè placet exponere cum Dionysio à Rickel Carthusiano, hoc modo: Sagittæ paruulorum, id est, prædicationes & verba humilium Christi Apostolorum, factæ sunt plagæ eorum, nempe Iudæorum. Nam per prædicationem Apostolorum clarificatus est Christus, & Iudei confusi sunt, victi, & exterminati: & infirmatæ sunt contra eos, videlicet Christi Apostolos, aliosque credentes, lingue eorum, puta Iudæorum. Non enim resistere poterant verbis atque miraculis discipulorum Domini. Vnde scriptum est: Videntes principes sacerdotum Petri & Iohannis constantiam, comperto quòd homines sine literis essent & idiotæ, mirabantur. Et rursus: Non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur per Stephanum. Hanc Dionysius ille diligentissimus commentator, inter eas quas profert, secundam facit. Si quis tamen mallet cum Euthymio interpretari, (quam sententiam etiam Dionysius tertio loco luculenter explicat) Plagæ eorum, nempe Iudæorum, hoc est, quas Iudæi Christo intulerunt, factæ sunt sagittæ paruulorum, hoc est, tam inefficaces, quam sunt sagittæ quas pueli suis illis scorpunculis torquent, (nam hæc neminem lædere possunt) cum Christus ab illis crucifixus, tertia die resurrexerit: & infirmatæ sunt contra eos lingue eorum, puta cum data pecunia corrumpent custodes sepulcri, vt dicerent, se dormientibus discipulos venisse, & suffuratos esse corpus IESV. Hic re vera infirmatæ sunt lingue eorum contra

tra eos. Sciplos enim his verbis falsi testimonij coarguunt. Nam si dormierunt, non poterunt videre quid fieret, vtrum videlicet resurgens abiret, an discipuli tollerent. Vigilantes autem hoc non fuissent passi: neque discipuli tantum facinus ausi fuissent, tot excubitoribus obsidentibus sepulcrum. Relinquitur itaque, illum resurrexisse: atque illis inuitis, atque terrore stuporeque percussis, abijisse. Hanc, inquam, expositionem si quis mallet, nequaquam reluctabor. Sed videamus ea quæ sunt in Hebræo. Hic enim pro his verbis, *Et exaltabitur Deus: sagittæ paruulorum factæ sunt plaga eorum*, ita scriptum est vno continuo versus, *וַיִּירָא אֱלֹהִים זָרְחָא בְּתַאֲוִם חַיִּים מִבְּרִיתָא*. Hoc ad verbum transferri potest hoc modo: Et iaculabitur eos DEVS iaculo repentino: extiterunt vulnera eorum. Hoc est, Quandò illi nihil tale expectabunt, DEVS feriet eos subito, & conficiet sagittis: adèd vt iam nunc plagæ illorum & vulnera parata sint. Hæc iam manifestam habent sententiam. Neq; est obscurum, hæc solere impijs euenire, cum omnia plena sint exemplis. Diuersitas autem translationum inde haud dubiè nata est, quòd aliter legerunt Septuaginta, quam nunc inuentis punctis vocalibus legunt Iudæi. Nihil dubito quin Septuaginta pro *וַיִּירָא*, id est, & iaculabitur eos, vel iaculis feriet eos, legerint *וַיִּירָא*. Hoc enim significat, & exaltabitur, à verbo *וַיִּירָא*, quod significat exaltari. Illud verò quod nunc est in Hebræorū libris *וַיִּירָא* & iaculabit eos, est à verbo *וַיִּירָא*, quod iaculari, seu iaculo ferire significat. Deindè pro eo quod nostra ætate legitur, *וַיִּירָא*, id est, subito siue repente, quod ego propter commodiorem sententiam transtuli per nomen adiectiuum, repentino, quemadmodum & Diuus Hieronymus, illi legerunt *וַיִּירָא*: hoc enim significat paruulos, simplices, & innocuos. Ecce, tanti momenti est, habere qualemcunque linguæ Hebrææ cognitionem. Quod noster interpretis dixit, *Et infirmata sunt contra eos lingue eorum*: apud Hebræos est initium versus, cuius altera pars est, *conturbati sunt omnes qui videbant eos*. Verba itaque nostri interpretis, distinctio verò Hebræorum sic habet:

*Infirmata sunt contra eos lingue eorum: conturbati sunt omnes qui videbant eos.*] Quæ sit prioris membri sententia, iuxta nostram qua vtimur, translationem, iam dictum est: posterioris autem verba nihil habent difficultatis. Significat enim tam horrendum fuisse illorum

interitum, vt quicumque viderint, territi sint & conturbati. Horrendus fuit interitus Saulis: sed multò etiam horribilior Iudæorum sub Vespasiano ac Tito: sed omnium horrorem superat interitus Coreh, Dathan, Abiron & sociorum illorum. Hoc exemplum moueat hæreticos, qui insurgunt in eos, quos DEVS præfecit Ecclesiæ suæ. Tota versus ex Hebræo translatus, sonat hoc modo: Lapsare facient contra semetipfos linguam suam: Fugient omnes qui videbunt eos. Sic de interitu Coreh & sociorum eius Numer. 16. legimus: At verò omnis Israel qui stabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens: Nè fortè & nos terra deglutiat. Sequitur iuxta distinctionem Hebraicam.

*Et timuit omnis homo: & annunciarunt opera Dei, & facta eius intellexerunt.*] Horum non est obscura sententia, nempe, Omnes homines videntes horrendum illum impiorum interitum, timore percussi, annunciarunt alijs opera DEI quæ viderant in faciendo vindictam: & intellexerunt facta eius, hoc est, maiore prudentia expenderunt ea quæ facit Deus, illum iustissimis de causis, pro sua inscrutabili sapientia facere. Quomoddò populus Israeliticus, post interitum Saulis, & filij eius Isboseth, tandem intellexerint, quòd Deus voluerit, vt Dauid pasceret populum suum Israel: & vnixerint illum in regem suum, manifestum est 2. Regum 5. Sed hæc est propheta de Domino nostro Iesu Christo. Cum is moriendo in cruce mortem ipsam vicisset, statim emicuerunt signa victoriæ & regni eius. Nam illic cum expirasset, velum templi scissum est à summo vsque deorsum: & terra mota est, & petreæ scissæ sunt: & monumeta aperta sunt: & multa corpora sanctorum quæ dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem qui ex aduerso stabat, & qui cum eo erant custodientes IESVM, viso terræ motu & his quæ fiebant, & quòd sic clamans expirasset, timuerunt valdè, dicentes: Verè filius Dei erat iste. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, pecutientes pectora sua, reuertebantur. Ecce, hæc sunt quæ propheta noster in spiritu præuidit euentura. Eueniunt autem ad doctrinam & consolationem nostram, vt certi simus nobis quoque similem gloriam esse expectandam, si iuxta doctrinam Diui Apostoli Petri, Christi pro nobis passi vestigia fuerimus secuti. Sic enim scriptum est Sapientia 5. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se an-

gustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum: videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione inperatae salutis, gementes prae angustia spiritus, dicentes intra se, penitentiam agentes, & prae angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquandò in derisum, & in similitudinem improperij: Nos insensati, vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Ecce quomodò computati sunt inter filios DEI, & inter sanctos fors illorum est? Ecce, hic est ille suavissimus saluberrimusque animarum nostrarum pascus, quem ex hac sacra lectione percipimus. Quod noster interpretes dixit, Et timuit omnis homo: id quidam alij transtulerunt, & videbit omnis homo. Id inde accidit, quòd duo verba *תירא*, id est, vidit, & *תירא*, id est, timuit, in tertia persona futuri temporis nonnunquam conueniunt, facta in hoc posteriore syncope. Et haec tunc quidem de persecutione quam faciunt impij in sanctos DEI, & horribili ipsorum impiorum interitu. Nunc breuiter de victoria ac triumpho iustorum, quo concludit Psalmum, dicens:

*Laetabitur in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.* Iniusti illi &

impij persecutores Christi & sanctorum eius, ita vt dictum est, interibunt. Iustus autem, hoc est, Christus, caput videlicet, vnà cum corpore suo mystico, id est, Ecclesia, & membris vniuersis, hoc est, sanctis omnibus, latibitur in Domino: quippe cuius beneficio disruptis omnibus hostis atque ipsius mortis vinculis, cum summa exultatione & gloria in vitam aeternam resurrexit. Cuius victoriae ratione iam nos omnes speramus in eo, certa & indubitata fide expectantes etiam resurrectionem nostram. Nam CHRISTI resurrectio, nostra quoque resurrectio est: qui per hanc fidem, spem, & charitatem in Christo manemus, & Christum in nobis manentem habemus. Quod cum ita sit, quomodò poterimus nò resurgere cum illo? Post resurrectionem autem cum summa exultatione gloriabimur, quotquot in hac vita recto corde illum colimus. Hoc est enim quod Psalmum concludens ait: Et laudabuntur omnes recti corde. Nam quod noster interpretes dixit, laudabuntur, iuxta proprietatem verbi Hebraei verti potuit, gloriabuntur: Diuus Hieronymus vertit, exultabunt. Hoc nobis largiatur Deus pater: cui cum vnigenito filio & spiritu sancto laus sit, honor, & gloria, nunc & in secula seculorum, Amen.

PSALMVS LXIII.

**T**E decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem, Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum praeluauerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis. Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tuae, sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate. Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terrae & in mari longè. Praeparans montes in virtute tua, accinctus potentia, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. Turbantur gentes & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis, exitus matutini & vespere delectabis. Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est praeparatio eius. Riuos eius inebria, multiplica gemina eius: in stillicidijs eius laetabitur germinas. Benedices coronae anni benignitatis tuae, & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

IN PSALMVM LXIII.

DE TITVLO.

**I**N huius Psalmi titulo nimium variant indices. Hi quibus nostra aetas vtitur, habent hoc modo: In finem Psalmi Dauid, canticum

Hieremiae, & Aggaei, & Ezechielis, de verba peregrinationis, & de populo transmirationis, cum inciperent proficisci. In Augustini commentarijs legitur his verbis: In finem Psalmus Dauid,

IN PSALMVM LXIII.

Dauid, canticum Hieremiae & Ezechielis ex populo transmirationis, cum inciperent exire. In Graeca translatione quae sunt, ea ad verbum translata sonant hoc modo: In finem Psalmus Dauid, canticum Hieremiae & Ezechielis, & populi transmirationis, cum inciperet exire. Hilarius legit his duntaxat verbis, In finem Psalmus Dauid. Ex Hebraeo verò, interprete Hieronymo, Victori Psalmus Dauid canticum. Hebraice *למנוח בן יואב*, quod etiam vertere licuerit, Victori Psalmus Dauid canticum. Porro quid inter psalmum & canticum interfit, ex iui Hieronymi sententia dixi, cum de titulo totius libri Psalmorum agerem, nempe Psalmos ad ethicum locum pertinere: cantica verò ad contemplationem rerum diuinarum, & ordinis eius quae inter se habet creaturam. Quin etiam idioma Hebraicum patitur hoc modo transferre: Victoris psalmus, Dauidis canticum. Horum sententia est, Psalmus hic est victoris, hoc est, praesulis siue antisitis cantorum: cantatus autem, hoc est, factus à Dauide, vt daretur victori, hoc est, praesuli, ad cantandum. Atque in hanc quidem sententiam Dauid videtur titulum hunc scripsisse. Quae verò in alijs adduntur de Hieremia, Ezechiele, Aggaeo, & populo transmirationis, à comentatoribus addita videntur. Aiunt enim hunc Psalmum spiritu prophetico cantatum esse à Dauide. in persona populi Iudaici in Babylone captiui: & esse prophetiam de liberatione eius, & reductione ex captiuitate in ipsam patriam Ierusalem: per tropologia autem, de conuersione omnium gentium ab idololatria ad vnium veri Dei cultum. Caeterum nobis qui per fidem Dei cognoscimus in Christo Iesu redemptionem consecuti, adhuc in his terris peregrinamur, consolatio est hic psalmus, quae spe futurae gloriae, quae reuelabitur in nobis, tedium huius peregrinationis releuamus.

ARGVMENTVM.

**P**roponit laudandum esse in ecclesia Dei: cui deinde huiusmodi reddit rationes, quod hominum preces exaudiat, neminem repellat, peccata ad se venientium ipse expiet: atque hac ratione iustificatos ad se recipiat, ac bonis ineffabilibus ditet: interea non desinat tui doctrinae, tum operum miraculis malos quidem terrere vt respiciant, bonos verò consolari vt proficiant.

EXPOSITIO PSALMI.

**T**E decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem. Sententia huius versus est: In hoc exilio, inter idololatrias gentes, qui possumus tibi decentes hymnos & laudes cantare? Cantabimus autem cum nos hinc eduxeris in patriam nostram, in montem sanctum Sion: in quo in hoc ipsum voluisti tibi

templum aedificari, vt in eo preces nostras ad te funderem, & ea quae tibi vouimus, persolueremus. His consonant illa Psal. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion: In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum. Et qui abduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodò cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea. Quod autem in fine huius versus, quem hic interpretamur, dicitur, in Hierusalem, id in exemplaribus Hebraicis non est. Et quod in principio dicitur, Te decet: in Hebraeo est *לך דבירה*, quod Diuus Hieronymus vertit, Tibi silentium. Verum ex hac Hieronymi translatione difficilius est colligere sententiam prophetam. Quare malle iuxta expositionem commentatoris Hebraei Dauid Kimhi transferre ad verbum quidem, Tibi expectatio hymni: ad sententiam autem, Te manet (hoc est, expectat) laus deus in Sion: quasi dicat: Nò possumus te iustus dignisque laudibus celebrare in hoc exilio: cum autem venerimus in patriam nostram, in montem illum Sion, quae tibi ad hoc delegisti & consecrasti, tunc iustis laudibus te celebrabimus. Nò tamen interea dum in hac carne detenti peregrinamur adhuc in terris, abstinere debemus à laudando Deum: in cordibus videlicet nostris laudes illi concinentes, quibus versamur in caelis, cum tamen pedibus gradiamur in terris. Qui terrena sapiunt, (vt loquitur Apostolus) hi nunquam possunt laudare Deum: quorum verò conuersatio in caelis est, hi sunt qui laudant illum in Sion, vbicunque etiam sint secundum corpus. Idem dicendum de persoluendis votis. Hic vouemus, & bonum est vt ibi reddamus, inquit Augustinus. Qui autem hic vouent, & non reddunt? Qui non perseverant vsque in finem in eo quod vouerunt. Dum in his terris peregrinamur, animorum quidem nostrorum desiderio persoluimus vota nostra in Ierusalem illa caelesti, dum oculos, manus, atque suspiria nostra eò dirigimus: quemadmodum sancti illi qui erant in Babylone, precantes, se conuertebant ad Hierosolymam. Sic enim de Daniele scriptum legitur, quòd ingressus domum suam, & fenestris apertis in coenaculo suo contra Ierusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque coram deo suo. Hic igitur desiderio animi sui iam etiam Hierosolymam, ibique in templo Domini, in monte Sion precabatur. Caeterum ex Babylone Hierosolymam reducti, & instaurato dedicatoque templo, immolauerunt phae vniversi filij captiuitatis, & fratribus suis sacerdotibus

tib', & sibi metipsis. Ita & nos in resurrectione iustorum faciemus. Tunc enim universi, toti & integri, tam corporibus quam animis nostris ibi erimus, & unanimiter gaudium ineffabilem offerentes phase nostrum, celebrabimus diem festum, & epulabimur in conspectu Domini. Tunc igne charitatis percossi, nos ipsi gratissima erimus holocausta DEO nostro, de quibus in alio Psalmo audivimus: *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut aedificentur muri Ierusalem.* Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes & holocausta, tunc impones super altare tuum vitulos. Nemo potest esse holocaustum Domino gratum, nisi hic incipiat igne charitatis ardere. Ignis hic iam quidem per spiritum sanctum in nobis accenditur: & quo magis arserit, eo citius unumquemque purgaverit, & gratum holocaustum perfecit. Atque hoc est verum & perfectum persolvere votum Domino, perfecta charitate in Deum ferri. Harum rerum emphasin videre est in verbo Hebraeo *וְיָשִׁיר*, quo hic usus est propheta. Significat enim cum pace perfici, & perfecte persolvi. Deus charitas est, inquit Iohannes, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quamobrem fieri non potest, ut talium ad ipsum clamantium preces non exaudiat. Omnia haec facere oportet in Sion, & in Ierusalem, hoc est, Ecclesia. Nam extra hanc nihil eorum nec decens nec gratum Deo esse potest. Idololatrarum gentium, & haereticorum superstitiones non recipit Deus, quantumvis etiam externis quibusdam operibus comendantur. Divus Hilarius admonet philosophos quosdam nudis corporibus algere, ipso etiam coniugiorum usu abstinere: haereticos nonnullos sicco panis cibo vivere: sed haec nihil eis prodesse, cum fiant extra Ecclesiam. Vota enim tantum Ecclesiasticae religionis utilia sunt, inquit: quae cum & dignis Deo cantionibus, & propositis in Ecclesia observantibus studio perantur, tunc digni erimus pro quibus Deum sanctus spiritus interpellat. Hinc est quod sequitur in hoc Psalmo.

*Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.* Quod noster interpret modo precandi dixit, consonante translatione Graeca, Exaudi orationem meam, id in Hebraeo forma enunciandi dicitur, *שְׁמַע תְּפִלָּתִי*. Hoc ad verbum sonat, Qui exaudis precem. Pronomen *meam*, in Hebraeo non additur: sed in definitum dictum est, qui exaudis precem: ut cohaereat cum versu precedente, hoc sensu: Te decet hymnus: & tibi persolvetur votum, qui non repellis eos qui precibus suis ad te confugiunt. Quinetiam divus Hilarius admonet in exemplaribus authentice indefinitè legi, Exaudi orationem:

non autem addi, meam. Neque enim propheta de sua solius, sed de communi omnium oratione loquitur. Hinc enim pertinet quod addit, ad te omnis caro veniet. Sciendum est autem, quod caro in scripturis divinis saepe pro toto homine sumitur, quemadmodum & anima: & potest hoc membrum bifariam intelligi: Omnis caro veniet ad te, id est, ex omni genere hominum recipies in regnum tuum, quicumque fecerint voluntatem tuam, & nomen tuum invocaverint: & Omnis caro, id est, omnes homines, tam iniusti quam iusti, venient ad te in die iudicii, hoc est, ad tuum tribunal sistuntur. Sed prior sententia magis consonat illis quae praecedunt in Psalmo, & argumento totius Psalmi.

*Verba iniquorum praevaluerunt super nos, & impietatis nostrae tu propitiaberis.* Verba iniquorum (ut sentit Augustinus) erant Babyloniorum sermones de idolis colendis, & creaturis pro creatore. Haec verba, siue hi sermones praevaluerunt super populum Israeliticum, eo inducentes ipsum, ut & ipse deserto creatore, creaturam coleret. Haec certe fuit enormis impietas. Deus autem misertus populi sui, liberatum ab idololatris illis in patriam & civitatem suam Ierusalem reduxit, & instaurato templo, per sacrificia expiavit impietatem illam. Quidnam ea re nobis praefiguratum est? Hoc nimirum, quod nos electum populum suum erat ex impia illa gentilitate conuersurus, & per summum sacerdotem unigenitum filium suum in unam Ecclesiam congregatos, oblatio sacrificio sacrosancti corporis & sanguinis ipsius sacerdotis per ipsum sacerdotem, expiaturus erat & emundaturus ab omni impietate, & ab omnibus iniquitatibus nostris. Hoc est quod ait, propheta, Et impietatibus nostris tu propitiaberis. Omnes enim peccaverunt, (inquit Apostolus) & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu, quae proposita est Deus propitiator per fidem in sanguine ipsius. Hinc & Iohannes ait: Si quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Sententiam totius versus non male reddidit noster interpret: ad verbum autem transfuleris hoc modo: Verba iniquitatum praevaluerunt super me: scelera nostra tu expiabis. Verba iniquitatum, Hebraismus est pro, verba iniqua. Quod ait, scelera nostra, pronomen *nostra*, emphasin habet, quasi dicat: tametsi sacrificium illud unigeniti filii tui satis sit ad expiandum totius mundi peccata, non tamen omnium illo peccata expiabis, sed illorum duntaxat quos tu elegeris. Hinc est quod sequitur in Psalmo:

*Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atrijs*

*in atrijs tuis.* Apud Evangelistam Mattheum ait: Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Porro electio haec, non est res discreti iudicii, inquit Hilarius, sed ex merito delecta facta discretio est. Filius quidem hominis venit quaerere & saluum facere quod perierat: neque excludit quemquam cum ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: sed illos duntaxat eligit & assumit, qui manent in compage Christi, (inquit in hunc locum Augustinus) & membra eius sunt, faciuntque quodammodo unum virum, de quo dicit Apostolus: Donec occurramus omnes in agnitionem filii Dei in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Ecclesia Christi tanquam vir unus est, cuius caput est Christus. In huius itaque viri corpore qui manent, hos eligit & assumit Deus. Schismata non assumit, haereses non assumit, (inquit idem Augustinus) quia multitudinem de se fecerunt, neque manserunt in uno illo qui assumitur. Quare autem beatum pronunciat hunc qui eligitur & assumitur? Subijcit rationem ipse propheta, cum ait: inhabitabit in atrijs tuis. Omnis perfectio bonorum (inquit Divus Hilarius) in habitatione caelestis est requie. Unde noster propheta in alio Psalmo inquit, Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Et in eodem: Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Quinetiam in hoc ipso quem nunc interpretamur, ita pergit propheta:

*Replebimur in bonis domus tuae: sanctum est templum tuum, mirabile in equitate.* In exilio huius Babyloniae nihil est bonorum quod nos satiare possit, quantumvis niteant auro argenti & auro regiae: quantumvis omni ciborum ac potus genere sint instructae mensae: quantumvis nullo non deliciarum genere blandiantur omnia: nos tamen his non saturamur. Sed cum ab exilio hoc nos in patriam redieris, tunc replebimur, hoc est, saturabimur bonis domus tuae. Est etiam in his terris domus Dei Ecclesia, bonorum spiritualium divites, dicente Apostolo: Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alij autem sermo scientiae secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanctorum in uno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Ceterum haec dona nobis in hoc mundo peregrinanti-

bus, certis mensuris distribuit, tanquam necessarium viaticum tendentibus in patriam illam caelestem. In illa autem patria quanta nobis praeparaverit, hoc neque oculis vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit: ut ex Esaias refert Apostolus Paulus. Atque ea sunt quae saturabunt nos. Unde in alio Psalmo dixit: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quod sequitur iuxta translationem nostram, *sanctum est templum tuum, mirabile in equitate*, si respiciamus ad historiam captivitatis Babylonicae, potest habere hanc sententiam: In Babylonia haec omnia profana sunt & idololatrica: templum autem tuum quod est Hierosolymae, sanctum est, precibus & sacrificijs tibi gratis consecratum: propterea mirabile in aequitate, propter tribunal summi sacerdotis, quod illic residens, ius dicit iuxta ordinationem & statutum tuum. Deut. 17. Sed illud templum qualiscumque figura fuit veri illius templi, in quo habitat deus. Quodnam est hoc templum? Illud nimirum, de quo loquitur Apostolus cum ait: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Vides ut consonet Apostolus prophetae dicenti, Replebimur in bonis domus tuae? Caro Christi, humanitas Christi, templum illud est, in quo plenitudo illa divinitatis inhabitat, qua nos omnes replemur, dicente Iohanne: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: ad eum ut etiam nos ipsi templum Dei illius beneficio facti simus. Vos enim estis templum Dei vivi, inquit Apostolus. Et in priore: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Vides rursus consonare prophetam & Apostolum, dicente propheta, sanctum est templum tuum. Demus itaque operam, ut huius templi quod nos sumus, sanctitatem conferuimus, & ille qui habitat in nobis, replebit nos omni bono. Quid enim bonorum nobis deesse poterit, illi, qui summa est bonorum omnium, habitante in nobis? Est etiam hoc templum mirabile in equitate. Quid ni mirabile in equitate, in quo deus ipse residens ius dicit? Paravit in iudicio thronum suum, (inquit in alio Psalmo) & ipse iudicabit orbem terrae in equitate, iudicabit populos in iustitia. Et in alio: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Et in eodem: Aequitas testimonia tua in aeternum. Aequitas haec & iustitia in CHRISTO habitat: cui pater dedit omne iudicium. Pater enim (inquit apud Iohannem) non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Hoc etiam in alio Psalmo cecinit noster propheta, dicens: Deus,

Psal. 50.

1. Ioh. 4.

Matt. 20.

1. Cor. 2.

Eph. 4.

Psal. 73.

1. Cor. 12.

Psal. 16.

Coloss. 2.

Iohan. 14.

1. Cor. 6.

1. Cor. 3.

Psal. 9.

Psal. 118.

Iohan. 5.

Psal. 71.

MATHIAE BREDEMBACHII COMMENTARIA

366

Rom. 8.

1. Cor. 1.

Deus, iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Ac ne hanc quidem iustitiam ita conclusit in Christo capite, vt non difunderet etiam in membra corporis sui mystici. Nam quos vocauit, hos & iustificauit, inquit Apostolus. Imò, vt Corinthijs scribens idem Apostolus docet, ipse Christus factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Quam obrem etiam de nobis, qui templum Dei sumus, rectè intelligere possumus nostri Prophetæ verbum, quo ait: Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Pro eo quod noster interpret hinc dixit, Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, ex Hebræo ad verbum quidem transferri posset, Saturabimur in bonitate domus tuæ, sanctitate templi tui. Hoc est, Cum in patriam nostram peruenerimus, tum affatim pacemur dulcissimis illis bonis, quibus domus tua abundat, nec non sanctitate templi tui cum incredibili gaudio voluptateque fruamur. quo autem noster interpret hunc versum conclusit, mirabile in æquitate: id in Hebræo est initium sequentis, & est scriptum **וְיִשְׂרָאֵל בְּיָמָיו**: quod ad verbum sonat, Terribilia in iustitia. Hoc quomodo cohæreat sequentibus iuxta lectionem Hebraicam, paulò post dicam: nunc verò aggrediar id quod sequitur in translatione hac nostra, qua vtimur in Ecclesia.

*Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè.* Juxta hanc translationem non est obscura huius versus sententia, si modò obserues, quòd prophético spiritu loquitur sub persona Ecclesiæ, inuocantis Christum authorem salutis suæ: in quem non iam vna duntaxat gens Iudaica sperat, sed omnes gentes, quotquot per totum terrarum orbem vsque ad extremos fines eius diffuse sunt: neque id solum vsque ad fines continentis, verum etiam quotquot in remotissimis insulis habitant. Quinetiam in ipso Oceano habitant homines integri, more piscium in ipsis aquis degentes, quemadmodum nos in terris. De quibus videre licet Plinium libro 9. capite 5. & libro 32. capite 11. Confirmat ea quæ scribit Plinius, Iohannes Ludouicus Viues libro 2. de veritate fidei Christianæ, dicens sua ætate ante annos duodecim quam ipse illud scriberet, in Batavia fuisse hominem marinum captum, & supra duos annos detentum, & iam incepisse fari, cum antè fuerit mutus: ac tandem bis iustum pestilentia, in mare esse remissum, gaudentem & exilientem. Quid autem illi de DEO sciant aut sperent, nobis incertum est: nisi fortè hoc quod alibi noster Propheta in genere dixit, Oculi omnium in te sperant, & tu das illis escam illorum

Psal. 141.

in tempore oportuno. Pro eo quod noster interpret dixit, & in mari longè, Hebraicè est **וְיִשְׂרָאֵל בְּיָמָיו**: hoc ad verbum translatum sonat, & maris extremorum, hoc est, remotissimas oras maris incolentium. Totius itaque versus iuxta lectionem distinctionemque Hebraicam, in qua id quod in nostra hac translatione finis est versus præcedentis, initium est huius, hæc est sententia: Terribilia iustitiæ, ô Deus, &c. Deus, qui solus nobis author salutis es, & in quæ sperat qui toto terrarum orbe vsque ad extremos fines eius habitant, & qui per ipsum Oceanum vsque ad huius quoque fines extremos, exaudis nos, quasi dicat: Nonnè hæc est admiranda quædam, atque stupenda iustitiæ ratio, vt cum tu sis iustissimus omnium, adeoque ipsa iustitia, nos autem peccatores, tu tamen exaudis nos, & es nobis author salutis, in quem sperant omnes quicumque in terris & Oceano viuunt? Quod si in his diuinis oraculis interpretandis interim etiã ad Rhetorum præcepta respicere velimus, videre poterimus hoc loco insigne exemplum eius præceptionis qua docet, eius à quo quid petimus, beneuolentiam ambire laudibus, potissimum à benignitate atque potentia ductis. Nam benignitatis ratio efficit, vt velit nobis prestare quod petimus: potentia verò, vt etiam possit. Porro vbi voluntas & potestas conueniunt, hic nulla relinquitur dubitatio de cõsecuturo opere. Cum itaque nostræ salutis authorè confitemur, & asserit omnes qui in omni terra, quique in toto oceano habitant, in ipsum sperare, bonitatem eius seu benignitatem prædicat: His autem quæ hinc iam sequuntur, potentiam.

*Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.* Cum Deus omnipotenti verbo suo celum, terram, maria, vniuersam denique hanc mundi machinam, & quicquid ea continetur, creauerit, idque adeò ex nihilo, nihil miraculi est, quòd terram partibus aliquot, vbi ipsi placuit, in altissimos extulit montes: eosdemque montes herbis, arboribus, frutibus, similibusque rebus vestiuit & exornauit, & varijs animalium quadrupedum, volucrum, & reptilium generibus repleuit: (in quam sententiam hæc Iudeorum crassities, nec non paraphrastes Chaldaicus interpretantur) Dixit & in alio Psalmo, Ascendunt montes, & descendunt campi, in locum quem fundasti eis, maiore admiratione digna sunt, quæ nos diuinitus Christi spiritu docti, per allegoriam ex his intelligimus. In 17. Psalmo meminit etiam montium, cum ait: Cõmota est & cõtremuit terra: & fundamenta montium conturbata

Psal. 103.

1. Cor. 1.

turbata sunt, & cõmota sunt, quoniam iratus es eis. Ibi montium nomine, inquit Hilarius, omnem supereminentem virtutem intelligi oportet, quæ se contra Deum exaltans atque efferens, ire Dei subdidit. Eandem virtutem, hoc est, vim, etiam hic per montes Hilarius quidè intelligit, & præparari à Deo ad pœnam futuri iudicij. Hic tamen mihi quidem magis placet Augustini sententia, qui per montes, de quibus in hoc 64. Psalmo loquitur Propheta, intelligit Apostolos: quos præparauit Deus, non in ipsorum, i. Apostolorum, sed sua, hoc est, diuina virtute. Ipsi quidem Apostoli, quantum ex ipsis, humiles erant atque infirmi, quales nos omnes sumus. Deus autem sua potentia extulit eos, constituit, & confirmauit aduersus omnes potestates, fremitus, & tempestates huius mundi, qui vastissimo illi pelago, perpetuis tempestatum motibus turbulento, non raro in scripturis diuinis comparat. Hinc est quod Apostolus Paulus ad Corinthios suos scribit, & citatur in hunc locum Psalms ab Augustino: Ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non fidentes in nobismetipsis fides, sed in Deo qui suscitauit mortuos. Qui in se fidit, & in Christo non fidit, non est de his montibus, quos ille præparat in fortitudine sua, inquit Augustinus. Aduuat expositionem Augustini, quod illud, *præparans*, in Hebræo est **וַיַּבְרֵךְ**: & à Symmacho transfertur stabiliens, & in multis scripturæ locis significat stabilire & confirmare. Vnde Euthymius hunc locum Psalms explicans, inquit: Deus ille est, qui stabiles reddit montes, ita vt nullis, tametsi validissimis, ventorum flatibus dimoueri possint, aut fluctuare. Itaque quod noster interpret dixit, *Præparans montes in virtute tua*: id potuit transferri, Stabiliens montes in fortitudine sua. Nam loquitur Propheta de DEO in tertia persona: & pro *virtute tua*, in Hebræo est **בְּכֹחַ**, id est, in fortitudine sua, consonante translatione Græca **ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ**. Quinetiam translatio Latina, quam secutus est Diuus Augustinus, habet: Præparans montes in fortitudine sua. Quidam etiam non incommodè per montes angelos intelligunt, quos Deus dedit Ecclesiæ suæ custodes & propugnatores aduersus potestates diabolicas: ad quod etiam illud referunt, quod idem hic noster Propheta Psalmo centesimo vigesimo quarto ait: Montes in circuitu eius. Tametsi angelorum nomine nonnunquam Episcopi sunt intelligendi, vt Apocalyp. 2. Angelo Ecclesiæ Ephesi scribe. De quo vide Augustinum epistola 162. Tam quod addit Propheta, accinctus potentia, id Diuus Hilarius

refert ad humanam naturam Christi. Accinctio potentia, inquit, ei quod indigebat, corpori coaptatur. Non enim virtus accingitur: sed in virtute Dei potentia homo, quem Dominus assumpsit, accingit. Est itaque totius versus sententia sermone facta de persona filij Dei: Deus filius, (hoc est, Christus) qui diuina sua virtute præparat mōtes, hoc est, Apostolos ac viros Apostolicos, qui in Ecclesia eminent supra ceteros homines, facit hæc in humana quidè sua natura, sed potentia nature diuine, quæ est in eodem Christo, accincta. Quod sequitur, *Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius*: iuxta verborum proprietatem, hæc habet sententiam, quod ventus qui tempestatibus mare conturbat, vim illam tantis motus excitandi, non à semetipsis, sed à Deo habet. Per allegoriam verò, mare turbulētissimum hic mundus est. Is dum nihil aliud quam terrena querit, & in his acquiescit, incipiente flare spiritu Dei per Apostolos, & viros Apostolicos docentes homines erigere se, & spretis relictisque terrenis meditari cælestia, statim intumescit & conturbat hoc pelagus, alijs virtute spiritus in altum sublati, alijs retardante mole terrena in fundo herentibus, alijs inter spiritum Christi & spiritum fatanæ tanquam ventos contrarios in tentationibus fluctuantibus, & fiunt mirabiles elationes maris, vt in alio Psal. canit. In huiusmodi fluctibus sæpè terribiliter iactat Ecclesiæ nauis: id quod nostra hac tempestate non sine ingenti pauore videmus. Nauigat quidè nobiscum in hac naue Dominus Iesus: neque enim vanum esse potest verbum eius quo dixit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi: sed vt est apud eundem Euangelistam, nonnunquam dormire videtur: & interea tanti fiunt motus in hoc mari, vt nauicula fluctibus etiã operiatur. Excitandus est itaque nobis precibus & operibus penitentia. Quisque pro sua virili apprehendat remum, sed implorato illius auxilio, vt ipse imperet ventis vt conquiescant: quemadmodum tunc excitatus & rogatus ab Apostolis, imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Nam etiam hoc ipso loco Psalms huius, pro eo quod noster interpret translulit, *Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius*: in Hebræo est, **וַיִּשְׁבַּח אֱלֹהִים שֵׁאוֹן יָמִים שֵׁאוֹן גְּלִיָּהִם**

Psal. 92.

Matt. 28.

Matt. 8.

Hoc est, compescēs, (sive, qui compescis, hoc est, sedas) fremitum marium, fremitum fluctuum eorum. Initium versus sequentis, quod est, *Turbabuntur gentes*: in Hebræo est finis huius versus, quem nunc sumus interpretati. Scribitur autem illic his verbis: **וַתִּמְרוּ לְאֲמֹרֵינוּ**, hoc est, & tumultum populorum: quafi

quasi hoc tanquam pareo voluerit interpretari, quid per fremitum maris & fluctuum debeamus intelligere. Sic enim in Hebræo continuatur, compescens fremitum marium, fremitum fluctuum eorum, & tumultum populorum. quasi dicat, hoc est, tumultum populorum. Diuus Hieronymus transtulit, multitudinem gentium. In nostra verò hac translatione, qua nunc vtitur Ecclesia, sic incipit & procurrit versus, quem iam aggredimur:

*Turbabuntur gentes, & timebunt qui inhabitant terminos, à signis tuis, exitus matutini & vespere delefabis.* Quod interpret in futuro tempore dixit, turbabuntur, & timebunt, iuxta consuetudinem linguæ Hebrææ indefiniti temporis esse potest, hoc sensu: O Deus, quando gentes quæ passim per orbem terrarum vsq; ad fines eius habitant, vident mirabilia illa immensæ potentiae tuæ signa, quæ in terra, mari, atque omnibus creaturis tuis ostendis, turbantur ac timeant, formidantes tantam potestatem. Tu verò bonitate tua terrorem illum eximis eis, & delectas siue exhilas exitus illorum tum matutinos, tum vespertinos, vt utroq; tempore, matutino & vespertino, te hymnis suis & canticis spiritualibus celebrent. Nonnulli exitus matutinos & vespertinos nō ad tempus, sed ad locum referentes, per exitus matutinos, partem mundi orientalem intelligunt: per vespertinos autem, occidentalem: vt sit sensus: Gentes omnes, in quibuscunque totius orbis partibus habitauerint, videntes signa potentiae tuæ, expauescunt. Tu verò clementia & bonitate tua pauorem illum hilaritate commutas, incipiens ab oriente vsque in occidentem, vt omnes gentes totius mundi gaudio spirituali exhilarati, te hymnis & canticis suis spiritualibus celebrent. Iuniores hinc admonendi sunt, illud, exitus, esse casus accusatiui pluralis numeri, matutini verò, genere neutro accipiendum esse substantiuè, à matutinum: vespere autem, genitiui casus à vespere. Hæc omnia manifestiora sunt in translatione Græca, quæ habet: *ἔξοδοι πρωίας καὶ ἑσπίας ἑσπίας*.

Quod si ad tempus referas, sensus est: Exitus temporis matutini & vespertini delectabis: nam utroq; tempore Ecclesia Deum laudat. Sin autem ad locum, hoc modo intelliges: Exitus orientis & occidentis delectabis: vt consonet illi quod in hymno Sedulij de natiuitate Domini canit Ecclesia,

A solis ortus cardine,  
Ad vsq; terræ limitem,  
Christum canamus principem,  
Natum Maria virgine.

Sed quæ ad proprietatem vocum tam Græcarum quæ Hebraicarum respicimus, magis placet

vt ad tempus, quæ vt ad locum referamus. *ἔξοδοι* enim & *ἑσπίας*, matutinum tempus significat, non eam mundi partem quæ oriens dicitur. Hæc enim Græci vocant *ἑσπίας*, Hebræi verò *בוקר* & *ערב*, nonnunquam etiam *בוקר*, quod Græcus interpres magis ad verbum, quàm ad sententiam, transtulit, *ἔξοδοι*: & Latine utrunq; ad verbum quidem, dixeris exitus: ad sensum verò, expeditio seu profectio, presertim Græcum hoc. Occidens verò, Græcè dicitur *ἄνατολις*, Hebraicè *צפון*, Iob 23. Iudæi autem etiam propter situm Palestinae, quæ ab occidente mare habet, ipsum nomen *ערב*, quod proprie significat mare, pro plaga occidentali accipiunt. Dicitur etiam *ערב* occidens, ab *ערב*, i. vespere, quem admodum Latini Hesperiam ab Hespero denominant. Nos itaque his consideratis, verba Prophetæ quibus ait, Exitus matutini & vespere delectabis, non ad locum, sed ad tempus referimus, hoc sensu: O Deus, quoniam nos ex hac Babylonica captiuitate reduces in patriam nostram Hierosolymam, tunc turbabuntur gentes, quæ nos in hac captiuitate afflixerunt, & illi qui inhabitant terminos, hoc est, fines patriæ nostræ Palestinae, timebunt à signis tuis, hoc est, prodigijs & miraculis, quæ tu edes, quoniam popululum in patriam suam restitues. Egressus autem popululi tui, tam matutinos quæ vespertinos lætificabis. Huic consonat historia i. Esdræ 3, quæ habet, quod instaurato iam templo, obtulerunt in eo holocaustum domino mane & vespere, idque in ingenti lætitia ibi factum legitur. Atque hæc quidem tunc in figura facta sunt. Veritas autem secuta est, quoniam Apostoli spiritu doctrinæ Euangelicæ commouerunt totum terrarum orbem, & barbaras gentes miraculorum signis & prodigijs terruerunt, oblectantes & exhilarantes exitus hominum matutinos, hoc est, ætatem iuuenilem, & vespertinos, id est, senilem. Nam ex omni ætate fuerunt, qui cum gaudio doctrinam hanc amplecterentur. Habet etiam simile quiddam tempore matutino blanditiæ huius mundi, per ostensionem prosperitatis & vespertino tempore, persecutionum minæ. Deus autem electis suis ex utroq; tentationis genere dat lætos exitus. Sic Augustinus.

*Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.* Esaias quidem & Ezechiel prophetant de vbertate terræ post reditum popululi à captiuitate Babylonica: sed Christiana religio spiritu Dei instructa, omnia spiritualiter intelligit. Visitationem Dei terram per aduentum filij sui, & inebriauit eam doctrina celestis. Emisit Apostolos tanquam nubes, & quemadmodum ingratæ vinee popululi Iudaici aliqui nati

nati

natus est, se mandaturum nubibus Prophetarum, ne pluerent super eam imbrè, ita his nubibus dixit: Euntes in mundum vniuersum, annunciate Euangelium omni creaturæ. Ecce, hæc est illa visitatio, qua benignissimus Deus visitauit terram populi sui, & inebriauit, siue, vt ex Hebræo sonat, irrigauit eam imbrè doctrinæ suæ: & multiplicauit locupletare eam, hoc est, multifariam donis suis spiritualibus eam ditauit.

*Flumen Dei vepletum est aquis: parasti cibum illorum, quoniam ita est preparatio eius.* Secundum historiam figuram, flumen Dei Iordanis est, multis miraculis à Deo nobilitatus. Hic quidem repletus est aquis, quod cecidit in Palestina, pluuia ad irrigandum agros, post reditum popululi ex Babylone: sed nobis respiciendum est ad mysteria, & videndum quod spiritus in his voluerit. Iordanis, de quo hæc, cum ad historiam respicimus, loqui videtur, Hebraicè scribitur *יַרְדֵּן*: nomen compositum, rem quoque compositam significat. Flumen enim hoc, è duobus fontibus, haud procul à se distantibus, oritur, quorum vnus dicitur *יַרְדֵּן*, quod interpretatur *יַרְדֵּן*, quod est riuus, inquit Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genesim: alter verò *אֵי*, quod significat iudiciū. Vnde Iordanis interpretatur riuus iudicij, auctore Hieronymo in Ezechiel cap. 47. Ait enim esse eximiam cuiusdam dulcedinis, & regiones amoenissimas preterlabi. Intrat principium mare Galilee: inde rursus per agros in illud mare, quod dicitur Tiberiadis. Hinc verò emergens, per longissimos tractus influit in mare mortuum, quod est Sodomorum, natura dirum: à quo tandem absorbetur. Hæc est breuis descriptio Iordanis, vt eam ex Geographis colligimus, necnō scripturis diuinis. Multa mirabilia (vt paulò antè dicere cœpi, & vt ait D. Ambrosius in sermone 21. qui est de Epiphania domini) in hoc flumine sepius facta esse, scriptura commemorat: vnde non est incredibile, hoc loco flumè Dei à Propheta secundum historiam duntaxat appellari. In libro Iosue cap. 3. legimus, quod transituro Iosue cum arca Domini ac populo, aquæ Iordanis cesserint ei, vt omnes siccis pedibus transirent. Et 4. Reg. 2. Helias & Heliseus progressi stabant super Iordanem: tulitque Helias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtranque partem, & transierunt ambo per siccū. Idem paulò post fecit Heliseus, vt in eodem cap. legimus. Cap. 5. eiusdem legimus, quod Naaman Syrus, cum esset leprosus, iussus ab Heliseo lauare se septies in Iordane, lauit, & mundatus est à lepra. In hoc flumine Iohannes Baptista

baptizauit, & Dominus Iesus ipse baptizatus est ab eo: & baptismum nobis consecrauit: ad eò vt huiusmodi aquis ablumur ab omnibus peccatis nostris: quod flumè hoc secum defert in mare illud mortuum, vbi Sodomitæ in suis peccatis perierunt, vt ibi vnà cum ipso flumine absorbeantur: nos autem salui & emundati, cum duce Iesu & populo quem elegit Deus, perueniamus in patriam illam caelestem, per Palestinam illam significatam. Hoc autem cum iam peruenerimus, præparatum inueniemus cibum nostrum, verè nectar & ambrosiam, cibum & potum immortalitatis, quo in regno patris nostri, vnà cum Abraham & Isaac, atque omnibus sanctis, lætissimo beatissimoque conuiuio, in gaudio & lætitia ineffabili, nos recreabimus & exhilarabimus. Hoc est quod ait Propheta, *Parasti cibum illorum, quoniam ita est preparatio eius.* Verba Hebræa paululum ab hac translatione variant: eandem tamen recipiunt sententiam. Ad verbum quidem transferre poteris: Præparas frumentum eius, quoniam sic præparas eam. Eam, subintellige terram, hoc est, patriam populi tui. Iam sequitur in Psalmo:

*Riuus eius inebrians, multiplicata genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinans.* Versu præcedente prædixit terræ Palestinae feracitatem, quæ erat futura, populo Dei ex Babylone in eam reuerso. Hinc etiam inuocat Deum, orans vt ea quæ sibi in spiritu reuelauit, præstet. Vnde hoc etiam dicere poterimus, quantumuis Deus ab æterno nouit atque decreuit, quid velit facere, nobis tamen orandum esse ac laborandum, vt ea quæ bona sunt, obtineamus. Hæc est enim voluntas eius, sapientia diuine consilij inscrutabilibus nixa: cui nos obedire decet, non autem curiosis disceptationibus in eam inquirere: quod est impiorum, malè de Deo & operibus eius sententiarum. Quod ad sententiam versus attinet, ea iuxta hanc translationem hæc est: O Deus, multiplica genimina, id est, fructus eius terræ, inebrians fecunda pluuia riuus eius: & quicquid in ea germinat, lætabitur, id est, lætè vegetabitur & crescet (est autè metaphora, qualis illa Maronis: Quid faciat lætas segetes) in stillicidijs eius, id est, per irrigatiōem pluuiæ, quæ in eam distillat. Sed noster interpretis parum comòdè hunc versum transtulit, siue cù origine Hebraica confers, siue cum translatione Græca. E Græco ad verbum sonat hoc modo: Sulcos eius inebria, multiplica germina eius: in guttis suis lætabitur germinans. hoc est, O Deus, inebria, hoc est, imple sulcos eius terræ pluuia tua, & multiplica germina, id est, fructus eius: & ipsa terra germinans, id est, fructus producat, lætabitur, hoc est, speciosa

AAA fam

fam & fecundam sese nobis exhibebit. Ex hebræo autem sic: Porcas eius inebria, & qua sulcos eius, pluuijs mollificabis eam, germen (vel germini) eius benedices. Qui de agricultura scribunt, porcam nominant eam terram, quæ inter duos sulcos elata est: sulcos autem eos, è quibus efferuntur porcæ. Propheta per allegoriam loquitur, Deum orans, vt Ecclesiam suam imbre cælestis suæ doctrinæ irriget atq; fecundet, quo copioso fructu ditet horrea, hoc est, multitudine filiorum impleat domū & regnum patris.

*Benedices coronam anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vberitate.* Coronam anni alij reuolutionem & circulum anni interpretantur, hoc sensu: Benedices coronam anni benignitatis tuæ, id est, sanctificabis annum illum, quo tua diuina bonitate nos in patriam nostram reduces atque restitues. Alij coronam intelligunt ornamentum anni, quale est in capite corona: vt Propheta respexisse videatur ad illam coronam gloriæ, quam donaturus est hostium in hoc mundo victoribus, cum hos hinc in patriam cælestem introduxerit: vbi cum ipso beatissimum illum lætissimumq; annum celebrabunt, cuius nullus vnquam erit finis. Ex Hebræo transferri potest: Coronasti annum bonitate tua, & vestigia tua rorabunt pinguedinem. Hoc est, exornasti annum illū benignitate tua tāquam coronam: & quacunq; iueris in vestigijs tuis apparebunt signa fertilitatis. Licuerit etiam transferre hoc modo: Coronasti annum bonitatis tuæ, & vestigia tua rorabunt pinguedinem: vt sit sensus, Coronis ornasti annum illum, quo tuam illā erga populum tuum benignitatem decreuisti declarare, aded vt quacunq; iter feceris, in vestigijs tuis pinguedo fertilitatis tanquam ros apparitura sit. Scimus autem omnes q; ab exortu gratiæ Euangelicæ, populus gentium ex idololatria tanquam à Babylone introductus sit in Ecclesiam tanquam Palæstinam: & irrigatus imbre cælestis doctrinæ, mirabili fecunditate Ecclesiam ditauerit. Sed omnis hæc messis nobis dum in his terris peregrinamur, adhuc in herba est, varijs tempestatibus obnoxia. Cum autem maturuerit seges, ac tempus messis aduenerit, tunc veniemus cum exultatione portantes manipulos nostros.

*Pinguescunt speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.* Per desertum, inquit Euthymius, hoc in loco ipsam intelligit Hierosolymam, à Babylonijs in desertum ac solitudinē redactam. Per speciosa verò deserti, eas regionis partes, q; omnibus anni temporibus aptiores atque elegatiores sunt: hoc est, quæ sunt

magis fructiferæ. Vel quia Græca dictio *speciosa* non tantum speciosa significat, sed tempestiua, dic, quod per tempestiua deserti, fructus ipsos intelligit, veluti tempestiua ad maturitatem perductos. Augustinus pro *speciosa*, legit fines: vnde apparet, authorem eius translationis quam ipse sequitur, in Græco pro *speciosa* legisse *spous*. Hoc enim significat finis. In Hebræo est, *רורבנותך* id est, rorabunt habitacula deserti, vel, vt Hieronymus transtulit, pinguescent pascua deserti. Vtunque legas aut transferas, historica seu literalis totius versus sententia est, quod populo Israëlítico reuerso ex Babylonia in Palæstinā, omnis seu vniuersa illa terra, tum in camporum planitie, tum in collium montiumque altitudine, fecunditate sua reditum illi gratulabitur: mysticè verò quod tempore aduentus Christi in carnem, desertus ille gentium populus, qui Deum profusus ignorans, omnino sterilis erat, nullum virtutis fructum, proferens, irrigatus imbre cælestis doctrinæ, pinguis futurus sit, & feracissimus optimorum fructuum, tum in ipsa camporum planitie, hoc est, cōmuni & equali inter se populo, tum in collibus, hoc est, illis qui dignitate & potentia eminent. Certè qui fideles sunt ac boni Ecclesiæ Episcopi & pastores, (quos sacra scriptura subindè montes & colles appellat) nunquam maiore exultatione accinguntur, quam quando vident populum cui p̄sunt, ex imbre doctrinæ Euangelicæ fieri feracem Euangelicarum virtutum.

*Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.* Arietes ouium induti sunt velleribus, nē populo Dei ab exilio Babylónico reuerso desit vestitus, & valles abundabunt frumento, nē desit eidem victus. Quorum beneficiorū admiratione accensi, clamabunt, atque DEVM horum authorem hymnis suis laudabunt. Sed spiritualiter arietes ouium, Apostoli sunt: qui in pentecoste induti sunt virtute ex alto, iuxta verbum Domini, quo illis præcipiens ait, Vos autem sedete in ciuitate, quo ad usque induamini virtute ex alto. Hi deindè suis illis tam nobilibus ac preciosis velleribus vestiuerunt populum Dei. Hinc est quod scribens Romanis ait Apostolus: Induimini Dominum IESVM CHRISTVM, & carnis curam nē feceritis in desiderijs. Et Ephesijs: Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouū hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Tunc etiam valles abundauerunt fru-

Luc. 14.

Rom. 13.

Eph. 4.

fru-

frumento, hoc est, illi qui deposito mundani fastus tumore, humiliauerunt se sub potenti manu Dei, saturati sunt pane cælestis doctrinæ. Quo tam salutaris cibo refecti, necnō multo spiritus sancti inebriati, eruperunt in vocem clamoremq; gaudij & lætitiæ spiritualis, aded vt statim à primo diluculo suis hymnis Deum laudare cœperint: in eo opere dem clausierint, ipsi interea diurnis ac nocturnis horis subindè ad idem reuertentes. Quod noster interpres dixit, *clamabunt, etenim hymnum dicent*: etenim, posuit pro &, siue etiam. Com modius vertisset, clamabunt & hymnum dicent. Ex Hebræo verba quidem paulò aliter transferri possent: sed quia eandem cum hac

PSALMVS LXV.

**I**ubilare Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Dicite Deo, q; terribilia sunt opera tua Domine, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Venite, & videte opera Dei, terribilis in consilijs super filios hominum. Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, ibi lætabor in ipso. Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. Benedicite gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius. Qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos. Quoniam probasti nos deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis, reddā tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea. Et locutum est os meum in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis. Venite, & audite, & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit animam meam. Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Iniquitatem si adspexi in corde meo, nō exaudiet Dominus. Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ. Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

IN PSALMVM LXV.

TITVLVS.

**T**itulus huius Psalmi in translatione qua vtimur, sic habet: *In finem canticum Psalmi resurrectionis.* Et consonat translatio Græca. Finem esse Christū, iam sæpè dictum est. Canticum Psalmi est, quando laudes Deo canimur de his, quæ per ipsius gratiam in organis corporum nostrorum, voluntate eius gessimus. Huiusmodi verò cantica maximè tunc nobis conuenient, quando per resurrectionem receptis corporibus nostris, in his ipsis cum laudabimus, in quibus nunc ei inferuimus. Pro-

pterea mentionem facit resurrectionis. Cæterum in Hebræo illud *resurrectionis* non est: sed ad verbum translatus titulus, hoc modo sonat: *Victori canticum Psalmi.* De his iam toties dictum est, vt non sit opus hinc repetere.

ARGVMENTVM PSALMI.

**E**X qua occasione Psalmum hunc cecinerit, certò affirmare non possum. Apparet autem, cātatum esse in persona populi, ex aliqua captiuitate grauissima, aut ipsius Prophe- tæ, ex aliquo grauissimo piculo liberati: quales fuerunt Aegyptiaca & Babylonica totius populi: & illæ tam multa, quas ipse Prophe-

AAA a ta tum

ra tum à Saulo, tum à filio suo Absalom pafus est. Laudat enim Dominum, quod mirabiliter se ex grauiffimis afflictionibus liberauerit, feceritque potestatem in templo suo sacrificandi sibi: id quod se iam deinceps facturū dicit is, qui in Psalmo loquitur.

## EXPOSITIO PSALMI.

**I**ubilare Deo omnis terra, Psalium dicite nomini eius, date gloriam laudis eius. Exordium est animi, prę gaudio ineffabili in vocem laudis crumpentis: vt solent illi, quibus bona aliqua eueniūt multo maiora & ampliora, q̄ ipsi vnq̄ ausi fuerant sperare aut cogitare. Vnde appositè vsus est verbo, *iubilare*. Nā iubilū propriè gaudium est, quod voce quidem significatur, non tñ verbis explicatur. Vnde Silius dixit: Et lætis scopulis audiuit iubila Cyclops.

Omnis terra, inquit, hoc est, o vos, quotquot toto terrarū orbe habitatis, (est enim metonymia) iubilare deo. In Ecclesia Catholica, toto terrarum orbe diffusa, iubilare nos vult.

Quicumq; partem tenet, & à toto præcisus est, inquit Augustinus, vlulare vult, non iubilare. Psalium dicite nomini eius, siue, vt ex Hebręo sonat, Psalmis celebrate honorem nominis eius, verbum ex verbo, Psallire honore nominis eius. Date, siue, vt in Hebręo est, ponite gloriā laudis eius. Hierony. tñ vertit, date gloriam laudis eius: *שירי בבור תתלהו*.

Sensus est, Illustrate gloria laudatiōem eius.

Dicite Deo, quām terribilia sunt opera tua Domine, in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui. Prioris mēbri sensus est: Laudē dicite Deo, siue, de hoc laudate Deū, q̄ pro salu te vestra ea sit operatus, q̄ vobis quidem gaudia inenarrabilia, hostibus autem vestris terrorem intolerabilem attulerunt. Qualia verò fuerint illa opera, ipse pauld pōst indicabit, ibi: Qui conuertit mare in aridam, &c. Augustinus hic admonet, vt expendentis quomodō olim excisi sint Iudęi, cum essent natui rami oleę, nempe de stirpe Abrahę: nos autē, cum simus de oleastro, illorū loco simus inferti: p̄terea cum videamus multos, qui cum essent in eadem nobiscum Ecclesia, prolapsi sunt in hereses, nos talium ruina terreamur, & humiliemus nos, orantes nē nobis eueniāt similia, atq; dicentes, q̄ terribilia sunt opera tua Dñe. quod addit Propheta, in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui, hoc Euthymius interpretatur his verbis: Et sensus est, q̄ cognitione Dei vbiq; gentiū diuulgata, multi veritatis inimici summam illius potestati timentes, quam habet in regno fidelium, mentientur, seu simulabunt Deum: hoc est, fidem ipsam, quā in eo habere se falsō asserēt. Ipsam etenim hypocritin ac simulatiōem hoc in lo-

co mēdaciū appellauit. Et sanē q̄ plurimos huiusmodi simulatores videre licet, tam Gentiles q̄ hereticos. Hęc Euthymius. Huic expositioni affine est, quod quidam hęc referunt ad Pharaōem, Moabitam, Amalechitas, Amorrhęos, & omnes terrę Canaan indigenas, qui sæpē terri prodigijs quę Deus operabatur in populo, & quibus barbaros ipsos afflixit, simulabant pacem cum populo Dei: & tamen semper, oblatis occasionibus, instaurabāt bella. Opinor simplicius fore, si interpretemur hoc modo: *Inimici tui mentientur tibi*, hoc est, mendaces in te deprehendentur, negantes te esse Deum: cum multitudo potentie tue, quā in operibus tuis declaras, satis apertè loquat, te esse verissimè Deum. Huic consonat Augustini expositio, omnia referentis ad Christum: cuius opera calumniabantur Iudęi, verba eius multis mendacijs deprauantes. Cum eijceret dæmonia, dixerunt illum hoc facere per Beelzebub dæmoniorū principem. Cum dixisset, Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud, loquens de templo corporis sui, quod ipsi erant in cruce soluturi, hoc est, occisuri: illi deprauatis verbis dixerunt, Nos audiuius eum dicētem: Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum ædificabo. Sed in nullo magis potentiam suam dininam declarauit, & apertius inimicos suos mendacij coarguit, quā cum resurgeret à mortuis. Hic illos ad noua mendacia confugere coëgit, vt etiam data pecunia, à custodibus sepulcri mendacia emerent. Dicite, inquit, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Et si hoc audiuim fuerit à p̄sīde, nos suadebimus ei, & securus vos faciemus. Eccē quā enormium & impudentium mendaciorum conuicti sunt inimici Christi, idq; factū est p̄ multitudinē virtutis, hoc est, inuictissimā potentia ipsius Christi. Illi quidē insani p̄ contumeliā clamabāt: Vah q̄ destruis templū Dei, & in triduo illud reedificas: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Quibus verbis mendaciter significabant, illū de templo illo hierosolymitano fuisse locutū, q̄ illud esset destructurus, & intra triduum instauraturus: deindē q̄ nō haberet potestati semetipsum saluū faciendi, neq; esse filiū dei: neq; posse, si maxime vellet, de cruce descēdere. Hęc oīa illorū mendacia detecta sunt, cum sua ipsius virtute diuina resurgeret à mortuis, ac declararet veritatē verbi sui, quod dixit: Propterea diligit me pater: quia ego pono animā meā, & iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso. Potestatem habeo ponēdi eam, & potestatem habeo

habeo iterum sumendi eā. Eccē, hoc est quod hic in spiritu canit propheta, dicens: In multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: Psalium dicat nomini tuo. Quasi dicat: Hactenus vix pauci in Palestina te agnouerūt, in te crediderūt, te adorauerunt & coluerūt. Ceterum post illū gloriosum resurrectionis diem, futurū est vt omnis terra, hoc est, omnes p̄ totū terrarū orbē populi, per Apostolos tuos edocti, in te credāt, te adorent, tibi psallant, psalmos canāt nomini tuo. Hoc quā inenarrabile & inæstimabile donū ac beneficij Dei, quo altius insignat peccatoribus nostris, ad omnē posteritatem, vt perpetuō de eo cogitent, mittendū, accinit in fine *לשׁוּב*. Vnde & proximo versu sermone à Deo ad hoīes conuerso, omnes inuitat, vt veniant & cōsiderēt hęc mirabilia opa dei, dicēs:

Venite & videte opera Dei, terribilia in consilijs super filios hominū. In hoc versu nihil est quod nos remoretur, nisi quādo pro eo quod noster interpres dixit, *terribilia in consilijs*, in Hebręo est, *לְעֵלְיוֹתָיו*, quod poterimus transferre, tremendus opere: vel, tremendū opus, vt subintelligatur Dei. Dñus Hieronymus tamen, neglecto numero, translulit: terribilia opera super filijs hominum. Vsitatissimum enim hebraicis est, in huiusmodi singularem numerum pro plurali ponere: & nomen *לְעֵלְיוֹתָיו* video à nonnullis interdum pro studio & cōsilio capi. Vnde nihil vetat interpretari versum in hanc sententiam: Venite & considerate opera Dei, tremenda consilia super filijs hominum. vt per zeugma, verbum *considerate* ex prioro membro, in secundo repetatur.

Qui conuertit mare in aridam: in flumine pertransibunt pede: ibi letabimur in ipso. De mari conuerso in aridam, nota est historia Exod. 14. quomodō videlicet mari rubro diuiso, & siccato fundo eius, popul⁹ Israelitic⁹ pertransierit: Pharaō verò cum exercitu suo sequens, mari in locum suum redeunte, ipse cum vniuersis copijs suis perierit. De flumine verò, hoc est, Iordane, Iosue 3. Et sacerdotes, inquit, qui portabant arcam fœderis domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisq; populus per arentem aluenum transibat. Summo perè autem illis miraculis exhilaratus est & lætatus populus. Nam in Exod. cap. 15. Moses vnā cum vniuerso populo sublata voce cecinerunt epinicion, hoc est, victorale carmen, dicēs: Cantemus domino: gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem eius deiecit in mare, &c. Cum autem Iordanem transissent, erexerunt duodecim lapides in loco vbi castrametati sunt: ac

totidem in alueo Iordanis, in æternā insignis illius miraculi memoriam. Relatiuum *Qui*, in principio versus, interpres de suo adiecit: cum apud Hebręos versus incipiat à verbo *לְעֵלְיוֹתָיו*, hoc est, Conuertit, præterito tempore. Quod autē in secundo membro dixit, *in flumine pertransibunt pede*: rectè iuxta proprietatē sermōnis Hebraici translātū est, quemadmodum & in tertio membro, *ibi letabimur in ipso*: Dummodò sciamus, pphetam suo more vsū esse temporis enallage, futuro pro præterito posito. Nam iuxta historię sententiā verti potuit: in flumine pertransuerunt pede: ibi lætati sum⁹ in eo. Quid si hęc enallage non vacat mysterio? Nam quod in mari rubro factum fuit, iam totū tanquā vmbra futuri baptismi præterierat: vt rectè dixerit in præterito, Conuertit. In Iordane verò positis in alueo duodecim lapidibus, atq; totidem in loco castrorum, ad viuum exprimitur figura futuri, nēpe quod noster dux Iesus Christus, per Iosue filium Nun, necnon ipsam arcam præfiguratus, consecraturus erat p̄ semetipsum aquā baptismi: deindē per duodecim apostolos suos tanq̄ duodecim lapides cōsignatur⁹, ipsos baptizans, quod per lapides in ipso alueo cōstitutos significari videtur: & ad baptizandum omnes gētes in ecclesia militante eosdem mittens, (euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritūs sancti) quod lapides in loco castrorū positi indicant: & cōpletur adhuc per successores apostolorū presbyteros vsq; ad consummationem seculi. Ibi adspargimur hyssopo, & mūdāmur, & sup̄ niuē dealbamur. Et dat̄ auditui nostro gaudiū & lætitiā, & exultāt ossa humiliata: & fit quod hic ait ppheta, & lætābimur in ipso: nimirum iam certi per indubitatissimā fidē, quod simus in gratiam omnipotentis dei restituti, adeoq; renati & adoptati in filios Dei, participes futuri hereditatis regni cœlestis. De hac lætitiā vaticinatus est etiam Esaias his verbis: Lætābitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi liliū. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans, &c. Nam toto illo capite de hac lætitiā agit. Hoc est igitur, quo hunc versum concludit hic noster propheta: ibi lætābimur in ipso. Ibi, hoc est, ad aquas baptismi, ad Iordanem regenerationis, lætābimur in ipso, nempe Deo, mirabiliū horum operum authore.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. Iuxta translationem Græcam, sententiā huius versus cum præcedente cohæret hoc modo: Ibi lætā-



laetabimur in ipso, qui dominatur in virtute sua, &c. Sic enim Græca translatio habet: *ἐν τῷ ἑαυτοῦ ἐπισημοῦ ἐν τῷ ἑαυτοῦ ἐπισημοῦ ἐν τῷ ἑαυτοῦ ἐπισημοῦ*. Hoc interpret Euthymij transtulit hoc modo: Ibi laetabimur in ipso dominante, in potentatu suo seculi. Ipse verò Euthymius interpretatur in hanc sententiam: Ibi, hoc est, in eo loco ad quem festinamus. Per potentatum verò Dei, diuinam intelligit potentiam, veluti immensam atq; inuictam. Dominatur autem Deus tam præfenti quàm futuro seculo, veluti is cuius regnum infinitum est. Diuus Hilarius pro *ἀντὶ*, legit, *ἀντὶ*: id quod opinor esse emendatius illo. Significat enim, p̄prie suo, cum illud transferri queat, Qui dominatur in potentia ipsius seculi, hoc est, æterna potentia. Nam seculum etiam æternitatem significat: Græcè *αἰών*, quasi *αἰών*: Hebraicè verò *עוֹלָם*, illam dico temporalem, totius mundi à prima creatione productionem, vsq; ad consummationem eiusdem. Vndè à seculo ea esse dicim⁹, quæ sunt ab eo tempore quo cœpit seculum, sicut ipsum mundū, inquit Augustinus de Genesi ad literā lib. 5. cap. 17. in seculo autem, sicut ea quæ nascuntur in mundo. Proprie autem seculum est ætas hominis: & supputatur ad 70. annos, authore Hieronymo in 27. cap. Ezechielis. Plerunq; accipitur p̄ tempore centum annorum. Illud tamen serid admonet Hilarius, prophetam hîc loqui non de potētia naturæ diuinæ, qua ab æterno in æternum dominatur: sed naturæ Christi humane, de qua loquitur Matthæi 28. dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Et Paulus ad Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, &c. Cæterum iuxta phrasin Hebraicam illud, Qui dominatur, non minus referri potest ad omnia illa, *Iubilate Deo &c. Dicite Deo &c. Venite & videte opera Dei, &c. Qui conuertit mare &c.* quàm ad proximum hemistichium, *ibi laetabimur in ipso*. Ab initio itaque repetita sententia, hæc esse potest: *Iubilate Deo &c. Qui dominatur in virtute*, hoc est, potentia sua, non ad paucos annos, quemadmodum huius seculi reges, sed in æternum. Quod noster interpret dicit, *in æternum*: id indefinitè de omni tempore intelligi potest. Quod autē Græca translatio habet, *τὸ ἐν αὐτῷ*, id certi designati seculi significationē habet, inquit Hilarius. Vnigenitus enim Dei filius, et si regnauit semper, nō tamen regnauit semper in corpore. Ergo vbi designati & tanquam demonstrati seculi dominatio, per id quod *τὸ ἐν αὐτῷ* dicitur, virtutē verbi ipsius continetur, tempus illud ostenditur, quo glorificato in gloriam Dei corpori, & nomen DEI donatur, &

regnum. Tametsi verò Christus iam in semetipso, hoc est, capite, victor diaboli & mortis, perfectè regnat, in corpore tamen suo mystico, hoc est, Ecclesia adhuc in terris militante, ita regnat, vt regnum eius assiduis assultibus oppugnetur à diabolo. Vndè dixit ad Petrus: Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraretur tanquam triticum: ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua. Aduersus hunc hostem armis spiritualibus nos instruit, angelorum suorum præsidio munit, & pro sua misericordia, sua ipsius potentia diuina nos protegit. Cum autem venerit illud tempus, de quo scribit Apostolus, quandò euacuabit omnem principatum & potestatem, & tradet regnū Deo & patri, tunc absq; omni infestatione hostis, solus in virtute sua seculo dominabitur. Interea verò qui per humiliationem suā in vera fide se illi subijciunt, hos sua diuina protectione conseruat, nē expugnentur ab hoste. Hoc enim est quod in Psalmo sequitur: Oculi eius super gentes respiciunt. Et in alio Psalmo: Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. De præfractis autem & rebellibus, qui in carne sua & potentia huius mundi gloriantur, exemplo Iudæorū, iactantium se Abrahamæ semen esse, postrema versis parte dicit: Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. Tales & Iohannes Baptista increpans, docet nos his verbis: Facite ergo fructū dignum penitentiae: & nē velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamæ. Quinetiam duobus posterioribus membris, quibus ait propheta, Oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant, nō exaltentur in semetipsis: vocationem gentium, & reiectionē Iudæorum indicat. Hæc vtī cognitu cogitatuq; summopere nobis necessaria, quò altius memoriæ cogitationiq; nostræ infigat, accinit in fine versus *נְבִיאֵי*. Monet præterea Hilarius, fieri hîc mutationem personæ loquentis. Hactenus enim locutū esse prophetam sub sua persona: in his autem quæ hinc sequuntur, sub Apostolorum persona loqui.

*Benedicite gentes Deum nostrum, & audiat facite vocem laudis eius.* Quasi dicat: Iudæorum ille ingratiſſimus populus non desinit exasperare, & ad iram prouocare Deum: quod & in alijs prophetis sæpè illis exprobratur. Fili hominis, (inquit ad Ezechielem) mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatras, quæ recesserunt à me. Patres eorū præuaricati sunt pactum meum vsq; ad diem hanc: & filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Et dices ad eos: Hęc dicit dominus deus:

si for.

si fortè vel ipsi audiant, & si fortè quiescant, quoniam domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum. Vos itaque, o gentes, quæ hactenus pro vero Deo colistis idola, conuertimini, & benedicite Deum nostrum, qui solus est verè Deus, neque alius deus præter hunc: & audiat facite vocē laudis eius, hoc est, clara voce, vt omnes audiant, laudate eū. Quod dico vobis in tenebris, inquit, dicite in lumine: & quod in aurem auditis, predicatē super tecta. Deus nanq; constanti & publica predicatōe laudand⁹ est, inquit Hilarius, neq; debet in cōmemorandis virtutibus eius fides nostra trepidare. Porro quod pro eo quod noster interpret dicit, gentes, in Hebræo est *עַמִּים*, id est, populi, non est quod quenquam moueat. Neq; enim perpetuum in scripturis est, vt *עַמִּים*, id est, populi, sint Iudæi, *עַמִּים* verò, id est, gentes, ethnici. Græca translatio hoc loco habet *ἔθνη*, id est, gentes.

*Qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos.* Rectius ex Hebræo transfertur: Qui posuit animā nostram ad vitam, & non dedit in commotionem pedes nostros. Nam sub Apostolorū & virorum apostolicorū persona loquitur: quos cum ad annunciandum Euangelium mitteret, dixit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehēnam. Animas sanctorum suorum in vitam æternā posuit dominus: ipsius autē gratiam & fortitudinē dedit, vt in hoc mundo inter crudelissimos tyrānos, tanq; agni inter lupos versantes, nullis minis, nullis tormentis aut quibuscunq; terroribus territi aut cōmoti, veritatē vsq; ad extremum spiritum annuntiarent: vt rectè dixerit propheta, Et non dedit in cōmotionem pedes nostros. Quotoperè verò Deus illos persecutionib⁹ ad virtutē exercuerit, sequitur iam apud prophetā:

*Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Possunt quidem hæc non incommodè iuxta veteris historiæ figuram ad sanctos illos referri, qui in captiuitate Babylonica varijs modis ab idololatriis tentati sunt, vt relicto Deo vero, sacrificarent idolis: vt de Daniele, de trib⁹ pueris in ardentem fornacem coniectis alijsq; legimus: dummodò sciamus, illa fuisse præludia quædam ad ea, quæ in Apostolis & martyribus Christi postea erant futura. Hos autē quibus modis pbauerit Deus, infinitū fuerit hîc commemorare. In manibus sunt omnibus Acta Apostolorum, & magna volumina historiā Ecclesiasticarū, de his quæ sancti pro nomine Christi

sti sunt passi. Illud sapienter admonet Hilarius, Deum non probare sanctos per istiusmodi afflictiones, quod ignoret illorum virtutes: sed vt ipsos sibi ipsis notos reddat, & à vitijs purget. Argentum per ignem à scoria purgatur: sic nos per afflictiones à vitijs.

*Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra.* Secundum historiam veteris Testamenti, per laqueum rectè intelligere possumus catenas, quibus vinciti in ergastulis laborabant: per tribulationes in dorso positas, flagella, quibus seruiliter in captiuitate vapulabāt: per homines autem super capita positos, exactores operum seruiliū, quos Græcè *ἐργολάτραι* dicimus. Talia non solum in captiuitate Babylonica, verum etiam in Aegypto iam antea passus fuit populus Israeliticus. Quid autem nos in Babylone huius mundi? Nonnè catenis mortalis huius corporis vinciti tanquam in ergastulis laboramus? Nonnè, si quid in labore vel cessauerimus, vel errauerimus, statim parata sunt increpationum, castigatōum, & penarum verbera? Quin etiam homines super capita nostra positi sunt, dicente Aposto-  
Rom. 13.  
lo: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, ita videlicet volente ordinanteque Deo: qui & grauissimè vindicare solet, si quis se potestati ordinariæ opposuerit.

Num. 16.

*Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Per ignem & aquam, iuxta Hilarij sententiam, tanquam duarum contrariarum qualitātū elementa, omne suppliciorum genus, quo sancti Dei in hoc mundo ab hominibus impijs afficiuntur, vt in historijs martyrum legimus, aut alioqui varias afflictiones, sine quibus nemo sanctorū vnquam hanc vitam transegit, intelligere possumus. Sunt enim hæc duo quædam extrema, quibus cætera tanquam media cōprehenduntur. Augustinō in scitè hoc loco suo more philosophatus, existimat, per ignem omnes afflictiones acerbis in hac vita intelligi posse, quod hę tāquam ignis nos vrant. Per aquā autem, ea quæ accidunt prospera. Ignis vrendo indurat & cōsolidat, aqua verò diluit atq; dissoluit. Prius itaque necessarium est aduersis nos indurari: nē, si fortè, p̄spira mundi huius incipiant affluere, nos molles adhuc, neq; percoctos igne, statim diluant atq; dissoluant. Quod si igne afflictionum percocti & consolidati, deindē pbati aqua, solidi firmiq; cōperti fuerimus, iam diuus ille paterfamilias non reijciat nos inter ignominia vasa: sed in loco refrigerij, honestissima videlicet domus suæ parte reponet, vt simus vasa in honorem. Atque hoc ipsum est, quod in Psalmo sequitur:

Introi-

*Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea.]* Secundum historiam figuram, domus Domini erat templum illud Hierosolymitanum: in quod, dum erant in Babylonia, perpetuo desiderio desiderabant redire, ut ibi sacrificarent, & holocausta sua Deo offerrent, & vota sua persoluerent, quae distinxerunt labia eorum, hoc est, quae ore suo Deo vouerant. Hec quidem rudis est, & historica seu literalis huius loci explicatio. Secundum spiritum verò, peccata nostra domus Dei sunt. In quas introimus, quando in nosmetipsos descendimus, & interiora nostra scrutamur. Holocaustum verò in hoc templo offerimus Domino, quando sermò, ex animo totoque pectore, nos totos Domino Deo offerimus, permittimus, tradimus, obsecramus, ut ipse nos apprehendat, & pro sua diuina voluntate, iuxta sapientiam & bonitatem suam incomprehensibilem regat atque gubernet, de nobis statuatur ac faciat, non quod nobis suauissimum sit secundum carnis huius sensum: sed quod ipse nouit esse optimum, ad gloriam diuini nominis sui, ac nostram salutem. Holocaustum enim (inquit Augustinus) sacrificium est, quod totum accenditur. Aliæ sunt partes sacrificiorum, aliud holocaustum. Quando totum ardet, & totum consumit igne diuino, holocaustum dicitur: quando pars, sacrificium. Omne quidem holocaustum, sacrificium: sed non omne sacrificium, holocaustum. Holocausta itaque deo gratissima offerunt illi, qui nihil prorsus in se sibi retinent, sed se totos in manus Domini tradunt: semetipsos abnegantes, tollunt cruces suas, & sequuntur Dominum quotidie: Atque hoc faciunt in domo Domini, hoc est, pectoribus suis, animis suis, non coacti, sed sua ipsorum sponte ac voluntate, gaudentes etiam, exemplo Apostolorum, quod digni sint habiti, talia pro nomine Christi pati: exemplo martyrum, qui in confessione veræ fidei ac nominis Christi, omnia tormentorum genera fortissimè pertrulerunt. Est etiam Ecclesia hæc in terris adhuc militans domus Domini: extra quam nemo potest Domino sacrificium aut holocaustum gratum offerre: nemo habere pectus, in quo Dominus habitare dignetur, etiam si decies, si centies, si millies sanguinem & vitam pro nomine Domini profundat, nunquam tamè hoc illi gratum erit, nisi fiat in domo ipsius, quæ est Ecclesia. Est & Ecclesia triumphans, quæ iam superatis omnibus, cæli possessionem obtinuit. Eam cum iam fuerimus ingressi, tunc omnes erimus holocausta Domino. Tunc expiati, expurgati, ac defæcati ab omni immunditia, toti puri ac sancti apparebimus in conspectu Dei.

Matth. 16.  
Lucæ 9.

Agor. 5.

Nam in hac militante dum versamur, nemo nostrum adhuc est qui dicere auit, sine peccato se esse. Si dixerimus, inquit Iohannes, quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis. Quod ait noster propheta, Reddam tibi vota mea, &c. manifestissime confirmat sententiam Ecclesiæ de persoluedis votis, contra Lutheri & cæterorum hæreticorum perfidiam, qui nostra ætate summa cum impietate, non sua solùm, quæ ipsi vouerunt, violant, verum etiam editis libris alios idem facere docent. Non est temerè vouendum. Quum autem rem sanctam ac piam voueris, iam obstrictus es: & nisi persolueris, Deus te perfidia condemnabit. Vouisti Deo in monasterio, aut sacerdotio, aut alioqui, cælibem castamque vitam hanc transigere, rem iustam, piam, ac sanctam vouisti: factus es debitor voti. Quo sperato, si duxeris uxorem, en continuo adest damnatio tua. Eadem enim est ratio facti tui, atque viduarum: de quibus hæc est sententia, his verbis elata, Apostoli. Cum enim luxuriant fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quod ait hic noster Propheta, quæ distinxerunt labia mea: relatiuum quæ, hoc loco non accusatiui, sed nominatiui casus est: nam sensus est, quæ s. vota, distinxerunt, hoc est, aperuerunt, diduxerunt (sic rectius translulisset interpres) labia mea. Est enim metalepsis in verbis. Quando enim vouemus, loquimur: cum autem loquimur, diducimus labia. Ità fit, ut ipsa vota, dum expressis verbis à nobis profertur, diducant (quod noster hic interpres distinguere dixit) labia nostra. Quod sequitur,

*Et locutum est os meum in tribulatione mea.]* hoc in Hebræo à superiori versu non est seiunctum. Est autem interpretatio eius quod iam dixit, Quæ distinxerunt labia mea. Porro cum in afflictionibus aut periculis sumus, vota facere solemus Deo, ut liberemur. Hoc nè quis tanquam superstitionem irrideat, habemus eius rei sanctissimorum hominum viro- rum & fœminarum exempla in scripturis diuinis.

*Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis, &c.]* Medullata, id est, pingua. Nam hoc significat vox Hebræa מִדּוּלָּה. Significat se non fordide, aut contra de persoluerunt vota sua: sed liberaliter & abundanter, pinguis quibusque ad victimas seu sacrificia holocaustaque delectis. Verum hoc loco per oportune diuus Hilarius mouet quaestionem, eandemque

demque ipse soluit, his verbis: An ignorat propheta ex persona Dei in spiritu sancto se locutum, Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos? Et, Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Et rursum: Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem: utique holocaustis non delectaberis. Cesset igitur opinionis nostræ error, ut hæc vouisse martyres existimemus. Sed in martyrijs posterorum reddunt deo quæ locuti sunt vota, ipsi quidem se primum deo vouentes, & se ipsos holocausta prebentes: quia in his domum Dei introibunt, in passionum suarum tribulationibus Pauli voce clamantes: Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? Et: Confido quod neque mors, neque vita, neque presentia, neque futura, poterunt nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Hæc ergo in tribulatione, prima beatorum martyrum vota sunt, quæ in tribulationibus suis loquuntur & spondent: tum deinde, ut ex nobis holocausta medullata consumant. Medullata ob id, quia fides animæ & cordis officium est, resque hæc voluntatis internæ est. Cum incenso quoque arietes offeruntur. Quid autem sit incensum, ita hoc eodem Psalmorum libro docemur: Fiat oratio mea tanquam incensum in conspectu tuo. Vbi per incensum orationes intelligimus. Qui verò sub arietum nomine ostendantur, præcedens Psalmus ostendit, cum ait: Induti sunt arietes ouium. In his enim tanquam in principibus gregum significat sacerdotes: quos doctrinæ apostolicæ eruditio, cum orationum odore (Bonus enim, secundum Paulum, in Christo odor sumus) ad martyrii studium profertur. Non solùm autem arietes cum incenso offeruntur, sed etiam boues offeruntur, id est, contumacis naturæ pecora in culturam Dei mitigantur, in hoc martyrium Christi nominis, doctrinis apostolicis edomita. In hoc autem quo dicitur, Offeram tibi boues cum hircis: virtutem verbi ex Hebræo in Græcum demutati Latinus sermo non tenuit. Nam quod nobiscum est, offeram tibi boues cum hircis: cum illis ita habetur, *ἐν οὐρανῷ οὐ βίβας μετὰ χιμῆρας*. Cum Græcis nõ proprium, sed appellatiuum nomen hircorum est, & eorum maxime, qui in ipso hyemis tempore editi sunt: & scriptura hoc in loco tantum *χιμῆρας* nuncupauit: cæteris autem locis quos nos hircos dicimus, *ἑσθῆρας* posuit. Confirmat autem spiritualis intelligentiæ sensum aliorum conuolans sibi & concors translatio: qui pro *χιμῆρας*, *ἑσθῆρας* translulerunt. *ἑσθῆρας* enim significantur, qui ex ipso tempore editi sunt: *χιμῆρας* au-

tem quos hyems genuit: vnde & torrentes eodem vocabulo Græcitas nuncupat, quos ex nihilo in fluuios hyems auxerit. Ergo cum ait *βίβας*, non de pecudibus se loqui propheticus sermo demonstrat: sed in bubus Ecclesiæ, se homines ostendere: *χιμῆρας* autem eos, quos ipsa persecutionis tempestas in martyrii gloriâ genuerit. Scimus enim plures sacramentorum diuinorum ignaros, exemplo martyrum ad martyrium currisse: & extra scientiam fidei, aut viuentis facti fidei presentis edoctos, ipsam illam consummatam in martyrio fidei gloriam consecutos. Qualis fuit ille qui Dominum in ipsa sua damnatione confessus est, dicens: *Me. Lucæ 23.* memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum. Qui mox tale martyrii huius à Domino munus accepit: *Amèn dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Huius igitur similes apostolicæ doctrinæ eruditio Deo offert, cum hominibus diurnæ frugiferæque culturæ sub ipsa defæuentis hyemis tempestate progenitos. Dicete autem Deo, Quod mihi multitudinem hostiarum vestrarum? Plenus sum, Holocausta arietum & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo. Quis enim hæc exquisiuit de manibus vestris? Superfluu est existimare in hircis & bubus tanquam perfecta solenniorum vota placuisse. Hæc in hunc locum Hilarius: quæ placuit integra, ut apud ipsum sunt, ascribere, tum propter ipsius doctoris antiquam & sanctam auctoritatem, tum propter illam reconditam mysticamque doctrinam, quam nobis illis verbis explicat. Eius hæc est summa: Propheta hic in persona Ecclesiæ, in magnis persecutionum afflictionibus constitutus loquitur, vota sua Deo vouentis. Vota, inquam, non illa crassa & carnalia, qualia prima fronte ex cortice scripturæ apparent, in arietibus, bubus, & hircis offerendis: sed in sanctis martyribus, tum semetipsos edoctos apostolica doctrina offerentibus, quos intelligit per holocausta medullata: tum in Episcopis & sacerdotibus, preces & sacrificia in odorem suauitatis, nec non semetipsos per martyrium offerentibus: qui per arietes significantur, tum in his qui aliquando vel pharisaica doctrina Iudæorum, vel gentili philosophorum torui atque feroces, sed tandem domiti, fideliter ararunt ac triturarunt in agro & area Domini donec, quos bouum nomine accipimus: tum denique in illis, qui neque doctrina instructi, neque ad sacrificandum ordinati, neque precibus exercitati: sed solo exemplo comoti, fortibus & inuictis animis ad martyria prouolarunt: quorum multa exempla in Ecclesiasticis historijs legimus, & hircorum allegoria commendantur. Hæc autem quam grata sunt vota

BBB ac sa-

ac sacrificia Deo, quo altius omnium mentibus imprimat, accinit in fine *להלל*. Deinde sermone conuerso ad omnes homines, in quibus modò timor Dei est, inuitat eos vt veniant & videant, quanta Deus præparauerit illis, qui talia certamina pro confessione fidei ac nominis eius decertarunt.

*Venite & videte, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit anima mea.* Non simpliciter omnes inuitat ad hoc tam beatum spectaculù, sed eos qui timent Deum. Nam qui huius timorè abiecerunt, hi cæci ac surdi sunt ad omnia quæ de Deo, & his quæ is ad salutem humani generis est operatus, vel auribus vel oculis offeruntur. In quibus autem timor Dei est, hi præparati sunt ad percipiendum hæc omnia. Initiù enim sapientiæ timor Domini est. Quicunque igitur hoc timore imbuti sunt, veniant & audiant hunc nostrum prophetam, vt cognoscant, quanta præparauerit Deus diligentibus se, & percipiant ea, quæ fecit ad salutem animarum sanctarum. Pro, *videte*, in Hebræo est *ראה*, id est, audite: hoc magis conuenit, quàm videre.

*Ad ipsum ore meo clamavi, & exaltaui sub lingua mea.* Non est fatis, ore ad Deum clamare: sed necessarium est adesse vocem cordis. Hac enim excitatur ad audiendum Deus, hac delectatur, hanc amat. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, inquit, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est. Multi inuocantes, ore clamant ad Deum: sed quia permanent in peccatis, declarant se non clamare ex corde. Noster autem propheta verbo & exemplo suo docet, nõ ore duntaxat, verùm etiam corde clamandum esse. Propterea dixit, & exaltaui sub lingua mea. Nam sub lingua exaltare Deum, vt sanctis Hilario & Augustino placet, est exaltare illum in corde. Cor enim infra linguam est. His ex Iudæorum Rabbini consentit A. Ezra. Dauid autè Kimhi putat prepositionem sub, hoc loco positam esse, pro in. vt sit sensus, exaltaui in lingua mea, id est, per linguam meam. Huic consonat Euthymij commentarius. Quod noster interpretes dixit verbo acti-

Matth. 7.

ו

uo, & exaltaui, in Hebræo est *הוֹדִיתִי*, hoc est, & exaltatus est: vt sit sensus, Ipse Deus exaltatus est sub lingua mea, hoc est, vel in corde meo, quod infra linguam meam est situm: vel per linguam meam: vt sit quasi expositio prioris membri. Priori sententiæ, quæ est Hilarij, Augustini, & Abè Ezra, consonat quod sequitur in Psalmo:

*Iniquitatem si adspexi in corde meo, nõ exaudiet Dominus.* Hoc est, si in precibus meis ad iniquitatem respexi, vt aliquid à Deo peterè aut optarem quod esset iniquum, meritò non exaudiet me precantem Dominus. Quia verò non respexi aliud, quàm ad id quod æquum & iustum est, vtique exaudiet me. Pro eò quod noster interpres modo indicatiuo dixit, nõ exaudiet, in Græca translatione est, *ἀνὴρ ἀκούσεν*, hoc est, nõ exaudiat, modo imperandi, seu imperandi. In Hebræo est quidem verbum indicatiui modi, *לֹא יִשְׁמָע* non exaudiet: verùm his vsitatissimum est, indicatiui modi futurum pro imperatiuo ponere: præsertim in tertia psona: in qua, lingua Hebræa caret imperatiuo. Sequitur in Psalmo:

*Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.* Hoc iam manifestam habet sententiam. Pendet autem à versu precedente, quo dixit: Iniquitatem si adspexi in corde meo, nõ exaudiet, siue nõ exaudiat Dominus. Iam subintellige: Non respexi verò ad iniquitatem: sed quod æquum & iustum est, optaui ac peti: idcirco, siue, vt nos habemus, propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ. Hinc iam gratias agens D E O, Psalmum concludit, dicens:

*Benedixit Deus, qui nõ amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.* Hoc est, laudandus est, siue laudatus sit Deus: qui non amouit, hoc est, non repulit, orationem meam à se: neq; suam misericordiam retraxit à me. Quamobrem & nos edocui ab hoc nostro propheta, laudè dicamus Deo patri, & vnigenito filio eius Iesu Christo, & Spiritui sancto, omnibus diebus vitæ nostræ, donec hinc in illam æternam translati, plenius ac purius id faciamus inter ipsos omnium beatorum spirituum choros, in secula seculorum, Amen.

PSALMVS LXVI.

**D**eus misereatur nostrum, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostrum. Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Latentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum

etiam suum. Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus, & meruant eum omnes fines terræ.

IN PSALMVM LXVI.

TITVLVS.

**T**itulus huius Psalmi in exemplaribus quibus nos vtimur, habet hoc modo: In fine in hymnis Psalmus cantici Dauid. In Græca verò translatione vulgò vsurpata, sic: *Ὠδὴ τοῦ δαυὶδ, ἢ ὑμνοῦ, ἢ ᾠδῆς τοῦ δαυὶδ*. Hoc est, In finem, in hymnis, Psalmus Dauidi. In ea verò quam Augustinus Iustinianus Episcopus Nobienfis edidit in illo suo multiplici Psalterio, sic: *Ὠδὴ τοῦ δαυὶδ, ἢ ὑμνοῦ, ἢ ᾠδῆς τοῦ δαυὶδ*. Hoc est, in finem in hymnis Psalmus cantici Dauidi. In Hebræo autem: *לְמַנצְחָה בְּהַיְיָנוּחַ מִן מְרוֹר שִׁיר*. Hoc Diuus Hieronymus transtulit, Victori in Psalmis, canticum carminis. Augustinus Iustinianus, Ad victoriam, laudatorijs, Psalmus canticus. Translatio Chaldaica habet, *לְשִׁבְחָהּ בְּהַיְיָנוּחַ הַמְּשֻׁבָּחָהּ וְשִׁירָהּ*. Hoc est (eodem Augustino Iustiniano interprete) In laudem, laudatorijs, laudatoria & canticum. Quæ non reddant perplexum tot atque tam dissonæ translationes? Quis hinc se queat expedire? Nemo profectò, nisi qui saltem mediocrè linguarum illarum quibus hæc tradita sunt, & vnde translata ad nos peruenerunt, cognitionem habeat. Vnde Diuus Hieronymus tam grauitè nos ad harum studium adhortatur, & in sacris canonibus statutum est, vt in Academicis sint scholæ, in quibus illæ linguæ doceantur. Sed hæc studiosis commendamus, admonentes & exhortantes, vt in illo tam præclaro linguarum studio sibi non desint. Nos ad explicationem huius tituli accingamur: & experiamur, quam sententiam ex tam dissonantibus interpretum verbis queamus elicere. Principiò quòd nostra translatio, qua vtitur nunc Latina Ecclesia, habet, In finem, cui consonat illud in Græca, *Ὠδὴ τοῦ δαυὶδ*: admonet nos, Psalmum esse de Christo, qui finis legis est, & per quem omnia consummantur. Idem admonemur victoris & victoriæ nominibus, quibus Hieronymus, & Augustinus Iustinianus loco finis vtuntur. Nam vt Christus omnium malorum victor est, ita nobis eorundem est victoria. Quemadmodum enim ille pro nobis ea semel vicit ac domuit in semetipso, in nobis autem, in quibus habitat, eadem vincit ac domat quotidie & assidue vsq; ad cõsummationem seculi: ita nos per illum eadem vincimus atq; domamus: eò quòd in illo manemus, & illum in nobis manentem habemus. Victis autè his atq; domitis, beatissimum illud finem nostrum consequemur, vt vnà cum ipso in thro-

no illo regio confidentes, æterno illo patris nostri celestis regno, cum inastimabili gaudio potiamur. Hinc est quod in Apocalypsi dixit: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cù patre meo in throno eius. Ità in vnum conueniunt finis, victor, & victoria. Quid autè, quod Græcè & Latine est in *Ὠδὴ τοῦ δαυὶδ* hymnis, hebraicè *בְּהַיְיָנוּחַ*, consonante translatione Chaldaica? Diximus in titulum Psal. 4. & alijs locis, plerisq; videri *בְּהַיְיָנוּחַ* esse nomen instrumenti musici, quod Dauid voluerit Psalmos illos in quorum titulis hoc nomen poneret, decantari: vt verborum sensus sit, Tradatur hic Psalmus decandandus victori (hoc est, profecto) illorum musicorum qui canunt *בְּהַיְיָנוּחַ*, hoc est, neginis, quæ sunt organa quædam, seu instrumenta musica, quibus laus Dei canitur: quam laudem Hieronymus Psalmorum, Græci interpretes *ᾠδὴ ὑμνοῦ* nomine intelligunt. Quod autem in posteriore parte tituli dicitur Psalmus canticus, vel, vt vertit Hieronymus, canticum carminis, vel, vt Augustinus Iustinianus, Psalmus canticum, sciendum est, quòd Psalmus canticus, authore Hilario dicitur, cùm præcinente choro, subsequitur organum: mysticè verò, cùm per adeptæ scientie cognitionem, fidelium gestorum opus inchoatur & geritur. De quo plenius in præfatione in hoc opus Psalmorum. Tamet si Diuus Augustinus huic distinctioni non ita multum tribuere videtur: quem vide in explicatione tituli Psalmi sequentis, hoc est, 67. Quod autè in translatione Græca, & vsitata hac Latina, in fine additur *Ὠδὴ τοῦ δαυὶδ*, id est, Dauid, vel, Dauidi, hoc neque in Hebræo est, neq; in translatione Chaldaica. Nihil autem aliud significat, quàm Dauid esse authorem Psalmi: cuius rei gratia videtur ab aliquo interpretum adiectum esse: quæadmodum & in plerisq; alijs psalmis.

Apoc. 3.

QVA OCCASIONE SCRIPTVS SIT hic Psalmus, & quo Argumento.

**D**e occasione cantandi hunc Psalmum, valdè mihi placet quod refert Nicolaus Lyranus, plerisque videri Psalmum esse compositum, vt cantaretur in illo solenni festo cæstus siue collectæ, de quo Leuit. 23. præceptum est his verbis: Dies quoquè octauus (subaudi, post diem decimum quintum, hoc est, vigesimus secundus, mensis septimi, qui & nobis Septēber dicitur, Hebraicè *בְּיָרֵךְ*) erit celebrerimus atque sanctissimus: & offeretis holocaustum Domino. Est enim cæstus atque col-

lecta. Hoc nomen inditum fuit illi festo à collectis iam frugibus. His enim collectis, populus in vnum conuenit: & in magna lætitia oblati holocaustis, Deo gratias de datis frugibus agebat. Incipiebant feriæ tabernaculorū à 15. die Septembris: & per septē integros dies durabant, & in festum collectæ definebant: vt festum tabernaculorū, & collectæ simul constituant seu perficiant vnam ogradem. Sed longè lætioris beatorisq̃ue collectæ hæc erat figura. Nam dies primus huius ogradis, dies conuersionis nostræ est: quem celeberrimum reddere iubemur atque sanctissimum, nec vllum in eo seruile opus facere, hoc est, in totū renunciare vitijs omnibus, & neque quicquam admittere, quo nos his adhuc seruire declaremus: sed totis septem diebus holocausta offerre Domino, hoc est, nos totos Domino dedicare & consecrare omnibus diebus huius vitæ. Dies autē octauus, resurrectionis dies est: quando omnes iusti resurgentis à mortuis, fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Et hic erit celeberrimus atque sanctissimus: & offeremus in eo holocausta Domino. Tunc enim ex omnibus totius mundi partibus in vnum collecti, & receptis corporibus nostris, veniemus cū exultatione, portantes manipulos nostros, hoc est, mercedem & fructum laborum nostrorum: quibus tunc deinceps gaudio inestimabili fruemur in regno patris nostri. Est in eodem mense & expiationis festū, decimo die mensis: quo iubetur in afflictione animarum suarū offerre holocaustum vno. Vtrumq; festū complexus est noster propheta Psal. 125. cū ait: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Eunt ibant & flebant, mittentes semina sua. (eccē festū expiationis) venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. (eccē festū collectæ.) Hoc autē toto Psalmo, quem nunc interpretandum suscepimus, pro collectis orat. Quæ sunt illæ collectæ? Sunt omnes totius orbis terrarū populi. Hos petit per cognitionē dei & vnigeniti filij eius, in vnā collectos Ecclesiam, ipsum deū patrē, cum vnigenito filio eius & spiritu sancto, confiteri atq; laudare: & benedictionē ab eodē accipere. Eccē, hic est ille cœtus, hæc illa collecta, & hæc sententia dulcissimi huius carminis, p̃ illa collecta seu cœtus à nostro p̃pheta cantati. Nunc videamus ipsius carminis seu Psalms verba: quæ Diuus Hilarius putat partim sub prophetarū, partim sub apostolorū persona dici: quorū illi venturū in carne deum, hiam venisse docuerūt: atq; omnes totius orbis gentes ad se cōuersurū: vt hic in vni militatis ecclesie tabernaculis sub vno duce militantes, postea victoria potiti cum eodē triumphent.

Matth. 23.

**D**eus miseretur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & miseretur nostri. Prius implorat misericordiam, deinde benedictionem. Dum enim iuxta verba Psal. 125. in fletu spargimus semina nostra, misericordiam nostram agnoscim, & misericordiam imploramus. Misericordiā autem hanc in hoc declarari nobis & exhibere volumus, vt cū ex nobismetipsis omnium bonorum pauperum simus, neq; his quæ tam ærumnosis laboribus seminamus, nos ipsi incrementum dare possimus, ille miseretur nostri, benedicat nobis, hoc est, incrementū det nostræ sementi atq; bonis frugibus augeat ac ditet nos. Quod nisi faciat, miserissimi futuri simus. De benedictione autem Genes. 1. legitur: Benedixitq; illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam: & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terrā. Amplissima quidem hæc, & præclari omnis benedictio: sed quam statim, eheu, nimis grauis cōsecuta est maledictio. Quia audisti, inquit, vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi nē comederes: maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinæ & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluere reuertēris. Eccē hæc est miseria nostra, in quā per peccatū incidim, p̃pter quod deus maledixit ipsi terræ, in qua seminamus: & nisi idem ipse deus nostri miseretur, & maledictione in benedictione cōuertā, dederit incrementum his quæ seminamus, fame nobis pereundū sit. Atq; hæc quidem secundum occidentē literam & carnē. Sed videam etiam illa quæ sunt spiritus & vitæ. Crescere & multiplicari incremento carnali, nō video quid præclari, & quod magnoperè sit expetendum, in se habeat. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: & corpus quod corrūpitur, aggrauat animā. Filiorum autē multiplicatio, quid aliud præstat homini, q̃ curari, laborū, ærumnarū, ac miseriarum multiplicē materiam? Hoc nos ipsi quotidie videm, & experimur. Quare manifestū est, aliam esse benedictionē, qua propheta precatur, vt nobis benedicat deus. Felicissimū incrementū est, quo in deo crescimus sapientia & virtute. Hoc incremento creuit nouus ille noster Adā, q̃ est Christus Iesus: de quo hæc sunt verba Lucæ Euangelistæ: Puer autē crescebat & confortabatur, plen⁹ sapientia: & gratia dei erat in illo. Et iterum: Et Iesus, p̃ficiēbat sapientia & ætate, & gratia apud Deum & hoīes. Hæc demum

Galat. 4.

Sapient. 9.

Lucæ 21.

demum vera est, atque omnibus optanda benedictio, vt ita crederemus. De qua benedictio Paulus Apostolus Deum laudans, ita scribit: Benedictus Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi, q̃ benedixit nos in omni benedictione spiritali, in cælestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionē, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Atq; hæc est illa præclara, desiderabilis, & beatissima soboles, vero, solido, atq; æterno gaudio exhilarās patres, q̃ ex illius cælestis doctrinæ semine, puenit. Hinc est, q̃ tantis cum affectibus Apostoli in suis epistolis, eos ad quos scribit, filiorū nos appellare solēt. Filioli mei, inquit Iohā. hæc scribo vobis, vt nō peccetis. Et Paulus, Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Christus in vobis. Et Dñs Iesus ipse: Filioli, adhuc modicū vobiscū sum. huiusmodi filiorū multiplicationē, p̃misit Abraham Deo, cū diceret: Faciā semē tuū sicut puluerē terræ. Si quis potest hoīem numerare puluerē terræ, semē quoq; tuū numerare poterit. Et iterum: Benedicam tibi, & multiplicabo semē tuū sicut stellas cæli, & velut arenā q̃ est in littore maris. Hæc cū Iudæi, qui secundum carnē quidē erant posteritas Abraham, (quo sensu dixit et eos dñs, scio q̃ semē Abraham estis) carnaliter interpretates gloriari se habere patrē Abraham, coacti sunt audire à Christo: Si filij Abraham essetis, opa Abraham facerētis. et paulò post: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Hinc est quod ait Apostolus: Nō em̃ oēs q̃ ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ: neq; qui semē sunt Abraham oēs filij. Sed in Isaac vocabit tibi semē, in nō q̃ filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt p̃missionis, æstimant in semē. Eccē, hæc est illa p̃genies, hæc sanctorū patrū posteritas, hæc familia, cui misericordiā & benedictionem precatur hic noster Propheta, cū ait: Deus miseretur nostri & benedicat nobis. Benedicat, inquam, nobis, hoc est, augeat ac ditet nos, non mole grauis huius, & spiritum deprimentis carnis, neq; multitudine diuitiarum ac strepitus huius mundi: sed multitudine filiorum spiritaliū, qui sunt filij ipsius dei, & incremento gratiæ & virtutis suę diuinę, ad cōsummationē sanctorum (vt ad Ephesios scribens loquitur Apostolus), in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurrā oēs in vnitatē fidei, & agnitionis filij Dei, in virū p̃fectū, in mēsuram ætatis plenitudinis Christi: Hoc vt fiat, p̃git precari noster Propheta, dicēs: Illuminet vultū suū sup nos, hoc est, faciat illucescere nobis faciē suā diuinā, q̃ radijs claritatis suę distinctat vniuersas tenebras erroris & inscitie nre. De qua illuminatione iā appropinquāte, p̃cursor eius lucifero iā orto, hoc est, nato Iohāne Bapti. cecinit Zacharias ipse Iohānis pater his verbis, pulcherrimè consonantibus his nostri huius Propheta: Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, illuminare his q̃ in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendū pedes nostros in viam pacis. Vt autē significaret noster hic Propheta, q̃ essent illę densę ac infelices tenebrę (nempe mortiferę, vt vmbra mortis dixerit Zacharias) accinit in fine versūs huius suū illum dñs. Pro quo in hac translatione nostra Latina repetitū est illud de principio versūs, & miseretur nostri. Nam hoc apud Hebræos in fine huius versūs non est: sed totus ex Hebræo sonat hoc modo: Deus miseretur nostri & benedicat nobis: illuminet vultū suū sup nos, quod quidam interpretantur sempiternū. Sed nos de virtute seu significatione eius diximus aliās. Hinc iam sequitur secundus versus Psalms, quod indicat Propheta, in quem finē petat misericordiam, benedictionem, & vt vultum suum super nos illuminet Deus.

Ephes. 1.

Iohā. 1. Gal. 4.

Genes. 1.

Genes. 22.

Genes. 22.

Iohā. 8.

Rom. 9.

Ephes. 4.

Lucæ 21.

hanc Bapti. cecinit Zacharias ipse Iohānis pater his verbis, pulcherrimè consonantibus his nostri huius Propheta: Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, illuminare his q̃ in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendū pedes nostros in viam pacis. Vt autē significaret noster hic Propheta, q̃ essent illę densę ac infelices tenebrę (nempe mortiferę, vt vmbra mortis dixerit Zacharias) accinit in fine versūs huius suū illum dñs. Pro quo in hac translatione nostra Latina repetitū est illud de principio versūs, & miseretur nostri. Nam hoc apud Hebræos in fine huius versūs non est: sed totus ex Hebræo sonat hoc modo: Deus miseretur nostri & benedicat nobis: illuminet vultū suū sup nos, quod quidam interpretantur sempiternū. Sed nos de virtute seu significatione eius diximus aliās. Hinc iam sequitur secundus versus Psalms, quod indicat Propheta, in quem finē petat misericordiam, benedictionem, & vt vultum suum super nos illuminet Deus.

*Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuū.* Quasi dicat: Ab eo tempore quo parentes nostri mandatum tuum transgressi, iusta tua vindicta è paradiso eiecisti sunt, nos oēs in tenebris & umbra mortis sedemus, p̃ligati à te, & extorres, nec vllā inuenire possumus viā, qua in gratiā tuā reuertentes, salutē recupem⁹. Tu itaq; miseretur nostri, salutare tuā benedictio benedicat nobis, & claritate vultus tui illucescē, vt videam⁹ & cognoscamus in hac vasta, deserta, & inuia terra, viā illā qua redit ad te: & illud salutare, quod tu nobis miseris, æterno tuę diuinę pietatis consilio dare decreuisti: vt pditam salutem in eo recuperarem⁹. Quæ verò est illa via? & quodnā illud salutare? Audiamus quid ipse filius Dei responderit Thomæ, dicenti: Nescimus quod vadis: & quomodo possumus viam scire? ego, inquit, sum via, & veritas, & vita: nemo venit ad patrem, nisi per me. Et alibi ad ipsum Deū patrem, cū hunc p̃ suis deprecatur: Hæc est autem vita eterna, vt cognoscant te solum Deū verū, & quem misisti Iesum Christū. hunc igit vniuerso mūdo innotescere petit noster Propheta cū ait: Vt cognoscām⁹ in terra viā tuā, in omnibus gentibus salutare tuū. In alio Psalmo canit, Notus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomē eius: Hic autem petit, vt viam & salutare eius cognoscamus nō solum in Iudæa & populo illo Israelitico, sed p̃ totū orbē terrarū in oībus gentibus. Quod autē ita precatur, id omnino ita futurū esse significat. Tales enim Prophetarū preces, nō solū sunt preces, verū etiam certissimæ Prophetiæ, q̃ ea q̃ precantur,

Luc. 21.

Iohā. 14.

Iohā. 17.

Psal. 95.

ita vt precant sint euertura. D. Hilari, vti doctissimus diligentissimusq; sacre scripturę interpreter, recte hic monuit, non esse in Græco cum definitione psonę scriptū, *ἡ γὰρ γῆ, ἡ γῆ*, vt cognoscamus: sed *τὸ γῆναι ἐν τῇ γῆ τῆς ἐσθῆς σου*, quod Latine dixeris: vt cognita fiat in terra via tua. Huic consonat id quod est in Hebræo: *אֶרֶץ מִן הָאָרֶץ*. Quod & Diuus Hieron. translulit: vt nota fiat in terra via tua. Hoc autem latiore quamdam significationem habere videtur, q̄ quod Latinus hic interpreter reddidit. Neq; enim tam petijt David, vt ipse cū suo illo populo Iudaico viam Dei cognosceret, (cū his iam spiritu Prophetico, & scripturis diuinis, seu maiorū traditione vt cunq; indicata esset) q̄ vt nota fierent p totū mundū gentibus omnibus. Nam hanc esse huius Prophetiæ sententiā, nunc etiā à nobis dictū est. Quid autē postea q̄ illum cognouerimus? Hoc nimirum quod sequi: nēpe vt cognitū ingenua & intrepida confessione laudemus. Quā obrem itā pergīt noster Propheta:

*Confiteatur tibi populi Deus, confiteatur tibi populi omnes.* Duplex cōfessio est: vna, qua nostra peccata cōfitemur, vt misericordiā à Deo cōsequamur. Altera, qua illius in nos misericordiam, & bñficia nobis exhibita cōfitemur, & laudem illi de his ipsis dicimus. De priore verbum est eiudē huius nostri Prophetæ: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiā meā Dño: & tu remisisti impietate peccati mei. Et Matthæi Euāgelistæ: Tūc exhibat ad eū Hierosolyma, & oīs Iudea, & oīs regio circa Iordanē: & baptizabant ab eo in Iordanē, cōfidentes peccata sua. De posteriore Psal. 9. Cōfitebor tibi Dñe in toto corde meo, narrabo oīa mirabilia tua. Et Dñs Iesus Mat. 11. Cōfiteor tibi pater, Dñe celi & terre, q̄ abscondisti hæc à sapientib; & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sed vtriusq; confessionis plurima fit mentio in vtroq; testamēto. D. Hilari; suspicat Prophetā hoc loco de vtraq; loqui: & in priore quidem versus parte, qua ait, Cōfiteant tibi populi Deus, de peccatorum cōfessione intelligendū esse. In posteriore autē q̄ est, cōfiteant tibi populi oēs, de cōfessione laudis. Nihil tñ verat, vtrūq; de laudis cōfessione intelligere, totumq; verbum de oīm totius mundi populorū confessione accipe: cū tñ non sit inconueniens, q̄ Hilari; prius illud, *Confiteatur tibi populi Deus*, de populo Iudaico interpretat: posterius autē illud, *confiteatur tibi populi oēs*, de oīm gentiū populis. In huiusmodi cōceditur vnicuiq; suo sensu abundare. Nihil em̄ habet incommodi, vtruncq; modo accipias. Mihi magis placet, vtruncq; de cōfessione laudis, eademq; oīm totius mundi populorū accipere, vt posterius sit

Psal. 31.

Mat. 3.

prioris explicatio, & grauior q̄dam impressio. *Lætetur & exultet gentes, qm̄ iudicas populos in æquitate, & gētes in terra dirigu.* Ad gaudium & exultationē inuitat omēs oīm nationum gētes ac populos: eiusq; rationē cōtinuò annectit: qm̄ inqt, iudicas populos in æquitate, & gētes in terra dirigis. Afflictioe, dolore, tristitia, & lamētatioe miserorū sunt om̄ia plena, vbi corrupti, pueri, crudeles, & impij tyranni iudicia exercent. Sub talib; em̄ p̄sidib; & iudicib; sceleratissimi quicq; impune grafantur, innocentes autē & inopes vbiq; p̄terūtur & cōculcant. Quinetiā miserorū & infirmorū lapsus & peccata sūt illis auarissimi q̄stūs, & crudelissime voluptatis occasio: dum infelices illos multatōdo possessionib; seipos ditant, & sumēdo de eisdem supplicia, sanguinarios oculos suos pascūt. Adde q̄ illi ipsi tyranni ex potentiorib; illis infirmorū oppressoribus quos ipsi coercere debebāt, nonnunq; spongias faciūt: dum rape illis, fraudare & p̄ sua libidine grassari ad tempus pmittunt, ansam videlicet sibi, seu potius harpaginē hac ratione fabricātes, quos illos ap̄phensos & attractos, rapinis illis emungāt: & p̄ insatiabilē auaritiā attractas diuitias opesq; tanq̄ sp̄gijis exprimāt. Sub talibus iudicib; quicunq; viuunt, his nunq; deest doloris, gemitūs, & plorātis materia. Sed Deus horū miserā miserat; celi tñ misit equiorē iudicē, vnigenitū filiū suum, dās ei omē iudiciū, vt omēs honorificēt filiū, sicut honorificāt patrē. Hic cū sit iudex p̄ oīa iustissim; nullius tñ supplicio delectatur: sed modis oibus cauēt populis, quos sub sua iurisdicōe habet, nē qd admittāt supplicio dignū. Necesse quidem habet punire peccata, p̄pter aternā & immutabilē iustitiam suā: sed equissimis saluberrimisq; p̄scriptis legib; hoc agit, vt quicunq; se ipsius impio & iurisdicōni subjecerint, non peccent. Qui facit peccatum, inquit Iohānes, ex diabolo est: qm̄ ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit fili; dei, vt dissoluat opa diaboli. Oīs qui natus est ex Deo, peccatū nō facit: qm̄ semē eius in eo manet: & nō potest peccare, qm̄ ex Deo natus est. Porro nē quis vel de multitudine, vel de obscuritate, vel de difficultate p̄scriptarū legum cōqueri possit, vniuersam hęc iurisdicōniā vnica dūtaxat lege, eademq; vt intellectu oīm clarissima, itā obseruatu non solum facilima, verum etiam iucundissima cōprehēdit. Quēnam est ea lex? Vt diligamus nos mutuo. Mandatū nouū do vobis, inquit, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Ecce, quid hoc mandato apertius? quid autē factū facilius? & quid mutuo amore dulcius? Cū itaq; tam notā & expositam omnibus, etiam his qui literas ignorant,

Iohan. 1

Iohan. 1

Iohan. 1

rant, tam obseruatu non solum facile, sed etiā iucundam, ac nobis ipsis oīm saluberrimam vtilissimamq; legem p̄scripsit, nonnē equissimum est, vt contumaciā illorum qui renuunt eam obseruare, puniat; præsertim cū ipse etiam in hoc ipsum infuderit nobis spiritum suum, per hunc tāquam digitum suum cordibus nostris eam inscribens, vt possimus eam in nobismetipsis legere & obseruare. Caritas Dei, inquit Apostolus, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Et alibi: Qui diligit proximū, legē impleuit, Rom. 13. Iam obsecro vos omnes, quicunq; hæc vnq̄ aut lecturi estis, aut audituri, expēdite mihi hæc, & estimatē, an vnq̄ visā sit æquior lex: an vnq̄ æquiora iudicia? an vllius vnq̄ regis aut principis simile studium dirigēdi populos sibi subiectos, iuxta iustitiæ regulas? Meritō itaq; nostri huius regis iustitiam laudans, sic cecinit noster Propheta: Quoniā iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Et vt huius tam incomparabilis equitatis & rectitudinis agnitionem, & perpetuā cogitationem pectoribus nostris imprimat, accinit in fine *ἡ γῆ*, optās vt omnibus hominibus per vniuersum mundū hæc innotescāt, & vt ab omnibus cū gratiarum actione recipiantur. Hinc est quod sequitur:

*Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.* Priorē huius versus partem iam sumus interpretati. Posterior, qua ait: Terra dedit fructum suum, apud Hebræos initium alterius versus est: cuius finis, benedicat nos Deus Deus noster. Cū audis, terra dedit fructum suū, agnoscis collectam, de qua supra diximus, & laudationem Dei de fertilitate anni, & congregatis in horrea frugibus. Sed hic rursus oportet excitare animos, & è terrenis hisce crassis & carnalibus attollere ad caelestia, spiritalia, atque diuina. Laudare quidē vtiq; debemus Deum de omnibus beneficijs ac donis suis, tam corporalibus q̄ spiritalibus: sed itā, vt ex his humilioribus ad illa sublimia caelestiaq; adspiremus, & contendamus. Quā diū corpus hoc terrenū circūferimus, necessarij nobis sunt fructus terræ, quibus id ipsum corpus alamus. Sed accedamus paulō p̄pitiū ad ipsam rem. Terra sunt hæc ipsa corpora nostra, ipso deo testate, cū ait: Puluis es, & in puluere reuertēris. Hęc terra post transgressionē mandati, maledicōi subiecta fuit, vt p̄ter morborū tribulos & pessimarum concupiscentiarū spinas, & eos qui hinc enascuntur stimulos ipsius mortis, hoc est, peccata, nihil nobis p̄duceret. Postq̄ verò iuxta vaticiniū Esaię, celi roauerūt desuper, & nubes pluuerūt iustū, & apta terra germinauit salua-

ntorem: postq̄ spiritus sanctus supuenit in illā sanctissimā terram corporis virginei, & virtus altissimi obubravit ei: atq; illa facta pregnas, pepit nobis Dñm Iesum Christū: tūc demū terra dedit nobis illū tot seculis desideratum fructū. Postq̄ Apostoli tanq̄ nubes volarunt, & imbrē Euāgelicę doctrinę pluuerūt in hęc terrā nostrā, tunc terra hæc liberata ab illa maledicōne, & bñdictionem consecuta, dedit latissimū iustitiæ fructū. Vndē inquit Apostolus: Nunc verò liberati à peccatis, serui autē facti Deo, habetis fructū vestrū in sanctificationem, finē verò vitā eternā. Ecce, hæc est illa fertilissimū illius anni beatissima latissimaq; collecta: ad cuius celebritatē noster hic Propheta hunc Psalmū cecinit. De illo anno iam antē audiim; eundē prophetā itā canentē: Benedices coronę anni benignitatis tuę, & cāpitui replebunt vbertate. Hęc bñdictionē nobis oibus optās Propheta, Psalmū hūc concludit his verbis: *Bñdicat nos Deus Deus noster, bñdicat nos Deus, & metuāt eum oēs fines terræ.* Bñdicat nos, inqt, hoc est, crescere faciat in vera fide, atq; oīm virtute: atq; adeò multiplicet, vt per vniuersum orbē totū terrę, vsq; ad extremos fines eius, in vnā Ecclesiā collecti, timore illo sancto, q̄ pmanet in seculū seculi, timeamus ipsum. Obseruauerūt in hoc versū sancti doctores Ecclesię, p̄sertim illi, q̄ cōtra impietatē Arrij scripserunt, apertissimā fieri mentiōem triū psonarū in vno Deo. Nā quod primo loco dicit, *Bñdicat nos Deus*, patris psonā agnoscimus, oīs bñdictionis fontem, & oīm q̄ nascuntur originē primā. Quod autē loco secūdo, *Deus noster*, aptissimē de filio interpretant: qui ratioe quadā peculiari Deus noster dicit, q̄ nobis à patre datus sit, iuxta verbū Esaię Prophetæ: Paruulus em̄ natus est nobis, filius datus est nobis: & factus est principat; sup humerū eius: & vocabit nomē eius admirabilis consiliari; De; fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Vndē & ipse filius ait ad Nicodemum: Sic em̄ Deus dilexit mundū, vt filiū suum vnigenitū daret: vt omīs q̄ credit in eū, nō pereat, sed habeat vitā eternā. Meritō itaq; De; noster dicit, q̄ sic nobis datus est: cū nihilominus & pater, & spiritus sanctus noster sit. Porro quod tertio loco dicit, *bñdicat nos De;* ad psonā spiritūs sancti referūt, q̄ à patre filioq; pcedens, & cordib; nostris infusus, oīm oīm charismatum bñdictione nos replet. Vt autē intelligamus has tres psonas nō esse tres diuersos deos, sed vnū Deū, itā cōclufit: & metuāt eū oēs fines terrę. Nō dixit, eos, tanq̄ multos, sed eū, q̄pe vnū. Huic igif hymnos nostros cantem; cū in via pegrinatiōis hui; pperuō, tū verò in patria nostra caelesti, in secula seculorū, Amē.

Esa. 60.

Rom. 6.

Psal. 18.

Esa. 9.

Iohan. 3.

**E**Xurgat deo & dissipetur inimici eius, & fugiat quod oderunt eum, a facie eius: Sicut deficit fumus deficiat, sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epuletur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in laetitia. Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei quod ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius, turbabuntur a facie eius patris orphanorum & iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit viros in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransieris in deserto. Terra mota est, etenim caeli distillauerunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Israel. Pluvia voluntaria segregabis Deus hereditati tuae, & infirmata est, tu vero profecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios clericos pena colubae dearguetur, & posteriora dorsum eius in pallore auri. Dum discernit caelestis reges, super eam niue dealbabuntur in Selmō, mons Dei, mons pinguis. Mons coagulat, mos pinguis: ut quod suspicamini motes coagulatos? Mos in quo bene placitum est deo, habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem. Currus Dei decem millibus multiplex, millia letantium, Dominus in eis in Sinai in sancto. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Eternum non credentes inhabitare Dominum Deum. Benedictus Dominus die quotidiē, prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. Deus noster Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli pambulantium in delictis suis. Dixit Dominus, ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris. Ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto. Praeuenent principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenularum tympanistriarum. In Ecclesijs benedicite deo, domino de fontibus Israel. Ibi Benjamin adolescētulus, in mentis excessu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon & principes Neptalim. Manda Deus virtuti tuae, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem, tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludant eos, qui probati sunt argento. Dissipa gentes quae bella volunt, venient legati ex Aegypto; Aethiopia pueniet manus eius deo. Regna terrae cantate deo, psallite domino. Psallite deo qui ascendit super caelum caeli ad orientem. Ecce dabit voci suae vocem virtutis, date gloriam deo super Israel, magnificentia eius & virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suae, benedictus deus.

IN PSALMVM LXXVII.

TITVLVS.

**T**itulus huius Psalmi in translatione qua vulgo vtimur, habet hoc modo: In finem Psalmus cantici Dauid. Quod ait, In fi-

nis est & consummatio legis, Prophetarum, atque omnium quae in his scripta sunt. Psalmus cantici, ut placet Hilario, est, quoniam pertinentem choro, subsequitur organum: mysticē, quoniam scientiam sci

seu doctrinam fidei, sequitur operatio virtutis: ut in superioribus diximus. Nomen Dauid additum, in dicitur auctorem Psalmi. Ab his non dissonat translatio Graeca, nisi quod nomen Dauid non in fine adicit, sed in medio statuit. Sic enim habet, *Εἰς τὸ τέλος τῆς λαῶν, ψαλμὸς δαυὶδ.* Hoc est: in finem Dauidi, psalmus cantici. Idem ordo verborum est in Hebraeo, *וְיִשְׁבַּח דָּוִד בְּעֵצֵי הַיָּדָיִם*. Quod Hieronymus transtulit, Victori Dauid, Psalmus cantici. Augustinus Iustinianus: Ad victoriam, Dauidis, Psalmus, canticum. Haec omnia in eandem cum nostra translatione sententiam conueniunt: nempe psalmum hunc a Dauide esse compositum, de venturo in carnem Domino Iesu Christo: qui ut finis est & consummatio omnium, ita victor est diaboli & mortis, idque pro nobis, ut nobis factus sit victoria eorumdem malorum. Quae dum a choro prophetarum, Apostolorum, & eorum quos deus dedit Ecclesiae suae pastores & doctores, nobis annuntiantur & praecinuntur, cuius nos admonet nomen psalmus, equum est, ut organum nostrorum fidibus tenens, hoc est, excitatis & exproptis omnibus viribus ac dotibus, tam corporis quam animi, donis videlicet illius diuinæ gratiae, operibus nostris & officijs vitæ, illis tam dulcibus carminibus, respondeamus: cuius admonemur nomine Cantici. Haec de titulo.

DE OCCASIONE ET ARGUMENTO Psalmi.

**N**on inuenimus certum tempus, quo hunc psalmum cecinerit Dauid: aut quid acciderit, ex cuius occasione cecinerit: nisi quod mirabilia illa opera, quae in populo Israelitico fuerat operatus Deus, in memoria reuocans, spiritu prophético canit, quid per illa figuratum, operaturus sit in populo hoc nouo, quem sibi per vngentum filium dominum Iesum Christum acquisiuit. Est enim hic psalmus, propheta de aduentu Christi, eiectione principum tenebrarum, cum commemoratione mirabilitum operum, quae editurus sit Christus: quorum figuræ erant, quae olim fecit Deus in populo Israelitico: de eximia potentia Christi, copijs angelorum illi ministrantium, ipsius in caelum ascensu, missione spiritus sancti, conuersione gentium ad fidem Christi, cum inuocatione, ut Deus hæc tanta erga nos beneficia, in nobis velit confirmare. Postremò hortatur nos ad laudem & gratiarum actionem de his ipsis beneficijs acceptis. Hæc satis clarè in ipso psalmo videmus. Quod autem D. K. refert eum ad tempora Ezechiae regis Iuda, & Sennacherib regis Assyriorum, de quibus habemus historiam 2. Par. 32. id mihi planè videtur commentum esse cæci Iudæi, nihil mysteriorum scripturæ diuinæ intelligentis:

sed vndeunque venatis historias, quatenus à re proposita alienas, ad quas verba prophete detorqueat, potius quam vel suspicetur ipse, vel viris spiritualibus credat, subesse his sensum aliquem mysticum, non ad carnalia illa & cruenta praelia, sed ad pugnas & victorias spirituales pertinentem. Equidem si qua sit historia, siue res gesta, præter eas quae claris verbis in Psalmo attinguntur, quae dederit prophete occasionem canendi hunc psalmum, magis credidero hæc esse eam, quam legimus 2. Reg. 10. ubi Dauid vicit, fugauit, & profligauit ammonitas & Syros, occisis de Syris septingentis curribus, & quadraginta millibus equitum: sed ita, ut ab hac imagine progrediamur ad rem ipsam, & à litera confurgamus ad spiritum. Illic scriptum est, fugeruntque Syri a facie Israel: in psalmo autem canitur, Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. Parum gloriae in hoc est, si quis rex coactus barbaro, feroce, ac truculento milite, aliquot hominum millia trucidauerit. Sed fretum auxilio Dei, profligasse cateruas principis tenebrarum, tyranni illius Tartarei, hæc demum gloriosa est, atque omnibus modis optanda & expectanda victoria. Nos enim in carne ambulantes, non secundum carnem militamus, inquit Apostolus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo, ad destructionem munitio, consilia destruentes, & omnem alitudinem, extollentem se aduersus scientiam Dei. Ad huius militiæ praelia, optimum classicum est carmen huius psalmi. Vnde memorabile est, quod D. Athanasius scribit in lib. Variarum quaest. q. 14. se audiuisset ab hoibus fide dignis, spirituumque studiosis, diabolum aliquando interrogatum, quam orationem, aut quod verbum maxime timeat, respondisse his verbis: Non existit in toto tam veteri quam nouo testamento verbum terribilius, atque magis nostram disperdens potestatem, quam initium sexagesimeseptimi Psalmi. Quæ primùm enim verbo dicto, Exurgat Deus, & dissipetur inimici eius, mox vlulans euanescit & disparet diabolus, factis ostendens huius orationis virtutem & operationem. Quinetiam D. Cyprianus in libro, Quod idola dii non sunt, ostendit, quantoperè formident demones huiusmodi verba, a nobis in Christi fide placata. Videas, inquit, illos nostra voce & oratione occultè flagellis cædi, igne torqueri, incremento poenæ propagantis extedi, eiulare, gemere, deprecari: & vel exiliunt statim, vel euanescent gradatim, prout fides patientis adiuuat, aut gratia curantis adspirat. Similia scribit ad Demetrianum. Sed nos iam ipsum Psalmum aggrediamur explicare.

EXPLICATIO PSALMI.

CCC

EXHT-

**E**xurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius.] Cum ait, exurgat, suo & sacre scripture more de neo tanq̄ de homine loquitur, accommodans se infirmitati intellectus nostri, cum Deus neq; se deat, neq; iaceat, neq; cubet, vndè illum exurgere oporteat: sed hæc nobis facere videtur, qn̄ non exerit potentiam suã in hostes. Exurgere aut, quando facièdo vindictam, potentia suam declarat. Quotiescunq̄ itaq; sentimus spiritus illos tartareos, q̄ odio implacabili & perpetuo bello regnum Dei oppugnant, aut aperta vi, aut insidijs dolosis in nos inuadere, excitemus his verbis prophete protectorem nostrum & imperatorem Deum, vt pugnet p̄ nobis: & statim territus fugiet à nobis hostis. Propheta in spiritu præuidit futurũ, id quod nos in eodẽ spiritu iam credimus factum, nepe vt filius Dei De⁹ & homo n̄s noster Iesus Christus, è somno mortis euigilãs, & è sepulcri lecto resurgens, inferni tyrannum cũ omnibus copijs suis dissiparet. Hoc & patriarcha Iacob futurũ præuidit, cum diceret: Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi ascēdisti, requisescens accubisti vt leo, & quasi læna. Quis suscitabit eum? è sepulcro quidem sua ipsius virtute diuina suscitatus exurrexit, & prostrigauit hostes. è nobis aut exurgit, quotiescunq̄ illum in vera fide, ita vt iam diximus, in periculis nostris excitamus, certi videlicet per illam ipsam fidem, q̄ in nobis est, iuxta illud sum ipsius verbũ: Qui manducat meã carnẽ, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Et illud: In illo die vos cognoscetis, q̄ ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Ecce, si ipse in nobis est, (neq; enĩ vanũ esse potest verbum ipsius) quo nullum potest esse præsidium firmiter, quod fieri potest, vt patiat nos expugnari ab hoste? quod nõ vel solo terribili illius sui vultus adspectu crudelẽ illum fugabit? Et fugiant, inquit hĩc noster, p̄pheta, qui oderunt eum, à facie eius. Fugient quidem illi maligni, ingenti terrore percussĩ: nec tñ effugere poterunt, quod minũs comprehensi, in tormenta suis flagitijs digna conijciantur. Quod poterũt effugere eum qui vbique presens est? Porro facies eius, p̄sentia eius est.

*Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.]* Gemina similitudine fugã ac dissipationẽ hostiũ exprimit. Vbi viridẽ incenderis sylvã, ilicò mole terribili Ascēdunt nigri spatiosa volumina fumi: vt Lucani verbis vtat. Lucan. lib. 3. In que si vel leuiter flare cõperit vêtus, in momento illa omnia diffugerint. Viridis sylvã est, indocta plebs, & nihil aliud q̄ carnem sapiens hoĩm turba. Hanc si quis hostis accendat ledi-

Gen. 49.  
Iohan. 6.  
Iohan. 14.

tiosa, hæretica, & qualis est Antichristi doctrina, q̄ dẽsi, tetri, atq; horribiles fumi statim eripiant miseris mortalib⁹ celi solisq; adspectũ, iam per quadraginta annos experta est nostra Germania. Ast vbi exurrexerit Deus, vbi flare cõperit spiritus Chri, mox illi fumoru dissipant globi. Nunc quidem, iuxta verbum Apostoli, mysterium operat̄ iniquitatis. Cum autẽ illuxerit dies ille, que nobis suo iubare oriens reuehit ille iustitię sol, tũc reuelabitur iste iniquus, quem n̄s Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustrationẽ aduẽtũ sui. quod de suo seculo scribit Iohannes apostolus, id multo magis etiã in hæc nostra tempora quadrat. Filioũ, inquit, nouissima hora est. Et sicut audistis quia Antichristus venit, etiã nunc Antichristi multi facti sunt: vndè scim⁹, quia nouissima hora est. Ex nobis prodiũerunt, sed nõ erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Sed vt manifesti sũt, quoniã non sunt oēs ex nobis. Oportet, hæreses esse, inquit Paulus, vt qui p̄bati sunt, manifesti fiãt in vobis. Hi fumi nostro hoc seculo nimium obscurauerunt cælum. Nos autẽ nihil dubitamus dñm Deum facturum esse, quod in hoc loco Psalmi huius inuocãs optat ecclesia, dum ait: Sicut deficit fumus deficiãt: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie Dei. Sic enim loquentes propheta, non tam optant aut petunt, q̄ certò futura p̄dicunt ea, q̄ tanq̄ precantes optantẽs loquũtur. Et multa iã euenire, videmus, q̄ cũ Psal. 77. interpretaremur, in propinquo esse p̄diximus. Dñi verbum est, Omne regnum in se diuisum, desolabitur. Obseruatum est à doctis, sectam illam quã anno abhinc quadragesimo excitauit Martinus Luterus, hodiẽ in sectas circiter XXXIII. esse dissectam, quã se mutuũ editis libris oppugnant: vt nihil interim dicamus de illis, quã latent in indocta plebe, ceterisque qui nihil scribunt. Nam horum sectas quis numerare poterit? Cũ itaq; non possit esse vanum verbum domini dicentis, Omne regnum in se diuisum, desolabit̄: quid certius esse potest, q̄ nunc adesse sectã illius finẽ? Sed reuertamur ad verba nostri prophete. Verba huius versũs secundi, paulò aliter sonant ex Hebr̄o, q̄ nostra hæc translatio habet: sensus tñ vtrobique idem est. Ad verbũ transtuleris: Sicut depellitur fumus, depelles eos: sicut liquefcit cera à facie ignis, peribũt impij à facie Dei. Porro impios, siue, vt vfitata translatio habet, peccatores, tum ipsos cacodẽmones intelligere possumus cum Euthymio, tum homines impios, qui à cacodẽmonibus aguntur. Iam ad eum qui proximẽ sequitur:

*Et impij ep̄lectũ, & exultẽt in conspectu Dei, & dele-*

Thes.  
Iohann.

*deleantur in letitia.]* Postq̄ de dissipatione, fuga, & horredo interitu impiorum locutus est, hic ex aduerso ostendit, q̄ feliciter sint habituri iusti. Illi à facie Dei horrore intolerabili contabescunt, tanq̄ cera ab ignis ardore. Iusti verò in ipso ipsius Dei, tanq̄ dulcissimi filij, in mensa amantissimi patris, gaudio inestimabili epulabuntur, idq; cum animorum suorum exultatione prorsus inenarrabili. Hoc enim p̄pheta significat, cum tot verba, omnia gaudiũ significantia, in vnum hunc versum congerit. Nam epulari, gaudij est: p̄ quo in Hebr̄o est *אכלו*: quod proprie significat, gaudebunt: exultare autẽ, eximij cuiusdam & exuberantis gaudij, Hebraicè *שׂוּגְוּ*. Quod autẽ addit, & delectetur in læticia, significat gaudium illud cum summa eademq; mera, nullo prorsus dolore admixto, voluptate fore cõiunctum, Hebraicè *אֲשׁוּבָה*. Nam gaudijs huius mundi, si attentius consideres, semper admixtus est dolor aliquis: qui in fine ipsius gaudij vehementior & acerbior erumpere solet: vt verissime dixerit sapiens huius nostri prophete filius: risus dolore miscebit̄, & extrema gaudij luctus occupat. Afflictionibus autem, quas in hoc mundo tolerant iusti, deus perpetuò consolationes plurimas, eadẽmq; efficacissimas admiscet, quibus illas temperat, aded, vt sæpè ne sentiant quidem afflictioes. Extrema verò harum afflictionum, occupat seu excipit gaudiũ illud ineffabile, in domo ac mēsa patris nostri caelestis: de quo hic agit propheta. Hui⁹ itaq; gaudij spe omnium certissima, etiã in medijs afflictionibus peregrinationis huius exhilarati, multo maiore verioreq; gaudio ac delectatione gaudemus, q̄ omnes huius mundi voluptuarij & Epicurei in medijs illis, & affluentissimis voluptatibus suis. Ad cantandum itaq; & ad laudandum datorem huius tãti, tamq; sinceri gaudij exhortatur nos, p̄pheta versũ qui sequitur:

*Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: Dñs nomẽ illi.]* Quemadmodum primus versũs, quo dixit, Exurgat Deus &c. classicum quiddam sonat, exhortãtis ad præliũ, itã hic quartus *אֲשׁוּבָה*, hoc est, victorialis ac triumphalis quiddã, factò iam prælio, victori gratulantis victoriam. Nam si attendas, videntur esse verba p̄conis, p̄currentis triumphalem dñi currum: vt respexerit propheta ad morem triumphantium regum seu Imperatorum. Est tñ p̄a aliorũ interpretatio, qui hæc accipiunt tanq̄ exhortationem ad p̄nitentiam: q̄ hac iter fiat, hoc est, via p̄paretur venturo dño: sed non tam apte quadrat ad argumentũ psalmi, qui scriptus est

de aduentu, prælio, victoria, atque triumpho Christi, & regno optimè ab ipso victore cõstituto. Huc omnia referre necesse est, si velimus psalmum penitus intelligere. Quod igitur ait, Cantate Deo, psalmum dicite &c. hanc habet sententiam: Celebrate canticis vestris, & ornate triumphum Regis nostri victoris, qui est Christus Dñs ac Deus noster: (significat autẽ cantare seu canere, caelestium mysteriorũ cõtemplationi vacare: psallere verò, bonis operibus Deum laudare seu honorare.) & psalmis vestris extollite nomen eius, quod illi huius ipsius prælij & victoriã ratione dedit Deus pater, quod est supra omnẽ nomẽ, vt in noĩe Iesu fleatur omne genu, &c. iter facite, hoc est, p̄parate ac sternite viam, qua currũ suo triumphali vêtus ingrediatur. Nam noster interpres iter posuit pro via: cum, si velimus, proprie loqui, iter sit ipse actus etndi, quem, qui per viam graditur, facit. Vndè iter facere, nihil aliud est q̄ ire: si, pprie, vt dixi, loquamur. Sed hoc loco improprie, & p̄ter Latini sermonis consuetudinem, significat viam parare, Græcè *ὁδοποιεῖν*, Hebraicè *סוּבַל*, quod D. K. in hunc locum psalmi exponit *סוּבַל וְיִבְרָא*, i. exaltate, magnificate: & refert ad ipsum Deum, vt sit sensus: magnificate ipsum dñm Deũ, & laudibus extollite eum. Alij verò exponunt, p̄parate viam. Hoc enim multis scripturã locis hoc verbum significat. Esaiã 57, quod huius loco non malè consonat, itã scriptum est: *סוּבַל וְיִבְרָא מַבְשׁוּל מַבְשׁוּל מַבְשׁוּל מַבְשׁוּל*: hoc ad verbũ itã transtuleris, viam facite, viã facite, (Mosterus vertit, Cõplanate, cõplanate) p̄parate viam: tollite offendiculum de via populi mei. Itaq; mihi valdè placet hoc loco trãsfere: P̄parate, vel sternite viam, neq; inquam, facite ei, hoc est, in honorem eius, qui ascendit super occasum: quod Græcus interpres dixit, *ἀναστὰς ἐπὶ τὸν ὄμιον*, vt intelligas verbum ascēdit, esse p̄teriti temporis: & quod noster numero singulari dixit, sup occasum, apud Græcos esse plurale, super occasus. Sed hoc ab illo parũ differt, quantum ad sententiam attinet. Ascendit aut Rex noster ac Dñs Iesus Christus super occasum, qn̄ moriendo ipsam domuit mortẽ. Per occasum enĩ, ipsam mortem intelligimus: quando quidem & qui moriuntur, occidere dicuntur. Nam in hanc sententiam Hilarius ea, quẽ è Græco translata habemus, interpretatur. In Hebræo verò est, *סוּבַל וְיִבְרָא*, hoc est, ei qui inequitat summis cælis. Aiunt enim Hebræi, *עֲרַבָה*, quod hic numero plurali ponitur *עֲרַבָה*, esse supremum cælorum orbẽ. Hoc maxime cõuenit

ascensioni dñi nostri Iesu Christi: de qua scribens ad Ephesios, ita loquitur Apostolus: qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes caelos, ut adimpleret omnia. Itaq; cōmodissime hīc transtuleris: Sternite viam ei qui inequitat summis caelis: siue, qui conscendit summos caelos. Hoc etiam confirmat articulus qui est in Hebræo, עֲרִיבָה, i. equitanti, dandi casus, hoc est, in honorem equitantis, id est, infidelis. Qui transtulerunt, Qui ascendit super occasum, siue occasus pluraliter, וְשֶׁמֶשׁ & habet in plurali עֲרִיבָה, quo hīc viis ppheta, ut etiam עֲרִיבָה, ut hæc duo in plurali consonent: respexerunt ad nomen עֲרִיבָה, quod significat vesperam. Neq; verò hoc incōmodam habet sententiam. Nam in occasu, hoc est, postrema mundi ætate, Dñs noster Iesus Christus, victo diabolo, cum triumpho caelū ascendit. Post hunc occasum, siue hanc vesperam, sequet illud clarissimum manè, quo oēs excitati a somno mortis, vna cum Dño nostro Iesu Christo, victore ac triumphante, illam æternā lucē illius diei, qui iam deinceps nullū habebit occasum, inhabitabimus. Huius diei hæc vespera initium est, qua Dñs Iesus obdormiuit in cruce, quieuit in sepulcro: ac tertio die euigilans, resurrexit à somno, iuxta verbum apostoli, quo ait: Nunc autē Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormiētū. Hoc modò & in genesi dies supputatōs legimus, cum ait: Factumq; est vespere & manè dies vnus. A vespere diei facit initium. Ante aduentum Christi nox erat, & ut loquitur genesi, Tenebræ sup faciē abyssi. Hīc autē iustitiæ sol reuexit ad nos diem. Hīc ait, apostolus: Nox præcessit, dies autē appropinquauit, Ro. 13. Quod addit propheta, Dñs nomen illi, hebraicè dicitur יְהוָה, quod, si ad Hebræorum, præsertim D. K. cōmentarios respiciamus, transferre debemus in Dño nomine eius, ut pendeat à verbo אֱרִיבָה, quod ximhi interpretatur, exaltate: ut sit sensus, exaltate infidentem summis caelis, in Dño, quod est nomen eius: vel, in nos eius, quod est הוּא, i. Dñs. Aut iuxta sententiam interpretationis nostræ: præparate viam inequitati summis caelis, idq; facite in dño noie eius, hoc est, (per appositionis figurā) in nomine eius, quod est Dñs. Est autē הוּא vnum ex nominibus illis diuinis, q̄ ita Dei sunt, ppria, vt nulli creaturæ neq; conueniant, neq; tribuant, eò q̄ æternæ illius essentia significationem habeant. Cum itaq; noster ppheta de Messia, hoc est, dño nostro Iesu Christo, loquens, iubet vt paremus illi viā, idq; in noie הוּא, q̄ hoc sensit ipsi Messia nomen, significat illum non solum hoīem fore, de sua, hoc est, dauidis stirpe prognatū, verum

2. Cor. 15.

Gen. 1.

etiā Deū, cōæternū & cōsubstantialē æterno patri, de huius substantia diuina ante oīs, secula natū. Iā qui sequit versus, eius principium, in hebreo est huius, quē nūc explicuim⁹, finis, eousq; Exultate in cōspectu eius: quō etiā in quibusdā exēplaribus grecis distinctum legit̄, addita cōiunctione & καὶ ἀγαλλιάσθαι ἐν ἀποπύκνωσι, hoc est, & exultate in cōspectu eius: q̄ etiā in hebræo addit, וְאֵלֵינוּ יְהוָה יְהוָה. Sensus autē manifestus est, & pulchrè cū pcedētib⁹ coheret, vt integer versus cū sua sentētia hoc modo pcedat: Cātate deo, psalmū dicite noi ei: pparate viā ascēdētī summos caelos, in dño noie ei: & exultate in cōspectu eius. Deindē sequit alius versus hoc modo, iuxta hui⁹ trāslatiōis verba: Turbabitur à facie eius, pater orphanorū, & iudicū viduarū. Nō est hīc expressum, qui sint illi q̄ turbabunt: sed repetendū est à principio psalmi, inimici eius. Nā hīc videret Chrm victorē inferorum & mortis, & spolijs opimis insignē, ascēdere thronū patris sui, regnumq; sibi sumere, curaq; orphanorū & viduarū aduersū illorū tyrannidē suscipere, non parū turbati sunt. Per orphanos autē & viduas, omnes eos intelligit, qui omī huius mūdi ope & p̄sidio destituti, & iuxta verbū apostoli, oīa secularia desideria cū eorū dē patre diabolo abnegātes, spem suā & fidutiā vniuersam in solum Deū cōiiciunt, memores illius, Et patrē nolite vocari vobis sup terrā: vnus est enim pater vester, q̄ in caelis est. Ecce, hīc sunt orphani q̄ Deo placēt: & quorū pater ipse vocari gaudet. Alioquē multi sunt secūdū hūc mundū orphani, quos Deus execrat, eò q̄ opes parentū, per iniustitiā plerūq; cōgestas, ipsi pari cū iniustitia possident, aut maiore etiā accumulāt, aut maxima turpissimaq; dilapidant. Nā impiorū parentum peccata in impijs filijs vindicat Deus etiā in tertiam & quartam generationē: iuxta verbū Moysi, Num. 14. Quēadmodū & viduę sunt, quas damnat apostolus. Nam q̄ in delicijs est, inquit, viuens mortua est. De illis autē, quas sibi assumit Deus, ita loquit̄: Que verē vidua est & desolata, sperat in Deū, & instat obsecrationib⁹ & oratiōibus nocte & die. Nō vitæ cōditio, sed affect⁹ animi hoīem vel deo cōmēdat, vel ad inferos cōdēnat. Illud hīc dissimulandū nō est, priorē huius versūs partē, q̄ est, Turbabitur à facie ei⁹, in hebræo nō esse: sed vbi versus pcedēs desinit in hæc verba, exultate in cōspectu ei⁹: cōtinuò hīc sequit his verbis, Pater orphanorū, & iudicū viduarū. De in loco sancto suo. Nā hucusq; extendit apud Hebræos. Locū suū, habitationē suā dicit, hebraicè יְהוָה יְהוָה. Trācti verò deus vbiq; est, nec loco vllō potest cōcludi, hoc ipso nō ppheta dicētē: Si ascēdero in caelū, tu illic es: si descendero in infer-

Tit. 2.

Mat. 23.

1. Tim. 5.

Act. 4.

Mal. 1.

Psalm. 135.

Psalm. 135.

nū, ades: cōsuetudine tñ loquēdi de maiestate eius, caelum thronus eius dicit. Cum itaq; iā de futuro dñi nostri Iesu Chri supra summū caelū ascensu locutus sit, eundemq; noie suo Deū appellārit, hīc ait illū iā residerē in illo maiestatis suę loco seu throno. Quid autē illic agat, quōd regnet ac regat, hoc idcat his q̄ iā sequūt. Deus qui inhabitare facit vnus moris in domo: qui educit vincos in fortitudine: similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris. Repetamus hīc duorum pcedentium versuum sententiam, quō commodius hunc cum illis possimus connectere. Cantate deo, hoc est, Messia nostro, regi, victori, qui est deus: & psallite, siue psalmū dicite, nomini eius: sternite viā ei qui ascēdit, vel in occasu, seu occasibus, huius mūdi, (vt è Greco transfertur) vel, (vt interpretatur Hebræi & Syri) supra summos caelos: atque hunc honorē illi exhibete propter diuinū illud nomen eius, quod est הוּא, i. dominus: quo significat, illū esse nō solum infirmū & mortale hoīem, qualē ex virgine natū, in cruce occiderūt Iudæi: verum etiā omnipotentē & æternū deū, qualē ante oīa secula ex se genuit de⁹ pater. Exultate in cōspectu eius: q̄ p̄ pater factus est orphanorū, & iudex viduarū: de⁹, inquam, nunc superata morte, ac debellato direptoq; ac spoliato inferno, redidēs in loco sancto suo, sup̄mo videlicet celorum throno, quem victor atq; triumphans conscendit. Hic, inquam, ille est deus, qui inhabitare facit vnus moris in domo, q̄ educit vincos &c. Quid hæc est administratio regni, quod victor obtinuit: q̄ princeps pacis est, in domū suā Regiā, q̄ est ecclesia oīm credentium, congregat oēs illos q̄ sunt vnus moris, hoc est, vni⁹ fidei ac religiōis: quosq; in his ipsis mutū charitatis vinculū vnit atq; cōstringit: quēadmodū in Actis legimus, Multitudinis autē credētium erat cor vnū & aīa vna. Hos in sua domo secū habitare facit vsq; in æternū. De qua cohabitatiōe in alio psalmo tanq̄ admirabūsus canit his verbis: ecce q̄ bonum & q̄ iucundū, habitare fratres in vnū. Et in alio: Beati qui habitant in domo tua dñe, in secula seculorū laudabūt te. Hęc est pia & valdē cōmoda expositio verborū huius translationis. Ceterū quod noster interpret dicit, vnus moris, & Grecus οὐνογενῆ, significans eos qui sunt vnus voluntatis & animi, id in hebræo est וְאֵלֵינוּ יְהוָה יְהוָה, quod Latine dixeris, vnicos: & proprie quidem ad numerū refertur: vt vnicū filiū habere dicimus, qui non habet plures q̄ vnum. Vndē D. K. & pleriq; alij interpretantur vnicos, solitarios, qui sinē liberis sunt: vt sit sensus: Qui steriles facit fecundos, & multorū liberorū iparētes: cuius rei multa habemus exēpla: inter q̄ nobis

lissimum est, abrahā cum sua vxore Sara. huic enim cum esset sterilis, promisit deus posteritatē tā innumerabilē, q̄ sunt stelle cæli, & arena q̄ est in littore maris: idq; in filio Isaac, qui & ipse habebat vxorem sterilē Rebeccam. maritus autem Isaac pro ea deprecatus Dominū, impetrauit duos filios Esau & Iacob. Porro ex posteritate Iacob natus est Chrs, pater videlicet illius posteritatis, quā vtiq; tam nemo numerare valet, q̄ stellas cæli, & arenā littoris marini. Quis em̄ numerare valet illos filios, qui ex Christo & sponsa eius Ecclesia sunt nati, & nascuntur quotidie vsq; ad consummationem seculi? Erat autē & hæc sponsa, aliquandō sterilis: sed beneficio nei facta est fecundissima. Vndē gratulabundus illi acclamat Esaias propheta: & repetitur ab Apostolo Paulo Gal. 4. Letare sterilis quę non paries: erumpe & clama quā non parturis: quia multi filij defertæ, magis q̄ eius quæ habet virum. Ecce, hoc modo deus eos qui sunt vnici, solitarij, steriles, sinē liberis & posteris, per gratiam suam facit fecundos, vt in frequentissima domo ac familia habitantes, innumerabilis posteritatis fiat parentes. Vndē & hic noster propheta in alio psalmo canit: Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Psalm. 112. Paulus Apostolus secūdū carnem quidem nullos habuit filios. De spiritualibus autē illis, quos per doctrinam Euangelicam genuit, quā dulciter loqui, & quantæ sibi hos curæ habere consuevit? Corinthios suos alloquitur his verbis: non vt confundam vos, hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu super Euāgelium ego vos genui. Et iterum eodē: facti sumus paruuli in medio vestrorū, tanquā si nutrix foueat filios suos &c. Galatas autē: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, magna olim apud Iudæos felicitas estimabatur fecūditas matrimonij: sed vt illorū carnalia typi erāt nostrorum spiritualiū, ita apud nos nihil felicitus est, q̄ per Euāgelicam doctrinam multos filios filiasq; genuisse deo. Vndē D. Hieronymus admonet, vt quemadmodū primis illis parentibus dictū fuit, Crescite & multiplicamini, & replete terrā: ita nobis dictū putem⁹, Crescite & multiplicamini, & replete caelū. Quamobrē vtraq; interpretatio huius loci, quā nūc ostendimus secuti Hebræos, & quā ante hāc, secuti Græcos & Latinos, piā habet sententiā: neq; à verbis pphetę abhorrentē, vt pius lector tutò vtrālibet possit amplecti. Iā quod in eodē hoc versu sequitur, q̄ educit vincos in fortitudine, id Greci & Latini ferē in hāc sententiā accipiūt: qui

Esa. 54.

1. Cor. 4.

2. Cor. 6.



educit, hoc est, liberat, in fortitudine, hoc est, fortiter (Græca translatio habet, & ἀνδρῶν, quod proprie virile robur significat, seu fortitudinem virile: quasi dicas, in virilitate, hoc est, viriliter) vincit, hoc est, eos q sub hostiū tyrānide vincit sunt. Sed quod Græca translatio habet, & ἀνδρῶν, & nostra hæc, in fortitudine, id in Hebræo est בְּפִצְחוֹתָי, quod D. K. interpretatur, בְּפִצְחוֹתָי, hoc est, in catenis: alij, in compedibus: & ait postquam esse literam פ, ut sit quasi בְּפִצְחוֹתָי, à verbo פָּצַח, i. vinxit. Sunt enim illæ duę literę cognatę, vt vna pro altera poni sustineat. Nā aliās פָּצַח significat rectum, cōgruum, & cōueniens esse. Vnde Augustinus Iustinianus hic transtulit.

בְּפִצְחוֹתָי in congruentijs. Sed aptior videtur sententia Kimhi, vt commo dissimè transferatur: qui educit vincit in catenis, siue compedibus. Cui non malè consonat paraphrasis Chaldaica, quę hæc de populo Israëliticō in Aegypto capto, exponit. Ex qua captiuitate q̄ mirabiliter illum eduxerit Deus, manifestum est ex historia Exodi. Sed omnium durissima vincula sunt peccata, & miserrima captiuitas sub tyranno diabolo. Sub quo diris illis vinculis cōstrictum iacebat vniuersum genus humanum. Deus autem per dñm nostrum Iesum Chřm illa vincula rupit, & nos miserrimè captiuos in beatissimā libertatē eduxit. Vnde in alio psalmo cecinit: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis. Siue itaq; id quod in translationibus Græcis & Latinis est sequaris, siue id quod proprie significant Hebræa, commodam habes hætenus quidē huius versūs sententiam. Secundum Gręcos & Latinos, Qui habitare facit in domo sua secum eos qui sunt vnus moris, vnus nimirum fidei ac voluntatis: & educit fortiter è captiuitate eos qui vincit sunt. Secundum Hebręos autem: Qui steriles ac sine liberis sunt, facit magnarū familiarum parentes: & è captiuitate educit eos, qui duris vinculis vincit iacet. Videamus itaq; quod in eodem sequitur:

Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris. Hoc iam aliquantō obscurius dictum videtur: sed sensus est, iuxta hanc quidē translationem: Tanta est Dei in liberando genus humanum benignitas & potentia, vt etiam eos qui quotidianis peccatis suis ad iram illum prouocant, & in peccandi consuetudine iam tanquam sepulcris fetent, omnipotenti verbo suo, quemadmodum olim Lazarum quatruiduanum è monumento in hanc lucem, itā ex illis cadauerosis fœtoribus peccatorum, & morte teterrima, in iustitiam & vitam re-

Psal. 115.

Iohan. 11.

uocet. Talium habemus exempla plurima, vt Matthæum, Zachæum, Paulum, Mariam Magdalenam, & alios innumerabiles. Sed hęc longe aliud videntur sonare Hebræa, aded vt p. pemodum contrarium his quę iam diximus. Habent autem hoc modō, אֲרֵי סוּרְרִים שְׂבִנוּ, אֲרֵי סוּרְרִים. Hoc ad verbum transtuleris: veruntamen rebelles habitant aridum. Exponit autem M. Antonius Flaminus his verbis: Impij & contemptores Dei tandē poenas luunt, atq; incolunt loca vasta & sterilia. At pij ducuntur à Deo ex locis desertis ad terras fertiles & amœnas. Atq; hæc sententia confirmatur illis, quę pōst in hoc ipso psalmo sequuntur, vbi ait: Deus noster Deus saluos faciendi, & Dñi Domini exitus mortis. Veruntamen Deus cōfringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis. Quid igitur dicemus ad eam sententiā, quam ex Græca Latinaq; translatione elicimus, exemplis etiam Evangelicis cōfirmamus? Reijciemus ne illam, ac tanquam posteriori huic contrariam & falsam damnabimus? Nequaquam. Nam si sano iudicio discutatur, nihil huic posteriori repugnat. Sūt enim quos ex arido illo steriliq; peccatorum deserto educit in terram vbi habitat iustitia, & aqua sapientię salutaris potat. Exemplo est Apostolus Paulus, cum ceteris quorum supra meminimus. Sunt rursus quos in deserto sua illa sterili ariditate perire finit: imò quos horribilibus supplicijs ibidem contusos interimit. Exemplo sunt illi quibus iurauit in ira sua, non intraturos in requiem suam: & Coreh, bathan, Abiron, Hon, cum totis illis rebellium & incredulorum turbis. De his itā loquitur ad Hebręos Apostolus: Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem. Ecce hi sunt illi rebelles qui habitant aridum, & quorum capita confringit Deus. Quos autem è vinculis captiuitatis per huius mundi desertum ducit vsque in terram promissionis, hi sunt qui vocantem sequuntur. Matthæum de telonio vocauit, Matt. 9. dicens: Sequere me. Ille verò ilicò surgens, secutus est eum. Zachęus non modò secutus est, verum etiam fraude parta restituit quadrupla: illorum autem quę ipsius erant, dimidio in pauperes erogato. Paulus cum audiret, Quid me persequeris? statim respondit, Domine, quid me vis facere? Itā quicunque pereunt, sua culpa pereunt, quod

Eccl. 19.

Heb. 3.

Gal. 4.

Eia. 54.

Luc. 19.

quod non sequuntur vocantem, aut pulsanti ostium non aperiunt, Apoc. 3. qui autem seruantur ac salui sunt, dei beneficium hanc felicitatem cōsequuntur: quā tamen nō consequerentur, si libertate voluntatis siue arbitrij sui malè abusi, in malitia propofiti sui pertinaces remanere mällent, q̄ ad meliora inuitantē sequi. Iam videamus quod sequitur in psalmo:

Deus cum egredere in cōspēctū populi tui, cum pertransieris in deserto. Pro, pertransieris, emendatius legitur in quibusdam codicibus, pertransires: vt sit eiusdem temporis cum illo quod p̄cedit, egredere. Loquitur aut propheta secundum literam, siue historiam quidē, de transitu, quo Deus populum Israëliticum, quandō illum ex Aegypto per mare rubrū in desertum educens, interdiū quidem in colūna nubis, nocte verò in ignis columna p̄cessit, & per vastum illud desertum ante eum pertransiuit vsq; in Palæstinam: quæ admodum in Exodo narrat Moyses. Sed ea omnia extiterūt vmbre quędam & figurę eorum quę deus per filium suum & spiritum sanctum inter nos gerit. Principiū Hilarius & Euthymius, interpretantur figuram de illo transitu, quo Deus relicto populo Iudaico, transiuit ad gentes, Ecclesiam videlicet ab illis ad nos traducēs. Notum est aut, quale desertū fuerit populus gentilis, q̄ siccum, nullis aquis cęlestis illius ac viuificę doctrinę in eo fluentibus. Nam philosophorū lacunę fœtidę, steriles, adeoq; mortiferę erant. Postq̄ autem percussa petra, cęperunt fluere aquę, postq̄ obdormientis in cruce Christi apertum est latus, & exiit ille fons salutaris & viuificus, qui per hoc desertū manat, & sequitur populum Dei quacunq; graditur: & potum p̄bet aded salutarem, vt quicunq; ex eo biberit, viuat in æternum, iam irrigatum est hoc desertum, atque aded fertile redditum, vt nō solum fructus bonorum operum, ex his qui iam sunt filij, verum etiam ex emollitis lapidibus, mirabili quadam metamorphosi filios Dei nouos producat. Vnde hæc est illa beata mulier, de qua paulò antè, secuti Apostolum, ex Esaia locuti sumus: Lætare sterilis quę non paris, &c. Quinetiam nos omnes, ex quacunq; gente aut natione, siue ethnica, siue Iudaica, fidē eius amplexos, p̄cedit per huius mundi desertum, viam indicans qua gradiendum sit, pertendentibus in terrā promissionis, hoc est, patriam illam cęlestem: & nē dissoluti ac languidi æstu diei, hoc est, prosperitate huius mundi, concidamus, & cęptū iter omittamus, opponit nubem afflictionum, qua illius prosperitatis æstum itā tēperat, vt neq; robur, neq; alacritas ad perfici-

endū iter deficiat. Rursum verò tenebris persecutionum & afflictionum irruentibus & cōdenfantibus sese p̄fert lucem consolationis, nē tenebrę illę nos occupatos p̄cipitent. De his rebus dum mystico hoc carmine dulcissimè canere incipit hic noster verè diuinus musicus ac vates, statim primo huius historiae versui accinit suū illud אֲדַוְרָה, admonens nē negligente aliqua properantia, aut properatē (vt fit) negligentia, hæc transmittamus: sed consistamus paulisper ad singula, & cōsideremus, q̄ inexplicabilia in eis lateat mysteria: & quam inenarrabili charitate, benignitate, ac beneficentia Deus p̄sequatur genus humanū. Hoc nobis significat illud אֲדַוְרָה in fine huius versūs. Iam videamus reliqua.

Terra mota est: etenim cali distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. Historia huius terræ motūs habemus Exodi 19. & 20. Totus aut mons Sinai fumigabat, inquit, eò q̄ descēdit Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi fornace. Eratq; omnis mōs terribilis &c. Hęc cap. 19. In 20. autem, Cunctus autem populus videbat voces, & lapades, & sonitum buccinę, montemq; fumantem: & perterriti ac pauore percussī, steterunt procul, dicentes Moysi. Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, nē forte moriamur. Capite 16. eiusdem libri, misit eis nomen coturnices, vt comederent carnes: & manna de cęlo, vt panem, angelorum manducaret homo. Hoc Hilarius intelligit per id, quod iuxta historiam ait, Cæli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. Alij quidam non absurdè interpretantur, distillauerunt, sudauerunt: hoc est, in graui labore fuerunt, dum tu legem dans, Moysi colloquebaris. Atque hæc quidem contigerunt, quandō Moyses in monte legem accepit, quam traderet populo. Quaddò verò nouę legis lator Christus sua morte confirmauit testamentum nouum, terra mota est, (inquit Euangelista Matthæus) & petre scissę sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum quę dormierant, resurrexerunt. Lucas etiam scribit de tenebris factis super vniuersam terram, ab hora sexta vsq; in horam nonā. Quod miraculum in annales relatum fuisse scribit Eusebius historiae Ecclesiasticę lib. 9. cap. 6. Fuit & illa mirabilis cęlorum distillatio, cum spiritum sanctū mitteret in discipulos, vt scribit Lucas Act. 2. De his interpretatur Euthymius. Quinetiam ipsi Apostoli, cęli sunt qui enarrant gloriam Dei: quemadmodum omnes qui bona fide annunciant ac docent Euangelium DEI, Apostolorum legitimi successores. Hi omnes distil-

distillant pluuiam salutaris doctrine, terram humani generis fecundantem, idq; non à facie sua, hoc est, à semetipsis & nomine suo: sed à facie dei Sinai, à facie Dei Israel. Porro quod ait, à facie Dei, Hebraica loquendi figura est, pro, à Deo. Deum Sinai dicit, quod in monte Sinai apparuerit Moysi. Deum autè Israel, propter patriarcham Iacob: cui apparuerat iam olim, & què peculiariter sibi elegerat. Hæc est simplex & historica huius versus sententia, præsertim iuxta hanc & græcam translationem, indicata obiter etiam allegoria. Nam ex Hebræo paulò aliter sonat, tametsi magis quantum ad verba, quàm quantum ad sententiam attinet. Ad verbum licuerit trāsferre hoc modo: Terra commota est: etiam cæli distillauerunt à facie Dei: hæc Sinai à facie dei, dei Israel. Horum sententiam Iohannes Campensis reddidit paraphrasticòs his verbis: Terra commota est: cæli sudauerunt propter præsentiam maiestatis tuæ ô Deus: quin & hæc Sinai contremuit, propter præsentem maiestatem tuam ô Deus, deus, inquam, Israel. Similia atq; ad eadè legimus Iudicum 5. in cantico Deboræ & Barach: Domine, cum exires de Seir, & transires p̄ regios Edom, terra mota est, cæliq; ac nubes distillauerunt aquis. Montes fluxerunt à facie dñi, & Sinai à facie dñi Dei Israel. Atq; hæc quidè illi cecinerunt de victoria, quã dederat eis dñs de Iabin rege Chanaan, profligato & interfecto Sisara duce illius. Habent autem mysteria rerum earundem, de quibus iam sumus locuti, & quas hîc noster ppheta tractat. Barach quidem ex mandato Deboræ exercitū duxit aduersus Sisaram. Sed Dominus perterruit Sisaram, & omnes currus eius, vn̄uersamq; multitudinem. Id autem fecit in ore gladij, vt ca. 4. narrat historia, & prodigijs illis terræmotuū, imbrium, &c. quæ recententur in cantico cap. 5. atq; omnia habent rerum spiritualium mysteria. Dehora fuit prophetissa, interpretatur autem apis, significat Ecclesiam, mittit ad præliū Barach **וְיָרֵם** virum suum, quod interpretatur fulgur. Is terribili suo adpectu, & vibrato gladio hostes in fugam agit. Tales sunt duces, qui legitime ordinati, ab ecclesia mittuntur ad prælia, armati gladio. Gladius spiritus, verbum Dei est, Apostolo teste. Montes sunt ipsi Apostoli, & viri Apostolici: vndè alibi dixit hic ipse propheta: Fundamentā eius in montibus sanctis. Ab his desuunt torrentes doctrine cælestis, ad demolendum castra hostium, & perdendū hostes ipsos, qui ad radices montium in cauernis latitantes, insidiantur populo Dei. Et quia torrètes illi non erumpunt neque scaturiunt è terra, vt cætere aquæ, sed colliguntur ex aqua cælesti, hoc est, pluuiā, com-

Ephes. 6.

Psal. 86.

modum sequitur apud nostrum prophetam:

*Pluuiam voluntariā segregabis hereditati, & infirmata est: tu verò perfecisti eam.* Pluuiam voluntariam Flaminij, & quidam alij interpretantur tempestiuā, & qualè homines optarent. Sed ego mällem ex Hebræo transferre, pluuiā liberalè, & intelligere copiosam. Nā in hebræo est **וַיִּשְׁקֵם**, quod iuxta proprietatem sermonis Hebræi ad verbum translātū, sonat pluuiam liberalitatis: latine verò, pluuiam liberalem. Illi enim plerunquè per abstracta substantiua in genitio casu efferunt, quæ nos per cōcreta adiectiua in eodem cum substantiuis quibus adherent casu. Quod noster interpres dixit, segregabis, græcus **ἀφαιρῶ**, in Hebræo est **וַיִּקַּח**, hoc est, diffundes, siue disperges. Hîc illud obserua, quod eadè pluuiā, quæ in torrentes excrefcens, castra hostiū demolitur, hæreditatem Dei salubriter irrigat atq; fecundat. Verbum Dei impijs mors est, pijs autem vita æterna. Nos prædicamus Christum crucifixū, inquit Apostolus, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autē stultitiam: ipsi autem vocatis, Iudæis atq; Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, 1. Cor. 1. Porro hæreditatem eam intelligit, de qua aliàs dixit ipse noster propheta: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessiōem tuā terminos terræ. Hæc hereditas varijs morbis infirmatur, idq; per omnia eius membra partesq; ad eadè vt etiā nobilissima eius, adeoq; vitalia membra nonnunquam infestentur à morbis. Ipsi Apostoli, cum raperetur ad suppliciū Christus, terrore infirmati, relicto Domino, fugerunt, & inter hos ille ipse corypheus Petrus, etiam ter abnegauit Christum, idq; cum iureiurando. Quinetiam post resurrectionem, quàm difficiles erant ad credendum, vt meritò illis incredulitatem exprobraret. Cæterum in die Pentecostes, effuso in eos spiritu sancto, cōfirmavit eos atq; ita perfecit, vt iam deinceps nullis minis aut supplicijs deterreri arcerive possent, quò minùs Euangelium Iesu Christi per totum terrarum orbem annunciant. Hinc est, quod Ecclesia sacramentum hoc, quo per impositionem manuum Episcopi & vnctionem sacri chrismatis, datur spiritus sanctus, appellat sacramentum Confirmationis. Quemadmodum enim per baptismum regeneramur ad vitam, ita per hoc sacramentū confirmamur corroboramurq; ad pugnam. Sed quomodò ecclesiam suam perficiat Christus, luculentissimo compedio docet Apostolus Ephes. 4. qui locus ita incipit: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, &c. Infirmata etiā sæpè & grauiter quassata

Psal. 124.

Matt. 26.

Marc. 16.

quassata est Ecclesia persecutionibus tyrānorum. Sed quo magis illi persequebatur eam, eo latius propagauit magisq; confirmavit eadēdem Dominus, ipsi persecutionibus in occasionem huius perfectionis versis. Quoties infurxerunt in eam hæreses, atq; ab ipsis fundamētis eam euertere sunt aggressi? Sed & has Dominus semper arripuit in occasionem confirmationis & perfectionis, dum excitationis præclarissimis ingenijs, doctrinam verè fidei claritè illustrauit. Paulo apostolo datus fuit stimulus carnis, angelus satanæ, qui colaphizaret eū. Et cum ter dñm rogasset, vt illum à se tolleret, audiuit: Sufficit tibi gratia mea: virtus enim in infirmitate perficitur. Ecce, sic infirmatur hereditas Dñi, & sic Dñs perficit eam. Quod noster interpres dixit, *perfecisti eam*: in Hebræo est **וַיִּקְרַח**, i. confirmasti seu confortasti eam. Sed eadem est sententia.

*Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Animalia Dei nos sumus, qui in hereditate, i. Ecclesia eius, habitamus, populus videlicet eius, & oves pascuæ eius. Nam in hoc ipsum cælestis doctrine pluuiā hæreditatem hanc irrigat atq; fecundat, vt nos habeamus, quo salubriter pascamur & pinguescamus secundum spiritum. Ne his ovis & harum pascuis, dulcissimis verbis loquitur apud Iohānem: Qui intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oves vocem eius audiūt: & proprias oves vocat nominatim, & educit eas. Et aliquatò post in eodem: Ego sum ostiū: per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Ecce, hæc sunt illa animalia, quæ habitant in hæreditate Dñi. Quàm dulcibus autem pascuis illa pascat, etiam noster ppheta hîc indicat, cum ait: Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Quis est iste pauper, ô deus? quis alius, q̄ grex ouium tuarum? Quid autem huic parasti aliud, q̄ pabulū quo pinguescat? Et hoc parasti ei in dulcedine. Neq; verò dulcedine aliqua vulgari, sed in dulcedine tua, hoc est, q̄ dulcedo tu ipse es. ô verè bonum pastorem, q̄ semetipsum dat pabulū ouib? Vndè in alio psalmo canit, Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo. Pascit nos quotidie pabulo verbi sui. Quod nisi faceret, fame periremus omnes. neq; enim in solo pane viuunt homines, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Sed quò magis pinguesceremus hoc pabulo, ipsum verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quis nõ obstupefcit ad amorem huius pastoris? Vt redimat oves, ipse sit agnus: vt liberet à morte, ipse occidendum se tradit: vt autem pabulo immortalitatis eadēdem pascat, ipse sit eis pabu-

1. Cor. 12.

Phil. 7.

Matt. 10.

Psal. 33.

Matt. 4.

Iohann. 1.

lum. Sicut misit me viuēs pater, inquit, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. O dulcia, ô salutaria, ô feliciter læta ac pingua pascua. Beatæ illè sunt oves, quæ in his pascuntur, & quibus hic contigit pastor: vt non sit mirum, amore huius pastoris accensam sponfam eius erupisse in hæc verba: Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Ecce, hæc est illa inenarrabilis dulcedo, in qua pater ille cælestis parat cibum filijs suis, quos hîc pauperum nomine intelligit, & quos apud Euangelistam beatos pronūciat, quod ipsorum sit regnum cælorum: & de quibus in suo cātico cecinit virgo Deipara, dicens: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Nunc itaq; intelligimus, quid sit quod ait noster hic propheta, Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Eodēdem pertinet quod sequitur in psalmo:

Iohan. 6.

Cant. 1.

Matt. 5.

Luc. 1.

Marc. 16.

*Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Dixi iam etiam ipsum sermonem Euangelicum esse pabulum harum ouiu. Hoc pabulum nē desit gregi, ipse Dominus gregis, dat illud eis quos constituit pastores super ipsum gregē: neq; dat parcē, sed virtute multa, id est, magna copia: vel, vt alij doctiùs etiam interpretantur, cum magna miraculorum potentia, Sic enim Euangelium suum concludit Marcus: Illi autem profecti, prædicauerunt vbiquè, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Versus hic in Hebræo sic legitur:

**וְיִתֵּן אֱלֹהֵינוּ אֶת הַדְּבָרִים הַאֵלֶּיךָ וְיַעֲזֶרְךָ בְּכָל הַדְּבָרִים אֲשֶׁר תַּעֲשֶׂה**

Hoc interpretes variè transferunt. Est enim sermo hebræus hîc admodum anceps: quidam hoc modo: Dominus dabit sermonem, earum quæ euangelizant, (hoc est, læta annunciant) exercitus multus. Hoc est, Dominus dabit copiosam sermonis materiā, vt amplissimus sit exercitus ille, cuius victoriam suis cantionibus celebrant mulieres. Hoc quò claritè intelligatur, scièdum est, moris fuisse olim apud Hebræos, vt regibus victoribus, à prælio redeuntibus, mulieres procederent obuiam, & lætis carminibus redeuntes exciperent. Huius rei clarissimum habemus exèplum 1. Reg. 18. vbi sic legimus: Porro cum reuerteretur percussio Philistæo Dauid, & ferret caput eius in Ierusalem, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbus Israel, cantantes, chorosq; ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitie & in sistris: & præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Aperiāmus, obsecro, etiam hunc corticem, & videamus quid sub eo lateat mysterij. Noster Dauid est Christus Dominus. Is cum

DDD prostra

prostrato diabolo, per illum superbum Goliath significato, amplissimam reportaret victoriam, obuiam sibi habuit mulieres ex vniuersis vrbibus Israel, hoc est, Ecclesias credentium ex toto terrarum orbe, quae non desinunt laetissimos illi hymnos concinere. Atque haec mulieres innumerabilem cum ipso rege exercitum suis carminibus celebrant: quippe ductu & auspicijs regis sui victorem ac triumphantem. Vniuersus ille populus Israeliticus vicit in vno Dauid: vniuersa Ecclesia Dei vicit in vno Iesu Christo. Postquam Dauid illum immanem Goliath prostravit, & abscidit caput eius, nihil reliqua hostium turba potuit aduersus Israel. Postquam Christus qui est beatus illud mulieris semen, contriuit caput serpentis, confregitque vires eiusdem, atque totius illius generis serpentini: nos quotquot in vera fide sub Christi vexillo militamus, tunc gradimur super capita illorum, in ipso rege nostro victores malorum. In illo nos vicimus, & illius virtute etiamnum aduersus reliquias hostis militamus ac vincimus. De magnitudine vero, siue ut nosse propheta loquitur, multitudine huius victoris exercitus legimus in apocalypsi Iohannis, ubi dicit se audiuisset numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia ex omnibus filiis Israel, hoc est, ex singulis tribubus duodecim millia. Sed post hunc numerum vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum. Ecce hic est ille exercitus multus, cuius victorias cum tanto gaudio euangelizant obuiam procedentes mulieres, hoc est, ecclesiae in omnibus locis, dum sanctorum martyrum, confessorum, virginum, atque sanctorum omnium victorias solennibus ferijs, letis encomijs, & mysticis carminibus cantionibusque toto terrarum orbe celebrant. Neque tamen in his omnibus aliud quam ipsius Regis, Imperatoris, ac Ducis victoriam celebrant: quippe cuius auspicijs, ductu, & virtute vniuersa haec victoria paratur. Iam non est difficile, caeterorum translationes huc accommodare. D. Hieronymus transtulit: Domine, dabis sermonem annuntiatricibus fortitudinis plurimae. Huius translationis haec est sententia: o tu Domine, tu dabis sermonis copiam illis mulieribus, quae annuntiant immensam illam & inuictissimam virtutem, quam tu dedisti regi tuo, ac populo tuo sub eo militanti. Haec sententia nihil a superiori discrepat. In verbis hoc duntaxat obseruandum, quod Hieronymus pro **וְיָדָבִיר** dabit, legisse videtur **וְיָדָבִיר**, hoc

Gen. 3.

Apoc. 7.

est, dabis: Et nomen **וְיָדָבִיר**, quod proprie significat exercitum, per deflexionem autem virtutem, hoc est, potentiam, quam Graeci **ἰσχυρὰ** vocant, non autem illam quam **ἐπιρροή**, quae opponitur vicio, (Tamen haec etiam pro illa interim accipitur apud Graecos) ipse vertit, fortitudinis. Ab his nihil discrepat paraphrastica translatio Campensis, quae habet: Dominus suppeditabit efficacem sermonem annuntiatricibus potentiae illius admirabilis & maxime. Paraphrastes Chaldaeus, non intelligens mysteria de lege noua, retulit ad historiam veterem, & in hanc sententiam interpretatus est: Deus dedit verba legis populo suo, per mediatores Moysen & Aaronem, qui annunciauerunt verbum Dei exercitui magno Israelis. Sed ea quae in illa historia narrantur, figurae fuerunt eorum quae postea facta sunt in lege noua: de quibus nos verba prophetiae in spiritu loquentis, spiritualiter sumus interpretati. Quamobrem videmus mirabili quodam concetu has omnes tam expositiones, & translationes, in vnum conuenire. Nunc itaque pergamus ad id quod sequitur: *Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia.* In hoc versu rursus nostra haec translatio nimium discrepat ab illis quae sunt in Hebraeo: vt aliud videantur legisse Septuaginta, quam nunc habent Hebraeorum libri. Sed excutiamus prius ea quae nostra habet translatio: deinde ea quae sunt in Hebraeo. Quod ait, Rex virtutum dilecti dilecti: sciendum est, quod regem virtutum eundem dicit, quem in principio versus praecedentis dixit Dominum, quum ait: Dominus dabit verbum. Intelligit autem Deum patrem, qui est rex omnium virtutum, hoc est, omnis potestatis, omnisque exercitus dilecti sui, hoc est, vniuersi filij: de quo haec ipse pater extulit vocem: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Matthei tertio. & eiusdem 17. quia nihil charius habet pater, propheta hic per **אֲבִירָא** dixit, dilecti dilecti: quasi dicat, supra omnia dilecti. Tamen haec duplicatio in exemplaribus Graecis non est: sed semel duntaxat **ἐπιρροή**, id est, dilecti: neque apud Hilarium in commentarijs legitur. Recte tamen in hac translatione duplicatum legi, dilecti dilecti: animaduertere est ex eis quae sunt in Hebraeo, de quibus mox dicemus. Augustinus legit quidem, sed indicat in quibusdam libris non haberi. Idem indicat posse ipsum filium Dei hic intelligi per regem virtutum dilecti, hoc est, suarum, quod ipse sit dilectus patris, & ab eodem constitutus rex. Sed commodius esse videtur, vt hic per **דָּבִיר** & regem, patris personam intelligamus. Secundum hanc itaque translationem & expositionem, versus hic cum praecedentem

cedente coheret, hoc sensu: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa: Qui Dominus est rex virtutum dilecti dilecti, hoc est, exercituum dilectissimi filij sui. Quem regem super nos regnare, profigato cum tartareis copijs suis tyranno illo infernali diabolo, in oratione praenica precamur, cum dicimus, adueniat regnum tuum. Ille, in qua, rex & Dominus, qui dabit verbum euangelizantibus, dabit etiam speciei domus, hoc est, illis qui sunt ornamenta Ecclesiae suae, quales Apostoli & viri apostolici: illis, in qua, dabit diuidere spolia: hoc est, tantas de hostibus victorias, vt spolia illis detracta, laeti inter se diuidant. Hoc autem in Apostolis factum esse nouimus, cum in diuersas mundi partes dimissis, partiti inter se prouincias, possessione gentium diabolo detractam, inter se diuiserunt, vt omnes regno dei subijcerent, & in vna ecclesiam congregarent: atque in ipsius ecclesiae ornamenta conuerterent. Nam ex illis quos tanquam spolia opima diabolo eripuit Christus, alios constituit apostolos, alios prophetas, alios pastores & doctores, in opus ministerij, in edificatione corporis Christi. Haec est illa species & pulchritudo domus Dei, de qua etiam in alio psalmo cecinit propheta, dicens: Domine, dilexi decorem domus tuae. Vnde etiam sic interpretari hunc versum licet, vt ille datiuus casus, speciei, referatur non ad verbum, dabit, sed ad, diuidere, hoc sensu: Dominus ille & rex virtutum dilecti, dabit diuisum exercituum dilecti filij sui, hoc est, Apostolis & pastoribus Ecclesiae suae, diuidere, hoc est, vt diuidant spolia hosti detracta: atque eam diuisionem faciant speciei domus, hoc est, ad ornandum ipsam domum, quae est Ecclesia. Multi enim ex ethnicismo conuersi ad fidem, facti sunt clarissima Ecclesiae lumina: vt Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Martinus, & alij plurimi. Bona fide exposui ea, quae apud Graecos & Latinos de huius versus sententia inueni. Videamus nunc Hebraea. Haec ita habent: **מַלְכֵי צְבָאוֹת יְהוָה יְהוָה וְיָדָבִיר וְיָדָבִיר**. Quod D. Hieronymus transtulit hoc modo: Reges exercituum federabuntur, federabuntur: & pulchritudo domus diuidet spolia. Hoc admodum apte consonat ei quod in versus praecedente est apud Hebraeos, earum quae euangelizant, exercitus multus. Diximus mulieres illas euangelizantes, esse ecclesias, toto terrarum orbe diffusas: quarum sunt plurimi maximeque exercitus, hoc est, innumerabiles credentium ac militum Christi copia. Reges autem harum copiarum, seu exercituum, hoc est, Apostoli, episcopi, & pastores harum ecclesiarum, omnes confederantur, atque federe omnium sanctissimo firmissimoque, in vna Ecclesia

Epist.

Psalm.

am catholicam coalescunt: & sunt decus ac pulchritudo illius regiae domus, in qua delectatur habitare Rex ille Regum, ac dominus dominantium deus. Et haec pulchritudo, hoc est, societas illa sic confederatorum, in pace & gaudio inextimabili diuidet spolia, hoc est, digeret eos quos diabolo ereptos, summo illi Regi suo lucrifecerunt. Tale quiddam mihi videtur significasse Dominus, cum diceret ad Petrum & caeteros Apostolos: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Quid enim aliud est illud iudicium, quam reiectis ad supplicium gehennae maledictis illis, ex benedictis patris vnumquenque in domo Dei, prout meritus est, collocare? Haec fuerit sententia translationis Hieronymianae. Alij post Hieronymum transtulerunt aliter. Quidam hoc modo: Reges exercituum fugerunt, fugerunt: & familia domus diuisit spolia. Hi per exercituum reges intelligunt hostes populi Israelitici: quales erant Ammonitarum, Assyriorum, ac caeterarum gentium reges, cum quibus illi populo bellum erat: Quae admodum nobis implacabile bellum est cum diabolo, mundo, atque ipsius nostrae carnis concupiscentijs. Quibus hostibus nemo nostrum suis viribus par esse potest. Vocato autem in auxilium Deo, omnes illos profligamus. qui sic interpretantur, hi verbum **וְיָדָבִיר** accipiunt genere neutro, (vt secundum Latinos grammaticos loquar) vt sit futurum **וְיָדָבִיר**, hoc est, fugit. diuis Hieronymus autem genere passiuo accepit, tanquam deductum a nomine **וְיָדָבִיר**, quod inter caetera significat amicum: vt **וְיָדָבִיר** significet, amicum fieri: quod ipse transtulit, confederari. Septuaginta transtulerunt quasi legerint: **מַלְכֵי צְבָאוֹת יְהוָה יְהוָה וְיָדָבִיר וְיָדָבִיר**. Hoc enim ad verbum sonat, Rex virtutum (seu exercituum) dilecti dilecti. Vt sit **וְיָדָבִיר**, hoc est, dilexit. Paraphrastes Chaldaeus interpretatus est in hanc sententiam: Reges cum exercitibus suis, migrauerunt de praetorijs suis: qui sapientes habiti sunt, migrauerunt a sensibus suis: congregatio autem Israelis diuidebat praedam de caelis. Hoc si nos iuxta consuetudinem per allegoriam interpretemur spiritualiter, commodissimam, sanctissimam atque verissimam sententiam habet. Postquam enim filius Dei Dominus noster Iesus Christus expoliavit principatus ac potestates, triumphantis illis in semetipso, iuxta verbum Apostoli: atque victor iam duces suos apostolos

Math. 19.

Coloss.

DDD 2 emisit

emissit ad diripiendum castra hostilia, & arces illas hostium suorum, hoc est, templa demonum, tunc illi demones coacti sunt de suis pretorijis, hoc est, templis & habitaculis migrare: & qui huic mundo ac sibi ipsi videbantur esse sapientes, intelligentes se esse deceptos, relictis opinionibus illis stultis, ad veram sapientiam conuersi sunt: vt congregatio Israelis, hoc est, Ecclesia Dei, diuideret praedam illam hosti ereptam, idque de caelis, hoc est, nulla humana potentia partam: sed virtute sibi de caelis, hoc est, diuinitus data. Hic rursus videmus tot atque tam diuersas interpretationum voces, mirabili symphonia in vnum melos, idque dulcissimum, concordare. Iam igitur progrediamur ad proximum versum:

*Si dormiat inter medios cleros, penna columba de argentata, & posteriora dorsi eius in pallore auri.* Multum se in hoc versu explicando torquent viri etiam doctissimi, maximè verò Diuus Augustinus: qui in omnia se conuertit, vt ex his inuolucris sese euoluat. Nimis longum fuerit, omnes omnium opinionibus hinc recensere. Mālo paucis ostendere, quid ex omnium collatione mihi maximè placeat. Principiò, rectè videtur sensisse Euthymius, ante omnia expendendum esse, quis hic, & ad quos loquatur. Putat autem ipse Euthymius, prophetam ipsum hinc sub sua persona loqui, idque spiritu prophetico, ad Apostolos Christi, & horum successores episcopos. In quam verò sententiam loquatur, hoc est, quis sit verborum que loquitur, sensus, hoc non ita expeditum est dicere. Mihi ad ea que praecedunt & que sequuntur, respicienti, hoc videtur dicere, sed sub persona Christi, iam victoria de hoste diabolo potiti: O vos Apostoli, Episcopi, pastores, & quicumque estis, quos ego ad annunciandum meam de hoste victoriam sum emissurus, si dormiat inter medios cleros, hoc est, si sitis quieti inter vtranque sortem, nempe eam que est vitæ praesentis, contenti rebus ad hanc sustentandam necessarijs, neque congregandis opibus inuigilantes distrahimini: & eam quæ est vitæ futuræ: quam ego vobis in Euangelij huius negotio fideliter versantibus preparavi: si, inquam, inter hos cleros, id est, has duas sortes, securis & quietis animis, omnem curam & sollicitudinem in me conijcientes, dormiat, hoc est, vel requiescat ab huius mundi curis ac turbis, vel etiam hanc vitam finiat per temporaneam mortem, (nam & hi dicuntur

obdormire, qui moriendo ex hac vita discedunt) futurum est, vt penna speciosissima illius columbae, quæ est Ecclesia mea, mihi vnicè dilecta, resplendant velut argento purissimo obductæ & inargentatæ: quæ pennæ vos ipsi eritis splendore sermonis mei, hoc est, Euangelicæ doctrinæ respluentes: quæ est tantquam argentum igne examinatum, probatum, & purgatum septuplum. Et posteriora dorsi eiusdem columbae, hoc est, exempla sanctorum, de quorum numero & vos ipsi eritis, pennis orationis vestre per aera vecta ac celebrata, fulgebunt fului auri virore gratissimo. Hæc sententia maximè conuenit tum argumento psalmi, tum ipsorum verborum virtuti. *κλῆρ* enim fors est, & præmium quod datur prophetantibus. Promisit autem Christus Apostolis atque prophetis suis, hoc est, omnibus his qui interpretando scripturas, populum suum fideliter docent, vtrunque *κλῆρ* hoc est, vtranque sortem, putà huius & futuræ vitæ amplissima præmia. Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Noluit ministros verbi sui de his rebus esse sollicitos. Quapropter cum emitteret eos ad prædicandum, inter cetera præcepit eis, nè possiderent aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis suis, neque peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Dignus enim est, inquit, operarius cibo suo. Et apud eundem Euangelistam capite sexto, quanto studio suos docet curam harum rerum exuere? Non potestis, inquit, DEO seruire & Mammonæ. Ideò dico vobis, nè solliciti sitis animæ vestre quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Et post longam de his disputationem ita concludit: *Quærite ergò primum regnum DEI & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.* Ecce, hoc est dormire inter medios cleros, requiescere ab huius mundi sollicitudine & curis, & meditari ea quæ sunt vitæ futuræ. Quod qui faciunt, hi fiunt illæ speciosæ & argento obductæ pennæ, quibus columba hæc DEO vnicè dilecta volat per vniuersum mundum, atque in ipsum cælum vsque ad thronum DEI subuolat. Qui verò se implicat curis & negocijs huius mundi, hi terrenis hisce oneribus depressi, subuolare non possunt: & pro argenti splendore & fuluore auri, cæno ac luto obdu-

obducunt pennas huius columbae. Lignū offensionis est aurum sacrificantium, inquit in Ecclesiastico: Væ illis qui sectantur illud: & omnis imprudens deperiet in illo. Beatus est diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabim⁹ eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Animus affixus pecuniæ, nihil prestare potest admiratione dignum. Vnde Petrus Acto. 3. editurus in signe illud miraculum in claudo, dixit: Argētum & aurum non est mihi: quod aut habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Ecce pennæ columbae deargentatæ: ecce posteriora dorsi in pallore auri. Hi sunt qui implent præceptum illud dñi: sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videat opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est: & sunt alæ, quibus supra omnia volat columba dñi. Quidam cleros interpretantur nationes & gentes, quæ tantquam sortibus distributæ, obuenerunt Apostolis conuertendæ ad fidem. Inter quas si dormierint, hoc est, pro fide illa quam docebāt, mortui fuerint, erunt argentæ aureæque pennæ columbae, i. Ecclesie: Neque est absurda hæc interpretatio: sed prior mihi magis arridet. Expositi bona fide, quæ ex multorum collatione mihi videatur genuina sententia huius loci seu versus, iuxta translationem Græcam, & hanc nostram Latinam. Videamus nunc etiam Hebræa. Hæc in vno duntaxat verbo videntur discrepare à translationibus illis. Nam quod illæ habent, inter medios cleros: in hebræo est *בין שרידי כהנים*. Quod Dauid K. exponit inter *בין שרידי*: quod interpretes transferunt, inter chytropodes. Porro chytropodes intelligit loca in quibus ponunt ollæ, siue caldaria, hoc est, nigra ac fordida: in quibus lugentes in cilicis, saccis & cineribus, iacere consueuerunt: Quapropter quidam versum hinc ita transtulerunt: Si dormiat inter chytropodes, alæ columbae deargentatæ, & pennæ eius viriditate auri: quasi hoc dicere voluerit, propheta: Si hactenus propter inimicorum perfectionem in fordido atroque luctu vixistis: post hæc dei præsidio virtuteque victores, triumphalibus vestimentis, hoc est, stolis candidis, fulgore argenteo, atque auro virore splendentibus: qualem colorem nonnunquam è speciosissimarum columbarum pennis relucere videmus. Hoc conuenit cum illo: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Est autem Deo gratissimus luctus, atque idcirco nobis saluberrimus, non

delectari diuitijs & gloria huius mundi, neque voluptatibus carnis: sed his omnibus spretis tantquam alienis, & nihil ad nos pertinentibus, ardenti desiderio adspirare ad illa caelestia: eos autem qui his irretiti detinentur, tantquam fratres miserè captiuos deslere: atque omnes rationes querere, vt eos à tam dira captiuitate liberemus. Hic luctus cum omnes Dominum IESVM CHRISTVM professos, tum verò maximè decet Episcopos & Pastores, quibus cura gregis dominici est commendata. Iustissima his lugendi causa est, quotiescunque vel vna ouicula ex hoc grege perit: gloriandi autem, si multas oves lucrifererint. Hoc probè intellexit Diuus Ambrosius: qui, quotiescunque illi aliquis ob percipiendam penitentiam lapsus suos confessus esset, ita flebat, vt & illum flere compelleret. Dominus noster IESVS CHRISTVS, videns ciuitatem Ierusalem, fleuit super illam, dolens videlicet ea que illi erant euentura, eò quod nollet agnoscere tempus visitationis sue. Lucæ decimonono. Idem iam aditurus supplicium crucis, pro suis discipulis deprecatus est patrem, inter cetera sic loquens: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Hæc exempla pastoribus omnibus, & quicumque regimen inter homines habent, assidue ob oculos versari debent, vt imitentur. Lugendum est eis, & plorandum, propter eos qui pereunt: cum precibus & lachrymis danda est opera, vt, si fieri possit, seruentur omnes. Fugienda insana illa huius mundi gaudia, assidua recordatione illius quod dixit ad diuites, & eos qui hinc habent consolationem suam: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Luc. sexto. Et eius quod apud Euangelistam Iohannem ad discipulos suos: Amèn dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Ecce sic illa fuligo, sic atrox ille chytropodum vertitur in candorem illum columbinum, argenteo auroque fulgore lucentem. Quinetiam ipse sacerdotum Christi habitus, sicubi is adhuc iuxta ritum antiquæ illius Ecclesie retinetur, lugubre quiddam refert. Sed eheu, quantum is nunc mutatus ab illo? Perga ad eum versum qui sequitur, si prius monuerim diui Hiero. Is transtulit hoc modo: Si dormiat inter medios terminos pennæ colubæ

deargentata, & posteriora eius in virore auri. Videt aut per terminos idē intellexisse, quod Septuaginta per clericos, nempe sortes possessi-  
onum. Termini enim sunt, qui agros distin-  
guunt. Apparet igitur Hieronymū & Septua-  
ginta pro **שבעים**, quod nunc habent libri  
Hebræorum, & significat duos chytropodes,  
(est enim dualis numeri) hoc est, duo ollarum  
sustentacula, legisse **שבעים**: quod proprie  
quidem significat duo labra: sed per translati-  
onem seu catachresin vsurpatur etiam pro ri-  
pis, littoribus, oris, & cuiusvis rei terminis: vt  
hac ratione etiam ad illas de quibus diximus,  
sortes transferri queat. Iam ad id quod sequi-  
tur apud nostrum prophetam:

*Dum discernit caelestis reges super eam, niue de-  
albuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.]*  
Quod noster interpretes dixit, caelestis: Græcus  
**τῶν ἀστρονομῶν**, in hebræo est **שבעים**. Hoc est vnum  
ex illis nominibus diuinis, quæ antiquitatis deo  
tribuuntur ab hebræis, ob certas quasdam p-  
prietates. Hoc illi tributū aiunt, eō quod ipse  
sit sibi atq; omnibus dilectis suis perfecta suf-  
ficientia: ad verbum translatus sonat, qui suf-  
ficit. Vide Petrum Galat. lib. 2. cap. 16. nostri  
plerumque vertunt, omnipotens. Reges vocat  
vel ipsos apostolos, quando hos indutos vir-  
tute ex alto, hoc est, spiritu sancto repletos,  
dimisit in orbem terrarum, vt predicarent  
Euangelium omni creaturæ: vel omnes prepo-  
sitos & rectores Ecclesiarum, quos discernit  
nōs super ecclesiam suam distributiōe dono-  
rum spiritualiū, vt docet apostolus Ephef. 4.  
vt regant ecclesiam ipsam. Horum doctrina &  
ministratio niuei reddimur, dum per virtutē  
verbi & sacramentorum dei abluimur, repur-  
gamurq; à sordibus peccatorū. Hæc autem repur-  
gatio fit in Selmon, quem aiunt esse mon-  
tem iuxta Iordanem, frequentibus niuibus al-  
bicantem. Nomen habet ab vmbra: vnde D.  
K. hoc loco accipit pro **שבעים**, hoc est, vm-  
bra mortis, cum ipsum nomen montis sit  
**שבעים**. Sed huius ac ceterorum Iudæorum  
somnia prætereo: qui cum ignorent scripturæ  
mysteria, hæc interpretatur de fuga barbaro-  
rum regum, qui cum bellis infestarent populū  
Israeliticum, victi fuerūt, & in fugam dispersi:  
& huius historiarum literæ sic inhaerent, vt de spi-  
ritu ne cogitent quidem. Nobis certum est,  
prophetiā esse de Christo & Ecclesia: atq; his  
rebus q̄ in hac auspicijs & virtute diuina ipsi  
nōi Iesu Christi geruntur. Huius domini Iesu  
figura fuit mons ille Selmon, niueo candore  
conspicuus. Ad huius montis vmbra & re-

frigerium, in huius mundi ac rerum huma-  
narum æstu confugimus, memores eius quod  
legimus apud Esaiam: Factus es fortitudo pau-  
peri, spes à turbine, vmbra culum ab æstu. &  
ab illa chytropodum fuligine repurgati, ni-  
ue candidiores efficitur. Hic est ille mons,  
de quo Daniel propheta scribit: Lapis qui  
abscissus est de monte sine manibus, factus est  
mons magnus, & impleuit vniuersam terram.  
Hic mons imminens Iordani flumini, hoc est,  
aquis baptismi, salutifera sua vmbra præstat  
eam virtutem ipsis aquis, vt quicunq; se in his  
abluerint, niue candidiores, nimirum ab atro-  
re peccatorum omnium abluti, ex eis affcen-  
dant. Nam & ipse mons per obumbrationem  
spiritūs sancti, & virtutem altissimi, sine ma-  
nibus humanis abscissus est de monte carnis  
humanæ, de que huius parte omnium candi-  
dissima, nempe corpore castissimæ virginis  
Mariæ, iuxta prophetiam Danielis, de qua di-  
ximus. Hic est ille mons Dei, & mons pinguis.  
Nam quid ni pinguis? In hunc enim Deus vni-  
uersum oleum suum, hoc est, vniuersam gratiæ  
sua copiam effudit. Hic mons per gradus &  
preposituras Ecclesiarum, tanquam per multos  
cliuos ac iuga, paulatim attollit se è terra, quā  
sua base contegit vniuersam, donec summo  
cacumine penetret ipsos cælos, & pertingat  
vsque ad thronum & ipsam dextram altissimi  
Dei. Ad hunc montem ne verrucæ quidem  
sunt cæteri montes. Intumescant philosophi,  
intumescant Iudæi, intumescant Agareni, in-  
tumescant hæresiarum quantuncunq; vo-  
lent aut poterunt, nihil poterūt ad hunc mō-  
tem. In hoc solo, & in huius iugis, cliuis, rupi-  
bus, ac petris gaudet habitare Deus: vt mox  
dicturus est noster propheta. Pro eo quod  
noster interpretes dixit, mons pinguis: in He-  
bræo est, **שבעים**, hoc est, mons Basan. Est  
autem Basan mons Samariæ pascualis, herba-  
rum fertilissimus: de quo diximus in Psal. 21.  
Apud Hebræos illud, Mons Dei, mons pin-  
guis, (sive mons Basan) est initium versūs qui  
iam sequitur.

*Mons coagulans, mons pinguis: vt quid suspica-  
mini montes coagulatos?] Quod noster interpre-  
dixit, mons coagulans: in translatione Græca  
est, **ἄσπετος**, quod transferri potest, mōs  
incafeatus, sive, vt quidam vertunt, coagula-  
tus. Atq; hinc alij montem Christum ipsum, alij  
Ecclesiam eius interpretantur. Ego verò Chri-  
stum vnā cū sua ecclesia, eō quod hæc sit cor-  
pus illius mysticum, ille verò huius caput,  
hoc est, summum totius montis cacumen,  
iuxta vaticinium Esaiæ propheta, quo ait:  
Et erit in nouissimis diebus preparatus mons  
domūs*

domūs Domini in vertice montium: & eleua-  
bitur super colles, Esa. 21. Similia atq; ad eō  
dem leguntur Mich. 4. Hic mons mirabiliter  
in vnū coagulatur & coalescit, dum lacte do-  
ctrinæ salutaris nutriuntur in eo paruuli, &  
adolefcunt, donec & ipsi iam solido cibo do-  
ctrinæ illius perfectæ pasti, paulatim excre-  
scant in cliuos & colles huius montis. Vnde p-  
eo quod noster interpretes dixit, mons coagu-  
lans, in hebræo est **שבעים**, quod recen-  
tiores interpretes transferunt, mons cliuosus,  
sive ad verbum, oliuarū. D. Hieronymus red-  
didit, mons excelsus. Hi deducunt **שבעים**  
à nomine **שבע**, quod significat excelsum, cla-  
tum, extans, genus ad omnes tumores. Septua-  
ginta verò, & qui hos secuti sunt, respexerunt  
ad nomen **שבעים**, quod caseum significat.  
Quo vitur sanctus Iob capite decimo cum  
ait: Nonne sicut lac multisti me, & sicut  
caseum me coagulasti? Hos igitur appa-  
ret **שבעים** accepisse, ac si scriptum fuisset  
**שבעים**, vel in eadē significatiōe qua **שבעים**,  
hoc est, caseorū: quasi dicas ad verbū. Mōs ca-  
seorum mons Basan. Hoc est, Basan mons est  
multorum caseorum: nimirum propter pin-  
guedinem pascuorū, vnde magna copia lactis,  
ex quo conficitur caseorum copia. Neq; verò  
casei hi carent suo mysterio. Quemadmodum  
enim ex eo quod in lacte optimum est & pin-  
guissimum, in vnum compresso coalescit case-  
us, expresso indè & effuso sero: ita harum af-  
flictionum, quas in hoc mundo perpetimur,  
pressuræ, eos qui optimi sunt in Ecclesia & so-  
lidi, in vnum cogunt, comprimunt, & con-  
solidant: viles autē illos, aqueos, ac feri more  
diffuentes, exprimunt ex electorum societa-  
te, vt effundatur in terrā. Posterior pars huius  
versūs iuxta hanc translationem, in Hebræo  
est initiū sequentis. *Vt quid* (inquit noster in-  
terpres) *suspiciamini montes coagulatos? quæ ver-  
ba plerique in hanc sententiā interpretantur:*  
*Quare fingitis vobis alios montes extra hunc  
montem? eos videlicet, quos vel idololatrarū  
gentium superstitione, vel hæreticorum impia  
conspiratio non tam coagulauit q̄ coacerua-  
uit? Sunt enim tanq̄ arenæ tumuli: in quos vbi  
flare ceperit Boreas, illic dispersuntur: eō q̄  
& leuissimi sint, & nullo coagulo coagulati:  
sed iuxta prouerbum, arena sine calce. Noster  
verò mons solidus est, quippe à solidis petris,  
coagulo vnus eiusdemq; certissimæ fidei co-  
agulatus, compactus. Vnde firmissimus, & per  
omnia immobilis resistit omnium tempesta-  
tum furori. Quapropter in hoc solo mōte be-  
neplacitū est domino habitare: vt mox dicef.*

Et hæc est huius quidem translationis vera  
sententia, consonante translatione græca, quæ  
habet, *ἴνα ἴσμεν ὅτι βέβαιον*, hoc ad verbum sonat:  
Vt quid (hoc est, quare) suspiciamini? & exp-  
ositione Euthymij, qui ait: Ad Ecclesiæ inimi-  
cos est sermo, quare, inquit, suspiciamini? Hoc  
est, quare opinamini alios etiam montes case-  
atos, quàm hunc nostrum montem? Sunt qui-  
dem alij montes, de quibus alibi idē hic no-  
ster propheta, Fundamenta eius in montibus  
sanctis: verum hi montes, huius nostri de quo  
agimus, sunt partes. Aut enim pedes eius sunt,  
sive basis, aut cliui, aut iuga, aut similes veluti  
gradus, per quos in ipsum principalem montē  
ascenditur: Ex quorum numero nonnulli  
Christum ipsum esse suspiciabantur, cum alij  
dicerent illum esse Eliam, alij Ieremiam, alij  
Iohannem Baptistam. Illi verò qui videntur  
esse montes, & non pertinent ad hunc mon-  
tem, non sunt montes: quia non coagulati, sed  
dissoluti tanquam arenarū acervi, vt diximus,  
ad quosuis ventorum flatus dispersiles: & in  
quibus nemo pedem firmare ad resistendum  
potest. Hilarius pro suspiciamini, legit suspici-  
tis: & coagulationem, seu incafeationem hanc  
(si modò sic nobis conceditur loqui) in par-  
tem deteriorem interpretatur: vt quæ per vi-  
tiationem lactis fiat. Sed mihi non libet in his  
difficultatibus omnes omnium opiniones per-  
sequi: quando vnā sum nactus, quam turo  
retineri posse video. Equidem opinor hæc  
quæ diximus, abundè sufficere ad intelligen-  
dum ea quæ in hac nostra, & Græca translati-  
one sunt. Videamus autem etiam Hebræa.  
Hic pro eo quod in Græca translatione est  
*ἴνα ἴσμεν ὅτι βέβαιον*, & in hac nostra Latina, suspiciami-  
ni, legitur **שבעים**. Hoc variè transferūt. Mi-  
hi videtur commodissimè transferri posse, in-  
sultatis: aut cum diuo Hieronymo, contendi-  
tis. Nam is totam hanc partem, cum ea quæ in  
nostra hac translatione tanquam alius versus  
ab hac diuisa est, transtulit hoc modo: *Quare  
contenditis montes excelsi aduersus montē,  
quem dilexit Deus, vt habitaret in eo? si qui-  
dem Dominus habitabit semper. Augustinus  
Iustinianus hoc modo: Quare insultatis mō-  
tes coagulorum, aduersus montem quem di-  
lexit Deus, vt habitaret in eo? si quidem  
Deus habitabit semper. Harum duarum translati-  
onum per omnia ferè vnā est sententia: in quā  
etiam cæteræ recentiorum interpretum trans-  
lationes facillè conueniunt. Porro quod Au-  
gustinus Iustinianus etiam malos montes,  
& monti Domini contrarios, sive inimi-  
cōs, vocat montes coagulorum, id iam con-  
sonare videtur expositioni Hilarij, coagula-  
tionem & incafeationem in partem deterio-*

rem accipientis. Vt igitur & horum voces, ab aliorum quos paulò antè audiuius, vocibus diuersum quiddam sonantes, in vnam cū illis symphoniam componamus: sciendum est, plurimum interesse inter caseum ex bono lacte, arte boni & eruditi coqui ad hoc benè preparato factum, & illū qui sit ex lacte, vel per se ipsum malo, vel etiam optimo, sed vel inscitia, vel malitia coqui vitiatum, factus. Bonus coquus est eruditus & fidelis interpres scripturę diuinę, & optimos ex hoc lacte parat caseos. Qui verò vel sua, vel aliorum hominum impiorū figmenta pro verbo Dei, vel ipsam verbū Dei sinistris interpretationibus vitiatum coagulat, atq; ita imprudentibus manducandum apponit, is pessimus coquus est, & suis venenatis & mortiferis caseis alit monstra: & homines transformatos in feras, in seditionum ac schismatum tumulos excitat: qui sese opponunt monti dñi, sed nihil aduersus hunc poterunt: quòd hic in solo ac fundamento omnium firmissimo, è solidis petris Christi glutino conglutinatis, extructus sit. Iam obiter in huius versus explicatione explicemus, & illum qui sequitur, iuxta distinctionē translationis nostrę.

*Mons in quo beneplacitum est Domino, habitare in eo: etenim Dominus habitabit in sinem.* Quamobrem nihil est opus huic explicando diutius immorari, cum sententia manifesta sit, nempe Deo placitum esse, habitare in monte Ecclesię suę, cuius summum cacumen est ipse filius Dei Dominus noster Iesus Christus: in quo iā non figuratim aut vmbriticè, vt in Mose & synagoga Iudaicę: sed iuxta verbum apostoli, corporaliter, hoc est, verè & perfecte habitat. Neq; huius habitationis vnquam illum tēdebit, quemadmodum pertesum est synagogę Iudaicę: sed habitabit in eo vsq; in æternum. Hinc est quod ait noster ppheta: Etenim dominus habitabit in sinem. Porro quod in priore versus membro ait, In quo beneplacitum est dño habitare in eo, hebraismus est: nam iuxta Latini sermonis consuetudinem satis erat dicere: In quo beneplacitum est Domino habitare. Iam ad eum qui sequitur:

*Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dñs in eis in Sinai in sancto.* Hactenus cecinit propheta, quomodo vnigenitus ille filius Dei dñs noster Iesus Christus, aduentu suo in carnem humanam, dissipaturus esset regnum diaboli: & regno suo cęlesti subiecturus omnes totius mundi nationes ac gentes, easdemq; in vnam ecclesiam, tanq̃ ciuitatē suam regalem, in montem regium cōgregaturus: atq; dispositis per eam magistratibus, in æternum in ea habitaturus. Nunc aggredis describere speciosissimum illum triumphū, quo de hoste dia-

bolo triumphans, cęlo inuectus est. Est autem hic Psalms locus maximè insignis & illustris: vt non immeritò de eo dixerit diuus Nilarius: Fidem omnem breuia hęc quidem verba significant, sed quę virtutibus suis magna & infinita complexa sunt. Ad illustrandum autē hunc locum, similem adducit è cap. 7. Danielis prophetę, his verbis: Sedes eius flamma ignis ardēs: rota ei⁹ sumē ingēs ducebat ante eū: millia milliu feruiebāt ei, & decies millies cętena millia adfistebāt ei. Sed aggrediamur cōsideratiōem huius triumphalis currus, gratissimo saluberrimòq; pastu huius tam diuini spectaculi, oculos animorū nostrorum pasturi. Currus DEI (inquit propheta) decem millibus multiplex. Quisnam obsecro est ille tam magnificè splendideq; factus, instructus, & adornatus currus, in quo vehi gaudeat rex ille regum, ac dominus dominantium deus, idq; de hoste triumphans? Solent enim regum triumphantium currus maximis sumptibus, & quanto fieri potest splendore instrui & adornari. Nemo, fratres charissimi, hic imaginetur aliquid ligneum, aut ex quacunq; tandem materia factū, quo à brutis iumentis tracto vehatur Deus, quęadmodum nos in curribus nostris, per lutum & salebras in hac terra vehimur. Spirituality sunt omnia, cęlestia sunt omnia, diuina sunt omnia, quę diuinus hic noster propheta mystico hoc carmine canit. Legitur & Elias propheta curru igneo cęlo inuectus. Ecce, inquit, currus igneus, & equi ignei diuiferunt vtrunq;: & ascendit Elias per turbinem in cęlum: Elifæus autem videbat & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israël & auriga eius. Currum Dei triumphalem, angelos multi interpretatur, super quos tanq̃ currum suum residere dicitur Deus: non q̃ ipse opera horum indigeat vt faciat iter: absit hoc sentire de omnipotente illo & incomprehensibili creatore omnium: sed vt illa sua presentia, & vt humano more loquamur, sessioe illos exhilaret ac beet, & gloriam magnificentię suę notam faciat. Est autem currus hic igneus, iuxta verbum Danielis, Sedes eius flamma ignis ardens: & huius nostri prophetę in alio psalmo: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Non posset hic currus vehere Deū, nisi esset igneus: Etenim Deus noster ipse ignis consumens est, inquit ad Hebręos Apostolus. Sed hic rursus nemo imaginetur ignem talem, qualis est quò nos cibos nostros coquimus. Spirituality atq; diuina sunt hęc omnia, vt suprā diximus. Beati sunt, quos ille, de quo hęc loquimur, ignis vrit. Ineffabili voluptate afficit huius calor eos quos comprehendit. Ardor charitatis est ignis

ignis hic. Quicunq; siue angeli, siue homines, hoc igne flagrant, hi sunt currus Dei: his inuectat Deus: hos ipse Deus infidens secum in cęlum rapit. Deus charitas est, inquit Iohannes, & qui manet in charitate, in Deo manet. Hoc igne charitatis curru Elias raptus è terra, cęlo inuectus est. Vnde D. Augustinus de mirabilibus sacrę scripturę lib. 2. cap. 22. de raptu Helię loquitur his verbis: Concinebat ergò Helia, quàm diuini amoris zelus ignito in aīo suo flagrasset ardore, & per ignē miranda multa faceret, & per currum igneū ab omnibus commutatam Dominus ad sublimiorem statum eueheret. Et in explicatione huius loci idem Augustinus: Ingentem itaq; multitudinem sanctorum atq; fidelium, inquit, qui portado Deum sūt quodamodò currus Dei, significauit hoc nomine. hanc immanendo & regendo perducit in sinem tanquàm currum suum, velut in locum aliquem destinatū. Initium enim Christus, deinde qui sunt Christi in presentia eius, deinde finis. Hęc est sancta Ecclesia: quę sunt quod sequitur, Millia lætantiū &c. Hęc ibi Augustinus. Quemadmodum igitur lacte doctrinę euangelicę ab infantia nostra nutrimur, atq; vnus fidei coagulo coagulatur & concretescimus in montem coagulum Domini, vt huic beneplacitum sit habitare in nobis, ita charitatis igne flagrantes, efficitur currus domini, cui ipse de hoste triumphans, infidens, nos ipsos secum in regiam illam ciuitatem suam Ierusalem cęlestem est inuecturus. Ecclesia militans primum coalescit per doctrinam fidei, vt excrescat in montē Domini. Triumphans autem, per currū igne charitatis flagrantem cęlo inuectur. Sinē coagulo fidei profus impossibile est coalescere monti dominico, dicente Apostolo, sinē fide impossibile est placere Deo. Heb. 11. Sed sinē igne charitatis impossibile est conscendere cęlum. Hinc est quod idē Apostolus dicit: Et si habuero omnem fidem, adeò vt montes transferam: charitatem autem non habuero, nihil sum, 1. Cor. 13. Quid enim mihi profuerit hęc in Ecclesia militante sustineri propter cōmunem fidei professionem, si cū tempus triumphandi aduenerit, eiiciat, eò quòd non ardeam igne charitatis? Ecce, hic est ille currus Dei, decem millibus multiplex, de quo noster propheta loquitur. Nunc excutiamus singula de hoc ipsius prophetę verba, & loquendi figuras, quò penitius hęc studiosi intelligant. Quod noster interpres dixit, decem millibus multiplex, Gręcus dixit vno verbo cōposito *εξωντακιστοι*: cuius verbi vis nullo verbo Latino reddi potest. Periphrasi verò transferre poterimus, myriadibus multiplex: hoc est, multis

myriadibus compositus. Porro *μυριας* vna, decem millia continet: nomen numerale, quò Latini carēt. In Hebręo est *עשרת אלפים*, hoc est, myriadibus combinatus (est enim dualis numeri) vt alluserit propheta vel ad rotarum, quę in singulis axibus currus binę sunt, vel equorum, qui quantunuis multi vnum precedant currum, tamen bini vtrinque iugati, eūdem trahunt, combinationem: vel etiam ad combinationem vtrorunq; significat enim, mirabilem & magnificentissimum esse currū, ex rotis & equis quibus vehitur, innumerabilibus compositum. Currus enim Ecclesia est. Quis autem numerare sufficiat membra Ecclesię Dei? Nam hęc membra sunt illa posteritas Abrahę, de qua in sua ad ipsum patriarchā promissione dixit Deus ipse: Faciam semen tuum sicut puluerem terrę. Si quis potest hominum numerare puluerem terrę, semē quoque tuum numerare poterit. Ante diem triumphi non trahitur hic currus sinē gemitu eorū qui ad ipsum iugati sunt. Hic enim premittitur corporum horum mole, & ab hostibus infestatur. Cū autem dies ille triumphi aduenerit, euanesct omnis gemitus, & lætitia succedet ineffabilis. Hinc est quod pergit dicere in hoc ipso versu: Millia lætantium, iuxta hanc quidem translationē. Nam Gręca habet, *Χιλιάδαις ἠθροῦντων*, hoc est, millia lætantium, vel, vt alij vertunt, abundantium. Verbum *ἠθροῦντων* significat vtrunq; lætor, & abundo: & vtraq; significatio conuenit illis qui hunc triumphum agent. In Hebręo est *עשרת אלפים*. De hoc minùs conuenit inter interpretes. Nam alij transferūt, millia angelorum, quasi *עשרת אלפים* ordinis angelici nomen sit. Alij millia duplicata, quasi diriuatum sit à *עשר*, quòd significat duo. Posterius hoc aptè consonat illi binorum iugationi, de qua paulò antè diximus. Sunt q̃ transferunt millia secunditatis: vt sit à *שני*, id est, secundus. Hoc certè non malè cōuenit huius loci argumento. Nam cū duo sint Ecclesię tempora principalia, militię videlicet atque triumphi, propheta hoc loco de secūdo tempore, hoc est, triumphi, agit. Cū itaque ait, millia secunditatis, nihil aliud ait, quàm se hęc loqui de illis millibus, quę sunt temporis secundi, quādo triumphabitur. Et quia hoc est tempus omnium lætissimum, alij rectè transtulerunt millia lætantium. Itā & hęc tam dissonę voces in vnam symphoniam cōueniunt. In quam & illorum translatio facillimè redigi potest, qui cum Hieronymo transferunt, millia abundantium. Nam ex hoc ipso tam ineffabilis lætitia nascitur, quòd illis triumphan-

umphantibus iam parata sit bonorum omnium immensa, infinita & incomprehensibilis abundantia. Itaque quocumque te vertas, omnia vides spectare ad celebritatem huius triumphi. Constat triumphalis hæc pompa ex millibus de spoliis ditissimorum abundantia lætantium. Quid nō lætantium? Nam, ut pergit noster propheta, Dominus in eis. Quomodo poterit ille exercitus nō esse omnium lætissimus, qui beneficio DEI ac Domini Iesu Christi victor hostium & malorum omnium, iam triumphans habeat in medio sui ipsum regem suum dominum Deum? Quod in fine versus addit, in Sinai in sancto, prepositio in ante Sinai, non est in hebreo: sed tantum, Sinai in sancto: & Euthymius admonet, in translatione Græca (ex qua nostra hæc facta est) alteram prepositionem abundare: exponit autem hoc modo: Ille Dominus in eis est, qui olim erat in sancto Sina. Vnus itaque atque idem Deus est, qui tunc in Sina, & qui modò legem statuit. Sanctum autem Sina appellat, veluti sanctificatū ipsius Dei presentia, atque ei dicatū. Hæc Euthymius. Quæ quò clariùs intelligantur, sciendum est, quòd Deus legem veterem tulit per Moysen in monte Sina: nouam autem, quæ est Euangelij, per Christum iam actò triumpho regnantem in cælo. Harum rerum mysterium explicat Apostolus Gal. 4. his verbis: Hæc enim sunt duo testamenta: vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans, quæ est Agar, (Sina enim mons est in Arabia, qui cōiunctus est ei quæ nunc est Ierusalem) & seruit cum filiis suis. Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est: quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætare sterilis quæ non parit: erumpet & clama &c. Ecce millia lætantium, eò quòd sit in eis Dominus, qui erat olim in Sinai à se per presentiam suam sanctificato: nunc autem in eo monte, quem ille prefigurabat, hoc est, Ecclesia credentium, dans huic legem, non timoris & seruitutis, sed charitatis ac libertatis. Atque hanc quidem legem tantum componere & rogare instituit, cum inter discipulos adhuc mortalis versaretur in terris, doctrinæ præceptis & operum miraculis eos erudiens. Promulgauit autem in die pentecostes, quando spiritum effudit in discipulos, ipse iam actò triumpho residens in cælo ad dextram patris. Ac de curru quidè eius triumphali hæc tenens: nunc autem de ipso triumpho pergit canere propheta:

*Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.* Nè quid dubitemus hæc de triumpho Christi, & ascensu eius in cælum esse dicta à propheta, audiamus Apostolum Paulum, scribentem ad Ephesios, fide-

Eph. 4.

lissimum videlicet horum interpretem. Verba Apostoli hæc sunt: Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Et quia nemo vnquam elegantius luculentiusque pariter illum Pauli locum, & hunc nostri prophete explicuit, quam Diuus Hieronymus in commentarijs in Epistolam ad Ephesios, visum est illius verba hæc ascribere. Quia supra dixerat, inquit, Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, ut confirmaret hæc ipsa dona, quæ post paululum quoque enumerat, dicens: Et ipse dedit quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios euangelistas, alios pastores & magistros, & reliqua à saluatore esse donata, testimonium de sexagesimo septimo Psalmo assumpsit: ut sciamus illas esse manubias hominibus distributas, quas Christus victor emeruit. Ascendens quippe in altum, captiuam duxit captiuitatem. Nos qui nunc in Christo credimus de gentibus congregati, cum essemus creatura Dei, à diabolo capti sumus, & eius satellitibus distributi. Venit igitur dominus noster Iesus Christus secundum Ezechielem, vasa secum captiuitatis apportans: & aperto capite, nè ab aduersarijs cognosceretur, prædicauit his qui capti erant, remissionem: & qui tenebantur in vinculis, solutionem: & nos de catenis hostium, & de compedibus liberauit: sicut illum in Euangelio mulierem, de qua ipse commemorat: Hanc autem filiam Abraham, quam ligauit satanas iam decè & octo annis, nō oportuit solui de vinculo hoc in die sabbati. Liberatosque nos & per nouam captiuitatem de captiuitate veteri erutos, secum duxit in cælum: & in his ipsis quos de inimicorum manu victor eripuit, diuersa gratiarum dona largitus est. Et eleganter hæc posuit, dedit dona in hominibus, cum in Psalterio scriptum sit, accepit dona hominibus. Verum ibi quia necdum factum erat, sed in futurum promittebatur, propterea dicitur accepisse. Hic verò cum Apostolus scribit, quia iam dederat, & in vniuerso orbe Ecclesie fundatæ erant: idcirco non accepisse dicitur, sed dedisse. Sic igitur exponemus verba prophete: O Christe, ascendisti in altum, dum hoste victo atque prostrato triumphans, cælum conscenderes. Cepisti captiuitatem, hoc est, eos qui capti fuerant à diabolo, tu inde è vinculis ereptos, tibi vindicasti. Accepisti, subaudi, à Deo patre varia charismatū ministeriorumque dona, in hominibus, hoc est, quæ tu hominibus distribueres. Quæ verò essent hæc dona, Paulus exposuit cum diceret: Et ipse dedit quosdam quidem

quidem apostolos, &c. ut iam in Hieronymo vidimus. Nè quis autem suspicaretur hæc dona expiratura esse cum apostolis, quos tunc ascendens in terris reliquit, ex gente Iudaica, quæ etiam ante aduentum Christi credidit Deo, subiicit etiam ex incredulis, ac Deum ignorantibus gentibus conuertendos esse, qui in apostolorum, prophetarum, & cæterorum locum essent successuri. Hoc est quod iam sequitur:

*Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.* Potuit hoc paulò clariùs ex hebreo transferri, Quinetiam rebelles, ut inhabitet Dominus Deus. Hoc est, Hæc etiam dona accepisti in hominibus, ut qui increduli, à Deo alieni, & per idololatriam Deo aduersantes erant, iam conuersi per fidem ad Deum, idonei fiant, ut in eis habitet Dominus Deus. Tales fuerunt innumerabiles pontifices atque pastores, nec non vniuersæ nationes gentium. Quidam eruditi ac pij viri, hæc paulò aliter, minime tamen ineptè, interpretantur, nempe in hanc sententiam: Cepisti captiuitatem, hoc est animas captas à diabolo, non modò eas que crediderunt Deo, sed etiam eas que priùs rebelles Euangelio, noluerunt credere Deum inhabitare in Christo, hoc est, verum Deum & hominè esse. Sed nostram illam quam priùs dedimus, interpretatone confirmant non solum hebreæ, verum etiam Græca. Sic enim in Græca translatione distinctum est, *ελαβης δōματα εν ανθρωποις*, & γαρ απεθεωρασεν τον κατασπονδωσαν. *εξορισ ε θεοσ υδωσ ης*, &c. Hoc ad verbum sonat: Accepisti dona in hominibus, etenim non credentes ut inhabitaret. Dominus deus benedictus &c. Hoc Euthymius interpretatur his verbis: Accepisti enim eos homines, qui primò non credebant. Accepisti autem eos ut inhabitaret in eis, si te dignum effecti essent habitaculum. De his tantis donis ac beneficijs iam versu qui sequitur, laudat Dominum Deum, dicens:

*Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.* Quod noster interpres dixit, *die quotidie*, in hebreo est *יום יום*, hoc est, per singulos dies: Hoc est, assidue nobis laudandus est Deus. Quod ait, prosperum iter faciet nobis, ex hebreo transferri potuit, portabit nos. Quod tamè in eandem sententiam cum nostra translatione conuenit: Nam hac ratione prosperum iter facit nobis, quod ipse nos portat, nè fatigati deficiamus in via: & clariùs exponuntur ea quæ de curru dicta iam sunt, nè quis putet illi opus esse curru hoc, ad faciendum iter, nè videlicet pedibus gradiendo fatigetur: sed curru potius opus est illo vectore. Nam ipse modo contrario huic quo nos curribus nostris vehi-

mur, portabit ipsum currum, qui nos sumus: quem necesse esset in huius terræ luto hæerere ac remanere, nisi ille vector hinc eum exportaret secum in cælum. Hanc tam mysticam salutaremque doctrinam, quo altius pectoribus nostris imprimat, accinit in fine huius versus *הוה*.

*Deus noster Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.* Hic nihil est obscuritatis: nam sensus est: deus noster talis est ac tam bonus benignusque; Deus, ut à quibuscumque recipitur, hos saluos faciat: & solius huius Dei ac Domini beneficio mortem effugiat, quicumque hanc effugiunt. Quod in posteriore parte versus dicit, Domini Domini, in hebreo sunt duo diuersa nomina ex illis diuinis, quæ illi multa habent. Sic enim scriptum est in hebreo, *יהוה יהוה*: quorum prius est illud ineffabile tetragrammaton: quod significat Deum ab æterna sua essentia. Alterum significat eundem ab omnium rerum quæ vsquam sunt in cælo, terra, atque ipsis inferis, perfecto & omnipotente domino.

*Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis.* Neque in hoc versu quicquam est obscuri: nam sensus est: Quemadmodum Deus iam debellauit illum interorum tyrannum diabolum, & erepta illi spolia secum per triumphum auexit in cælum: ita quicquid adhuc reliquiarum est illius hostis, quod bellum instaurare cōnabitur, ille profligatum delebit. Augustinus annotat, bifariam inimicorum capita confringi: aut enim contusi humiliantur, ut subijciant se potenti manui Dei: atque hæc quidem felix est confractio: aut indurati permanent in sua superbia, donec euerfi præcipites dentur ad inferos. Hæc est omnium infelicitissima confractio. De hac posterior pars versus rectè intelligi potest, quo dicit: verticem capilli perambulantium in delictis suis: hoc est, perseverantium in peccatis suis. Scio quosdam etià eruditos ac sanctos viros aliter interpretari: sed hæc est genuina sententia prophete.

*Dixit Dominus, ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris.* Variè hunc locum interpretantur. Ego quod mihi simplicissimum videtur, & maxime conuenire his quæ præcedunt & sequuntur in Psalmo, dicam. Legimus Deuteronomij 3. de maxima victoria & præda amplissima, quam retulit Moyses duce populus Israeliticus ab Og rege Basan. Et Exodi decimo quarto, quomodo Moyses cum vniuerso populo suo saluus egressus sit per mare ru-

E E E 2 brum,

brum, Pharaone cum vniuerso exercitu suo in ipso mari submerso. Ad has tam insignes victorias mihi quidem videtur propheta respicere, & spiritu prophetico dicere, quod tales victorias daturus sit Deus duce vnigenito filio suo, p. Mosen prefigurato, populo Christiano, de diabolo per Pharaonem significato, & in baptismo delicto: & barbaris illis, confusis, & inconditis affectibus, cæterisque tyrannis ac hostibus, qui post victoriam in baptismo de diabolo obtentam, nos infestant ac impedire nituntur, quod minus possimus peruenire in terram nobis à Deo promissam, hoc est, patriam caelestem. Quemadmodum igitur versu præcedente dixit, DE VM confectionem esse capita inimicorum, ita hinc idem illud explicat per collationem similium præliorum & victoriarum, hoc sensu: quemadmodum olim populum suum cum amplissima victoria ac præda eduxit ex Basan, interfecto rege Og, cum vniuersa illa barbararum gentium colluie, atque iam antè, eundem illum populum ex Aegypto eduxerat p. mare Rubrum, submerso Pharaone cum oibus copijs suis: Ità per Iesum Christum filium suum educturus est ecclesiam suam à potestate diaboli per baptismum: atque deinceps per huius mundi desertum ex potestate omnium hostium, visibilium & invisibilium, quotquot sese illi opponunt, vt remorentur aut impediunt ab ingressu in caelum. Pro eo quod noster interpres dixit, conuertam in profundum, ex Hebræo vertendum erat, conuertam ex profundis. Significat enim se educturum esse nos saluos ex aquis baptismi: sicut eduxit illum populum ex profundis maris rubri. Tametsi dominus Guilielmus Lindan<sup>9</sup> putat hinc præpositionem *in* positam esse pro *de*: & transferendum esse, in profundum. Reliqua cum Hebræo satis consonant. Versus qui iam sequitur, habet amplificationem harum victoriarum ab euertis.

*Ut intingat pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.* Hoc est, Tanta erit strages hostium tuorum, vt pedibus per sanguinem eorum lincturi. Quod in fine versus addit, ex inimicis ab ipso, subintelligendum est, Domino Deo interfectis: vt sit sensus: Non à tuis ipsius viribus tibi hæc tantæ victoria de inimicis, ex quibus illud profluuium sanguinis erit, continget, sed ab ipso Domino pro te pugnante. Quidam opinantur, hunc versum cum præcedente, prophetiam esse de vastatione Hierosolymæ, quæ facta est à Vespasiano ac Tito, in vindictam interfecti Christi. Verum cum singula singulis conferimus, & seriem earum rerum quas in hoc Psalmo spiritu prophetico canit propheta, obser-

uamus: certò comperimus, prophetiam esse hoc loco de regno Christi spirituali, quo post victum triumphatumque diabolum spiritualiter erat in Ecclesia sua regnaturus, iuxta illud, Regnum meum non est de hoc mundo. Idcirco non de Iudeorum sanguine per imperatores Romanos effuso hæc intelligimus: verum de spirituali sanguine, quem per duces ac milites suos effudit hic rex victoriosissimus Christus, & quæ linguis suis linxerunt canes eius. Quisnam est hic sanguis? Ille nimirum, de quo idem hic noster propheta cecinit Psal. quinquagesimo, cum ait: Libera me de sanguinibus. Et Dominus ipse apud Esaiam: Manus vestrae sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote. Et vt intelligerent, de quo sanguine loqueretur, nempe spirituali, quo contaminantur animæ, regnumque diaboli confirmatur, hoc est, peccato, continuo subiicit: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè, discite benefecere. Hunc sanguinem Christus, tum per semetipsum, tum per duces ac milites suos Apostolos & apostolicos vires effundere pergit quàm diu durat hic mundus, idque gladio spiritus, quod est verbum Dei: quo perfolia hominum peccata, quicquid huius sanguinis in se habent, effundunt. Viuus est enim sermo Dei & efficax, inquit apud Hebræos apostolus, & penetrantior omni gladio ancipiti, & pinguis vsque ad diuisionem animæ & spiritus, copagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Hoc gladio pugnat rex noster nōs Iesus Christus, & sanguine illi vigoris ac roboris regni satanici in terram effudit, vt conculcet pedibus, & lingatur à canibus. Pedibus, inquit, illis, de quibus ait Esaias: Quam pulchri sup montes pedes annunciatis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, Regnabit deus tuus? Gestit ne quispiam videre atque spectare, vbi rex hic potitus victoria, ac prostrato hoste pedes suos in hoc sanguine eius tinxerit? Videam<sup>9</sup> cap. 7. Euangelij Lucæ, vbi huius rei exemplum nobis tanquam in tabula depictum est. Et ecce mulier, inquit, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retrò secus pedes eius, lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vnguebat. Ecce, peccatus faucium gladio verbi Dei: ecce sanguis peccatorum in terram defluens: ecce pedes Christi, qui gladium illum infixit peccatori, sanguine defluente in terram tingi. Quibus peractis, statim annunciauit illi peccatrici rem valde bonam, dicens: Remittuntur tibi peccata: prædicauit salutem cum diceret:

ret: Fides tua te saluam fecit: prædicauit pacem, dicens: Vade in pace. O verè speciosos pedes, & salubriter in sanguine hostis tincti, qui tantam atque tam exuberantem bonorum copiam illi quæ fuerat sub hoste captiua, annunciauit. Hæc est illa pedum victoris tinctura in sanguine hostis. Sed quoniam sunt illi canes, qui lingunt sanguinem? Inter cæteras virtutes canis referunt, quod lingua sit medicum, dum videlicet lingendo vulnera purgat. Et hoc faciunt verbi diuini concoloratores, & auditores confessionum, dum ad fidem conuersos & penitentiam agentes docent, quæ ratione debeant expurgare vetus illud peccatorum fermentum, vt vocat Apostolus, hoc est, illam vulnerum purulentiam, quæ in eis subinde succrescit, donec vulnus penitus fuerit curatum. Nam hi dicuntur canes Esaiæ quinquagesimo sexto, vbi quosdam ex eis increpat, quod nesciant latrare. Iam à tantis victoribus redeuntem regem aquum est, maximis honoribus, lætissimisque applausibus & acclamationibus à suis excipi. Hoc est quod iam sequitur:

*Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto.* Vetus ille populus, quem ex Aegypto per mare rubrum, per vastissimam illam solitudinem, per hostes plurimos, barbaros, & crudelissimos duxit vsque in Palæstinam, vidit mirabiles ingressus Domini, regis, ac Dei sui ante se. Et nonnunquam agnoscens mirabilia quæ in eis operabatur, laudibus eum & vario musices genere celebrabant: sæpè tamen oblitus beneficiorum omnium, per varia peccata ad iram prouocauerunt eundem. Horum impiam ingratitude inueniam nos, qui sumus populus nouus, ac domino Iesu Christo nomen dedimus, atque mirabiles victorias & ingressus regis ac Dei nostri vidimus, non imitemur. Vidimus per fidem in sacrosancta illa historia Euangelij, innumerabilibus veteris legis figuris & oraculis prophetarum confirmata, quomodo ingressus hunc mundum, bello prelioque adortus sit huius mundi tyrannum diabolum, quomodo vicerit, spoliauerit, & quàm gloriose triumpho spolia hosti detracta celo inuenerit. Hæc, inquam, in scripturis diuinis vidimus, & quotiescunque libet nobis hoc tam dulce spectaculum, per repetitionem scripturarum, aut cogitationis renouationem renouare possum<sup>9</sup>. Præterea vidimus, quomodo in suis Apostolis per terrarum orbem ingressus, omnes gentes regno suo subiecerit. Quinetiam videmus omnibus seculis atque temporibus, ingressus eius in Ecclesia sua, per Episcopos, doctores, pastores, cæterosque sanctos suos: in quibus per spiritum suum, & in sacra-

mentis suis graditur: nihil obstante, quod ipse iam olim triumphans caelum ac sancta sanctorum ingressus, residet ad dextram patris. Ecce, hi sunt illi ingressus, de quibus ait noster propheta, Viderunt ingressus tuos Deus: & mox præ gaudio & admiratione, facta verbi repetitione, & mutatione personæ, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. Sequitur qua gaudiorum honorumque solennitate ita ingrediens acceptus sit:

*Præuenerunt principes conuerti psallentibus, in medio iuencularum tympanistrarum.* Talia propemodum facta leguntur Numer. trigesimo primo, vbi narratur, quomodo populus Israëliticus cæcis Madianitis, reuersus sit cum amplissima præda: cui Eleazar sacerdos, cum principibus populi, processit obviam. Quinimò ante illam victoriam, cum Pharaone & exercitus eius in mari rubro, inspectante populo Israëlítico, submersi; periissent, cecinit Moses & filij Israël lætissimum dulcissimumque, carmen: & Maria prophetissa soror Aaronis, sumpsit tympanum in manu sua: egressaque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino: Gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem eius deiecit in mare. Ad harum alterutram, aut similem aliquem historiam si fortè tanquam ad figuram respexit propheta, nihilominus tamen certum est, in spiritu locutum esse de his, quæ in victoria, triumpho, ac regno Christi gesta sunt & geruntur. Huic triumphanti non solum è caelo processerunt obviam illi principes angelorum cum exercitibus suis, verum etiam in terris mortales adhuc Apostoli triumphum eius celebrarunt, præcedentes reliquam multitudinem, quæ in omnibus populi Christiani ordinibus consecuta est, & consequitur, consequeturque dum stabit hic mundus. In his sunt principes Apostoli, & horum successores episcopi, præcedentes reliquam multitudinem psallentium, hoc est, ore Deum laudantium, & iuencularum tympanistrarum, hoc est, eorum qui se ab omnibus delicijs voluptatibusque, carnis abstrahentes, organa fiunt, quæ pulsata, nihil aliud quàm laudem DEI, & ad fortiter pro huius regno pugnandum, classicum canunt. Fiunt enim tympana ex corio à carne abstracto, ab huius molititæ fetoribusque purgato, exiccato & indurato, & in tale (vt dixi) organum extento. Pro eo quod nostra translatio habet, principes: in Hebræo est שָׂרֵי, hoc est, cantores: & proprie significat eos qui ore canunt: cum illud שָׂרֵי נְרִיָּהוּ quod noster interpres





MATHIAE BREDEMBACHII COMMENTARIA

virtutem tuam: confirmata Deo hoc quod operatus es nobis. Hoc est, O Christe aeterni patris aeternae filii, deus pater tuus mandavit virtutem tuam, hoc est, voluit ut natura tua diuina, quae est omnipotens virtus tua, per incarnationis mysterium assumeret naturam tuam humanam, & per hanc operaretur redemptionem & salutem nostram. Quamobrem o Deus, id quod pro tua incomprehensibili & inestimabili bonitate ita nobis, hoc est, ad nostram salutem operari aggressus es, id confirma ac perfice nobis. Ne vero arbitretur Deus (humano more loquor) se hoc ingratis facturum, subiicit propheta pollicitationem gratitudinis, dicens:

*A templo tuo in Ierusalem tibi offerent reges munera.* Hoc est, Cum ea quae sic pro salute nostra opera cepisti, per feceris, tunc illi quos tu constitues reges in hoc regno tuo spirituali, quae est Ecclesia, ut ordinatione, mandato, & nomine tuo regant populum tuum, quales sunt Apostoli, Episcopi, Pastores, & quicumque sacerdotio illo regali in Ecclesia tua funguntur, offerent tibi munera, hoc est, sacrificia, multo gratiora, quam haec quae tibi offerri consueuerunt in illo templo, quod est in hac urbe Palaestinae Ierusalem. Hanc, dum ad orationis filium respicio, puto esse genuinam huius loci sententiam, neque de hoc quicquam dubito: & in eo quod ait, A templo tuo in Ierusalem, praepositionem a, iuxta idioma Hebraicum, habere vim comparandi, *מִבְּיַדְּיָהוּוָה*, hoc est, magis quam in templo tuo quod est in Ierusalem. In illo templo offerebant illi agnos, hircos, & vitulos. In nostra vero Ecclesia offerunt sacerdotes agnum illum immaculatissimum, qui tollit peccata mundi: qui est ipse unigenitus filius. Hi sacrificium verum, illi vmbriticum. Quare nostrum hoc sacrificium tanto gratius est illis, quanto preciosius est nobilissimum corpus vmbra sua. Monui huius comparationis, cum alias, tum in Psalmo .4. in illud: A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. Si quis tamen malit praepositionem sumere in significatione auferendi, huic nolim magnopere reluctari, cum idoneus sensus esse possit: Reges offerent tibi munera in omnibus locis, incipientes a templo hoc quod est Hierosolymae. Ita enim apud Lucam legimus: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & predicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, initio facto ab Hierosolyma. Sunt praeterea qui huius versus principium coniungunt fini praecedentis, hoc sensu, Confirma a templo tuo, hoc est, ab assum-

Luc. 24.

pta humanitate: quae templum dei dicitur, quod ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hinc est quod ait apud Iohannem: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ab hoc, inquam, templo confirma quod operatus es in nobis. Alij connexionem illam cum versu qui praecedit, faciunt hoc modo & sensu: Confirma &c. quod operatus es in nobis a templo, hoc est, incipiens operari a templo tuo quod est in Ierusalem. Nulla hanc expositionem incommoda habet sententia: sed prima & secunda magis conueniunt distinctioni, quae non solum in hac Latina translatione legitur, verum etiam in Graeca, & libris Hebraeorum. prima mihi maxime omnium placet.

*Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vacca populorum, ut excludat eos qui probati sunt argento.* Post prophetiam de regno Christi per Apostolos dilatando, subiicit prophetiam de illis, qui interea rebellantes, regnum hoc infestabunt. Hos petit a Domino increpari, siue, ut alij ex Hebraeo transferre malunt, dissipari. Dissipa, (inquit iuxta proprietatem sermonis Hebraei) feram arundinis. Est enim in Hebraeo numeri singularis, qui tamen in huiusmodi locis plerumque vim habet pluralis, ut parum interfit, siue feram, siue feras transferas. Porro per fera arundinis, ipsum diabolum recte intellexerimus, siue per feras numero plurali, cacodemonas. Sic enim de his loquitur sanctus Iob cap. 40. Omnes bestiae agri iudent tibi: sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humetibus. Bestiae agri sunt cacodemones, qui per agrum, hoc est, mundum hunc oberrant: atque in herbis montium, hoc est, delicijs ac voluptatibus diuitum ludunt: dormiunt autem, id est, requiescunt, sub vmbra in secreto calami, siue (quod idem est) arundinis, hoc est, sub velamine diuitiarum & gloriae huius mundi: quibus ut arundine, nihil vanius, nihil mobilius, nihil denique leuius: ut etiam Horatius verissimo epitheto leuitatem hanc notauerit, ita scribens, Hunc si nobilium turba Quiritium Certat ter geminis tollere honoribus.

Quam leuitatem etiam Cicero aliquando grauius taxat in orationibus suis. Sed quis enumerare queat illa, quae apud doctos, tum poetas, tum oratores, tum philosophos extant contra diuitias & gloriam huius mundi pronuntiata? Et sunt duae praecipuae generis humani pestes, ambitio & avaritia, ut nulloquam securius requiescat diabolus, quam sub harum arundinum vmbra. Ut, inquam, nihil mobilius arundine, neque quicquam vanius vmbra, ita nihil incertius est hisce diuitijs, neque vanius quicquam hac gloria. Hinc Paulus ad suum Timotheum scribens: Diuitibus

huius

huius seculi praecipue, inquit, non sublimem sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo. Et Ecclesiastes: Habiturus herede post me, quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis, quibus desudauit & sollicitus fui. Et est quicquam vanus? Terribile est verbum domini Marc. 10. Filioli, quod difficile est confidentes in pecunijs in regnum Dei introire? Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuites intrare in regnum Dei. Additur in Iob, in locis humetibus. In palustribus enim & cœnosis locis maxime proueniunt arundines. His significatur mollities, & immunditia carnis: quae sunt puluina diabolici, in quibus is mollissimè cubat. In his puluinaribus homines, quos illarum rerum infans voluptatibus inebriauit, collocat ac sopit, ut consopitos, sine omni difficultate iugulet. Dormierunt somnum suum, inquit in alio psalmo idem hic noster propheta, & nihil inuenierunt oes viri diuitiarum in manibus suis. Vides quam dicat propheta fera arundinis, & quod horribiliter insidijs hęc insidietur nostrae salutis: ut merito propheta inuocet Deum, ut hanc tam immanem bestiam a nobis dissipet. Inescat diabolus opibus huius mundi homines, ac paulatim inebriat usque ad furorē & insaniam, ut ne ipsum quidem deum sustineant agnoscere. Quod ne accideret Salomoni, sapienter, quemadmodum medicatam, ita & diuitias deprecabatur, dicens: Medicatam & diuitias ne dederis mihi, tribue tamen victui meo necessaria: ne forte fatiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? &c. Vnde non est mirum, quod Deus saepe offensas peccatis dinitum, immittit nobis bella aut alias calamitates, ut opibus ac diuitijs nos exuat. Nam hac ratione dissipata nobis feram illam arundinis: & nos ab illo tam pernicioso excitat sopore, ut saluos faciat. Cognationem quamdam cum hac fera habet congregatio taurorum in vaccis populorum, quae sequitur in hoc ipso versu. Sic enim & in Psal. 21. audiuiimus: Circūdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Per tauros, diuites & potentes huius mundi intelligit: quos etiam proprie significat nomen Hebraicum *בָּקָר*, quo hic & in illo psalmo vitur propheta, cum ad tauros non nisi ob roboris vastitatem transferatur. Vnde D. Hieronymus hoc loco transtulit, congregatio fortium, quod autem noster interpres dixit, in vaccis populorum, pro vaccis, in Hebraeo est *בָּקָר*, hoc est, in vitulis. Graeca translatio habet, *ἐν τῶν δαιμόνων*, hoc est, in uentibus. Ut autem populo dei, atque omnibus qui pie viuere volunt in Christo, grauis est illorum tyrannis, qui diuitiarum & potentie fastu turgentes, miseros pre-

munerit: eisdem nihil intolerabilius illorum filijs, & illis qui ex plebe emergentes, eisdem fortunae poculis inebriant: quos aptissimè per vitulos populorum intelligimus, per vaccas autem fortassis non tam aptè. D. Augustinus oia haec ad haereticos refert, quae de feris arundinis & congregatione taurorum hic dicuntur. Nam hi stulta persuasione doctrinae inflati, quemadmodum illi opinione diuitiarum & potentie, erigunt se aduersus ministros dei, sacerdotes, pastores, & eos quos Deus Ecclesiae suae praefecit, necnon aduersus Deum ipsum: atque falsa interpretationibus sacras scripturas peruertentes, populum imperitum a vera fide ac religione in haereses abducunt. Calamum enim (siue, ut nostra translatio habet, arundinem) pro scriptura accipi putat, ut lingua pro loquela. Quemadmodum enim hac loquimur, ita calamo scribimus: nisi quod nos in his regionibus pro calamis utimur pennis, quod calami hic non nascuntur ad scribendum satis idonei. Quod noster interpres è graeco quidem rectè transtulit casu nominatiuo, congregatio taurorum: opus habet subintellecto verbo, versatur, aut simili: ut sit sensus: Congregatio taurorum versatur in vaccis, siue (ut ex graeco) iuuencis, siue (ut ex Hebraeo) vitulis. Ex Hebraeo verò per accusatiuum verteretur licuerit, & cum altero accusatiuo feras, refertur ad verbum increpa, seu dissipat: ut sit, Increpa feras arundinis, congregationem taurorum, scilicet etiam increpa: quod congregatio versatur in vaccis, siue iuuencis, aut vitulis populorum: ut excludant, hoc est, manifestos faciant, (ut interpretatur Augustinus) eos qui probati sunt argento, hoc est, eloquijs dei, quod conferuntur argento igne probato, Psal. 11. Vel, ut excludant, hoc est, remoueant, siue arceant a populo, eos qui probati sunt argento, hoc est, veros verbi Dei interpretes, atque legitimos pastores ipsius populi. Agunt autem hoc oes, quicumque deo & Ecclesiae eius aduersantur, siue hi sint haeretici, siue gentium tyranni, siue pontifices Iudaeorum, scribae & pharisaei, siue denique quicumque alij homines impij. Semper se tales opponunt seruis Dei: semper, inquam, hoc agunt, ut hos ab officio suo arceant. Atque haec quidem est vera sententia eorum, quae in hac nostra & Graeca translatione leguntur. Ex Hebraeo autem versus hic tum aliter ab alijs transfertur, tum aliquantò longius exteditur. D. Hieronymus transtulit hoc modo: Increpa feram calami, congregatio fortium in vitulis populorum calcitrantium contra rotas argentearum: disperse populos qui bella volunt. Hic omnia satis consonant illis, quae iam de nostra hac translatione diximus, usque ad illud, calcitrantium contra rotas argentearum: pro quo noster interpres dixit, ut excludant eos qui probati

FFF bati

bati sunt argento. Quod si per rotas argenteas intelligamus Apostolos & apostolicos viros, qui currum triumphale Dñi portant, dum caelesti doctrina populum è terra sublatum inuehant regno Dei, iam per omnia idem sensus fuerit cum nostra & Græca translationibus: quem sensum iam clarissimè explicuimus. Nā recalitrari his rotis, idem est cum, velle excludere eos qui probati sunt argento. Tamen si fateor me non videre, quid secutus sit Diuus Hieronymus, vt ita transtulerit. Quid ceteri secuti sint, opinor me videre. An hoc forte mouit Hieronymum, quod nomen hebraicum **רָבָא**, quod alij vertūt fructū, fragmentū, seu incisionē, ferè eundē habet sonū, quē apud Germanos rota, *cinrath*? Certè ipse pro rota accepit. Qua verò authoritate hoc fecerit, equidem ignoro. Nam ego nondū inueni, vbi **רָבָא** significet rotam. Instrumentum illud quo figulus vtitur, Hebraicè dicitur **אֲבָבִים**, quod Diuus Hieronymus Ierem. 18. transtulit rotam. Rota verò, quales in curribus & carucis sunt, dicitur **אֲרָבָא**, & dualiter **אֲרָבָיִם**, vt videre est in multis scripturæ locis. Eadem dicitur **אֲרָבָא** & **אֲרָבָה**: hoc Ezechiel. 10. illud **אֲרָבָה**. Et alijs locis. Sed quantum ad sententiarum conciliationem attinet, plūs difficultatis habet quod transferunt alij. Ad hanc difficultatem explicandam, videamus ipsa verba quæ sunt in Hebræo. Pro eo quod noster interpretes dixit, Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento: Diuus Hieronymus autē, Increpa feram calami, congregatio fortium in vitulis populorum, calcitrantium contra rotas argenteas: in hebræo est, **אֲרָבָה עַל הַיָּבֵשׁ וְעַל הַיָּם וְעַל הַיַּבְשֹׁתַיִם וְעַל הַיָּם**. Hoc recentiores plerique transferunt hoc modo: Increpa turbam lanceæ, (hoc est, lanceis armatam) congregationem taurorum inter vitulos populorum, vt supplex veniat cum fragmentis argenti. Sententiam Iohannes Campensis ita explicuit in paraphrasi: Vasta multitudinem lancea armatam, & turbam eorum qui robustiores habentur inter potentum filios, qui & vitulorum more lasciuunt, donec facti supplices, tributa tibi pendere cupiant. Nō admodum ab hac dissonat paraphrasis Chaldaica, quæ Latinè sonat hoc modo: Irascere in exercitus peccatorum, confringe illos sicut cannam, congregatiōem gigantum, qui confidunt in vitulis, idola populorum: beneplacitum eius in populis, qui student legi voluntariè, multò puriori argento. Hi omnes referunt hęc ad bella, quæ fuerūt

populo, Israëlito cum gentibus barbaris & idololatriis: & fuerūt figuræ militiæ huius nostræ spiritualis: id quod sæpè monuimus. Inter translationem nostrorum recentiorum, & paraphrasin Chaldaicam hoc interest, quod hæc cannam, hoc est, arundinem per similitudinem intelligit, quasi oret propheta, vt Deus hostes populi sui confringat vt cannam, quam constat esse admodum fragilem: nostri verò cannam pro materia ex qua lanceæ fiunt, acceperunt, & ex materia per tropum ipsas lanceas intellexerunt. Lanceas autem non illas prælongas hastas, quibus in prælijs concurrunt, ad quas planè inutilis est arūdo: sed iacula minora, qualia arcu balistæ mittuntur. Nati hæc ex arundinibus fieri possunt, præfixo ferro, iuxta horum itaq; translationem sententia fuerit: O Deus, dissipa turbam illam hæthiferis illis lanceis, hoc est, sagittis, armatâ. De qua etiam psalmo 10. (iuxta nostram quidem translationem) cecinit: Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. Tales sagittæ sunt pestifera hæreticorum dogmata, quas illi sceleratę linguę neruo vibrantes, insigunt pectoribus imperitorum. Hoc modo etiam hæc tandem in eandem cum superioribus sententiam reciderint, præsertim iuxta expositionem diui Augustini. quod Campensis in sua paraphrasi dixit, Et turbam eorum qui robustiores habentur inter potentū filios, qui vitulorum more lasciuunt: & quod Chaldæus, Congregatione gigantum, qui confidunt in vitulis, idola populorum: hæc etiam facilè in vnam sententiã conueniūt, atq; ad eandem cum translatione nostra. Illud fortè monendum est, quod Chaldæus ipsos gigantes, (quos noster interpretes per translationē taurorum, D. Hieronymus sinè tropo fortes dixit) p appositionem appellauit idola populorum. Tales enim stolidi plebs veluti numina quædam suspicit atq; adorat: maximè verò illos, à quibus hæreticę doctrinæ præstigijs est dementata. Quapropter hos Diuus Iohānes Apostolus in prima sua epistola nominauit Antichristos. quod autem tertio loco noster interpretes dixit, Vt excludant eos qui probati sunt argento: Recentiores verò, Vt supplex veniat cum fragmentis argenti: Chaldæus autem, beneplacitum eius in populis qui student legi voluntariæ, multò puriori argento: hæc non video quomodò conciliari queant. Sententiam nostri interpretis explicuimus: quod non est opus repetere. Sed hic ego mihi planè persuadeo, ante multa secula mendum incidisse in codices Græcos: atq; indè in translationes Latinas promanasse errorem. Illis enim etiam

etiam nūm variat scriptura. nam quibus vulgò vtimur, magno consensu habent **ἐκλεισθησιν**, quod noster interpretes dixit, vt excludant: D. Hilarius autem, vt excludantur: cū non significet excludere, neq; excludi, sed includere vel includi. Quare si de exclusionē agatur, rectius legitur in exemplari quod edidit Augustinus Iustinianus, **ἐκλεισθησιν**. Nam hoc significat excludere vel excludi. Ego verò dum ad Hebræum verbum **סָבְרָה** respicio, video neutram lectionem apud Græcos esse emendatam. Nec tamen dubito quin interpretes Latini legerit, quod est in Augustini Iustiniani exemplari. Sed quia verbum Hebræum significat inclinantem se, vt solēt illi qui alicui supplices fiunt, non dubito Septuaginta transtulisse Græcè **ἐκλεισθησιν** **ἐκλεισθησιν** **ἐκλεισθησιν**, hoc est, vt inclinent, siue humilient se illi qui probati sunt argento. Nā hoc modo si legas, iā nullius difficultatis est, translationem Septuaginta cum eo quod ex Hebræo transferunt neoterici, conciliare. Vtrisque enim hoc petit à Deo propheta, vt increpet seu potius dissipet illam arundinis bestiam, hoc est, è regno suo eiciat diabolū: vt illa congregatio taurorum, hoc est, synodus illa principū, in eminentia constitutorum, quos diabolus in sua potestate habebat, iam ab illius tyrannide liberati, & ad meliora conuersi, vnā cum ipsis populorum vitulis, veniant supplices ad Christum, & huius regno se subijciant, probati iam argento eloquiorum Dei, iuxta translationem Septuaginta, vel iuxta neotericorum, fragmenta huius argenti, hoc est, sententias ac partes caelestis huius doctrinæ illi offerentes, quibus declarēt se iā totos subiecisse sese regno Christi. Iam secundum paraphrasin Chaldæū, beneplacitum Dei est in talibus populis, qui iam non metu seruii, sed libera per charitatem voluntate, legi diuine, hoc est, Dei præceptis eloquijsque student: quæ eloquia sunt quouis argento puriora. Vides iam pulcherrimam horum omnium conciliationem, atq; tam dissimilium vocum vnam symphoniam, dissonantia interpretum partim nata est ex deprauatione Græcorum codicum, vt iam ostendimus: partim indè, quod illud quod in Hebræo est **סָבְרָה**, alij, nempe neoterici, deductum putāt à **סָבְרָה**, i. confregit: Septuaginta verò, & Chaldæus paraphrastes, à **סָבְרָה**, id est, probauit, & ratum habuit. Hac itaq; difficultate iam superata, progrediamur ad id quod sequitur, in nostra quidem translatione tanquam initiū proximi versūs, in Hebræo autem (& hoc quidem commodius) finis eius quem iam explicuimus: cui etiam Hilarius annectit.

*Dissipa gentes quæ bella volunt.* Hoc manifestam habet sententiam, nempe vt deus disperdat omnes qui se posthac regno Christi opponunt. Quod noster interpretes è Græco rectè transtulit, dissipauit in hebræo est **סָבְרָה**, id est, dissipauit. Sed credibile est Septuaginta legisse **סָבְרָה**. Hoc enim significat, dissipa, modo imperandi, seu potius precandi. Hinc iam sequitur alius versus iuxta distinctionem Hebraicam.

*Venient legati ex Aegypto: Aethiopia proueniet manus eius Deo.* Aegypti & Aethiopię nominibus vniuersas omnium gentium nationes intelligit, easdēq; prophetat regno Christi se esse subiecturas. quod noster interpretes dixit, legati, Græcè **ἐπιπέται**, id in Hebræo est **אֲרָבָה**: quod, si commentarijs Hebræorum credimus, dignitatis nomen est apud Aegyptios. Quod autem ait, Aethiopia proueniet manus eius Deo: id neq; iuxta translationem Græcā, neq; iuxta originem hebraicā satis cōmodè trāstulit. Si verbum verbo reddideris, è Græco sonat: Aethiopia proueniet manum suam Deo. Eodem modo licuerit ex Hebræo transferre. Sententia est: Aethiopia festinabit dare manus suas Deo. Hoc est, properabit se regno dei subijcere, manus suas illi obuiam extendendo. Diuus Augustinus pronomen *eius*, refert ad Deum, hoc sensu: Aethiopia proueniet manus Dei, hoc est, anteuertet vindictam eius, recipiendo videlicet fidem, anteq̃ Deus veniens puniat incredulitatem. Hanc sententiam Hebræa ferè possunt: Græca verò translatio nō fert. Habet enim **ἐκλεισθησιν**, quod nō potest referri ad Deum: cū sit generis fœminini, **ἐκλεισθησιν** autē masc. Sed Augustinus ipse statim corrigit eam interpretationem, & mallet ex Græco transferre: Aethiopia proueniet manum suam Deo. Arbitratur autem his verbis significari, quod in iustificationis ac salutis nostræ negotio fides præcedat opera, vt sic interpretemur verba propheta: Aethiopia proueniet, subaudi, credendo Deo, manus suas, subaudi, vt his operetur bonum. Credenti in eum qui iustificat impium, inquit, deputatur fides eius ad iustitiam, vt deindè ipsa fides per dilectionem incipiat operari. Arguta hæc est & pia interpretatio: Prior autē illa quā dedimus, simplicior & facilior. Porro quomodò Aegyptus per Marcum Euangelistam subiecta sit regno Dei, videre est apud Philonem, item Eusebium historiæ Ecclesiasticæ li. 2. cap. 16. Aethiopia primū audiuit de regno Christi ex Eunucho Regina, quem Philippus docuit & baptizauit, vt scribit Lucas Act. 8. Sed hūc paulò post secutus Matthæus Apostolus & Euange-

lista, regnum Aegyptiorum Christo subiecit. Hoc obiter hic admonere visum est opere precium, quod eunuchus illi nomen proprium fuit Cadaces, quod in Graecis libris scriptum est *Καδακας*, & ab Erasmo Roterodamo in annot. in Act. Apostolorum, alijsq; multis, existimatum est esse genitui casus à *Καδακας*, & nomen proprium regine Aethiopiae. Quod autem sit nominatiui casus, & nomen proprium eunuchi, quod Philippus conuertit ad fidem, manifestum est ex Abdia in vita Matthei apostoli, quae lib. 7. describit: & Ioachimo Peronio in eiusdem apostoli vita, & Euthymio in hunc locum psalmi, ubi inter caetera scribit: Extendit autem Aethiopia Candacem illum, quem manum nunc propheta appellat, veluti potentem inter Aethiopes. Et mox, paucis interiectis: Potens autem erat ille Candaces, cum post reginam in imperio primus haberetur. Hoc obiter admonere visum est, ad tollendum communem multorum de hoc errore. Porro quod non sola duo illa regna, Aegyptus & Aethiopia, essent amplectura regnum Christi, sed omnia totius mundi regna, ostendunt ea quae nunc apud prophetam sequuntur:

*Regna terrae, cantate Deo, psallite Domino.* Nam his verbis omnia regna totius mundi hortatur ad laudandum Deum, prius cantando ipsi Deo, hoc est, verbis predicando: deinde psallendo Domino, hoc est, operibus iustitiae illi tanquam Domino inseruendo. Hoc autem quo grauius nobis commendat, altiusque peccatoribus nostris imprimat, accinit in fine versus suum illum *Psalmi*. Jam quod in nostra hac translatione sequitur:

*Psallite Deo qui ascendit super caelum caeli ad orientem.* Hoc quidem apud Hilariū & Augustinū ita, ut nos habemus, legitur. In Hebreo autem illud principium versus, Psallite Deo, non est: neque in translatione Graeca: neque Euthymius legit: sed apud hos omnes versus ita incipit: Qui ascendit super caelum caeli ad orientem. Est autem manifesta prophetia de ascensione Domini nostri Iesu Christi: quod confirmat Apostolus Ephes. 4. Qui descendit, inquit, ipse est & qui ascendit supra omnes caelos, ut adimpleret omnia. Ex Hebreo transferre licuerit, supra caelos caelorum: sed huius prorsus est eadem cum Apostolo Paulo sententia. Nam caelos caelorum, vel iuxta Septuaginta translationem, caelum caeli, per excellentiam dicit, eadem figura qua dicimus, sancta sanctorum, secula seculorum, canticum canticorum &c. Sunt autem caeli alij alijs superiores. Nam D. 2. Cor. 12. Apostolus Paulus in tertio usque; caelum se raptum fuisse scribit. Quod autem propheta adijcit, ad orientem, hoc quidam referunt ad situm montis Oliueti, ex quo ascendit: quod hic, respectu urbis Hierosolymae, situs sit ad orientem, Di-

uus Hieronymus transtulit: Qui ascendit super caelum caeli à principio. Sed, cum nomen Hebraeum *מזרח* significet orientem, equidem opinor sic esse transferendum ut nostra translatio habet: & per orientem, ipsum patrem, vel dextram patris esse intelligendam. Nam inde eterna egressione ortus est filius, lumen aeternum ab eterno lumine atque eodem, cum terras relinqueret, reuersus.

*Eccē dabit voci suae vocē virtutis.* Hec pars in Hebreo à superiori versu non est separata. Sententia est: Dabit voci suae vim atque virtutem. Erat autem tanta vis vocis Christi, ut simplici verbo lepram pelleret, demones eijceret, claudos, debiles, & quibuscunq; morbis depressos erigeret atque sanaret: quietiam mortuos in vitam reuocaret, ac Lazarum quidem iam quatuoriduum. Atque hanc suae vocis virtutem non solum, cum ipse adhuc in terris mortalis versaretur inter mortales, declarauit: verum etiam ascensionem suam, cum discipulos in orbem terrarum mitteret, ut praedicarent euangelium omni creaturae. Sic enim de hoc scribit Marcus: Illi autem profecti, praedicauerunt ubique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Hanc vox adhuc sonat in ecclesia eius, & virtutem suam declarat in his, qui à peccatis conuertuntur ad iustitiam, hoc est, à morte ad vitam. Quamobrem ait apud Iohannem: Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam aeternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte in vitam. Et post pauca in eodem cap. nolite mirari hoc, inquit, quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Eccē, haec est illa virtus, quam deus dedit voci verbi sui. Tametsi nulla vilius hominis lingua satis effari, imò ne mens quidem vlla comprehendere potest, quanta sit virtus atque potentia huius vocis. Verbo Domini caeli firmati sunt, inquit alibi noster propheta, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Verba huius membrum paulo aliter ex Hebreo videntur sonare, quae nostra translatio habet: sed parum interest, si sententiam spectes. Ad verbum transtuleris: Dabit in voce sua (hoc est, per vocem suam) vocem virtutis. Nam deus per verbi sui potentiam etiam Apostolorum, & eorum qui hos secuti sunt atque sequuntur, sermonem fecit, potentem & efficacem. Neque enim ab ipsis Apostolis ea vis verbi extitit. Quapropter Petrus cum claudum illum sanasset Act. 3. ait ad populum: Viri Israelitae, quid miramini in hoc, aut nos quid intruemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, &c. Eccē, hoc nimirum est id, quod iam sequitur apud nostrum prophetam:

*Date gloriam Deo, super Israel magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.* Date gloriam Deo, hoc est, agnoscite & confitemini, quod non vilius hominis, sed solius Dei virtute fiunt ea quae fieri videtis. Hanc esse sententiam indicat verbum Hebraeum *תתנו*, quod cum in fine versus praecedentis interpret transulerit virtutem, cum ait, vocem virtutis, hic transtulit gloriam. Est enim utrobique idem nomen: & mox in hoc ipso versu eodem denuo vitur, cum ait: & virtus eius in nubibus. Quod ait, Super Israel magnificentia eius, de veris Israelitis dicit, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum sunt. Non enim omnes qui secundum circuncisionem sunt Israel, sed sunt Israelitae, inquit Apostolus: neque qui semen sunt Abraham, omnes filij Israel, rectus Dei interpretatur, interprete Diuo Hieronymo in Esaiam cap. 44. Quod autem vulgo interpretatur, vir virtutis Deum, id non in elementis, sed sono nominis est, ut ibidem monet Hieronymus. Ratio nominis explicatur nobis clarissime Gen. 32. ubi Iacob interrogatus ab angelo cum quo luctabatur, quod sibi esset nomen, respondit, Iacob. Angelus autem: Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur deinceps nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines preualebis? Hi sunt igitur veri Israelitae, qui nullis tentationibus, cum quibus nobis perpetuum in huius mundi nocte luctandum est, cedunt: sed recte ambulantes coram Deo, usque ad exortum diei, qua omnes huius noctis tenebrae discutientur. Magna mysteria latent in ea lucta Iacob: quae non est huius loci persequi. Hic autem illud ait propheta, quod deus super talem Israelem ostendit magnificentiam suam, dum illi in itinere per huius mundi noctem atque desertum adest, ab hostibus seruat, & ad virtutem tentationibus, afflictionibus, & laboribus exercet. Et virtus eius in nubibus, inquit. Quanam sunt illae nubes? Illae nimirum, quae grauidae caelestis doctrinae imbre, super agros ac vineas Domini pluunt, ut fructum producant, ac ditent granaria cellasque; vinarias eiusdem Domini. Tali bus nubibus se mandaturum, ne super ingrattam illam vineam Iudaici populi pluant, mi-

natur apud Esaiam, eod quod cum optimè culta esset, nihilominus pro vuis protulit labrum. Esai. 56. scas: Diximus aliàs de eisdem nubibus. Hic apostolos, & horum successores viros apostolicos intelligimus. In his ait propheta esse virtutem Dei: quod verè eum prophetasse res ipsa in sermonis & operum potentia & efficacia declarauit: cuius etiam paulo antè meminimus. Ità ad postremum huius psalmi versus: *Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suae: benedictus Deus.* Huius versus sententiam nihil opus est per multas ambages inquirere, cum sequentibus orationis filum manifestum sit, prophetam loqui de miraculis, quae deus post ascensionem Christi, per apostolos caeterosque sanctos operatus est, & operatur usque ad consummationem saeculi. Quorum plene sunt historiae, tum Euangeliste Lucae in Actis apostolorum, tum Eusebij, & aliorum, qui post Lucam & Eusebium historias ecclesiasticas scripserunt. Verba primi membri huius versus paulo aliter ex Hebreo sonant, quae nostra translatio habet. Ad verbum transtuleris hoc modo: Terribilis deus à sanctuarijs tuis. Hic mutata persona sermo conuertitur ad ipsum Deum: quod non est nouum apud prophetas. Per sanctuaria verò, ipsos de quibus diximus, sanctos intelligere nihil verè aut totam catholicamque, sanctorum ecclesiam. In hac enim & filijs eius, membrum suis, nunquam non pijs quidem mirabilia & gratissima, hosti autem nostro diabolo & impijs satellitibus eius terribilia formidabiliaque valde operatur. Nam dum facit quod sequitur in hoc ipso versu, hoc est, cum dat virtutem & fortitudinem plebi suae, quid aliud quam hanc ipsam plebem armat aduersus teterrimum illum & crudelissimum hostem, ut hunc profligatum prosternat? Nihil autem huic hosti formidabilius est his armis, quam deus induit suis militibus: nihil terribilius fortitudine, qua hos confortat: quippe quorum panoplia & fortitudo est deus ipse. Tu es deus fortitudo mea, inquit in alio psalmo. Item in alio: Dominus fortitudo plebis iuae. Et iterum: Fortitudo mea & laus mea Dominus. Merito itaque psalmum hunc in huius laude concludit, dicens: Benedictus deus. Et nos igitur tantis beneficijs acceptis gratitudinem nostram declaremus, ut per omnem vitam nostram benedicamus patrem, & filium, & spiritum sanctum, vnum, verum, & aeternum Deum ac Dominum nostrum, in secula seculorum, Amen.

**S**alum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas dimerit me. Laboravi clamans, FFF 3 raucæ

raucæ factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dū spero in Deū meū. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ non rapui, tūc exoluebam. Deus, tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te nō sunt abscondita. Non erubescant in me, qui expectant te Domine, Domine virtutum. Nō confundantur super me, qui quærun t te Deus Israel. Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinis filijs fratris meæ. Quoniam zelus domūs tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animā meam, & factum est in opprobrium mihi. Et posui vestimētum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum. Ego verò orationem meam ad te Domine, tempus beneplaciti Deus. In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ. Eripe me de luto vt non infigar, libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum. Nō me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice me. Et nē auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Tu scis improprium meum & confusionem meam, & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improprium expectauit cor meum & miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum. Obscurentur oculi eorum nē videant, & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ compræhendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Ego sum pauper & dolens, salus tua Deus suscepit me. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas. Videant pauperes, & latentur: quærite Deum, et viuet anima vestra. Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, et victos suos non despexit. Laudent illum cæli et terra, mare et omnia reptilia in eis. Quoniam Deus saluam faciet Sion, et ædificabuntur ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt ibi, et hæreditate acquirunt eam. Et semen feruorum eius possidebit eam, et qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

IN

IN PSAL. LXVIII. TITVLVS.

Titulus huius Psalmi, in translatione qua virtus ecclesie, habet hoc modo: In fine, pro his qui commutabuntur, psalmus ipsi Dauid. Quod ait, in finem, indicat Psalmum esse de Christo, qui est finis & consummatio nostra. Per eos qui commutabuntur, nos intelligit, qui per doctrinam fidei, fontemque regenerationis transformamur & commutamur ex homine vetere, qui corrumpitur secundum desideria erroris, vt inquit apostolus, in hominem nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ad quam commutationem nos more prophetico inuitat apud Esaiam, cum ait: Nē meminertis priorum, & antiqua nē intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea. Porro qui ad hanc commutationem inuitantem sequuntur, seque illi commutandos permittunt, hos in die illa consummationis omnium, resuscitatos è terre puluere, commutabit in immortalitatis gloriam: in qua in eternum cum gaudio & exultatione inenarrabili conspectu eius fruuntur. De hac commutatione apud eundem Esaiam sic loquitur: Quia obliuioni traditæ sunt angustie priores, & quia absconditæ sunt ab oculis nostris. Ecce enim ego creo cælo nouos & terram nouam, & nō erūt in memoria priora, & nō ascendent super cor: sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternū in ijs quæ ego creo. Quod ait in titulo, psalmus ipsi Dauid, (quomodo alij interpretentur, alijs diximus) iuxta proprietatem sermonis Hebræi nihil aliud significat, quod Dauid esse psalmi auctorem. Habet autem titulus hic in Hebræo hoc modo: *לְדָוִד עַל שִׁשְׁבַּע הַלְּלוֹתָיו*. D. Hieronymus trāstulit, Victori pro lilijs Dauid. Porro quemadmodum iuxta translationē Septuaginta, per finem intelligimus Christum, quod is sit finis & consummatio nostra, ita eundem victoris noie intelligimus, tum quod pro nobis vicerit illum malū, tum quod in muscæ illius spiritualis certamine precellētissimus extiterit victor, factusque sit in dē prefectus & antistes oim eorum qui spiritualibus canticis certatim deū collaudēt. Per lilia quoque eosdem intelligimus, quos iuxta translationē Septuaginta per eos qui commutabuntur, etiam si non eadem per omnia ratione. Quæ sit ratio commutationis illius, iam dictum est. Lilia verò dicuntur propter innocentie candorem, & bonorum operum fragrantiam. Diuus Hilarius commutationem cum liliorū natura coniunxit, his verbis: In his autem qui commutabuntur, euangelicæ spei fideles significari docuimus: quod aut ex legis obseruatione, aut ex gentis impietate ad cognitionem Dei demutati, tanquam renascētes, incor-

ruptæ æternitatis candore florent: quod id ipsum psalmi sine trāstabitur. D. Hieronymus ad Demetriadem de virginitate seruanda scribens, per lilia virgines intelligit. Cæterum diuus apostolus Paulus ad vniuersam Corinthiorum Ecclesiam ait: Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Huius virginis membra sumus omnes, si casta fide & moribus incorruptis Christo adheremus. Diuersitas translationum, dum Septuaginta, *עַל שִׁשְׁבַּע הַלְּלוֹתָיו*, hoc est, pro his qui commutabuntur: alij, pro lilijs transferunt: in dē accidit, quod non cōuenit inter interpretes de etymologia nominis *לְדָוִד*: quod Septuaginta retulerunt ad verbum *לְדָוִד*, tanquam ad originem suam: hoc autem significat commutare: alij ad nomen *לְדָוִד*, quod significat sex. Hinc D. K. putat *לְדָוִד* dictū esse liliū, propter foliorū nūerū.

DE ARGUMENTO PSALMI.

Hæc de titulo, nunc ad argumentū psalmi: nam ex cuius rei gestæ occasione hūc scripserit, nihil certi habemus. Ex Iudæis plerique, de populo Iudaico in Babylonica captiuo cantatum putant. Eodē refert Euthymius. Neque nos hanc sententiā rejicimus, sed ita, vt rerū futurarū figurā in ea agnoscamus. Nos enim ex Euangelistarū & apostolorū scripturis, quas suis locis inter explicandū psalmū indicabimus, certō cognoscimus totum psalmū pertinere ad Christum, nūc sub sua ipsi vt capitis, nunc sub membrorū psona loquentē, & ex afflictionū angustijs clamantē ad patrē, quas per allegoriā aquarū significat, id quod ipse psalmus manifestē ostendit. Causam quoque harū afflictionū sibi extitisse indicat zelū erga domū dei, hoc est, ecclesiam. Ex his itaque implorat auxiliū patris, tractās interim commiserationis locos, summā innocentiam in extrema miseria: amorē suū & fideliā erga patrē: hostiū multitudinē, p̄tinaciā, & crudelitātē. His iustas penas iustaque supplicia imminere, sub imprecationis figura, prophetico more vaticinat. Postremō exultat in spū, quod videat se exauditū liberatumque: iri, atque omnia quæ petit, consecuturū, maximè verò quod domus illa dei, cuius zelo hæc patitur, in summo vigore & bonorū abūdātia futura sit. Quarū rerū grā ad gratulādū sibi, ac deū patrē laudandū, cælū, terrā, & oēs creaturas inuitat.

EXPLICATIO PSALMI.

*Salmum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animā meā.* Aquarū noie in scripturis diuinis varia intelligēda veniunt. Aquæ quas vidisti, (inqt in apocalypsi) vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & lingue. Apud Zachariam verò, cum ait, Emisti victos tuos de lacu, in quo non est aqua: per aquam

2. Cor. 11

Apoc. 17

Zach. 9

con.

consolatio intelligitur, aut secundum diuum Hieronymum, misericordia. Noster hic propheta Psal. 22. ubi ait: Super aquam refectiois educauit me, per aquam, dona spiritus sancti intelligit. Similiter Iohan. 4. Dñs Iesus ipse, cum ait ad mulierem: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viua. Hic per aquam intelligit spiritum sanctum. Sed neq; tam dulces, neq; tam saltares sunt aquae de quibus hic canit propheta, cum ait, quonia intrauerunt aquae vsq; ad animam meam. Hic enim per aquas inundationem afflictionum intelligit, de quibus etiam in alio psalmo: Libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Has aquas propheta sub persona Christi, secundum naturam humanam, in passionu tormentis constituti, clamat intrasse vsque ad animam suam, hoc est, vsq; ad mortis periculum. Eodem significatu de membrorum corporis mystici afflictionibus aquae haec possunt intelligi, in similibus persecutionum tormentis constitutorum: qualia fuerunt tormenta martyrum, atq; id genus innumerabilia quae patiuntur sancti DEI in hac vita: ex quibus vnusquisq; nostram, quotiescunq; irruunt, clamare potest ad Dominum: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae &c. Quintam idem facere possumus, cum inciduat tentationes a voluptatibus carnis, & illecebris huius mundi, quibus animae multo etiam grauius periculum est, quam ab illis persecutionum atq; dolorum afflictionibus. Intelliguntur autem etiam in scripturis diuinis illae voluptatum illecebrae aquarum nomine, vt apud Ieremiam: Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? Increpat enim illic Iudaeos dominus per prophetam, quod cum eos singulari beneficio suo ex barbararum gentium captiuitate ereptos liberauerit, ipsi tamen per execrandas concupiscentias carnis suae respexerint ad delicias & voluptates illarum gentium, malentes in eis facere ac duram seruitute seruire, q̄ sequi dñm, ad beatissimam libertate, regnaq; caelestia vocantem ac perducentem. Vnde Hieronymus Varlenius, doctus ac pius psalmoru interpret, mauult hunc locum psalmi de his aquis interpretari. Cui interpretationi ait suffragari sequentem versiculum, Infixus sum in limo &c. Nam limus, inquit, profundus, vocat vetera peccata, quae longa consuetudine tam familiaria nobis facta sunt, vt in naturam quandam transierint: quibus ita insigimur & inhæremus, vt ægerrime hinc extrahamur: in quibus benè dicit non esse substantiam, hoc est, solidum ali-

Psal. 124.

Jer. 2.

quid & firmum, in quo subsistamus: quia semper ex vno peccato in aliud grauius pertrahimur: vnde supra gratulabundus cecinit: Eduxit me de lacu miseriae & de luto fecis, & statuit super petram pedes meos. Sic igitur dum primum hunc huius psalmi versum interpretamur, etiam secundam sententiam aperimus, qui sic habet:

*Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Qui per imprudentiam aquas ingressi, incidunt in loca coenosa, cedente pedibus coeno, demerguntur, & ipsi coeno infixi pereunt. Ita planè res habet cum voluptatibus carnis: quibus dum se stulti cupidique; permittunt homines, ita insiguntur, vt nemo eos inde queat extrahere: & paulatim demersi, miserabiliter pereunt. Hoc etiam poeta nobis loti & poculorum Circes allegorij adumbrarunt. Primi nostri parentes decepti a serpente, gustarunt de vetito fructu. Hic sicut primus in has lethales aquas descendit. Quo facto, illico subsidentibus pedibus, & nusquam inueniendis solum in quo subsisteret, demersi sunt, & infixi limo profundi, & supra capita eorum coeuntibus aquis, ita cum omnipositeritate sua perierant, vt nulla creatura illos inde posset extrahere ac recuperare: donec ipse filius Dei, miserum tam lamentabilem miserorum interitum, sese in has aquas demitteret, & miserum hominem, ita demersum & infixum assumeret, atq; ex illo limo profundi extractum, in siccum ac solidum constitueret. In has aquas ita demersus, & huic limo, pro sua inenarrabili in nos charitate, & amoris ardore incomprehensibili, lubens ac volens ita infixus ipse filius Dei, vt iam etiam necessarium illi esset in anima sua pati, & in corpore mori, necessitate, inquam, nulla coactione, sed sua sponte, nostri amore, assumpta, clamat ad Deum patrem, tum p̄ semetipso iam ita demerso & infixo, & in angore mortis constituto, tum pro toto corpore suo mystico, membrisque; vniuersis, neq; p̄ his quidem & in his clamare desinit adhuc, ad ipsam vsq; seculi consummationem, donec nos omnes hinc extraxerit, & in solida petra iuxta se in regno patris constituerit. Quid autem clamat? Hoc nimirum, quod hic legimus in propheta, Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae vsque ad animam meam: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Ecce iam vident studiosi, quae sit horum verborum sententia: & quomodo ea nos ipsos comprehendat, vt discamus agnoscere beneficium in nos filij Dei, etiamnum in nobis habitantis, & p̄ nobis clamantis, vt & nos in eo per fidem manentes, ipsi quoque non desinamus clamare, donec omnes extracti ex hoc limo,

Psal. 119.

Vide p. Sont. di. 4.

mo, & ex aquarum inundatione in terram patriae caelestis educi, ipsum q̄ nos extraxit atq; eduxit Dñm Iesum Christum, vna cum deo patre & spiritu sancto, de nostra salute laudemus in æternum. Pergam ad sequentem versum, si prius admonuero, pronomen *meam*, in fine primi versus apud Hebraeos non haberi, sed tantum *וְאֵי*. Hoc est, vsque ad animam. Et quod in fine secundi versus ait, & non est substantia: per substantiam, intelligi solum seu fundum, in quo quis possit consistere. Hoc manifestius indicat verbum hebraicum *וְאֵי* à verbo *וְאֵי*, quod significat stare: Graeca translatio habet *in sauis*. Iam pergò.

*Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Altitudine maris, profunditates aquarum dicit, quomodo ex Hebraeo ad verbum sonat. Est autem eadè cum superioribus sententia, expolitionis genere, quod verborum commutatione fit, tractata, ad exprimendum periculi magnitudinem, atque doloris angustiarumque, necnon ipsius mortis iam imminenti, tormenta. Tempestatis metaphora, vehementissimam persecutionis vim exprimit.

*Laboravi clamans: rauce factae sunt fauces meae: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.* Hoc est, ingenti cum labore ad te clamaui, auxilium tuum in tantis periculis & angustijs implorans, adeo vt vsq; ad rauim exaruerint fauces meae: dumq; tu istud differs, & ego assidue cum ingenti desiderio prospiciens expecto id ipsum, etiam ipsi oculi iam defessi deficiunt me. Hoc enim significat, quod ait: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum, nempe dum prospiciens expecto auxilium à Deo meo: Hebraicè *וְאֵי לַאֲוִי*, Hieronymus reddidit, expectantes Deum meum: ad verbum sonat, ab expectando Deum meum: nimirum vt mihi auxilio veniat. Hæc autem in carne sua pro nobis passus est Dominus Iesus, quædò in acerbissimis tormentis pendens in cruce clamauit: Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum, Psal. 21. & Matth. 27. Tametsi Diuus Augustinus mauult hæc in persona membrorum, q̄ capitis, dicta accipere: nihil tamen vetat cum Diuo Hilario etiam de capite intelligere.

*Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* Multitudinem innumerabilem hostium suorum his verbis exprimit: & q̄ nullam habeant inimicitie aut odij aduersum se causam, duplici ratione pathos excitans. Posterius hoc significatur aduerbio, *gratis*, hoc est, sine causa.

*Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui, tunc exoluebam.* Versus hic apud Hebraeos non est diuisus à superiore, sed vnus continuus cum eo: vt sit vna integra periodus, tribus membris constans. Græcè dixeris. Neq; sententia ab illo differt, quod obseruauit & monuit Augustinus. Nam quod illic ait, multiplicati sunt super capillos capitis mei: hic dicit, Confortati sunt: quod illic, qui oderunt me gratis: id hic, inimici mei, qui persecuti sunt me iniuste. Hæc tanq̄ epiphonemate concludit, dicens: Quæ non rapui, tunc exoluebam. Hoc est, penas dedi de peccatis, quæ nunquam admisit. Nò enim pro suis, sed nostris peccatis hæc omnia perferens, mortuus est. Verbum exoluebam, apud Hebraeos futurum est *וְאֵי*, hoc est, reddam, siue exoluam. Sed in huiusmodi prophetæ non obseruant tempora: quod sæpè monuimus: & cum hæc scriberet Dauid, adhuc quidem futura erant: sed hoc, vt dixi, prophete non curant.

*Deus, tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.* Quid hæc verba sibi volunt? Quenam potest esse insipientia eius, qui ipse est sapientia patris æterni? aut quenam eius delicta, qui nullum vnq̄ fecit peccatum, nec est inuentus dolus in ore eius? Nonnè ipse est ille ad quem venit princeps huius mundi, & in eo non inuenit quicquam? quenam igitur est illa insipientia eius Deo nota, aut quæ delicta eius, Deo non abscondita? Bisariam hæc interpretari possumus, & vtrunq; verè. Aut enim hic est sensus: O Deus, tu scis, an vlla in me sit insipientia aut stultitia, vt huius errore deceptus in has afflictiones inciderim: vt vulgus hominum solet: & an vlla patrauerim scilera, ob quæ iuste hæc patiar: quod, inquam, neutrum horum mihi sit causa horum dolorum, tu nosti, quippe qui nosti me ab vtroq; esse liberrimum purissimumq;. Aut, O Deus, tu nosti quæ sit hæc insipientia mea, & quæ delicta, ob quæ hosce tam graues dolores patior: nempe quod à me profecta hæc patraue nò sint, sed ab vniuerso genere humano in me ad expiandum recepta. Nisi malimus ita accipere, vt loquatur Christus caput, in persona membrorum. Verum hoc cum illo in eundem finem, eandemq; sententiam redit.

*Non erubescant in me, qui expectant te Domine, Domine virtutum: Non confundantur super me, qui querunt te Deus Israel.* Hic quoque vnus est continuus versus apud Hebraeos, seu potius vna bimembris periodus. Inuocat autem his verbis Deum patrem propheta sub persona Christi, orans vt ratam faciat spem & expectationem eorum, qui ab initio mundi, post lapsum seu ruinam generis humani, sperarunt

Iohan. 14.

Iohan. 8.

& expectarunt eiusdem instaurationem per promissum Messiam, hoc est, ipsum Christum filium dei. Nam quod apud Iohannem de Abraham dicit ipse Dominus, Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum: & vidit, & gauisus est: hoc de omnibus illis sanctis patriarchis & prophetis intelligendum est, & quotquot in veterum Christum crediderunt atque sperarunt. Erubuisse autem, & confusi fuissent omnes illi, nisi per acerbissimum crucis supplicium, morte ignominiosissima mortuum, Deus per resurrectionis gloriam reuocasset in vitam, faciens eum primitias dormientium, ut quemadmodum in Adam omnes morimur, ita in Christo omnes viuificemur. Primitias Christus, inquit, Apostolus 1. Cor. 15. deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt. Erubescere & confundi ceperunt illi, qui ad ipsum iam rediit, sed sibi ignotum, dixerunt: Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Sperauerat quidem illi hoc: sed cum vidissent illum in tantis cruciatibus mortuum, desiderat sperare, & ceperant erubescere atque confundi, quasi spe sua decepti. Cum autem in fractione panis, post dulcissimum illud colloquium, agnouissent iam rediit, tunc illa tristis confusio versa est in letissimam gloriam. Harum rerum haec est praecatio pariter & propheta. Nam quaecumque prophetae sub Christi persona precantur, eadem propheticis spiritibus sic, ut precantur, euentura significant. Impossibile enim est, ut pater a se repellat illius filij preces. Et exauditus est, inquit, Apostolus, pro sua reuerentia. Quemadmodum autem tunc in semetipso ut capite clamavit haec ad patrem, ita etiam eadem clamat per spiritum suum in corpore suo mystico, quae est Ecclesia, usque ad consummationem seculi. Nam & haec in afflictionibus & pressuris inenarrabilibus, quas nunc ab idololatris tyrannis, nunc a seditiosis haereticis, nunc ab alijs pseudochristianis patitur, qui sub nominis Christi professione, per turpitudinem vitae dedecori sunt matri Ecclesiae, merito clamat ad Deum patrem: Non erubescant in me, qui expectant te nomine &c. Quod magis autem commoueat ad exaudiendum se patrem, subiicit expositionem eorum quae patitur, dicens:

Hab. 5.

*Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* Diuus Augustinus admonet, non esse magnum, si quis opprobria sustineat propter semetipsum, hoc est, peccata sua opprobrijs digna: sed si quis innocens haec patiat propter Deum, quod huius mandato obtemperauerit. Sic & Diuus Apostolus Pe-

trus scribit, etiam ab Augustino in hunc locum citatus: Quae enim est gloria, inquit, si peccantes & colaphizati suffertis? Sed si bene facientes patienter sustinetis, haec est gloria apud Deum. Porro opprobrium sequitur faciei confusio, dum quis haec audiens, pudore & rubore perfunditur. Tametsi Diuus Augustinus in partem ferè contrariam hoc interpretari videtur. Legit autem, operuit irreuerentia faciem meam: & interpretatur in hanc sententiam: non puduit me propter te haec audire: Quasi dicat: perficis frontem propter te, ut non puderet me propter te tolerare conuicia. Sed secundum priorem sententiam interpretat Hilarius: cui magis consonant Hebraei, nec non expositio Chaldaica.

*Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meae.* Fratres suos, & filios matris suae, Iudeos dicit: cum quibus secundum carnem vnum habebat patrem, nempe Abraham, & vnam matrem Saram. Illis autem fratribus factus est extraneus, quando noluerunt eum agnoscere: ut cum ad illum qui fuerat caecus, & beneficio Christi receperat visum, sic loquuntur apud Iohannem: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus. Hunc autem nescimus unde sit. In ipsum autem filium Dei, ecce quanto stomacho inuehuntur: Nonne bene dicimus nos, inquit, quia Samaritanus es tu, & daemonium habes? Unde & ipse Euangelista cap. 1. ait: In propria venit, & sui eum non receperunt.

*Quoniam zelus domus tuae comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Etiam hanc prophetiam apud Iohannem impletam legimus, ubi narrat, quomodo ingressus templum, vendentes oves & boues & columbas, & numularios inde eiecerit, seuerissime illos increpans, quod domum patris sui facerent domum negociationis, & ut caeteri Euangelista commemorant, speluncam latronum. Tunc recordati sunt discipuli eius huius loci, ut refert Iohannes, nempe quod hic David, spiritu prophético afflato, scriptum sit: Zelus domus tuae comedit me. Quod autem ait, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, hoc quoque de Domino Iesu Christo dictum esse, ex apostolo Paulo Roma. 15. discimus, ubi sic scribit: Etenim Christus non sibi placuit: sed sicut scriptum est, impropria impropantium tibi ceciderunt super me. Omnes omnium sceleratorum hominum in Deum iniuriae & blasphemiae ceciderunt in Christum. Is illa omnia in se recepta pertulit.

*Et operui in ieiunio animam meam, & factus est in opprobrium mihi.* Ex Euangelio notum est,

est, quod Christus quadraginta dies & noctes ieiunauerit. Hoc ieiunium fuit ei in opprobrium, ut inquit Diuus Hieronymus, quando per esuriendi opprobrium usque ad adorandi Satanæ contumeliam tentatus est. Sed est ieiunium non solum corporale, verum etiam spirituale, quo homines verè pij esuriunt & sitiunt iustitiam & salutem, non solum suam, verum etiam totius generis humani. Et hoc ieiunio perpetuo animam suam afflixit Christus, quando precibus ad patrem suis, vigilijs, lacrymis, assiduis docendi laboribus, ac tandem supplicio crucis, hoc agebat, ut abolito peccato, generi humano iustitiam recuperet: qui traditus est, inquit, apostolus, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Hoc genus ieiunij nobis quoque commendauit, cum diceret, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Ad hoc ieiunium preparat nos, & expeditos reddit illud corporale: qui vel precipuus eius est fructus. Unde quicumque in ligni aliqua sanctitate in Ecclesia Dei claruerunt, ab utroque hoc ieiuniorum genere commendantur. Hoc iam latissime explicari, & exemplis ipsis, quae prorsus innumerabilia sunt, demonstrari poterit: sed non est huius instituti.

Rom. 4.

Matth. 5.

Iohan. 9.

Iohan. 8.

Matth. 11.

Marc. 11.

Luc. 19.

Matth. 5.

Quod nostra haec translatio in principio huius versu habet, Et operui in Hebraeo est, *וִעֲרַוְתִי*, id est, Et fleui. Unde Diuus Hieronymus transtulit, Et fleui in ieiunio animam meam. Et consonat paraphrasis Chaldaica. Septuaginta verterunt ac si legerint *וִעֲרַוְתִי*. Hoc enim significat, & operui. Omnia autem haec apud Hebraeos, quemadmodum & apud caeteras gentes, coniuncta sunt cum luctu, fletu, operire faciem, ieiunare, prolixis vestibus tectum pullatumque incidere. Quia verò luctus hic spiritualis maxime decet eos, qui in curam gregis dominici successerunt Christo & apostolis eius, hoc est, Episcopos, presbyteros, pastores, & caeteros huius sacri ordinis viros, factum est, ut clerus antiquitus omni habitu ad hunc luctum composito opertus incedat, quem habitum vna cum ipso luctu, vti nam perpetuo in animo & corpore circumferat, donec veniat tempus illud consolationis, de quo extat apud Matthaeum illud apophthegma Domini: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Eandem sententiam habet versus qui iam sequitur:

*Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam.* Hoc est, praeter luctus dolorisque acerbitate, quo iniurias domui tuae illatas, & populi miseras, omniumque peccata

lugebam, cilicio vestiui me. Est autem cilicium vestis, quae ex hircorum seu capellarum pilis fit, sic dicta, quod vsus eius in Cilicia sit ortus. Hinc luctu & poenitentia vti solebant.

In Hebraeo est *וִעֲרַוְתִי*, quod significat sacco. Unde alij transferunt, Et posui vestimentum meum sacco. Porro quemadmodum olim in sacco & cinere poenitentiam pro peccatis agere solebant, ita filius Dei, ut nostra peccata sua poenitentia expiaret, induit sacco carnis humanae: de qua ipsa carne scriptum est: Cinis es, & in cinerem reuertéris. Tametsi etiam sacco hic siue cilicium proprie hoc loco accipi potest, nam cum Christus mollitiem vestium palam reprehenderit, credibile est eum asperis vestibus in corpore suo usum esse. Et factus sum illis in parabolam, hoc est, ludibrium. Nam cum esset Messias, Rex ille Iudeorum, ante tot secula populo à Deo promissus, illi carnales & praeter carnem nihil sapientes, indignum putabant, tantum Regem tam viliter, fordidè, aspereque vestiri. Idcirco noluerunt eum agnoscere, & in contumeliam & ludibrium exuerunt eum vestibus illis vilibus & lugubribus, & induerunt eum chlamyde purpurea, & loco sceptri dederunt ei in manum arundinè: flexoque genu salutauerunt illum per ludibrium regem Iudeorum, quasi dicerent: si vis esse rex, non oportet te tam fordidè, sed more regio vestiri. Eadem fuit causa, quod imposuerunt capiti eius coronam spineam: quia moris est, reges coronari. Has fannas, has contumelias nostrae salutis causa pertulit Dominus Iesus Christus. Proinde ne pudeat nos similia pro illius nomine pati. Gestat aliquis pius religiosusque sacerdos rasum verticem, in symbolum ac memoriam regalis illius sacerdotij, quo nomine Christi fungitur: & audit haereticum acclamantem: Quod vadis rase? quod sacrificule Papista? ne erubescat haec pro nomine & gloria eius, cuius sacerdotio fungis, patienter tolerare. Incedit aliquis pro ratione sui ordinis ita vestitus, ut placuit Ecclesiae suos sacerdotes perpetuum luctum, propter afflictiones ipsius Ecclesiae, dum in hoc mundo peregrinatur, & eos qui obiter de grege, cuius ipsius cura est commedata, rapiti à lupis, intereunt, lugentes vestire: & audit haereticum acclamantem, Quod vadis Papa? Quod sacrificule? Quod hypocrita? Quod lupe? ne erubescat, ne pudeat haec pro gloria, nomine, & Ecclesia illius pati, qui pro nobis posuit vestimentum suum cilicium, & factus est talibus Sannionibus in parabolam. Hoc autem curet, in hoc labore, ut ea quae CHRISTVS ac sponsa eius Ecclesia hoc habitu voluerunt significari, ea ipse in animo & opere fideliter praestet.

Gene. 3.

Matth. 23.

Nam aliqui non immeritò audièrit, Hypocrita.

*Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum.* Huius versùs interpretationem libet mihi ascribere ex commentarijs eruditissimi viri Hieronymi Varlenij Syluij, in celebri Iohannitarum domo sacrarum literarum professoris. In portis, inquit, olim apud Iudæos exerceri solebāt iudicia publica. Vndè illud prouerbiorum vltimo, Nobilis in portis vir eius, quandò federit cum senatoribus terræ. Et illud Prouerb. vigesimosecundo: Neque conteras egenum in porta, hoc est, non opprimas pauperem in publico iudicio. Sic hoc loco per eos qui sedebant in porta, scribas, legisperitos, principes sacerdotum & pontifices Iudæorum intelligimus, qui causas discernebant, & in publico iudicio aduersus omnem æquitatem necem Christo moliebantur: & hi ebrij vino malarum cupiditatum, libidinis, auaritiæ & superbiæ, cantabant & psallebant aduersus Christum, insultantes illius malis & supplicijs. Hæc Varlenius: neque alijs aut pluribus verbis opus est ad huius versùs explicationem. Illud fortassis quis addiderit, quòd etiam nūm talia patitur Christus in membris suis, quandò homines impij, hæretici, & contumeliosi in ministros Christi & Ecclesiæ eius, in luxuriosis suis & ebriosis symposijs, cantilenas effingunt, adeoque hos ipsos psalmos mysticos, quantunuis inuitos, eò detorquent, vt illudant his qui sacris operantur in domo Domini. Quid autem interea Christus? quid huius imitator & religiosus minister? Quomodò sese aduersus sales vindicat? Hoc nimirum modo, quo iam sequitur in psalmo:

*Ego vero orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.* Hoc est, dum illi tam contumeliosè in me psallebant, ego orationem meam ad te effudi. In Hebræo est apofiopepsis: verbum enim reticet propheta. *אני הבלתי לך יהוה*, Ad verbum transferre poteris, Ego autem orationem meam tibi Domine. Ad sententiam verò eleganter transtulit Diuus Hieronymus, Mea autem oratio ad te Domine. Græca translatio habet in datiuo significatè modum: *εγω δε τῆ προσευχῆ μου προς σε κειμαι*. Hoc est, ego autem oratione mea ad te Domine: vt subintelligas, confugi: aut simile aliquod verbum. Hoc & nos à Domino & præceptore nostro IESV Christo discamus, vt quotiescunquè persecuciones & opprobria propter illum patimur, orationibus nostris ad ipsum confugiamus.

Quod ait, Tempus beneplaciti, hanc habet sententiam: Adest iam illud tempus, quo tibi placuit, vt ego hoc prælio cum hoste pro salute generis humani cōgrediar. Quamobrem auxilium tuum implorantem exaudi. Sic apud Iohannem cap. decimosextimo, iam in hoc prælium descensurus cum hoste, sublati oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Quod hîc dicit, tempus beneplaciti: ibi dixit, venit hora. Orationem autem hanc, qua confugit ad Dominum, persequitur his verbis:

*In multitudine misericordie tuae exaudi me, in veritate salutis tuae.* Hic versùs apud Hebræos à superiore non est diuisus, sed vnus cum eo. Quia verò pro salute generis humani hæc deprecatio fit, cuius peccatorum immensa est multitudo, misericordie quoque multitudinem, tanquàm medicinam, contra hos morbos & hæc vulnera implorat. Promiserat autem Deus multis modis & temporibus ab initio mundi, se sanaturum hæc vulnera per sanguinem vnigeniti filij: huius promissionis veritatem nunc declarari petit.

*Eripe me de luto, vt non infigat: libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.* Per luto, afflictionum & mortis angustias intelligit, atque omnia illa quæ per illud quod supra dixit: Infixus sum in limo profundi, & nō est substantia. Ex his eripi petit. Ibi etiam dixit: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me: cui respondet quod hîc ait, Libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum. Pro libera me, in Hebræo est *הצילני*: hoc est, liberer: sed eadem est sententia cum eo quod nos habemus.

*Non me demergat tempestas aqua, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.* Nihil est opus hîc repetere, quid his metaphoris seu allegorijs significetur. Omnia iam antè sunt explicata. Quòd autem illic dixit, Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me: hîc autem orat, nē demergatur à tempestate: hæc vident redolere pugnantiam quandam. Sed nihil est pugnae, si rectè intelligantur partes. Ibi significauit, se descendisse quidem in hæc mala & has miseras propter genus humanum, vt hoc hinc extrahat: hîc autem orat, nē ipse quoquè sic demergatur, vt non queat hinc emergere: sed vt eam virtutem sibi det pater, vt & ipse emergat, & eos propter quos huc sese immerfit, secum extractos educat. Vndè in fine versùs ait: Neque vrgeat super me puteus os suum: hoc est, nē in hoc puteo, in quem ad extrahendum

dum genus humanum descendi, concludar: nē remaneat apud inferos anima mea, neque corpus in sepulcro. vndè & alibi dixit: Quoniam nō derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Psal. decimo quinto. Pro eo quod hostra translatio habet, tempestas aqua: Hebraicè est *שׁוּבֹלֵת מַיִם*, id est, vnda seu inundatio aquarum: quod autè, vrgeat: in Hebræo est *תִּצְרֶנִּי*, id est, claudat. Possunt etiam hæc cuius nostrum accommodari, moraliter pro se deprecanti Dominum in hanc sententiam: O Domine, tu serua me, nē tempestas tentationum demergat me: neque absorbeat me profundum peccatorum: neque puteus ille mulieris alienæ, vrgeat, hoc est, concludat super me os suum. Nam de profundo illo peccatorum dixit Salomon: Impius, cum venerit in profundum, contemnit: sed sequitur illum ignominia & opprobrium. De muliere autem aliena, id est, secta hæretica, idem: Fouea profunda est meretrix, & puteus angustus os alienæ.

*Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice me.* In hoc versu nihil est obscurum. Quod noster interpretes dixit, benigna: in Hebræo est *רַחֲמֵי*, in translatione Græca *κρηδία*, quorum vtrunque significat, bona. Augustinus & Hilarius legunt, suavis: & hoc quidem admodum commode ad sententiam. Quanto enim grauiores & acerbiores sunt afflictiones, tanto suauior est superueniens misericordia, quæ ab his liberat afflictum. Quod ait, Secundum multitudinem miserationum tuarum, respectu suarum afflictionum ait, quas multas & graues esse hoc verbo significat.

*Et nē auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor: velociter exaudi me.* Auertunt faciem, qui preces auersantur. Deprecatur igitur, nē se precantem, & auxilium implorantem auersetur Deus. Se autem per humiliationem puerum, hoc est, famulum, appellat, quod clarè indicat verbum Hebræum, *אֶבְדְךָ*, id est, à famulo, siue seruo tuo. Nam cum esset vnigenitus filius DEI, & vt ait Apostolus, in forma Dei, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem DEO: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Ecce, in hoc habitu hîc apud prophetam loquitur, vt homo in acerbissimis afflictionibus positus auxilium Dei implorans. Quoniam tribulor, inquit, hoc est, grauiter affligor: ve-

lociter exaudi me. Quasi dicat, nimis enim vehemens est afflictio mea.

*Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.* Quod noster interpretes dixit, Intende animæ meæ: Græcus, *προσχευε τῆ ψυχῆς*: id in Hebræo est, *סְרַבְתָּ לִּי נַפְשִׁי*, quod ad verbum sonat, Accede ad animam meam: est autem idem ac si dicas Latine, Adesto animam meam, & libera eam, inquit. Quid autem est quod addit, propter inimicos meos eripe me? Quare non propter seipsum potius, & amicos suos eripi petit, quam propter inimicos? Non sinè magna admiratione hoc querit Augustinus, & per multa quæstionem circūducit. Posset videri, idcirco, propter inimicos, vt hi videant se frustra machinatos esse perditionem eius, ac doleant. Sed hæc non est sententia. Neque enim immensæ & incomprehensibilis illius mansuetudinis ac bonitatis Domini nostri IESV CHRISTI est, neque eorum qui huius aguntur spiritu, voluptatem capere ex alienis malis. Quamobrem propter inimicos meos, sic accipe, nē hi in errore suo & malitia perseuerantes pereant: sed videntes potentiam tuam & voluntatem in me liberando, respiciant, & penitentiam agentes, salui fiant. Tanta est benignitas Domini nostri.

*Tu scis improprium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.* Improprium dixit interpretes noster, quod alij, opprobrium. Sensus est, Tu, ô DEVS pater, nôsti quàm acerbæ & atrociæ mihi exprobrent crimina: qualia sunt, quòd publicanorum & peccatorum amicus sim: hos amem ac foueam: quòd populum ad seditiones excitem, tributa Cæsari pèdere prohibeam, me ipsum regem cōstitutam, dæmonium habeam, in DEVM blasphemus sim. Neque ignoras, ô pater, quanta sit homini confusio, quàm grauis, acerbus, & intolerabilis pudor, quòd quantunuis innocens, tamen tanquàm nocens ad talia obmutescit, neque ipse sese aduersus tam atrociæ defendens, neque amicum aut patronum habens, qui pro se loquens innocentiam defendat: sed tanquàm homo sceleratissimus, iudicio publico condemnatus, ad supplicium omnium ignominiosissimum, inter latrones, ex infami ligno, patibulo crucis suspensus, in conspectu omnis populi, exprobrationibus, conuicijs, & cōtumelijs, certatim sibi vndique insultantibus hostibus. Hæc quàm acerbò dolore, quàm graui pudore, generosi & innocentis animi hominem perturbent atque confundant, tu pater, qui nôsti omnia, minimè ignoras. Hoc autem non est dissimulandum, quòd noster interpretes tertium illud membrum non satis



commodè vertit, & reuerentiam meam: cum Græca translatio habeat, *καὶ τὴν ὑποταξὴν μου*: Hebræus autem codex, *וְהַיְשׁוּבָה*, hoc est, & ignominiam meam:

*In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improprium expectauit cor meum & miseriam.* Apud Hebræos ita distinguitur, vt prior pars huius versûs, finis sit præcedentis: & posterior, sequentis initium. Verùm hoc nõ ita multùm, hoc quidem loco, nobis obscurat sententiam. Ad huius itaque explicationem nos cõuertamus. Non est obscurum quid significet quod ait, In conspectu tuo sunt omnes qui tribulāt me: nempe, Tu pater, cuius oculi omnia intuentur coram, palam vides hos omnes hostes meos, quàm multi sint, & quàm crudeles, qui mihi has afflictiones & contumelias inferunt. Interea verò cor meum nusquam inuenit cõsolationem in his: sed quocunquẽ conuerti oculos, nihil vidi quod expectare possem, præter opprobria & afflictiones. Cæterùm huius posterioris membri verba paulò aliter ex Hebræo sonant, quàm hæc nostra translatio habet. Noster interpretes transtulit, vt videmus: Improprium expectauit cor meum & miseriam. Ex Hebræo verò ad verbum transtuleris: Opprobrium contriuit cor meum, & dolui. Contriuit, hoc est, supra modum afflixit.

*Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: qui consolaretur, & non inueni.* Sustinui, hoc est, expectaui, seu desideraui. Diuus Augustinus quærit, quid sibi velit propheta his verbis, cum constet Petrum cæterosque discipulos vehementer cõtristatos esse morte domini, & Mariã Magdalenam, aliasque mulieres, cū multis lachrymis eum prosecutas. Maria quocunquẽ mater, & Iohannes Apostolus adstiterunt in cruce pendenti, idque haud dubiè in contristatione & compassione acerbissima. Hanc quæstionem ita soluit, vt dicat, illorum tristitiam fuisse carnalem, propter carnalem domini mortem: tristitiam autem Domini fuisse spiritualem, propter eos quos vidit per incredulitatem induratos perituros, cum ipse salutis omnium causa hæc perpeteretur. Atque huius spiritualis tristitiæ illum nullum habuisse socium. Arnobius putat his verbis significari, quòd sola humanitas Christi sustinuerit afflictiones has, à Deitate veluti destituta: quòd in hanc nullè afflictioes cadere possint. Vtraque expositio arguta est, & piã habet sententiã. Puto tamen etiam simplicius exponi posse, vt per hyperbolen prophetam locutũ esse intelligamus: sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: hoc est, in tam innumerabili multitudine eorum pro quibus ego hæc patiebar, vix paucissimi erant, qui mecum contristarentur.

Quinetiam cum secederet in hortũ oraturus, & iã inciperet contristari & mœstus esse, adeò vt diceret, Tristis est anima mea usque ad mortem: & assumpsisset tres duntaxat discipulos secum, vt secum vigilarèt & orarent, illi dormierunt. Vnde ex postulat cum eis, ait: Sic nõ potuistis vna hora vigilare mecum? Huc mihi quidem videntur commodissime posse referri verba prophetę.

*Et dederũ in escam meam sel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Hęc ita in dño Iesu facta esse, clarissime narrat Euangelistã, præsertim Matthæus, Marcus, & Iohannes: vt non sit opus vt nos hoc latius explicemus.

*Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.* D. Hilarius doctissime nobis hunc versum explicans, admonet duplicem nobis mēsam in sacris literis cõmendari: vna est sacrificiorum, de qua loquitur Paulus 1. Cor. 10. cum ait: Non potestis mensę Dñi participes esse, & mensã dæmoniorũ. Altera cælestis doctrinæ, de qua hunc ipsum prophetã locum idem apostolus interpretatur Rom. 11. de Iudæis loquens his verbis: Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, usque in hodiernum diem. Et David dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum &c. Fit autem illis mensa scripturę diuinę in laqueum, quandò carnaliter eam interpretãtes, à nobis, qui spiritualiter eam interpretamur, per eandem scripturam conuincuntur, quòd filium Dei, tot prophetarum oraculis promissum, tot sacrificiorum ac cõseremoniarum figuris depictum, ac tandẽ ad se missum, noluerint recipere: sed cruce etiam affigẽtes occiderint, Pro qua tam impia crudelitate hoc eis iusto iudicio Dei iam retribuitur, vt ille qui nobis est Dei virtus, illis sit scandalum, hoc est, lapis in quem offendentes corruant.

*Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.* Hoc est, Auferatur illis omnis intellectus mysticę huius scripturę: vt dum carnales carnaliter eam interpretantur, & spiritum libertatis non recipiunt, sub iugo seruitutis maneat, atque onera legis, à quibus, se liberatorem ad se missum recipere voluissent, liberi esse potuerunt, perpetuò in incuruato suo dorso perferant. Hoc est, enim quod ait: & dorsum eorum semper incurua.

*Effunde super eos iram tuam, & furor irę tuę comprehendat eos.* Iram, & furorem irę, non illos motus & perturbationes in Deo intelligere debemus, quos videmus in hoibus iratis: nam hos ne in virũ quẽ sapientẽ incidere philosophi phibent: sed iustã, grauẽ, & horribilẽ vindic-

vindictam. Quæ tunc in eos grauissimè est effusa, quandò Vespasianus ac Titus urbem eorum, post diurnam obsidionem, atque omnibus seculis inauditam famem, expugnãrunt, omnia deuastãrunt, templum, in quo maximè gloriabatur, funditus diruerunt: ipsos Iudęos, partim immani trucidatione occiderunt, partim in durissimam captiuitatem abductos, & patrijs sedibus exturbatos, per totum mundum disperferunt: vt usque in hodiernum diem nẽ tantum quidem terrę habeant, vbi pedem ponere possint, quod suum dicere queant.

*Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculo eorum non sit qui inhabitet.* Hierosolyma vastata, nemo Iudæorum illic relictus est, qui eã instauraret ac habitaret. Itã habitatio eorũ facta est deserta. Singulorum etiam Iudæorum domus, quæ hęc tabernacula dicuntur, funditus diruta, suos habitatores amiserunt. Hinc iam sequuntur tres versus, quorum duobus præposita in primo ratione, adimit illis perditis sua ipsorum malitia Iudæis, omnẽ respiscendi recuperandi que salutem spem. Hos tres simul nobis interpretandos proponemus.

*Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnere meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Deleantur de libro viuẽtium, & cum iustis non scribantur.* Deus pater percussit vnigenitum filium suum inenarrabilibus dolorũ vulneribus, ac tandẽ ipsa morte, puniens in eo peccata nostra. De hac percussione etiam alij prophetę multa prophetãrunt. Zacharias inquit, Percutiam pastorem, & dispergerunt oues gregis. Esaias autem, Verẽ languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, &c. Percussit eum Deus, quandò mortali hac carne indutum, doloribus & morti subiecit: & à crudelissimis hominibus itã flagris dilacerari, & morte crudelissima occidi permisit. Illi verò immanissimi, nulla misericordia erga percussum cõmoti, contumelios etiam & ludibrijs intolerabilibus persecuti sunt. Ac ne hac quidem ratione satiata est illorum insatiabilis seuitia: sed cum audissent rediniuum à mortuis, pecunia custodes sepulcri corruperunt, vt dicerent se dormientibus furto sublatum esse. Postea verò etiam in Apostolos eius cæterosque discipulos eadem crudelitate sequebantur.

Quandò igitur manifestam innocentiam, atque tot modis sibi iam demonstratam ve-

ritatem recipere recusãrunt, sed æquẽ pertinaciter & crudeliter persecuti sunt, meritò abiecit eos à se DEVS, nec retinuit, quò minùs indiẽs longius longiusque in peccata prolaberentur, neque possent intrare in iustitiam DEI, hoc est, incorporari Christo, qui nobis, iuxta verbum apostoli, iustitia, sanctificatio & redemptio à Deo factus est, vt sic iustificati à Deo, salutem & vitam æternam consequerentur. Hinc est, quòd ait: Deleantur de libro viuẽtium, & cum iustis non scribantur. non videtur esse alius iustorum, & alium viuẽtium liber. Qui enim non scribuntur cum iustis, etiam cum viuus scribi nõ possunt. Iustus enim ex fide viuuit. Hilarius tamen argutissime de his differens, putat alium viuẽtium, alium iustorum librum intelligi posse: cum in libro viuẽtium etiam illi scripti sint, qui antea sinẽ vlla Christi cognitione piè in lege versati, omnia præscripta legis impleuerant, iuxta verbum apostoli Galat. 3. cum ait: Quia qui fecerit ea, viuuet in illis. In libro autem iustorum scribuntur, quibus iustitia Christus est factus. Maior autem felicitas est, esse scriptum in libro iustorum, de quo Luc. decimo Dominus ait ad Apostolos, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælo: quàm non esse deletum de libro viuẽtium. Felicius enim multò est, viuere iustificatum fide in Christum, quàm viuere in obseruatione mandatorum legis sinẽ Christo. Hos enim adhuc expectare oportebat quòd illi iam sunt consecuti. In libro viuẽtium scriptum esse, est esse prædestinatum ad vitam. In libro autem iustorum esse scriptum, est iam per Christum esse iustificatum. Præcedit prædestinatio, sequitur iustificatio. Posterior pars primi versûs ex his tribus, paulò aliter ex Hebræo sonat, quàm nostra hæc translatio habet, magis tamen quantum ad verba attinet, quàm quantum ad sententiam. Ad verbum ex Hebræo transtuleris: Et ad dolorem vulneratorum tuorum narrabunt. Hoc est, verbis suis dolorem vulneratorum tuorum augebunt. Hierony. transtulit: Et vt affligerent vulneratos tuos, narrabant. Hoc est, sermones suos huc intederunt ac direxerunt, vt vulneratis tuis dolorem vulnerum augerent. Iam verò postquam de horrenda reiectione ac perditione hostium Christi vaticinatus est propheta, deinceps prophetare incipit de saluatione & regno Christi, & eorum qui huic per veram fidem & obedientiam adhæserint.

*Ego sum pauper & dolens, salus tuã Deus suscepit me.* Ratione naturę suę humanę hoc dicit Dominus Iesus Christus. In hac enĩ summę se paupertati, adeò vt non haberet vbi ca-

put reclinarer, subiecerat: atque doloribus tantis, quantę in vllum hominem incidere potuerunt. Sed quia filius Dei vt Deus, dum per incarnationem suam fit homo, suscipit hunc pauperem dolentemque, fit vt ex hac paupertate atque doloribus his ereptus, non solum saluus fiat, verum etiam ad diuitias regni euehatur, vt fiat rex omnium quę in celo sunt, & quę in terra. Et quemadmodum primus ille Adam vniuersam posteritatem quę ex se nascitura erat, in illam paupertatem atque dolores secum detraxerat: ita secundus hic & nouus Adam, per aquam & spiritum e se regeneratos, secum ad regni huius felicitatem euehit. Quod noster interpres dixit, suscepit me: in Hebręo est *וְיָצִיאֵנִי*, hoc est, sustentet me, vel sustentabit me.

*Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.]* His duobus versibus Euthymius putat prophetari, quod futurum sit vt sacrificia veteris legis aboleantur, quę fiebant per immolationem vitulorum, atque aliorum pecudum: & succedat sacrificium legis nouę, non in immolatione irrationabilium pecudum, sed in confessione laudis Dei. Nam & in Psalmo quadragesimo nono dixit: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et post aliquot versus eodem pertinentes, ita concludit: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.

*Videant pauperes, & letentur: quare Deum, & viuet anima vestra.]* Quasi dicat: Diuites superbiunt in sumptuosis illis sacrificijs suis: deus vero his omnibus pręfert sacrificium laudis. Huius autem omnes, etiam pauperrimi, diuites esse possunt. Pro eo quod Septuaginta dixerunt, anima vestra: in Hebręo est *נַפְשְׁכֶם*, hoc est, cor vestrum. Sed Septuaginta simpliciter per nomen proprium translulerunt, quod propheta Hebraicę dixit per metonymiam, cor pro anima ponens.

*Quoniam exaudiuit pauperes Deus, & vinculos suos non despexit.]* Omnes paupertatem fugimus, & sectamur diuitias: & tamen scripturę diuinę vbiq; beatos pronuntiant pauperes, diuites autem infelices. Esurientes (inquit in cantico suo virgo Deipara) impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Et noster propheta in alio psalmo: Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum, non inuentur omni bono. Dominus Iesus apud Matthæum & Lucam beatos pronuntiat pau-

Psal. 33.

peres, quod horum sit regnum celorum. Diuitibus autem apud eundem Lucam dicit: *Ve, Lucę,* runtamen vę vobis diuitibus: qui habetis consolationem vestram. Huiusmodi sententiarum ne numerum quidem quis inuenit: tam sunt vbiq; lectori obuię: neque de veritate earum dubitare fas est, cum sint oracula Dei. Quid igitur, obsecro, hoc furoris est, quod passim omnes eas tam surda pretereunt aure, aut tam contemnunt, fastidiunt, atque rejiciunt, quasi delirę alicuius anis sint deliramenta? De his quibus opus habet hęc vita, verbum & promissio Domini est: *Primum* quęrite regnum Dei & iustitiam eius: & hęc *Mat. 6.* omnia adiciuntur vobis. Hoc verbum ipsa veritas est elocuta. Et tamen nos adeo desipimus, vt illud quod Flaccus hominum stultitię illudens per ironiam dixit:

O ciues ciues, quęrenda pecunia primum: Virtus post nummos, tanquam serid dictum, & quouis oraculo verius, aut quouis precepto vtilius, amplectamur. Vtinam Dominus Deus sanare dignetur hunc animorū tam grauem morbum: & inclinare corda nostra in testimonia sua, & non in auaritiā. Quod ait, & vinculos suos non despexit, sciendum est, quod varijs vinculis in hoc mundo vincimur. Sunt vincula quibus in hoc mortali corpore vincti detinemur: ex quibus apostolus clamauit, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sunt & carcerum vincula, in quę tyranni sanctos martyres propter confessionem nominis Christi conijciunt. Vndę apostolus Ephes. 3. Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino. Ex his vinculis aliquot epistolas scripsit, & viua voce multos ad se venientes conuertit ad fidem: ex quorum numero Onesimus & seruus Philemonis. Sed omnium immitissima vincula sunt, quibus diabolus suos captiuos vincit. Hęc nemo dissoluere potest pręter victorę illius tyranni Dominum Iesum Christum: quod declarauit, quando expugnato atque direpto inferno, eos qui erant captiui, ereptos celo inuexit. Vndę noster propheta Psalm. 113. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. Sed desino hęc persequi: nimis enim prolixum fuerit.

*Laudent illum celi & terra, mare & omnia reptilia in eis.]* Quid est quod hic propheta noster inuitat ad laudandū Deum creaturas has, quę prorsus omni sensu carent? Videri possit esse hyperbole, qua rhetores etiā sensum & sermone tribuunt illis q; prorsus omni sensu carēt: nisi Paulus ad Rom. scribens diceret: Nā expectatio creature, reuelatiōem filiorū dei expectat. Vanitati em creatura subiecta est, non volens, sed

sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatē glorię filiorū Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc. Merito itaq; propheta hanc ad laudem Dei inuitat, q; in spiritu videat certō futurū, vt a seruitute sua liberetur. Quod noster interpres dixit, & omnia reptilia in eis, in translatione Gręca est, *καὶ πάντα τὰ ἑρπύσσωτα ἐν αὐτῷ*, hoc est, & omnia reptilia in eo: vt referatur ad id quod proximē antecessit, *ὁ δὲ αὐτῷ*, i. mare: & hoc modo legit Hilarius, & per allegoriā interpretatur mare, sedē inferorum, referens ad id quod ait Apostolus, in nomine Iesu flecti omne genu, cęlestiū, terrestriū, & inferorū. Sed ex hac lectiōe & interpretatione procliuē fuerit, imperitum aliq; impingere in scopulū illius hereseos, q; contendit, post diem iudicij oēs saluos fore, etiā ipsos caudemones: etiā si hoc nō sensit Hilarius. Dauid etiā dixit: Non mortui laudabunt te dñe, neq; omēs qui descendunt in infernū. In Hebręo sermo anceps est. Nā quod Septuaginta verterūt *ὁ δὲ αὐτῷ*, & noster interpres mare, illic est *יָם*, i. maria. Veindē quod in fine versūs est *יָם*, hoc est, in eis, vel ad maria tātūm referri potest, vel ad omnia simul, nēpe celos, terrā, & maria. d. Hieron. in sua trāslatione retulit ad oīa illa simul. vertit em: mare, & omnia quę mouētur in eis.

*Quoniam Deus saluā faciet Sion, & edificabuntur ciuitates Iudę.]* Quid per Sion & ciuitates Iudę secundūm literā intelligendū sit, nemo ignorat: neq; obscurum est, illas fuisse figuras, Sion quidē vniuersalis ecclesię, ciuitates autē Iudę, particulariū, sub illa comprehensarū, ecclesiarū. Aedificātur hę in his terris quidē per prophetas & apostolos, & horū successores, pios doctosq; episcopos atq; doctores, & fideles pastores. Sed perficiētur in celo, quādō vnusquisq; nostrūm locū suū, quem in hac vita, in Chřo & ecclesia eius manens, promeritus est,

## PSALMVS LXIX.

**D**EUS in adiutorium meū intende, domine ad adiuuandum me festina. Confundantur & reuereantur, qui quærūt animam meam. Auertantur retrorsum & erubescant, qui volūt mihi mala. Auertantur statim erubescantes, qui dicunt mihi, eugē eugē. Exultent & letentur in te omnes qui quærūt te, & dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligit salutare tuum. Ego verō egenus & pauper sum, Deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu, domine, nē moreris.

## IN PSALMVM LXIX.

## TITVLVS.

**T**itulus huius psalmi ex gręca trāslatiōe sic sonat Latine: In finē dauidi, in rememo-

ratioe, q; saluū fecit me dñs. quod finis in huiusmodi titulis significat Chřmiam in superioribus sepē dictum est. Dauidi in datiuo casu dixit Gręcus interpres, *τῷ δαuid*, respiciens ad Hebrę-

fortietur, iuxta verbum Dñi Ioh. 14. In domo patris mei mansiones multę sunt. In hanc sententiā Origenes hęc locū interpretatur in ca. 18. li. Iosue. S. Hilarius per Sio intelligit ipsum corpus Chři, quod in cruce mortuū, tertio die reuixit ac resurrexit: q; in hoc corpore speculemur nostrę redēptionis gloriā, quam illius beneficio cōsequemur & nos, nimirum in illo die, quo omnes resurgemus a mortuis. Pro eo quod noster interpres dixit, & edificabuntur, in Hebręo est, *יִבְנֶה*: hoc est, & edificabit: quod aptiūs consonat cum verbo precedēte, saluam faciet. Nam hac ratione fit, vt non confundantur verborum genera: quam confusio-nem Cicero docet esse vitandam.

*Et inhabitabunt ibi, & hereditate acquirunt eā.]* Ibi, hoc est, in illa cęlesti Ierusalē: in qua eminet mons Sion, hoc est, iuxta Hilarij interpretationē, de qua diximus, humanitas, seu corpus humanū Dñi nostri Iesu Chřisti, quod in cruce mortuū, tertio die reuixit. Illa enim (inquit Apostolus) quę sursum est Ierusalem, libera est: quę est mater nostra. In ea habitabimus in æternum, nimirum hereditate eā adepti, iuxta nostri prophetę verbum.

*Et semen seruorum eius possidebit eā: & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.]* Serui eius sunt patriarchę, pphete, & Apostoli, & quotquot in Ecclesia vnq; fideliter docuerunt, docent, atq; docturi sunt. Horum semen sunt illi, qui per doctrinam eorum edocti, constanter Deo adherēt, ac voluntatē eius faciunt. Vndę Paulus tam dulciter alloquitur suos Galatas: Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur in vobis Chřs. Hoc semē possidebit cęlestē illam Ierusalē: & qui diligūt nomen Dñi, habitabunt in ea: id quod nobis omnibus largiatur deus pater, cui cum vnigenito filio eius dño nostro Iesu Chřisto, & spiritu sancto, vni, vero, & æterno Deo, laus sit, gloria, honor, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Hebræum articulum, לַיהוָה, qui apud Hebræos quidē datiuo casui præponi solet, sed qui datiuus in multis aptius transfertur in genitiuum nostrum, aut etiā Græcum. Indicat em̄ in psalmoꝝ titulis, & alijs aliquot locis, authorem operis, de quo fit sermo. Vt Psalm. 3. לַיהוָה לַיהוָה, Domini est salus, i. Dñs est qui saluos facit. Nonnunq̄ etiam Dñm, seu possessorem. Vt Psalmo qui Latinis est 23. hebræis 24. לַיהוָה הָאָרֶץ, hoc est, Dñi est terra. In hoc titulo Græca translatio, atque item hæc nostra Latina, plura verba habent, quàm sint in Hebræo. Ibi enim duntaxat legimus לַיהוָה לַיהוָה: quod S. Hieronymus transtulit, Victori Dauid ad recordandū. Porro quare Hieronymus, & pleriq; alij, trāstulerint, Victori: quod alij pleriq; transtulerunt, in finē, indicauimus in Psal. 4. & repetiuimus in pleriq; alijs. Propter iuniores autē auditores, repetemus & hīc, sed paucis. Qui transtulerunt, in finem, deductum putabant à nomine וְצִדִּיק, quod finē omniū rerū significat, & nusquam non dicitur apud Ecclesiasticos, tū doctores, tū interpretes, seculum seculorū, vel secula seculorum. Est autē rerum omniū cōsummatio, atq; æterna duratio. Qui verò, Victori, à verbo וְצִדִּיק, i. vicit, deriuatū intellexerunt. Victorem autē illum intelligunt eum, qui in musicis certaminibus vicit. Tales victores solebāt cæteris cantoribus p̄fici, vt illorum cantioes regerent, & quid cantare deberent, præciperent. Hic victor p̄figurabat Christum: qui extensis fidibus in cruce, docuit oēs musicos spirituales, quibus carminibus & quibus organis dñm Deum laudare debeant in his mortalibus corporibus: & nunc omniū lætissima carmina eiusdem præcinit in regno patris. Quæ in hoc corpore mortali canimus, classicum sonāt, quippe ad prælium exhortatiua: & sæpè lugubria sunt, exilium nostrū in medio hostium significatiua, & ab hoste interfectos deplorantiua. Ibi verò וְצִדִּיק, hoc est, carmina victorialis cātābimus, nimirum quod tunc superatis hostibus omnibus, adepti sumus regnum patris nostri. Quod in fine tituli ait, in rememoratione, in Græca translatione est ἡ ἀνάμνησις, in hebræo לַיהוָה, quorum prius, nempe Græcum, significat, ad commonefaciōnem: verbum autem Hebræum, ad commonefaciendum. Clamat enim propheta, sub Christi persona, ad Deum patrem, commonefaciens eum eorum quæ ab æterno decreuit facere per vnigenitū filium suū, pro sua Ecclesia, & electis filijs suis, contra teterrimos hostes eorundem: vt se in graui hac affli-

ctione, & luctu præliorū, quod habet cum hoste, suo auxilio adiuuet eripiatq;: vt hīc obiter inter explicandum titulum, etiam argumentū psalmi explicauerimus. Clamat etiam sub persona corporis Christi mystici, quæ est Ecclesia, cuius nos omnes mēbra sumus: dum in his terris exulantes militamus, assidue habemus opus hæc eadem ad Dominum ac Deum nostrum, patrē, inquam, nostrum clamare. Vnde Ecclesia omnes preces suas horarias ab hac ad Deum clamatiōe auspiciatur: deus, in adiutorium meum intende, &c. hæc de titulo & argumēto psalmi, & persona seu personis, sub quibus propheta loquitur. Quamobrem nūc sinē longioribus præfationibus, ipsius psalmi verba aggrediemur explicare. nam qua occasione hunc scripserit, non admodum certò sciri potest. Dauid Kimhi dubitat, vtrum in persecutiōe Saulis, an in filij sui Absalom.

## EXPLICATIO PSALMI.

**D**eus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina. Nulla est in his verbis difficultas: loquitur propheta in persona Christi, Christi, inquam, pro se & corpore suo mystico, quæ est Ecclesia: in afflictionibus ac tentationibus, quibus omnes qui piè viuere volunt in Christo, dum in hoc mundo, & corpore hoc mortali sunt, infestantur, constituti. Quod noster interpres dixit, Deus, in adiutorium meum intende: verbum, intende, non est in Hebræo: sed vtrunq; membrum concluditur vno verbo, quod est in fine versūs, festina. Sic autem ex hebræo sonat: deus, ad liberandum me: Domine, ad auxilium meum festina.

*Confundantur & reuerentur, qui querunt animam meam.* Pro reuerentur, aptius trāstulisset interpres, erubescant, quomodo Diuus Hieronymus transtulit. Qui querūt animam meam, hoc est, qui conātur me interficere: per animam enim, vitam intelligit. Animam igitur querere, est velle vitam eripere.

*Auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala.* Hic versus in Hebræo est vnus cum præcedente. Est autem vel prophetia de vindicta Dei aduersum eos qui persequuntur electos illius, quales plurimè in psalmis occurrunt in specie precatiōum: vel precatio, vt confundantur ad salutem: quomodo cōfusus est persecutor Christi Saulus, & factus est Paulus, eiusdem Apostolus rātus ac talis, vt nemo cæterorum tantos labores pertulerit pro Christo & Ecclesia eius.

*Auertantur statim erubescantes, qui dicunt mihi, eugè eugè.* Pro, auertantur statim erubescantes

scientes: in Hebræo est, וְשָׁבוּ עַל עַקְבֵי עֵשָׂו, quod D. Hieronymus transtulit, Reuertatur ad vestigium confusionis suæ. Sed Græcus interpres, & noster hic Latinus, vident per illud וְשָׁבוּ עַל עַקְבֵי עֵשָׂו intellexisse id quod Latine dicimus, euertigido, hoc est, statim, confestim, properatè. Commentator autem Hebræus D.K. exponit in hanc sententiam: Conuertantur retrorsum, vt hanc recipiant mercedem cōfusiōnis, qua affecerunt me, vt ipsi videlicet confusiōe & ignominia afficiantur, dum conuertentur retrorsum, cōfusiōnem, in quā, pro cōfusiōne recipiētes. Quod sequitur in eodem hoc versu, qui dicitur mihi, eugè eugè: pro eugè eugè, in Hebræo est וְהָיָה לְךָ, quod D. Hieronymus reddidit, vah vah. Commentator Hebræus D.K. exponit quasi sit vox hominū, per ironiam iubentium illū qui in afflictionibus est, lætari. Videmus em̄ interdum homines adeo crudeles, vt cum aliquē in summis doloribus constitutum videāt, insultantes misero, iubeāt esse lætum. Itā Domino nostro Iesu Christo, in cruce, in summis & inenarrabilibus doloribus pendenti acclamabant: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reedificas illud: salua temetipsum, si filius Dei es, descende nunc de cruce. D. Augustinus putat, hoc loco vocē esse, scædè hypocriticæq; adulantium, diximus de his etiam in Psalm. 39.

*Exultent & lætentur in te omnes qui querunt te: & dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligunt saluare tuum.* Quæ admodum cōfusiō & ignominia manet eos qui persequuntur Christum, vel in ipso capite, vel in sanctis eius mēbris, itā exultatio & lætitia excipiet eos, qui querunt dominum deū: & qui diligunt salutare eius, hoc est, vnigenitum illum filium dei, per quem deus pater salutē operatus est totius mundi. quod ait, & dicant semper, magnificetur Dominus, sermo est ambiguus. Neq; enim fati liquet, vtrum aduerbium, semper, referendum sit ad, dicant: vt sit sensus, dicant semper, magnificetur &c. an ad, magnificetur, vt sit, & dicant semper magnificetur Dominus. Posterius hoc placet Augustino. Pro eo quod noster interpres dixit, dominus: in Hebræo est,

אֱלֹהִים, hoc est, deus: quæ admodum & in græca translatione, εὐδοκῆ: Quare noster interpres rectius trāstulisset, magnificetur deus. Magnificatur autem Deus, quandò magnitudinē potentie eius & bonitatis, & quanta sit operatus in gratiam hominum, nos agnoscimus & confitemur.

*Ego verò egenus & pauper sum: Deus, adiuua me.* Filius dei dominus noster Iesus Christus, cum esset in gloria patris, per omnia æqualis patri, cælorum, terrarū, & omnium qui his continentur, dominus: nos autem præda facti essemus diabolo, ille ex tanta maiestate potentiaq; eodē demisit sese, vt cum vulpes habeant foueas suas, & volucres cæli nidos, ipse non referuauerit sibi tantum, vbi caput reclinaret. Rectè igitur ac verè ait apud prophetā nostrum: Ego verò egenus & pauper sum. Quin vnusquisque nostrum, memor huius exilij, in quo nemo locū permanendi habet, sed patriam cælestem querit, ad hanc suspirans anhelat, hæc de se dicere potest: atq; intercā ad Deum clamare: Deus, adiuua me: siue, vt ex Hebræo sonat, Deus, festina ad me: nimirum vt me ex his miserijs eripias.

*Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine, nē moreris.* Quasi dicat: Non est alius à quo auxilium expectem, quàm à te: non est alius qui me adiuuare ac liberare possit, quàm tu. Ergo, ô Domine, nē moreris: Festina ad adiuuandū ac liberandū me. Paulus optabat dissolui & esse cum Christo. Christus ipse, cum audiret videretq; discipulos suos contristari, quod intelligerent illum à se discessurum ad patrem, ait: Si diligeretis me, gauderetis vtiquē, quia vado ad patrem. Et ad supplicium crucis adeo properabat, vt in cena Iudæ proditori diceret: Iuda, quod facis, fac citius: docens nos non refugere mortem: quod per hanc transcamus ex huius exilij miserijs in beatissimam patriam: vbi recumbemus in mensa patris nostri, veramque illam ambrosiam manducantes, ac verum nectar bibentes, ipsum Deum patrem nostrū, vnā cum vnigenito filio eius, ac spiritu sancto, in gaudio inextimabili, lætissimis canticis laudabimus in secula seculorum. Amen.

FINIS.

AD LECTOREM.

Has pias & Catholicas lucubratiōnes, amice Lector, boni consule, quas in vniuersos Psalms Dauidicos absolutas tradidissimus, si per præproperam authoris mortem licuisset: Intercā his benignè vtere, fruere & Vale.